TVRISIN IN·ART. MED. GAL

1557

5656

RUSTICHELLI (tutto Torrigiani)

2

AA1788

fr 30 —

Torrigiani

~~Rustichelli~~

B. 22

8 leaves

253 leaves

Coll. J.G.

B 22

XVI

Dart. Ancu...

30 ... f...

29/XI/28

Plus quam commentum

IN PARVAM GALENI ARTEM

TVRISANI FLORENTINI MEDICI PRAESTANTISSIMI,
cum duplici textus interpretatione, antiqua ſcilicet & Leoniceni,
& eiuſdem libello DE HYPOSTASI,

Opus non ſolum Medicis vtile ac neceſſarium, verum etiam Philoſophis
valde accõmodatum: Quod olim quidem IVL. MARTIANVS
ROTA Artium & Medic. Doctor pluribus
auxit & emendauit:

Nunc vero magna diligentia recognitum, atque aptius exornatum,
additis quibuſdam ad eandem rem pertinentibus,
denuo imprimendum curauimus.

EA AVTEM SVNT

Hali, qui eandem Galeni Artem primus expoſuit.
Ioannitij ad eandem Introductio.
Gentilis, qui primum eiuſdem Artis librum partim explicando, partim dubitando declarauit.
Nicolai Leoniceni quæſtio de tribus doctrinis, in capita diuiſa.

VENETIIS APVD IVNTAS
M D LVII

Iul. Martianus Rota, artium & medicinæ doctor, artium & medicinæ studiosis.

PLatonicum illud octauo de re pu. libro, Quicquid ab initio aliquo fluxerit, certis quibusdam temporum spatijs ad interitum sensim deuolui, non solum in alijs nostris operibus verum esse experimento constat, sed etiam in his ipsis quæ sublimis ille animi nostri vigor, tanquam immortalitatẽ suam probaturus, literarum monumentis commiserit, fidem nescio quo pacto consequitur. Quis enim egregium ac pene diuinum opus, quod assidue literatorum mẽtes exercet, quod tam alacri studio, tantaq; contentione, quocunq; scholasticorum conuentu, bene erudiri homines profitentur, non dicam deprauatum fuisse, sed ne transuersam, vt aiunt literam habuisse, aut non vndiq; expolitum esse credidisset? & tamen tot inerant mendę, totq; deprauationes surrepserant, vt sępe dum in eo essem, vt ipsum percurrerem, admirabũdus substiterim, illud diutius animo versans, an ne qualis se mihi tunc offerret, re vera esset, aut eiusmodi potius esse videretur. Neque enim & si annos pauloplus ducentos huic ætati superior Turisanus extitisset, propterea de prisca dignitate immutatum aliquid in eo, imminutumúe putabam, cum & ex cartusinis monachis in quorum familiam natu iam grandior peruenit, sectatores viuus habere multos potuerit, & mortuus postea doctrinæ vbertate, è nostratibus complures in suas factiones allexerit, eoq; in honore hactenus semper sit habitus, vt vna cum parua Galeni arte, tertio quoque anno, scholis omnibus prælegatur. Verum quo magis in honore est, & à multis amatur, minusq; accurate conseruatus est, eo ad plures se noster iste labor quantuluscunque extendet, qui si nostræ vt est in studiosos omnes beneuolentiæ impar erit, accuratior certe hac in re, aut maior esse minime potuit. Principio nanque latina Galeni verba græcis eo consilio comparauimus, vt quam Turisanus literam exposuisset, integram haberemus, nihil prorsus adijcientes, subtrahentesue, aut immutantes, nisi quod omnino superfluum, omnino deprauatum, omnino peruersum vnusquisque iudicasset, qua in re facienda obiter etiam adnotauimus, quid ex gręca Galeni oratione colligi posit, quoties de latina vir iste inter exponendum addubitasse visus est. Verum quia antiquorum translationes dum verborum numero & situ, exemplaribus pares nimis esse volunt, obscuriores effici solent, ideo Nicolai Leoniceni viri cum perspicui, tum accurati, interpretationem adiecimus, Turisani vero expositionem, consultis & impressis, & manu scriptis exemplaribus, multis in locis restituimus, nam præter ea nomina, quæ à græcis accepta in omnibus medicorum libris inuersa leguntur, mẽdas alias supra mille sustulimus. Qua in re auctorum à quibus egregius hic vir pleraq; omnia sumpsisse videtur, me plurimũ iuuit inspectio, neq; enim dum singulos librorum numeros in margine describeremus, idipsum solummodo nobis curæ fuit, sed librum libro, sensibus sensa, conferre, Velim tamen hac in parte apud eruditos iuuenes excusatus haberi, si non huiuscemodi præstigijs, vt nunc fieri cœptum est, totos margines oppleuimus, nugę enim isthęc tricęq; nobis esse videntur, & quę legentibus socordiam per lusum obiectent, imo studiosis hominibus quicquid libuerit adnotandi optimam libertatem adimant. Consulto igitur in his nostris marginibus literas tantum indicesq; numeros disposuimus: hos vt sine temporis dispendio in loca ex varijs auctoribus citata quamprimum perueniendi facultas adesset: illas, vt, vnde in indicem relata sumpta forent, cognosci facile posset. Excerpsimus autem, vt de innumeris paucula quædam solummodo, ne non ceu de multis flosculis ingenuus lector corollam non haberet, plura enim ex accurata voluminis lectione suis ipse manibus colliget, illud animo reputans, non vulgaris, aut plebei alicuius medici, sed summi cuiusdam & medici & philosophi, se hortulos ingressum. Præter.n. pauca quæcunq; præclarus hic auctor in suum opus contulit, de Aristotelis, Galeni & Auicennę libris cõfluxerũt, illud modo interest, quòd hic præssius clariusq; singula tradũtur, quàm sint à suis auctoribus, literarum monumentis commissa. Quam ob rem qui sibi familiarem hunc librum fecerit, multa ditatus eruditione gaudebit & splendescet. Valete.

INDEX EORVM QVAE in pluſquamcõmento adnotatu digna viſa ſunt.

poſt

Nullum

pupilla

F I N I S.

INDEX DIGRESSIONVM & dubitationum contentarum in Plusquamcommento.

Tabula secundi libri.

Vtrum

Tabula tertij libri.

Digreßio

Index Questionum Gentilis in Plusqcommentum.

FINIS.

TVRISANI VITA, MARTIANO ROTA AVCTORE.

TVRISANVS, quem Turianum aliqui dicunt, ex honestis parentibus Florentiæ natus est è Turisanorum familia, Anno salutis millesimo ducentesimo circiter septuagesimo. Is vbi altioribus disciplinis idoneus esse cœpit, Bononiam se contulit, celeberrimum illa tempestate gymnasium. Ea in vrbe, cum & Dialectica se diu exercuisset, & Philosophiæ plurimum insudasset, medicinæ tandem animum applicuit. Profitebatur ibi tunc medicinam Thadeus, magnam eruditionis opinionem apud omnes Italię populos adeptus, & ea de causa, longeq́; senectutis beneficio, supra modum ditatus: Huic se discipulum Turisanus facit, nec prius ab eo discedit, quàm integram artis tàm magnæ peritiam obtinet. Finem tandem studiorum suorum laboribus cum imposuisset, in patriam reuertitur factionibus vehementer agitatam. labebatur iam annus millesimus trecentesimus secundus, cum ecce seditione facta, Nigri, Albos Florentia pellũt, inter quos Dantes Turisanusq́; fuerũt. Horum, ille hac illac vagus & supplex, reditum impetrare nunquàm valuit. Hic redeundi spe deposita, cum iam ætate parentes amisisset, ne huc & illuc anxius errare, cum vitæ periculo cogeretur, in Cartusiensium familiam grandis natu secesit, in qua tàm securitatem corporis, quàm tranquillitatem animi nactus, se totum diuinarum humanarumq́; rerum contemplationi tradidit, atque in ea vitæ felicitate ad extremum vsque diem lœtus perseuerauit, nec in tãto ocio, quod alijs tediũ etiã afferre consueuit, negotium ipsi defuit. Nam & sibi perpetuam nominis memoriam excitauit, & cæteris perennem eruditionis vtilitatem peperit: libros enim duos conscripsit, vnũ de simplici medicina (sicut ipse in tertio dicit) nondum in lucem emissum: alterum, has ipsas in artem paruam Galeni elucubrationes, omnibus notum, qui propter exquisitam & perspicuam doctrinam, vsque ad hæc tempora semper in manibus hominum fuit, & scholis omnibus singulo quoque triennio legitur: Hunc ipse, q̀ sæpius ab expositione digreditur, Plus quàm commentum inscripsit, Libellum etiam adiecit, in quo scrutatur originem nebulę, quæ in vrinis suspensa conspicitur. Itaque Turisanus quiescendo plus in solitudine profecit, quàm plerìq; asiduè discurrendo in vrbibus assequantur. Moritur autem senex, Ioanne vigesimo tertio sedente, quo tempore & Gentilis & Dinus succrescere incipiebant.

TVRISANI MONACHI CARTHVSIENSIS PLVS QVAM COMMENTVM

IN LIBRVM GALENI, QVI MICROTECHNI INTITVLATVR.

LIBRVM GALENI, qui intitulatur Microtechni, i. ars parua, veritatis operationem nobis & alijs zelantibus, exponamus. Nec enim modico amore veritas amplectenda, cum contemplatio veritatis secũdum scientiam & sapientiam vera sit beatitudo, vt 10 Ethicorũ ostendit Philosophus. Et, licet veritas attestetur sibi ex omni
Capite 8. 3. de aĩa cõ. 5 parte (sicut ait Auerrois) ad ipsam tamen in hoc libro, vbi clarius se non offert intellectui, parumper innuemus, hoc quidem reuelando, hoc autem causarum exquisitione confirmando, hoc autem & extrinsecus superannotando, quod est ad pro-
B motionem veritatis. Ab illo quidẽ expectamus auxilium, qui est prima omnium veritas: quod si, vt speramus, non acciderit, hoc ad minus lucri reportabimus, quod sapientiores nobis induxerimus ad scribendum. Dicamus ergo, cum Galenus in agro medicinæ multos libros, quasi plantulas, sparsim hinc inde plantasset, in quibus ad particularia problemata demõstrationibus coadunatis particulariter edocuit scientiam totam, decuit eum in fine, librum vnum componere, quasi plantam ducentem fructum, omnium saporem habentem: in quo libro fieret summa totius artis in generalibus & communibus, sicut in epilogo omnium dictorum. Hunc ergo librum sub intentione prędicta constitutum Galenus intitulat nomine Artis paruæ: communia nanq; & generalia parua sunt, i. pauca respectu particularium, quæ in eis comprehenduntur. Nec dicitur ars parua comparatione libri de
In pl. expo. huius libri. ingenio sanitatis, aut libri de conseruatione sanitatis (sicut recte dixit Hali) nam hi duo libri non sunt ars tota, sed partes artis totius. In hoc autem libro ars tota traditur, vt confusa: quia, sicut essentia speciei & indiuidui differunt per signatum & non signatum, & essentia generis & speciei similiter (licet alius modus designationis sit vtrobiq;, quia designatio indiuidui respectu speciei est per materiam determinatam dimensionibus: designatio autem spe-
C ciei respectu generis est per differentiam constitutiuam) similiter differre videtur ars tota in hoc libro ab arte tota in particularibus libris eius, vt confusum à determinato. Neq; enim est determinatio, quæ est in specie respectu generis, per aliquid in essentia speciei existens, quod nullo modo in essentia generis sit: immo, quicquid est in natura & essentia speciei, est etiam in essentia generis, vt non determinatum. Si enim animal non esset totum, quod est homo, sed pars eius, non prædicaretur de eo, cum nulla pars integralis de suo toto prædicetur. Propter quod
Loco alle. sapienter Hali comparationem istius libri ad alios libros particulares Galeni dixit esse, sicut pueri ad virum perfectum. Sicut enim natura generis imperfecta est & indeterminata, nisi perficiat eam natura differentiæ, adiuncta illi & conducens ad speciem, sic etiam natura hominis, licet in puero tota sit, est tamen ibi vt imperfecta, quæ perficitur per processum ad virilitatem. Cuius naturæ simile est de hoc libro ad alios libros comparato: nam hic liber generaliter cõtinet artem totam, illi specialiter: hic confusam, illi determinatam: hic imperfectam, illi perfectam.

Hic autem liber, & si postremo inter libros Galeni, quasi epilogus, factus sit, & ad memoriam ordinatus, non minus tamen discipulis ad artem accedentibus anteponendus est. A communibus enim omnis incipit speculatio, si-
Tex. cõ. 4. li. 1 cap. 1. cut Aristo. in principio libri de physico auditu, & Princeps in principio sufficientię declarauerunt. Et, quoniam in hac dictione nostra non solum mentem Galeni proponimus commentari, sed sæpe digredientes aliqua intercipimus, medicis non inutilia scitu, ideo Plus q̃ cõmentum, expõnem hanc appellauimus. Et Deus sit dator auxilij.

D

Antiqua. Tres sunt omnes Doctrinæ, quæ ordine habentur.

Leoniceni. Tres sunt omnes doctrinæ, quæ ordini inhærent.

Galenus traditurus medicinam sub insueto genere docendi scientias, operi suo præmittit proœmium de distinctionibus doctrinarũ, vt eliciat, quã intendit: & dicit, TRES SVNT &c. i. omnes doctrinæ ordinariæ sunt tres numero. Et intelligit per doctrinam, doctionem, tam eam, quæ est actio doctoris in discipulum, quæ proprie dicitur doctrina siue doctrinatio, quàm eam, quæ est passio discipuli à doctore, quę proprie dicitur disciplina siue disciplinatio: quæ duo idem sunt in essentia, licet differant in ratione. Quoniam autem tribus modis ordinarijs tãtum & discimus & docemur, propterea tantũ tres dixit esse doctrinas, quę ordine habentur, ad modum quidem actionem conferens. Quòd autem tribus modis tantum ordinarijs doceamur, in logica declaratum est (sicut & nos in
Textu c. 15. sequentibus innuemus) immo ipsa logica est modus discendi & docendi. Et propterea Arist. in 2 Metaph. loquẽs de tribus impedimentis ad scientiam, quorum vnum & maximum est impotentia complectendi, contingens ex paucitate instructionis in logica, ait, Absurdũ est quærere scientiam & modum scientiæ: & vult per modum scientiæ, logicam ipsam, sicut exponit Auerro. Omnes etiam scientiæ de sermone, potius modi scientiarum, q̃ scientię,
Cap. 1 circa finem. dici debent, aut notitiæ quædam de modis sciendi: propter quod etiam Princeps in principio suæ logicæ vocauit logicam, instrumentum in philosophia, quo mediante philosophus inquirit omne scibile. Significatur etiam per hoc nomen, doctrina, non solum doctio, sed etiam ipse modus aut forma, qua docetur: immo etiam frequen-

ter apud philoſophos ponitur pro ſcientia. Quare nec reputo Hali hunc locum perſcrutãtem ſufficienter dixiſſe, E
cum dicẽs, ꝙ doctrina eſt actio doctoris in diſcipulum, dicit, ꝙ hæc actio eſt ipſa prolatio vel ſermo, ſiue actu, ſiue cō.1 huius.
potentia ſit ſermo, quia non docemur per prolationem abſolute, niſi ſint in ea aliæ conditiones, quę requiruntur in doctrina: neque docemur per ſermonem cognitum qualemcũq;, ſed per aliqualiter comparatum ad quæſitum incognitum: neq; etiam quando non fuerit ſub ordine, quo debet, ad hoc, vt per aliquẽ modum comparationis excitet animam diſcipuli ſuper incognitum. Nec eſt prolatio vel ſermo ipſa doctio (ſicut credit Hali) ſed potius eſt inſtrumentũ doctoris: non enim poteſt docere niſi per ſermonem, nam voces ſunt notę intentionum, quę ſunt in anima, vt dicit philoſophus in primo Perihermenias. Propter quod & Princeps dixit in primo libro ſuæ logicę, cap. 1.
quòd, ſi doctor artis poſſet reuelare id, quod eſt in anima eius alio modo, quàm per verba, ſuperſederet ſemper à cap. 3.
verbis. Nos enim proprie non docemur niſi intentiones verborum, non verba, quæ ſunt vt ſigna: neq; niſi per ipſas intentiones cognitas, nõ per verba, quæ ſunt earum ſigna: propter quod ſcientiæ, quæ citra ſermonem magiſterium tradunt, non ſcientiæ ſunt, ſed modi, ſicut diximus. Melius eſt ergo dicere, intentiones cognitas ſub debito modo & ordine, quibus prouehimur ad ĩcognitum, eſſe vt inſtrumenta doctoris: ſermonem autem & voces, quæ ſunt eorum ſigna, eſſe vt inſtrumentorum quædam inſtrumenta: doctrinam autem eſſe aut doctionem, aut modum ipſum vel formam, ſub qua fit doctio. Dicemus ergo, quòd doctrina, ſecũdum quod eſt doctio, eſt manifeſtatio incogniti à doctore: &, qm̃ actio eſt quodammodo etiã in inſtrumento, oportet, quòd intentiones cognitæ atque ſermones, ſub debito modo & ordine apud aĩam quieſcentes etiam manifeſtent incognitum. F
Quot ergo modis manifeſtamus incognitum, tot modis docemus: ſed (ſicut iam diximus) incognitum non manifeſtatur niſi per cognitũ: nec per quodcunq; contingit, ſed per certum & determinatum: neq; per qualitercunq; diſpoſitum & ſub quocunque ordine quieſcens apud intellectũ, ſed per ipſius diſpoſitionem certam & ordinem apud ipſum. Ad hanc vero diſpoſitionem & ordinem intentionum cognitarum in anima conſiderandum, qui eſt inducens diſcipulum ad cognoſcendum quæſitum incognitum, eſt logica inſtituta, ſicut ait Princeps prin cap. 1.
cipio ſuæ logicę: & propterea logica proprie eſt doctrina aliarum ſcientiarum, ſ. modus docendi & diſcendi eas, ſicut ſupra diximus. Et hac de cauſa Gal. per diſtinctionem iſtorum trium generum & modorum docendi excitat nos ad diſcendam ſcientiam logicæ, ſine qua non eſt poſsibile, vt diſcamus nec medicinam nec aliquam artium, niſi per hominem excellentis ingenij (ſicut fuit Hip.) quemadmodum in hoc toto recte vadit Hali. Dixit cō.10 prol.
enim Ariſt. in libro Elenchorum, quòd dialectica & tentatiua, cum non ſint diſciplinæ circa aliquod genus deter lib. 1. ca. 8.
minatum, neq; oſtenſiuę, alicuius propriæ paſsionis de aliquo vno ſubiecto, ſed circa omne genus, & de omnibus, propter eſſe ſolum ex communibus principijs, quibus omnes artes vtuntur, etiam idiotæ vtuntur vtraq; illarum; nam cõmunia non minus ſapiẽtibus ſciunt ipſi dijudicare, ſicut dicit: ideoq; arguunt omnes, nam participant ſine arte id, de quo dialectica eſt artificialiter. Et, cũ hoc ſit apud idiotas omnes, non eſſet mirabile neq; magnum, aliquem ſic eſſe excellentis ingenij, ꝙ vteretur demonſtratione recte ex proprijs principijs alicuius artis, etiam ignorans eam partem logicæ, quę demonſtratiua dicitur: à parte cuius logica maxime dicitur & pro- G
prijſsime doctrina ſiue modus docendi. Sed non ſemper hic talis perambulat tutus ab errore, quamuis ſæpe contingat, vt rectum faciat, ſicut recta iaculatio cæci: nam homo aliquando, qui perfecte eſt aſſecutus doctrinam logicæ, non ſibi ſufficiens eſt vndiq;, ita vt non fallatur in acquiſitione ſcientiarum propter multas cauſas, quas numerauit Princeps in principio ſuæ logicæ, nedum ille, qui ignorat logicam. cap. 2. circa finem.

SED, Qm̃ oĩs ſcientia docibilis & diſcibilis eſt per doctrinam, oportet ſcire, quid ſit ſcientia: ſic. n. melius de doctrina cõtẽplabimur, ſecundũ ꝙ intẽdimus de illa. Dico ergo, ſicut Ariſt. dicit in Analyticis. Scire opinamur vnũ- 1.Poſ.te.c.5
quodq; ſimpliciter & nõ ſophiſtico modo, qui eſt ſecundũ accidens, cũ cauſam, propter quã eſt res, arbitramur ſcire, & qm̃ illius eſt cauſa, & non contingit ſe aliter habere. Principaliſsimũ. n. ipſius (ſicut ait) eſt ipſum ꝓpter quid ſpeculari. Si ergo cognitione cauſæ neceſsitantis eſſentiã rei, ſine qua nõ eſt poſsibile, quòd inueniatur res illa, opinamur nos ſcire: eſt aũt demõſtratio ſyllogiſmus oſtẽſiuus cauſæ, & ipſius ꝓpter quid, ſicut dicit Philoſophus: erit ſcientia cognitio per demonſtrationẽ. Dico aũt demonſtrationẽ ſyllogiſmum ſcientificũ, ſecũdũ quem, habendo ipſum, ſcimus. Sed, qm̃ non contingit aliter ſe habere, quod ſcimus: nõ cõtingens autẽ aliter ſe habere, neceſſariũ eſt: oportet ſcibile neceſſariũ eſſe: hoc aũt æternũ eſt & incorruptibile. Sed cognitio cuiuslibet talis nõ pẽdet niſi ex neceſſarijs: oportet ergo ex neceſſarijs demonſtrationẽ eſſe: hoc. n. maxime propriũ demonſtrationis. Ex veris H
quidẽ eſt & non demonſtrantẽ ſyllogizare: ex neceſſarijs aũt non, niſi demonſtrantẽ, ſicut dicit Ariſt. Recte ergo 1.Poſ.t.c.16
diffinit ſcientiã in 6 Ethic. eſſe habitum demonſtratiuum non contingẽtem aliter ſe habere, intelligens quidem cap. 4.
per habitum qualitatẽ difficulter mobilẽ à ſubiecto, quæ eſt ipſa cognitio habita ex demonſtratione apud intellectum, quã habens poterit demonſtrare: eſt. n. habitus, quo quis agit, qñ voluerit, niſi aliud impediat: Per non contingentem vero aliter ſe habere, intelligit neceſſarium, qm̃ neceſſariorum eſt ſcientia, neceſſarijs innixa precognitis. Opinamur etiam ſcire, ſed non ſimpliciter, qñ ſcimus aliquid per rem comitãtem illud ex neceſsitate, ſine qua comitante non inuenitur, illud ſcibile: & hic modus ſcientiæ differt à priori nõ per nõ eſſe ſcibile neceſſariũ, & ex neceſſarijs & ĩmediatis concluſum, ſed propter nõ ſciri ꝓpter quid, ſed quia de illo habetur talis ſcientia p demonſtrationẽ, q̃ non eſt demõſtratio abſolute, ſed demonſtratio quia. Sed, q̃ aliæ preter has ſint huius & illius demonſtrationis cõditiones, in Analyticis requiras. Quicquid. n. ſcire probamus, nõ ſcimus illud, niſi aut à cognitis, quæ cauſant, aut à cognitis, q̃ ſequunt̃. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ credulitas rei ſcibilis, cũ nõ poſsit eſſe niſi ex diuerſo illius exiſtẽte in ſciente, innititur alteri rei præcreditę apud ipſum, ex qua pp aliquẽ modũ cõpoſitionis habet aptitudinẽ moueri ad hanc: ſi. n. nõ præcredit & ſcit cãm, nõ hẽt cognitionẽ cauſati per eã. Si. n. non præcredit & ſcit quãlibet præmiſſarũ, concluſioni non credit, nã hæc ſola eſt, q̃ ſcitur: & ꝓpterea dicitur ſcĩa habitus concluſionis: nulla. n. premiſſarũ ſcitur, niſi cũ concluditur aliunde, aut fuerit ex per ſe notis, à natura quorum non eſt ſcĩa, ſed in-

tellectus

A tellectus vtiq;. Oportet præterea, ꝙ illa, ex quibus aduenit cognitio iſta certa de aliquo, quæ intranſgresſibilem facit habentem, ſint certiora apud ipſum, ꝗ illud: nam propter quod vnumquodq; tale, & ipſum magis. Si enim principia, ex quibus habetur, non ſunt magis credita & cognita ipſa concluſione, ſecundū accidens habetur ſcientia illius, ſicut dicit Ariſt. Sed dicamus rurſus, ꝙ omnis ſcientia & docibilis & diſciplinabilis eſt, ſicut dicit philoſophus: & doctrina & diſciplina non eſt niſi ex præcognitis, proprietatem habentibus excitare nos ad incognita: eſt enim diſcere, motus de cognitis ad incognita, incognita nanq; nullam promouere poſſunt cognitionē. Si ergo diſcere eſt illo modo moueri, tunc ſcire eſt finis motus. Quare doctrina, ſecundum ꝙ eſt doctio, habebit ſe ad ſcientiam, ſicut factio ad factum, & omnino ſicut via ad terminum: ſecundum autem ꝙ eſt modus aut forma doctoris, quoniam proportionata eſt ſcientia doctinæ ſic acceptæ, ſibi ex ęquo correſpondens (ex quibus enim docemur ex illis ſcimus: quaſi doctrina ſit deriuatorium ſcientię à magiſtro in diſcipulum) digna erit doctrina comparari ſciētiæ, ſicut menſura quædam ipſius, ſecundum ꝙ eſt docibilis: per menſuram enim cognoſcimus & tradimus menſuratū. Videtur ergo non immerito dici, ꝙ ſcientia ſit menſura ſciti, nam ipſa adequatur ſcito, ſicut menſura menſurato: & etiam ꝙ doctrina ſit menſura ſcientiæ, nam per ipſam acquiritur ſcientia, & deriuatur ex magiſtro in diſcipulum, ſicut per quandam menſuram, quæ ei ęquatur. Ex his ergo, quæ præmiſſa ſunt, ſine præiudicio dicamus, ꝙ doctrina vniuerſaliter eſt per omnem diſpoſitionem & modum ſermonis, aut potius intentionum ſignificatarum per ſermonem, quæ habēt proprietatem faciēdi fidem de aliquo: hoc autem vniuerſaliter dicitur argumentum, quod eſt ratio, rei dubię faciens fidem. Quare erit doctio vniuerſaliter argumentatio, ſiue ſpecialiter demonſtratio, ſecundum ꝙ eſt actus argumentātis vel demonſtrantis: argumentum autem eſt vis ipſa diſpoſitionis & ordinis intentionum ac etiam ſermonum, qua proprie docemur. Sed rationum, quædam facit fidem neceſſariæ veritatis, quæ non poteſt infirmari: quædam autem facit fidem veriſimilitudinis: per quarum vnāquamq; fit doctrina alicuius ſcientiæ, æquabilis ſuo modo doctrinæ: quæ quidem equiuoce dicuntur ſcientiæ, ſicut & equiuoce doctrinæ. Illa autem ratio, quę facit lucrari ſciētiam, de qua primo loquebamur, quæ ſimpliciter & proprie dicitur ſcientia, eſt prima, ſ. quæ facit fidem neceſſarię veritatis: & hæc dicitur ſyllogiſmus demonſtratiuus, ſicut in Analyticis oſtenſum eſt: Secunda, quæ eſt topicus ſyllogiſmus, nō docet ſcientiam certam nec propriam, ſed veriſimilem, & modum cōmunem, cum ex probabilibus & cōmunibus ſit, & non neceſſarijs neq; proprijs, vnde cauendum eſt in ſcientia. Sed & ſyllogiſmus omnis ex vniuerſalibus eſt, quorum principium eſt inductio, ex ſingularibus venans illa: quæ & ſyllogiſmo ſubſeruit. Exemplo quoq; non ad certitudinem vtimur, ſed ad rhetoricam ſuadelā. Hic ergo ſyllogiſmus demonſtratiuus, ſecundum ꝙ ipſe eſt cauſa concluſionis tam ad modum eſſendi, ꝗ ad modum conſequendi, dicitur à quibuſdam cauſa efficiens ſcientiam concluſionis: & hic reſpectus eius eſt ad materiam & formam: dicitur enim à quibuſdam inſtrumentum omnium ſcientiarum. Nobis autem placet plus, ipſum appellare modum aut formam doctrinæ omnium ſcientiarum: & hic reſpectus eius eſt magis ad formam: cuius cōparatio ad ſciam eſt, ſicut menſuræ ad menſuratū: eadē. n. menſura menſuratur oleū, frumētum, & vinū, & ſimiliter eodē ſyllogiſmo docemur & diſcimus oēs ſcias. Materia ſiquidē ſyllogiſmi hincinde mutuatur, ſed figura, & modus, & ordo, & cōpoſitio præmiſſarū ad cōcluſionē eadē eſt in oībus ſcientijs: ꝑpter quod plures ſunt ſcię, cum pauciores ſint modi docēdi eas. Hic aūt ſyllogiſmus diſtinguitur in duos modos ipſius, de quibus adhuc infra loquemur, qui ſunt duo primi modi docendi, & adæquati duobus modis ſcientiæ generalibus, prius dictis. De tertia autem doctrina poſterius fiet ſermo, cum de vnaquaq; doctrina per ſe ſpeculabimur.

Post hoc ſciendū eſt, quid ſit ordo in doctrina, à quo ipſa dicitur ordinaria. Dico ergo, ꝙ ordo nō eſt niſi in habentibus ad ſe inuicem cōparationem ſecundū aliquem modū dependentiæ, vnius ab altero, quaſi ex via cuiuſdam ſitus: hæc aūt ſunt & vnius generis, & ad vnū aliquod cōparata ſecundū prius & poſterius. Et propter hoc nihil aliud eſt ordo, ꝗ recta antecedentia prioris ad poſterius, vel recta dependentia poſterioris à priori, cum quo recte continuatur & ſtat. Et, quia prius ad poſterius multis modis dicitur, ſecundū quēlibet illorū modorum eſt aſſumere ordinē in rebus, quæ illis modis priores poſterioribus, & poſteriores prioribus nūcupantur. Eſt autē ordo in doctrina hoc mō: Quia, cum alicuius rei ſcia quæritur (cum eius ſcia non habeatur niſi ꝑ cauſas & principia) ſi cauſas habuerit, oportet, ꝙ prius aſpiciatur in cā, quæ ꝓpinquior, & nobis notior eſt, quæ īmediata dicitur (nam quod ꝓpinquius & notius eſt, prius eſt, quō ad doctrinā) deinde cauſa cāæ, quæ mediata cauſa dicitur, & ſic deinceps, donec reſoluēdo veniatur ad primū principiū & cām in illo genere, ex cuius ſuppoſita cognitione q̄ſitū

D extrahitur & cōpletur. Ordo. n. talis eſt hmōi, quia, quod ꝓpinquius & nobis notius eſt, prius eſt, quantum ad doctrinā, ſicut diximus: licet non ſit prius abſolute, vel ſecūdum alios modos prioris, ſed dicitur prius ſecundum quendā ordinem, qui modus eſt tertius prioris, dictus ab Ariſt. in Predica. Innuit aūt Gal. in textu translationis arabicæ, cū ꝓceſſit ad certificandū reſolutiuā doctrinam, ordinē in doctrina eſſe talem, qualē diximus, cū ait, Eſt, vt ſtatuas rē, ad quam intēdis, & cuius inquiris ſciam, ſecundū finē cōplemēti eius: deinde cōſideres in ꝓpinquiori, & ꝓpinquiori, ſine quo nō ſtat quæſitū, &c. Palā. n. velle videtur ordinē dicendorū in doctrina ſumptum eſſe ꝑ cōparationem ꝓpinquitatis aut remotionis eorū ad ipſum quæſitū demonſtrandū. Propter ordinem aūt doctrina, & quod ei aſſimilatur ex rebus, memorabilior eſt: vt in tractatu de memoria Ariſt. ait, ꝙ reminiſcētiora ſunt, quæcūq; ordinatiōnē habēt aliquā, ſicut mathematica. Ex quo velle videtur oēm doctrinam ordinem habere: qđ & verum eſt adeo, ꝙ, ſi exit ab ordine, exit etiam ab eſſe doctrinæ. Nam, cum per doctrinam, quæ currit non ſecūdum ordinem, non extrahatur quæſitum (ſicut recte dicit Hali) recte etiam poſt illud arguitur non eſſe doctrinā, quæ quęſitū nō docet. Si enim, cū queritur ſcia alicuius rei, aſpiciatur primo in aliquo, quod ſecū nō continuatur, ver. g. in ea, quæ nō eſt īmediata cauſa inuentionis eius, aut īmediatū ſignū, ſed remotū valde, & apponitur prius, quod longinquius eſt, & derelinquitur illud, qđ ad ordinē doctrinæ prius erat, tūc ſine dubio non ſeruatur ordo: vt cū dicitur, in Scythia nō eſt muſica, quia ibi nō eſt vitis. Aut, ſi primo aſpiciatur ī aliquo, ꝑ quod nō extrahitur,

1. ethi. ca. 4.

prio poſte. t. c. 5.

B

C

in poſtpdi. c. de priori.

circa medium libri.

cō. 1. ꝓlogi

qualia ſunt accidentalia rei quæſitæ,quæ ſecum non proportionantur in genere,neq; ordinantur: vt cum conclu ditur,ꝙ homo eſt animal,quia homo eſt muſicus,& muſicus eſt animal:deinde ꝓceditur, & concluditur,ꝙ homo eſt animal: Vel per cauſam, vt cum dicitur,quod eſt voluntarie mobile eſt animal, tunc ſine dubio non ſeruatur ordo,quia inter ea,quæ ſunt diuerſi generis,non eſt ordo. Primum nanq; quæſitum oſtenditur per aliquod accidentale. Secundum vero per cauſam remotam. Nec etiam fuit doctrina,quia nõ certificatur quæſitum,non quia ordo ſit cauſa doctrinæ,licet de neceſſitate comitetur doctrinam, ſed quia peccatur in conditionibus demonſtrationis ſiue doctrinæ. Cum autem Gal.dixit tres eſſe doctrinas ordinarias, ſupponere videtur aliquas eſſe inordinarias. Aut fortaſſe dixit,tres ſunt doctrinæ ordinariæ,ad ſimilitudinem eius,quod dicitur,ſpondiles dorſi: non enim hoc dicitur,quia alibi ſint ſpõdiles,q̃ in dorſo,ſed modus hic loquendi potius innuit,ꝙ dorſo ſunt propriæ. Similiter ibi fortaſſe nõ dicitur,tres ſunt doctrinę ordinariæ ſcilicet,ꝙ aliæ quędã ſint inordinarię,ſed quia doctrinis proprium eſt ordinem habere,ſicut oſtendi. Aut re vera ſupponendo aliquas inordinarias,vocat omne id,quo aliquid quoquo modo certificatur, eſſe doctrinam, vt topicam,& inductionem,& exemplum,& diuiſionem,& deſcriptionem:in quibus ſine dubio non attenditur ordo,cum certificent rem per ea,quæ ſunt extranea à re ipſa: nec etiam verisſimæ ſunt doctrinæ, quia non extrahitur per ipſas quæſitum ex neceſsitate. Hæc igitur de doctrina & ordine doctrinæ dicta ſint nobis. Reliquum autem eſt dicere,quæ ſunt illæ tres doctrinæ, & quare tres tantum:quas ſicut Gal.in proceſſu textus exequitur,ſic exponemus eas. E

F

Prima quidem ex finis notione,quæ ſecundũ diſſolutionẽ fit: Secunda vero eſt,quę ex cõpoſitione ſecũdum reſolutionẽ inuentorum:Tertia vero ex termini diſſolutione,cui nunc inſiſtimus. Ant.

Prima quidẽ ex notione finis,quæ per reſolutionẽ fit. Secunda ex cõpoſitione conſtat eorũ,quæ ex reſolutione fuerint inuenta.Tertia ex diffinitionis diſſolutione:cui nunc incumbimus. Leo.

Cum dixit,quot ſunt doctrinæ ordinariæ,manifeſtat vnamquanq; earum, dicens, PRIMA QVIDEM &c.i. prima,quę eſt primarum maxima ſecundum veritatem(vt patebit)ſ.reſolutiua,fit ex notione finis.i.fit per finem notum,inuentum per diſſolutionem:nam,donec nõ peruenitur ad finem notum per viam ſolutionis, quęſitum non extrahitur,neq; certificatur ad plenum.Et huic expoſitioni conſonat illud,quod dixit Gal.paulo poſt de hac eadem doctrina,ꝙ ipſa incipit ex finis notione. Non enim poteſt intelligere,ꝙ hæc doctrina incipiat ex quæſito, quod finaliter intendit notum facere (ſicut multi voluerunt) quoniam non incipimus inde doceri,ſed dubitare. Adhuc etiam in hoc omnes doctrinæ conueniunt.Præterea inconueniens videtur etiam,ꝙ incipit ex notione finis,appellando finem,quæſitum, quod finaliter demonſtrare intendimus,cum illud adhuc ſit ignotum, rectius enim tunc diceret,quòd incipit ex ignoratione finis. Incipit ergo hæc doctrina ex finis notione,quoniam ex fine ſolummodo reſolutionis per ſe noto incipit homo doceri dubitatum primum, & nullo modo prius. Ariſt.enim in Analyticis oſtendens, quòd demonſtratio vniuerſalis potior eſt particulari, probat illud inter cætera in hunc modum. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus oſtenſiuus cauſæ: vniuerſale autem eſt magis cauſa:hoc autem probat, quia,cui per ſe ineſt aliquid, hoc ipſum illi eſt cauſa:vniuerſale autem eſt primum,&,quanto vniuerſalius, tanto prius: ergo & cauſa: vſq; enim ad tale vniuerſale quærimus propter quid,& tunc opinamur ſcire, cum non contingit amplius procedere: Vt puta cuius cauſa venit? vt accipiat argentum: hoc autem, quatenus reddat, quod debuit:hoc autem, vt non iniuſte agat:ſic procedendo, donec non ſit amplius propter aliud:tunc enim(ſicut dicit)maxime eſt ſcire,propter quid venit: ſic enim magis ex ſuperioribus & vniuerſalioribus nouit cauſis. Ergo tunc eſt ſcire dubitatum primum,cum non eſt amplius de aſſumptis dubitare. Quare recte ait Gal. hanc doctrinam fieri ex notione finis ſecundum diſſolutionem inuenti, & ab ipſo inchoare. Translatio autem ex arabico in certificatione huius doctrinæ plus continet de textu,ſ.cum dicit,Eſt,vt ſtatuas rem,ad quam intendis,& cuius ſcientiam inquiris,ſecundum finem complementi eius:deinde conſideres in propinquiori,& propinquiori,ſine quo non ſtat res illa,neq; completur,vſq; quo peruenias ad principia eius:& eſt textus iſte quaſi expoſitio tranſlationis ex græco. Sicut autem doctrina reſolutiua fit,vt accipiatur quęſitum,& conſideretur in cauſa propinquiori,& reſoluatur vſq; ad primum principium & cauſam eius, ſic & doctrina compoſitiua fit,vt accipiatur quęſitum,& componatur vſq; ad vltimum cauſatum ipſius,ſecundum contrarietatem primæ:& hoc intẽdebat,cum dixit, ſecunda vero &c. Deinde dixit, TERTIA VERO &c. Sed tertia doctrina fuit ex diſſolutione diffinitionis rei quęſitę ad partes ſuas,& partium partes, qua proprie ſub vno ordine docemur ſcientiam totam,ſicut dicemus:& hac dicit ſe procedere in hoc libro:quod intendebat,cum dixit,Cui nunc inſiſtimus, Cõ.2. G Poſterio. 1. t.c.39. H

SED, QVONIAM in explanatione modi proceſſus cuiuſq; doctrinæ & in ſufficientia numeri earum eſt dubitatio, paulo altius ordiendum eſt. Dicamus ergo, quòd ſicut dicit Ariſtote. in ſecundo Analyt. quæſita tot ſunt numero, quot ſunt ſcita: nam nos non ſcimus in fine, niſi quod quæſitum fuit in principio:quæſita autem ſunt quatuor(ſicut dicit)duo.ſ.ſimplicia,& duo cõpoſita.Primũ de ſimplicibus eſt,an res eſt inuenta abſolute:Secundũ eſt,quid eſt res.Primum avt de cõpoſitis eſt,an hoc inueniatur illi: Secundũ eſt,quare hoc inueniatur illi. Et ſcire oportet,ꝙ in his quęſitis nihil aliud vult quæſitor,q̃ vt oſtẽdatur ei inuentio termini medij,quo ſibi cõcluditur & certificatur dubitatũ:&,ꝓpterea,ꝓprie dicitur medius terminus illud,vnde fit ſcientia rei:concluſio aũt,ꝓ ꝓprie dicitur ſcitum.Tria aũt iſtorũ ſciuntur ſyllogiſmo demonſtratiuo,ſ.illud,quo quæritur,an hoc inueniatur illi:& illud,quo queritur,quare inueniatur illi:& illud,quo quęritur,an hoc inueniatur abſolute:quartũ aũt,quo q̃ritur,quid eſt res, ſcitur ꝑ diffinitionẽ,& per mediũ concludens eã nobis.Et non eſt eadem ſcientia acquiſita per demonſtrationem & ſyllogiſmũ cum ſcientia acquiſita per diffinitionem, ſicut oſtenſum eſt in ſecundo Poſteri. licet contingat alicubi eſſe vnã & eandem,non tamen ex parte vna, ſicut ibi dicitur. Sed,cum in primis tribus tex.1. t.8.&.10.

quęſitis

A quęſitis non quęratur niſi inuentio termini medij, ſciendum eſt, ꝙ in quęſito, quo quęritur, an hoc inueniatur illi:& in eo, quo quęritur, an hoc inueniatur abſolute: ſi detur inuentio eius per terminũ medium, qui non eſt cauſa inuentionis, tunc reſtat in vtroq; quæſtio de quare, quæ non certificatur, niſi terminus medius detur, qui eſt cauſa inuentionis. Si autem reſpondeatur per terminum medium, qui eſt cauſa inuentionis, tunc ceſſat quæſtio de quare, quoniam iam dedit inuentionem & cauſam. Verũtamen, ſicut dicit Ariſt. demonſtratio, quæ dat cauſam inuentionis, eſt alia à demonſtratione, quę dat inuentionem tantum. Nam ea, quæ dat cauſam inuentionis, dicitur demonſtratio propter quid, quæ competit in quæſito de quare:& eſt iſta demonſtratio per priora natura, nam terminus medius in ea, eſt cauſa quæſiti. Ea autem, quæ dat inuentionem tantum, dicitur demonſtratio quia, quæ competit in quæſito dicente, an hoc inueniatur illi, vel an inueniatur abſolute. Nam, licet ſit ex propoſitionibus immediatis & neceſſarijs & per ſe, tamen terminus medius in ea eſt res cauſata à maiori extremo, & eſt per poſteriora natura. Ad vnum ergo iſtorum quæſitorum, quod eſt quæſitum de quare, reſpondetur per demonſtrationem, quæ abſolute demonſtratio dicitur, & eſt demonſtratio propter quid:& hæc eſt doctrina reſolutiua. Ad alia autem duo reſpondetur per demonſtrationem, quæ dicitur demonſtratio non abſolute (ſicut vult Ariſt.) & eſt demonſtratio quia:& hæc dicitur doctrina compoſitiua, quæ eſt oppoſita primæ. Quare autẽ & illa reſolutoria, & hæc compoſitoria dicta ſit, conſequenter dicemus: de demonſtratione autem, ſiue de ſyllogiſmi demonſtratiui eſſentia & natura in analyticis requiratur. Aſſignemus autem modũ proceſſus iſtarum doctrinarum, & eiſdẽ exempla conuenientia ſubſtituamus: deinde dicamus, quomodo ad quæſitum quartum ſatisfit per diffinitionem

B compoſitionis, cuius extractio per medium terminum ſumitur, vel cuius diffinitionis expoſitio eſt tertium genus doctrinæ. Dicamus ergo, ꝙ proceſſus vniuſcuiuſq; duarum eſt, vt aſſumatur quæſitum, & aſpiciatur ad id, quod ſequitur ad ſubiectum, & antecedit ad prædicatum (& hoc dico in prima figura ſyllogiſmorum, quæ dignisſima figurarum eſt, in alijs autem aliter) illud enim erit terminus medius, ex quo extrahitur ratiocinatio ſuper quæſito: Et conſideretur, ſi iſte medius terminus eſt cauſa maioris extremi, quod.ſ. prædicatur in quæſito, ſiue in concluſione, quod idem eſt, nam id, quod quæritur primo, concluditur poſtea. Nam, ſi ſic, tunc proprie dicitur facta eſſe reſolutio ad cauſam, nam aſcenſio fuit in ipſam per reſolutionem cauſati, vt oſtenderetur cauſatum, quod ab illa compoſitum fuit:& dicitur hæc reſolutio quæſiti in principia eius, quæ ipſum cauſant. Deinde conſideretur in propoſitionibus ſyllogiſmi, per quas quęſitum factum eſt concluſum, ſi fuerit in aliqua illarum locus dubitationis:& ſoluatur ſimiliter ad medium terminum, qui ſit cauſa maiorum extremorum:& fiat proſyllogiſmus alter, & alter, donec nullus remaneat locus dubitationis, quia iam deuentum ſit ad aliquod principium per ſe notum in

1.poſt.t.5. illo genere, ex cuius cognitione firmatur cognitio prioris quęſiti. Tale autem principium eſt illud, quod Ariſto. vocat propoſitionem immediatam, qua non eſt altera prior in illo genere, per quam demonſtretur, eo ꝙ prædicatum eius non eſt in ſubiecto per aliquod medium, cui primo inſit:& ex talibus dicit fieri demonſtrationes, ſi-

C cut ex poſitionibus & primis dignitatibus in ſciẽtia conceſſis. Si vero medius terminus, qui ſequitur ad ſubiectum, & antecedit ad prædicatum, fuerit cauſatum maioris extremi, tunc non reſolutio ſed compoſitio facta eſſe dicitur, nam in cauſatum per compoſitionem deſcenditur, quod à cauſa compoſitum eſt, vt cauſa oſtendatur: motus enim ad cauſatum, vt oſtendatur cauſa, cõpoſitio quædam eſt:& dicitur hæc cõpoſitio quęſiti ad cauſata eius, quæ ipſum ſequuntur. Deinde, ſi in ratiocinatione, per quam oſtenſa fuit cauſa ex cauſato, fuerit locus dubitationis, ſimiliter compoſitio fiat ad cauſatum illius dubitati:& concludatur per id & fiat proſyllogiſmus alter, et alter, donec deueniatur ad illud cauſatum, quod per ſe notum eſt, nec indiget, quòd per aliquod demoſtretur, ex cuius cognitione firmatur cognitio prioris quæſiti. Ex his patet, quòd vtraq; iſtarum doctrinarum dicitur fieri ex finis notione: nam, donec non perueniatur ad finem notum vel compoſitiue vel reſolutiue, nunquam extrahitur quæſitum. Propter quod poteſt legi textus ita, quòd repetatur hoc dictum, ex finis notione, etiam ad compoſitiuam, & dicatur, Secũda vero eſt, quæ fit ex notione finis, ideſt per finem cognitum ex compoſitione inuentorum ſecundũ reſolutionem. Sed, quoniam maxime reſolutiua eſt ex finis notione (illud enim, quod eſt finis reſolutionis, eſt ſimpliciter notius, & nobis notius: finis autem compoſitionis, & ſi contingat nobis eſſe notius, non tamen eſt ſimpliciter notius, ſimpliciter enim notius eſt cauſa, ꝙ̃ cauſatum: cauſatum enim, & ſi aliquando nobis ſit notius, non tamen eſt ſimpliciter notius) ideo de hac ſola dixit infra, ꝙ ex finis notione incipiat. Non oportet aũt

D nos latere, ꝙ differunt, quæ à principijs, rationes, & quæ ad principia. Bene enim Plato dubitauit hoc, & quæſiuit,

1.1.ca.5. vtrum à principijs vel ad principia eſt via, ſicut Ariſt. dixit in Ethicis. Et, licet in doctrinis vtraq; videatur eſſe via, tamen nobis incipiẽdum eſt à cognitis, ſicut ibi dixit. Et, cum hęc ſint dupliciter, quędam quidem cognita ſimpliciter, quædam nobis, incipiendum eſt in vtraq; doctrina à nobis cognitis, nam p hęc manifeſtãtur nobis incognita, ſiue illa contingat eſſe principia, ſiue eſſe principiata. Sed reſolutiua plus aſſimilatur viæ, quæ à principijs: compoſitiua autem plus viæ, quæ ad principia: nam in reſolutiua manifeſtatur principiatum ex ſuis principijs, in quæ reſoluitur: in compoſitiua autem manifeſtatur principium ex principiatis ſuis, ad quæ componitur. Iſte ergo eſt modus reſolutiuæ & compoſitiuæ doctrinæ:& eſt illud, quod dicit alia translatio, ſ. Et oportet, quòd aſpiciatur in propinquiori & propinquiori, ſine quo non ſtat quæſitum commune duabus doctrinis ſimul. Nam in reſolutiua inſpicitur in propinquiori, ſine quo, ſicut principiante & cauſante, non inuenitur res illa: in compoſitiua etiã aſpicitur in propinquiori, & propinquiori, ſine quo, ſicut concomitante, non ſtat quæſitum:& demonſtratio tum per cauſam, tum per effectum rationabiliter contingit, nam ſępe notior eſt nobis cauſa, ſępe autem effectus: ex

T.c.1. notioribus aũt apud nos innata eſt nobis via in doctrinis, ſicut dicit Ariſt. in primo Phyſico. Exemplum autẽ conueniens reſolutiuę doctrinę eſt, vt ſit propoſitum in quęſtione nobis hoc, ſ. An febris putrida, vel calor accidentalis ſit inuentus in corpore humano, vel quare ſit inuentus. Demonſtratio autem eius per cauſam eſt, vt reſpondeatur, quia putridus humor eſt in eo inuentus, qui accidentali calore calidus calefacit continens corpus.

Si autem postea queratur, quare putridus humor est in eo inuentus, demonstratio per suam causam similiter est, quia prohibitio expirationis & euentationis, calorem naturalem corrũpens, & extraneum superaddens est inuenta in multitudine humoris. Si autem adhuc dubitetur, quare ꝓhibitio transpirationis & euentationis est inuenta in humore, demonstratio etiam eius similiter per suam causam est, quia oppilatio est inuenta in corpore, in suis meatibus, per quos euentatur calidum, & expirat capnosum. Si vero postea dubitetur adhuc, quare oppilatio est inuenta, demonstratio per suam causam est, quia aliqua ex causis oppilationis est inuenta: quæ est aut humorum multitudo, aut grossities, aut viscositas, aut nimia frigiditas, aut siccitas, aut calor cũ siccitate &c. q̃cunq; harũ causarum magis fuerit causa, erit pariter notior apud demonstrantẽ. Si autẽ supposito, ꝙ multitudo humoris sit eius causa, quæratur, quare multitudo humoris sit inuenta, demonstratio eius per suam causam est, quia nimia comestio cum indigestione & quiete est inuenta. Nimia autẽ comestio cum indigestione fortassis habet causam adhuc, cum habeat dominium appetitus superans digestionem: quod similiter & causam habet, aliquam complexionis malitiam: quæ complexionis malitia simul causam habet aut naturalem, aut extraneam: & hucusq; peruenit resolutio tanquam ad primum principium totius quæsiti. Et, siquidem fuerit huiusmodi processus in nullo peccans in conditionibus demonstrationis, dicitur hæc resolutio per conuersionem, quia resolutio veram demonstrationem faciens debet assumere pro medio causam necessariam, sine qua non extrahitur quæsitum. Et ex hac potest fieri conuersio argumenti, vt cum concluditur, ꝙ febriens est ægrotans, quia habet operationes sensibiliter lęsas: possum.n. hoc conuertere, concludens, ꝙ habet operationes sensibiliter læsas, quia est ægrotans: quod quidem nõ contingit in topicis argumentis propter assumi in medio accidentalia quæsiti. Hac autem doctrina resolutiua maxime vtuntur scientiæ doctrinales: vt geometria, & reliquę, quæ non ob aliud dictę sunt doctrinales, nisi quia hanc maxime cæterarum artium exercent doctrinam, eo ꝙ ista doctrina per excellentiam dicitur doctrina, nam ex ea resultat scientia in discipulo per causam, nos autem vnumquodq; scire dicimus, cum eius causam cognoscimus. Vsus autem huius doctrinæ apud mathematicos ideo est maxime, quia in omnibus mathematicis ea, quæ sunt natura priora, sunt etiam notiora nobis, & ex illis declarantur posteriora: vnde & illas scientias certissimas conuenit esse. In physicis autem frequenter non est sic, quoniam sunt nobis occulta, quæ priora sunt secundum naturã: & accidentia, quæ posteriora & aduentitia sunt naturæ, sunt nobis magis manifesta: quapropter aliquãdo oportet ex posterioribus incipere, & venire in priora: ex quo accidit physicas scientias in quibusdam non habere tantam certitudinem, quantam habent mathematicæ. Hali vero in exemplo huius doctrinæ deficit, cum tamen prius sufficienter assignasset modum processus ipsius: nam exemplum eius nõ respondet ei, quod declarat de processibus doctrinæ: nam hæc dicit ipse: Volumus addiscere medicinã: inuenimus ergo artis medicinæ partes duas, conseruatiuam scilicet, & curatiuam: Consideramus conseruatiuam sanitatis, & inuenimus, ꝙ existit per cibum & regimen: & consideramus curatiuam ægritudinis, & inuenimus, ꝙ existit per curationem, & cibos, & medicinam: & consideramus in vnaquaq; earum, non cessantes, donec perueniamus ad principia. Sed hæc eius omnia verba sunt vana, tum quia non respondent ei, quod dixerat de resolutione quæsiti in subiectum & prædicatum, & inspectione ad id, quod sequitur ad subiectum, & antecedit ad prędicatum, per quod, tanquam per medium terminum, debet extrahi ratiocinatio super quanto: tum etiam quia credit totam scientiam medicinæ traditam esse, vel tradi posse hoc genere doctrinæ, & sub vno ordine, reliquis nõ intromissis doctrinis: hoc aũt falsum est: quod patet per id, quod Gal. dicit in fine huius procemij, ꝙ tractatio medicinæ secundum partẽ scripta est ab eo in alijs libris multis, in quibus libris dilatatur res ad vtendum doctrinis tribus. Immo etiam in libro vno vtimur aliquãdo doctrinis tribus: quod manifeste innuitur per hoc, ꝙ in eodẽ libro inuenimus Gal. vsum fuisse modo demonstratione, quia, modo demonstratiõe, propter quid, cum earum vna fiat in resolutiua, immo sit ipsa: alia autem in compositiua, immo sit ipsa. Quod autem fecit eum errare est, quia vidit medicinam totã in generalibus summis tradi sub genere doctrinę, diffinitionis expositiuæ, & sub vno ordine certo ad expositionem vnicæ diffinitionis credidit similiter totam medicinam particulariter traditam tradi posse in vno aliorum duorum generum doctrinæ tantum, & sub vno similiter ordine, non attendens, ꝙ diffinitionis doctrina expositiua non potest similiter inueniri in particularibus medicinæ: Neq; attendens, ꝙ diffinitio medicinę in se includit totam scientiam in generalibus summis: sed nullum potest esse quæsitum, ad quod demonstrationes ordinatæ vsq; in finem resolutionis vel compositionis ipsius quæsiti contineant totam scientiam medicinæ, sed indigemus propositione diuersorum quęsitorum, quę sibi non coordinantur: quo fit, ꝙ non potest particulariter doceri sub vno ordine: Nec attendens, ꝙ ista diuersa q̃sita nõ semper possunt ęqualiter certificari, sed quędã p priora, quædã per posteriora naturę: quo fit, ꝙ nõ potest tradi vno genere doctrinæ: vnde & resultant multi libri ad cõplementum totius scientiæ, in quorum quolibet varijs conuenit vti doctrinis, & sub diuersis ordinibus. Propter q̃d sciendũ, ꝙ ordinaria doctrina non est nisi ad vnum quæsitum primum, ad quod & propter quod omnes demonstrationes adductæ coordinantur, sicut patet in exemplo, quod posuimus: scientia aũt tota multa habet quæsita diuersa, quibus non potest nec vno ordine responderi, nec vno genere doctrinæ, propter causam, quæ dicta est. Ex quo sequitur, quòd tota sciẽtia ex multis ordinarijs doctrinis diuersorum generum & diuersorum ordinum simul addiscitur, & docetur: quæ multitudo quæsitorum cum multitudine doctrinarum sibi correspondentium ideo sunt vnius scientię dicenda, quia circa vnum speciale subiectum scientiæ sunt, & ad vnum finem tendunt. Credunt autem aliqui (sicut in eorum expositionibus reperitur non imitari in hoc Hali) quod ordinatio capitulorum in scientia, siue librorum, vel reductio ipsorum, seu ipsarum partium scientiæ ad vnam diuisionem principalem & generalem, quæ contineat oẽs partes, sicut genus continet species, aut vniuersaliter ordinatio partium scientię ad totã scientiã sit genus doctrinæ alterum: quod falsum est, quoniã prima diuisio generalis in sciã cum subdiuisionibus ab illa dependentibus nihil est probans, sed innititur ipsa tãtum diuersitati acceptionis subiecti, & specierũ, & partium subiecti cũ diuersitate

E F Cõ.2.,plo. G Te.6. H

suarum

A suarum passionum: & propterea non est dicenda doctrina, sed est illud, vnde dependet ordinatio capitulorum, & librorum, & vniuersaliter omnium partium scientiæ. Propter quod in hoc nulla est diuersitas inter scientias: omnis.n. scientia diuiditur diuisione prima, continente infinitas quasi subdiuisiones, quę oēs ad illam reducũtur (sicut in medicina notum est, & in naturali) & oēs scientiæ ab illa incipiunt, & illam præsupponũt: & ita sequitur, ꝙ solũ esset vnum genus doctrinæ, quod nihil est. Exemplum vero compositiuæ doctrinæ est in opposito exẽpli, quod assignatum est resolutiuæ: si forsan contingat apud aliquem discipulum notiora, ex quibus proceditur in doctrina, esse ecõtrario, q̃ ibi sint assignata, s. vt, quod ibi erat notius, s. medius terminus ad concludẽdum quæsitum, sit hic positum in questione, an sit inuentũ: Vt si petatur illud, quod erat primum principiũ febris putridæ, vel caloris accidentalis huius in corpore generati, ad quod deuentũ est per finem resolutionis, s. an sit inuentum distemperamentũ complexionis stomachi naturale vel extraneum, & demonstretur id per suum cãtum, quod de necessitate concomitatur ipsum, s. quia appetitus non ęquatur digestiōi: sub tẽperamẽto.n. ęquatur: sed in distẽperamẽto ad frigiditatẽ appetitus superat digestionẽ, ad caliditatẽ aũt ecõtra. Deinde, si dubitatur, an appetitus superet digestionẽ, demonstrabitur id quęsitũ similiter per suũ cãtum, quod de necessitate concomitatur, s. ꝙ nimis comedit, & parum digerit. Si aũt & hoc dubitetur, an sit inuentũ, rñdebitur, ꝙ est inuentũ, quia multitudo crudi humoris est inuenta. Et, si de hac dubitetur, an sit inuenta, rñdebitur, ꝙ sic, quia oppilatio est inuenta cũ priuatione aliarũ causarũ oppilationis. Et, si hoc iterũ quæratur, rñdebitur, ꝙ est inuenta, quia ꝓhibitio euentatiōis & expirationis est inuenta. Et, si hoc iterum petatur, respondebitur, ꝙ est inuenta, quia putredo est inuenta. Et, si hoc iterũ B dubitetur, demonstrabitur inueniri per inuentionem caloris accidentalis huiusmodi, & hoc est vltimũ causatum, quod sensibiliter patet. Et est manifestum in hoc, quo modo doctrina cõpositiua fiat ex cõpositione inuentorũ secundũ resolutionẽ. Debet aũt & talis compositio ad hoc, vt vere demonstret super causam, assumere pro medio tale causatum, quod de necessitate concomitatur causam: ex tali enim cõuertitur argumentum modo prædicto.

Non est autem difficile exercitatis in arte syllogizandi habitis medijs terminis componere syllogismos, & pro syllogismos sic adinuicem: sed, q̃m in scientijs syllogismi raro proferuntur cõpleti, sufficit nobis innuere medium terminum tm̃. Scire aũt oportet, ꝙ in hac doctrina fuit petitio principij, nam ostenditur aliquid per id, quod proprie per ipsum ostenditur: quod in libro Priorum Arist. petitionem principij dixit esse. Sed forte apud illum, cui notius est causatum, q̃ causa, non contingit esse petitionem, cum causa non sit principium ostendendi sibi causatum. Hæc hactenus de duabus doctrinis: nunc de tertia, videlicet diffōnis dissolutiua, plenius exequamur.

Lib.2.ca.17

DICEMVS ergo, ꝙ ad quæsitum quartum, quo quæritur, quid est res, respondetur per diffinitionem, & scitur illud quæsitum per ipsam: &, cum ignotum non possit acquiri nisi per notum, oportet propterea, quòd diffinitio sit notior diffinito, & ex notioribus cõposita, extractio cuius cõpositionis etiam sit per aliquod medium notius, concludens eam nobis. Sed diffinitiones (sicut dicit Philosophus in secundo Poster.) trium sunt modorum: quædam enim sunt sicut principia scientiarum, de quibus non est demonstratio: & tales sunt plerunq; diffinitiones apud omnes artifices omnis artis, quæ ponuntur positiones quasi concessa, vt principia illius artis, vt Aristo. ait in libro prædicto. Idem in septimo Topico. dixit, ꝙ nullus aut pauci diffinitionẽ syllogizant, sed omnes, ꝙ tale est, primum accipiunt: vt qui circa geometriam & numeros & alias disciplinas: nam geometra supponit diffinitionẽ trianguli & circuli, & arithmeticus diffinitionẽ numeri, & sic de alijs. Et quędam diffinitiones sunt ipsæ demonstrationes, positione tantum differentes: & istæ sunt medij termini in demonstrationibus. Vnde & Arist. ait, Oĩs demonstrationis principium est quod quid est: & tales diffinitiones, quę sunt medius terminus in demonstratione, sunt diffinitiones passionum, dicentes, & quid est passio, & propter quid inest subiecto: qualis est ista diffinitio de ira, dicens, ꝙ est accensio sanguinis & caloris circa cor propter appetitum vindictæ rei contristantis. Vnde demonstratio, quæ dat inuentionẽ passionis in subiecto & causam inuentionis, quæ simpliciter & proprie demonstratio dicta est, non ostendit id nisi per talem diffinitionem passionis: vt cum ostenditur inuentio tonitrui propter inuentionem extinctionis ignis in nube, extinctio enim ignis in nube est plurimum diffinitionis tonitrui. Sicut enim contingit in demonstratione absoluta, vt det causam & inuentionem simul, similiter contingit in ea, vt det inuentionem & quiditatem simul: nam dat inuentionem rei per diffinitionem eius: & erit quodammodo idem demonstratio & diffinitio: & est quæsitum quodammodo vnum & idem id, de quo quæritur, quid est res, & id, de quo quæritur, quare est res. Sed hoc non potest fieri, nisi vbi diffinitum non fuerit manifestę inuentionis, & D diffinitio eius fuerit notior: vbi autem fuerit econtrario, diffinitio ignota, & diffinitum manifestum, non poterit demonstrari ex diffinitione. Differentia vero, quæ est inter tales diffinitiones & demonstrationes prædictas est positione & ordine. Nam, cum quærit aliquis, quare eclipsis lunæ est inuenta, respondet demonstrator ei, quia terræ interpositio ad rectam diametrum inter solem & ipsam facit defectum luminis in ea. Cum autem quæret aliquis, quid est eclipsis lunæ, respondet diffinitor alio ordine, ponens id primo, quod ibi dicebatur vltimo, s. ꝙ est defectus luminis ex interpositione terræ ad rectam diametrum inter solem & ipsam. Est etiam adhuc tertius modus diffinitionum, quæ sunt cõclusiones demonstrationum vel alterius argumenti: & istæ dicunt, quid est res tantum, non tamen, quare inueniatur ipsa: & ista est, quæ in artibus inuestigatur, & docetur extrahi, cum fuerit occulta, per res manifestas: & habet se id, quo extrahitur diffinitio, ad diffinitiones, sicut argumentum ad conclusiones. Vtrum autem via, qua prouehimur ad diffinitionem, sit demonstratio, vel diuisio, vel compositio, vel aliud, hoc videndum est adhuc, scilicet vt sciamus, si via, qua extrahitur & concluditur diffinitio, sit dicenda species doctrinæ ordinariæ, sicut via, qua dissoluitur diffinitio & diuiditur & explanatur, est vna species doctrinæ ordinariæ: aut, si non, vt sciamus, quare non, hoc enim valde necessarium est inquiri. Dicamus ergo, quòd non est possibile, vt per demonstrationem ostendatur, sicut Aristotele dicit. Nam demonstratio est syllogismus: syllogismus autem est per medium, & illud est diffinitio: sed diffinitio rei conuertitur cum re,

T.c.10.

2.post.te.9. cap.4.

C

1.de aĩa tex. c.11.

2.post.tex. 3.

E

& prædicatur de ipsa in quid: oportet ergo, si aliquis vult concludere extremum maius esse diffinitionem minoris, vt medius terminus conuertatur cum vtroq; extremo, ita. s. vt medius terminus sit prędicatus de minori ex via quid est & ęqualiter, & prędicetur de medio ex via quid est & ęquali: nisi. n. fuerint in syllogismo istę conditiones, non sequitur maius extremum esse diffinitionem minoris, sed sequitur tantum, quòd sit inuentum ei. Sed existẽtibus prædictis conditionibus in syllogismo contingit, quòd fiat petitio eius, quod est in principio. Nam, si ostendatur, quòd diffinitio animę est numerus mouens seipsum, sicut videtur Platoni, per hoc scilicet, ꝙ anima est causa vitæ per se, vt dicatur, Quicquid est causa vitæ per se, est numerus mouens seipsum: sed anima est causa vitæ per se: anima ergo est numerus mouens seipsum: tunc medius terminus æque erit diffinitio minoris, vt maius extremũ, & erit vtraq; diffinitio vna, diuersarum tamen interpretationum & diuersorum vocabulorum idem significantium. Si ergo per vnam inuentam diffinitionem ostendatur alteram eidem inueniri, cum in vna intelligatur altera, & respondeant sibi inuicem æqualiter de quæstione quid est, manifestum est iam, quòd ostenditur idem per seipsum, & ita petitur quæsitum primum. Ex his ergo videtur, quòd non est possibile demonstrari super diffinitionem. Syllogismo etiam hypothetico non videtur extrahi posse diffinitio, cum fuerit ignota. Sicut enim dicit Philosophus, quemadmodum in contrarijs sępe diffinitionem venantes dicimus, Si diffinitio sanitatis est dispositio faciens actionem, tũc etiam diffinitio ægritudinis est dispositio nocens actioni: sed diffinitio sanitatis est illud: ergo ægritudinis erit hoc: quoniam, qui incepit hac via, in inuentione diffinitionis est petens, quod est in principio, propterea, quia eius intentio est, quòd scientia in diffinitionibus contrariorum, & ignorantia in ipsis est secũdum vnum modum, quia ostendit aliquid per id, quod per ipsum ostenditur: quod est petitio diffinitionis. Et, si forsan diffinitio vnius contrariorum esset notior aliquando, non accideret hoc in omni loco. Et propter hoc, qui ponit, quòd per diffinitionẽ inuenitur diffinitio semper & in omni loco, contingit iam, quòd petat diffinitionẽ.

Xenocratis non Platonis est istæc diffõ, quẽad modũ Plutarch⁹ ĩ suis de aĩa cõmẽtarijs attestat, & Themisti⁹ prio de aĩa cap. 27 ex ei⁹ voluminib⁹ refert: nec Aristoteles secũdo pri. t. 3. vñ hoc exẽplũ sum ptũ ẽ, eã Platoni ascribit, aut alibi. Hęc iõ, ne qs diuinũ hoĩez temere calũniari assuescat.

Nec etiam contingit, quòd extrahatur diffinitio per inductionem, eo quòd in inductione ostenditur, quòd res inuenitur in re dictione prædicatiua: diffinitio autẽ est dictio expergefaciens de substantia rei conditionalis in executiua non prædicatiua. Iam ergo patet, quòd nec syllogismo cathegorico nec hypothetico potest ostendi diffinitio, nec etiam inductione, ita scilicet, ꝙ diffinitio sit ex istis argumentis conclusa, velut conclusio de necessitate sequens, per illud, quod dictum est. Restat ergo inquirere modo, vtrum per viam diuisionis sit possibile inuenire diffinitionem. Dico ergo, quòd Arist. in secundo libro præallegato dicit, quòd via à diuisione non est perficiẽs, vt inueniatur ex ea aliquid ignotum, nedum quòd inueniatur diffinitio, sicut ipse idem dixit in Prioribus: nam non oportet, quòd conclusio deducatur, sicut ex via concessionis, sed ex via, qua sequitur de necessitate ex aliquibus, quæ concessa sunt. Nam, si volumus ostendere, quòd homo est animal ambulans, duos pedes habens, ex diuisione, tunc non est alius modus, quàm iste, vt dicamus, Homo aut est animal, aut non est animal: & cum conceditur nobis, quòd est animal, procedimus, & quærimus, si est ambulans, aut non ambulans: &, cum conceditur nobis, quòd est ambulans, dicimus post illud, quòd est habens duos pedes, aut multos pedes: &, cũ conceditur, quòd habet duos pedes, aggregamus omnia cõcessa nobis, & dicimus, quòd homo est animal ambulans, duos pedes habens: sed hoc non est aliud præter concessa, cum oporteat conclusionem esse aliud ab his, quæ concessa sunt, ex quibus sequitur. Adhuc etiam in Prioribus dixit, quòd in diuisione, quando conamur per eam ostendere aliquod ignotum, fit petitio: vt, cum dicitur, Homo aut est rationalis aut irrationalis: sed nõ irrationalis: ergo rationalis, petit. n. homini inesse rationale, propterea, quia hominem non esse irrationale non ostenditur nisi per hoc, quod est ratione vtens: &, quod est ratione vtens, est rationale: ergo, quod ponitur vt præmissa, ostenditur ex conclusione. Sed tamen (sicut dicit Arist.) Et si via diuisionis nõ sit per syllogismum, est tamen vtilis in syllogismo. Nam, cum præmittitur diuisio, quòd homo aut est animal, aut non animal: deinde, si est animal, non euadit, quin sit gressibile aut nõ gressibile: deinde, si est gressibile, non euadit, quin sit bipes aut multipes: deinde ostẽditur per syllogismũ, quòd est animal & non nõ animal, & quòd est gressibile, & quòd est bipes, & non non gressibile neq; multipes, aggregatur nobis hominis diffinitio ex his syllogismis. In venatiõe ergo quiditatis (sicut dicit Philosophus) accipienda sunt, quæ semper insunt rei: extendũtur autem in plus, non tamen extra genus: dico autem in plus & extra genus, vt trinitati inest ens, quod est extra numerum, & inest multis: in plus autem & intra genus, vt trinitati inest imparitas, & extenditur in plus, quia & quinario inest, non tamen extra genus, nihil. n. extra numerum impar est. Accipienda autem sunt talia vsq; ad hoc, quòd sufficiat: sufficit autẽ, cum vnumquodq; sit in plus: omnia autem simul non in plus accipiantur, etiam quæ prædicantur in eo, quod quid est, & ordinetur quid primum, & quid secundum, vniuersalius enim prius: vt quòd trinitati inest numerus, & quòd impar primum, & nõ mensurari numero, neq; componi ex numeris: hoc. n. totum iam trinitatis est diffinitio. Vtiles autem sunt diuisiones ad sic progredi (sicut dicit Arist.) maxime tamen, quando genera, quæ diuiduntur, sunt nota inesse rei, de qua prædicantur: &, quando fuerit diuisio, in qua non cadit error, vt quia sit in differentias primas, in quas incidit omne, quod est in genere, & non inferiores: vt, si diceretur, si est animal, aut est rationale, aut est diuisum pennis: non. n. in hanc omne animal incidit, sed rationale tantũ & volatile. Et quando fit diuisio in differentias essentiales non in accidentales: vt, si diceretur, animal aut est sanum, aut est ęgrum: nam per talem diuisionem huius generis non inuenitur diffinitio hominis. Quando ergo conceditur, quòd genus diuisum est inuentum in re, cuius quæritur diffinitio, & nõ erratur in diuisione & transitu, donec peruenitur ad speciem, cuius intẽditur diffinitio, tunc exit diffinitio per viam diuisionis ex necessitate: propter quod scientia perueniens ex ea per hunc modum neq; est ex syllogismo, neq; ex specie scientiæ proueniente ex syllogismo, sed similatur adinuicem in aliquo: quã similitudinem non est opus hic referre. Sic ergo videtur per diuisionẽ diffinitio inueniri posse. Boetius quoq; hoc innuit in libro diuisionum, cum dicit, quòd in eodem diuisionis & diffinitionis ratio versatur, nam diuisionibus iunctis vna componitur diffinitio. Ars quoq; diffiniendi secundum ipsum est, vt proposita specie diffinienda

Tex. 4.
l. i. cap. 29.

G

l. i. cap. 29.

2. post. t. c. 4

2. post. t. 17.

H

2. post. t. 19.

sumatur

A fumatur genus eius,& diuidatur per differentias fuas primas,& adiungatur vna earum, quæ de fpecie prædicatur; generi,& videatur,fi æquetur fpeciei: nam, fi æquetur, hoc erit eius diffinitio completa: fi non,tunc diuidatur in differentias alias fuas primas,& addatur prædictis illa,quæ prædicatur de fpecie,& afpiciatur iterum, fi æquatur: nam,fi non,tunc fiat hoc iterum,& iterum,donec æquetur. Et tunc videtur diffinitio non effe aliud, q̃ compofitio diuiforum. Et propter hoc Arift. in principio de anima dicit,quòd,cum manifefte cõtingit,quòd aliquis vnus modus eft cõmunis,quo inquirimus in vnoquoq;,quid fit,quærendum eft,quis fit ille modus, vtrum ex prioribus,vt demonftratio(ficut Auer. dicit in cõmento Hippocratem voluiffe)an ex pofterioribus,ficut procedit diuifio(ficut dicit Platonem fenfiffe)aut fit aliqua via,ficut collectio diffinientium per diuifionem inuentorum,& cõpofitio corũ,ficut dicit Ariftotelẽ velle. Videtur ergo genus doctrinę,quo inuenitur diffinitio,via diuifionis cũ collectione & aggregatione diuiforum, donec æquentur ei,quod intenditur diffiniri. Quamuis autem,videatur per viam diuifiõis melius,q̃ per aliquã aliam viam extrahi diffinitio,tamen adhuc accidit dubium in hac via, ficut dicit Philofophus:propter quod dubium non videtur neceffario extrahi diffinitio ex diuifione. Nam non fequitur,cum prædicatur de homine,quòd eft animal,predicatione feparata:& quòd eft greffibile,prædicatione feparata:& bipes fimiliter,quòd verificentur hæc prædicatione coniuncta, ficut dictũ in libro perihermenias:quia de homine verificatur feparatim,quòd eft muficus,& quòd eft bonus,& non fequitur propterea,quòd fit bonus

l.i.tex.5.

2.cap.2.

B muficus coniunctim. Non remanet ergo hic aliqua via, qua oftendatur diffinitio ex necesfitate, ficut oftenditur occultum per manifeftum:igitur via inquifitionis diffinitionis,non eft aliquod genus doctrinæ ordinariç, ftricte accipiendo doctrinã:ideoq; Gal. hoc confiderans,videns etiam diffinitiones plerunq; effe ficut principia in omni bus artibus fuppofita,non dixit effe genus doctrinę,quo diffinitio inueniatur,fed potius expofitionem & diuifionem diffinitionis fic fuppofitæ appellauit genus doctrinæ. Et Arift. de hoc genere doctrinæ nequaquam mentionem feciffe videtur,eo quòd hoc genus doctrinæ non videtur aliquod ignotum declarare per notum, ficut ex conclufione. Vnde nec eo vtimur ad particularia quæfita fcientiæ declaranda, ficut alijs duobus,fed vtimur eo ad tradendam fcientiam totam fub vno ordine fimul,imo ad numeranda capitula fciẽtiæ generalia, vt habeatur per id aliqua memoria totius fcientiæ:nam habitis vniuerfalibus capitulis facile habet homo progreffum ad particularia capitula,facilemq; memoriam eorundem:& propter hoc fubtiliter infpiciendo poteft dici,quòd vtimur eo ad memorandum,& non ad docendum vel difcendum:ex quo,& rationabiliter, nec fibi vifum eft effe genus doctrinæ. Aut fortaffe quia non videtur effe alius modus diffinitionis venatiuus(quem Arift. dixit effe diuifionem, vel diuiforum compofitionem)q̃ modus diffinitionis expofitiuus,& fub illo ipfum comprehendit. Nam hic etiã diffinitionis modus diuifiuus dicitur,nam affumitur diffinitio,& diuiditur in genus & differentias,& vnaquæq; differentiarum diuiditur in fua fignificata,& vnumquodq; fignificatum in fuas fpecies, vfq; ad quendam terminum,non defcendendo vfq; ad fpecialisfima,neq; profequendo vnumquodq;,quantum contingit. Sicut ergo eft

C diffinitionis compofitio ex diuifis,fic diffinitionis expofitio eft fimiliter ex diuifis:& ita videtur vna effe,vel confimilis via. Galenus vero hanc potius dixit effe genus doctrinæ,f. diuifionẽ diffinitionis,q̃ eius inueftigationẽ,quia, cum diffinitiones plerunq; fint fuppofitæ in fcientijs, ficut principia,non indigent inueftigatione,fed explanatione. Exemplum autem conueniens huic doctrinæ eft illud,quod habemus prę oculis in hoc libro,vt affumatur diffinitio medicinæ aut alicuius aliarum fcientiarum,& diuidatur, ficut fupra diximus,& declaretur omne id,cuius intellectu indigetur in vnaquaq; partium,ita tamen,quòd ex generalibus fummis non declinetur. Patebit aũt & huius doctrinæ ordo ex ordine partium diffinitionis,quæ talem habẽt ordinem in expofitione, qualem habẽt in effentiando diffinitum:ibi autẽ rectus ordo eft,vt anteponatur vniuerfalius,minus vniuerfali,& principalius, minus principali,quod.n. principalius & vniuerfalius, prius locabile. Hæc autem oĩa & fi ad Medicinã fuperflua fint,tñ hæc funt vifa bene dici ad excufationẽ Gal. qui nõ pofuit diffinitionis venatiuã & conclufiuã effe genus doctrinæ,fed magis diffinitionis expofitiuã & qui hanc doctrinam videtur adinueniffe & cognouiffe, dictis Arift. addens eã:quam etfi Arift. præteriuit,nõ fine caufa (ficut diximus)fuit. Iam ergo manifeftũ eft,quõ tres

D funt doctrinæ ordinariç,& quia tantũ tres,& quæ fit vnaqueq; illarũ. Alij autem modi docendi,qui,vt oportet, rem occultã per manifeftã declarant,aut nõ funt dicendi doctrinæ, aut non ordinariæ pp id,quod fupra dictũ eft.

Aut. Appellare aũt licet huiufmodi doctrinã non folũ termini diffolutionem, fed & apertionem,vt quidam nominauere:aut refolutionẽ:aut diuifionem:aut(vt alij quidam)explicationem: aut expofitionem,vt alij.

Leo. Licet autem huiufcemodi doctrinam appellare non tantum diffinitionis diffolutionem, fed & explicationem,vt non nulli vocarunt:vel refolutionem:vel diuifionem:vel(vt non nulli alij)explanationem: vel expofitionem,vt alij.

Cõ.3. Cum declarauit tres effe doctrinas, & elegit vnam earum,f. diffinitionis diffolutiuam,qua intẽdit in hoc libro tradere Medicinam,oftendit diuerfitatẽ nominum,quibus poteft appellari hæc doctrina,ficut ab antiquis accepit horum nominum diuerfitatem,& dixit, APPELLARE AVTEM &c.i. appellatio huius doctrinę,cui nunc infiftimus,põt dici his varijs nominibus,quæ ponuntur in textu. Hæc aũt nomina ficta funt ad parũ diuerfas intẽtiones,& propter hoc funt quafi fynonyma. Sed,quod ex eis magis cõpetit ei,eft hoc,f. q nominetur diuifio diffinitionis,propter hoc,q dictum eft,f. quia,fiue diuifione inueftigetur diffinitio,fiue per prius diffinita fit,diuifione in diffinientia feparatur.

Aut. Conati funt autem quidam Herophiliorum huiufmodi facere doctrinam,quemadmodum Heraclides Erythræus. Conati funt & eam,quæ eft fecundũ cõpofitionem,& ipfi Herophilij,& quidam Erafiftratio

rum,

rum,& Athenæus Attalenſis.Nullus tamẽ ante nos eam ſcripſit diſciplinam,quæ ex finis notione incipit, E
ex qua omnes artes conſiſtunt ſecundum rationem:ſed illam quidem alibi pertranſiuimus.

Conati ſunt & Herophiliorum quidã talem facere doctrinam, quẽadmodum Heraclides Erythręus. Leo.
Conati ſunt & eam, quæ per cõpoſitionem,& ipſi Herophilij,& quidam Eraſiſtrati ſectatores,& Athe-
næus Attaleus.Neminem tamen ante nos eam, quæ oritur à notione finis,ſcripſiſſe cõperimus,ex qua oẽs
artes via quadam atq; ordine conſtituuntur:ſed illam quidem alio pertractauimus loco.

Cum manifeſtauit doctrinas,oſtendit,qui ex antiquis medicis qua ſpecie doctrinę tradiderunt Medicinam,& Cõ.4.
qua non,& dicit,CONATI SVNT &c.i.quidã de ſecta Herophili conati ſunt tradere medicinã ſub huiuſmodi
doctrina, quam tot nominibus vocari dixit,quæ quidẽ eſt termini diuiſiua : & modus iſte loquendi(quia.ſ.dicit
eos conatos eſſe) ſignificat,ꝙ non ſufficiẽter ſub illa doctrina tradiderunt Medicinã:quod contigit,aut quia opti-
mam diffõnem,quid eſt eſſe Medicinæ dicẽtem,nõ ſufficienter poſuerunt:aut quia omiſerũt explanationem eius
ad aliquã partem,vel partium partes:aut quia in ipſarũ declaratione peccauerũt : quod ſi forte non peccaſſent,ẽx
cuſaſſent Gal.(ſicut dicit Hali)ſuper hac doctrina. Deinde dicit,CONATI SVNT &c.ideſt conati ſunt & alij Cõ.5.
ſequaces Herophili,& quidã de ſecta Eraſiſtrati,& Athenæus Attaleus tradere Medicinam ſub doctrina compo-
ſitiua. Dicit aũt Hali ſuper iſto loco,ꝙ in hac doctrina fit inceptio ex principijs Medicinę, & cõponitur & ex- Cõ.6.pro-
trahitur per cõpoſitionem totũ,quod eſt neceſſariũ in Medicina. Sed iſte ſermo nõ eſt verus,nam intentio eius logi.
eſt,ꝙ ex principijs Medicinæ demonſtretur in hac ſcientia,quidquid poſterius eſt principijs,& hoc appellat cõpo F
ſitionem:cũ iſtud ſit reſolutio,ſicut præmonſtrauimus.Et ſignum,ꝙ hoc fuerit ſua intẽtio,eſt,quia dixit in cõpo-
ſitiua doctrina fieri demonſtrationẽ propter quid, cũ Ariſt.in Analyticis dixerit eam fieri in reſolutiua: propter Cõ.3.
quod Ariſt.vocauit librũ ſuum librũ Reſolutiuorum : &,vt breuiter eſt dicere, hic homo veritatẽ perturbat,ne-
ſcio.n.quid intelligat per principia Medicinæ.Si.n.in exẽplo,quod attribuit reſolutiuæ doctrinæ,diuideret me- Cõ.2.
dicinam in partes eius primas,ſ.in theoricam & practicam,& nõ in partes partis,quæ ſunt conſeruatiua & curati-
ua,tunc inueniret ſecundum opinionem ſuã,ꝙ ẽt reſolutiua inciperet ex principijs Medicinæ,quod ipſe quidem
attribuit cõpoſitiuæ:nam theorica circa multa principia Medicinæ verſatur. Præterea ſic diuidendo & ſubdiui
dendo ſcientiã eſt deuenire ad ea,quæ ſunt medicinæ vltima,non ad principia(ſicut vult hõ iſte)ex quibus vltimis
ꝙ medicinam diſcamus,ĩpoſſibile aut difficile videtur. Conſurgit aũt totus hic error, quia ignorat principia
ſcientiarum eſſe primas propoſitiones conceſſas in ſcientijs,quaſi maximas & primas dignitates,ex quibus cõclu
ſiones probãtur : & quia credit doctrinã dici ordinariam ex eo,ꝙ cauſa ſit ordinis partiũ ſcientiæ, non quia ſeruet
ordinem in extractione quæſiti.Et declaratur error eius ex hoc,ꝙ multi in tradendo ſcientias ſimilibus doctrinis
vtuntur,ſed ordinem partium ſcĩæ non ſimilem ſeruant. Dicemus ergo,ꝙ in cõpoſitiua non oſtẽduntur poſte
riora ex principijs,quia hoc eſſet demonſtratio propter quid,quæ reſolutiuæ ꝓpria eſt:ſed potius econuerſo prin-
cipia ex poſterioribus declarantur,principia.ſ.eorum,quæ quærũtur in ſcientijs :& hęc demonſtratio dicĩt quia,
ſicut iam expediuimus. Deinde dixit,NVLLVS TAMEN &c.i. ſed ante tpa noſtra nullus tradidit medicinam
ſub genere doctrinæ reſolutiuæ:& hoc intendebat,cũ dixit,quæ ex finis notione incipit. In reſolutiua.n.doctrina
homo incipit doceri ex fine noto, cum.n.deuentum fuerit ꝑ reſolutionẽ ad aliquẽ finem notũ,tunc iam apparet G
dubitatum primũ,& nullo mõ prius,ſicut diximus. Deinde dixit,EX QVA &c.ideſt ex qua extrahitur quęſi-
tum in omni arte per viã rationis.i.per cauſam:& hoc intendebat,cum dixit,Ex qua omnes artes ſecundũ rõnem
conſiſtunt.Et eſt alia translatio planior in hoc loco,nam,vbi hæc habet,cõſiſtunt,illa habet,extrahuntur. Expo-
no aũt rõnem per cauſam,qm̃ illa per excellentiam ratio & demonſtratio dicitur inter oẽs,quæ dat cauſam, ſicut
diximus:propter quod,cum ſæpe petimus nobis dari cauſam alicuius rei,dicimus,oſtẽde rõnẽ huius:talis aũt ſpe
cies demonſtrationis eſt,quæ fit in reſolutiua doctrina. Inquit.n. Gal.in fine huius libri in numeratione ſuorũ
librorũ,volentẽ artem medicinæ ſecũdum rõnem extrahere,exerceri oportere in libro ſuo, quẽ de demonſtratio
ne conſtituit,ex quo manifeſte innuit reſolutiuã doctrinam nihil aliud,q̃ demonſtrationẽ eã eſſe,ſcilicet,quæ ab-
ſolute demonſtratio dicitur:vnde & verificatur noſtra expoſitio,quã ſuperius induximus in doctrinis.Sed hãc do
ctrinam dicit Gal.ſe exercuiſſe alibi,ſicut in varijs libris ſuis,ſicut eſt ſcrutantẽ videre:& hoc intendebat,cũ dixit,
Sed illam quidem alibi pertranſiuimus. Cauſa vero,propter quã antiquorũ nullus in medicina tradenda vſus H
fuerit iſta doctrina(quia in alijs ſcientijs non dubitamus philoſophos,qui præceſſerunt Gal.ſicut Ariſt.& alios,
ipſã vſos fuiſſe)eſt,quia hæc doctrina valde difficilior eſt cõpoſitiua. Facilius.n.eſt videre,ꝙ homo habeat febrẽ,
quia habet ea,quę conſueuerunt cõcomitari febri,quæ ſunt dolor capitis,ſitis,pulſus ſpiſſitudo,& incenſio colo-
ris vrinæ,& ſimilia,q̃ diſcernere,ꝓpter quid habet febrem,quia habet putredinẽ calefacientẽ. Antiqui autem,
quaſi rudes & primi ſcriptores dę medicinalibus,à ſenſibilibus inchoantes,& à poſterioribus,deuenerũt in nõ ſen
ſibilia & priora,inſipientiũ.n.& rudium eſt à poſterioribus in priora deuenire. Vnde quidam ex antiquioribus
eorũ,ſola accidentia,quę in ægro ſenſibiliter cõprehenderunt,& quæ æger ſibi manifeſtauerat, mandauerunt li-
bris,tantum ab eis numerantes ægritudines,illius mẽbri quatuor, & illius decẽ,& ſic inde,ſicut Hippo.refert in l.1.t.c.8.tra
libro de regimine acutarum ægritudinum,& Gal.in cõm.eiuſdem. Omnis igitur ars (ſicut dicit Princeps in cta.7. ca.2.
ſua Meta.)in exordio ſuo eſt cruda & ĩmatura,ſed maturatur poſtea,& deinde decoratur paulatim & perficitur:& circa prin.
tales dicit fuiſſe ſcĩas primitus apud antiquos græcorum. Et,licet Gal. ea, quæ in medicina quæruntur, viſus
fuerit ex cauſa demonſtrare(ſicut eſt videre in libro ſuo de Mor.& acci.& de numero ęgritudinum,& in tertio de
Criticis diebus,de cauſa dierum criticorum,& in multis alijs quæſitis in medicina)ſcĩa tamen medicinæ & vniuer
ſaliter ſcĩa naturalis,& quæcũq; ſub illa,plus vtitur in ſuis quæſitis demonſtratione quia,q̃ demonſtratione pro-
pter quid,propter debilitatẽ noſtræ cognitionis,quæ circa ſimpliciter priora & manifeſtiora naturæ ita ſe habet,

ſicut

A ficut oculus nyčticoracis ad lucem diei. Adhuc autem, cum medicina fit applicabilis ad opus, opus autem omne circa fingularia & fenfibilia, oportet, ꝙ ab his, quę fenfibus fubiacent, certificetur, quę à fenfibus funt remota: hęc aũt funt accidentia & pofteriora natura: quare ẽt naturalior eft medicinæ demonftratio quia, vel doctrina cōpofitiua, q̃ demonftratio ꝓpter quid, vel doctrina refolutiua. Adhuc autem magis ꝓprium videtur effe medici oftendere ægritudinem ineffe corpori per figna & accidētia comitantia ægritudinē, q̃ econuerfo per ægritudinē & cau fam oftendere effectus, qui fequuntur: nã ægritudo & caufæ eius plerũq; funt occulte, quæ nõ nifi per fignificatio nes accidentiũ cōprehenduntur (vt ait Princeps) nedum ꝙ oftēfionis alterius principiũ fint. Poftea nõ eft medici per notitiã morbi, quæ fit apud eũ, deuenire in cognitionē accidentium & effectuũ confequentiũ, qm̃ eius cogno fcere eft ad opus & ꝓpter opus, operatio aũt eius non eft futura principaliter poft cognitionē circa accidentia, quę fequuntur, fed circa ipforũ caufas & caufarũ caufas, quibus remotis ipfa remouentur: ꝓpter hoc plus intendit per

Cap.8. hoc illa, q̃ econtra. Hoc aũt ẽt Gal. fenfiffe videtur in tertio de Crifi. vbi redarguit Afclepiadem, qui volebat fibi affignari caufam de principijs medicinę, quorũ fcientia fiue caufa in fcīa naturali quęrenda eft: propter quod dicit ei Galenus, Melius effet, vt tu iudicares de principijs ecōtrario, q̃ intendifti, nã melius eft, cũ tu videas operationes mirabiles valentes ad illa principia, vt verificetur apud te ex illis effe illorũ principiorum. Si ergo videamus ope-

B rationes ex talibus principijs medicinæ effe bonas & veras, credendũ eft illa principia effe bona & vera. Verificatio ergo artis (ficut Gal. ibi dicit) currit cum cōtrario viæ inuentionis & proceffionis eius, nã verificatio eft ex operibus cōfequentibus principia aliqua fuppofita, & facit demonftrationē quia: proceffio aũt eft ex principijs cōcludentibus tales operationes & tales effectus, & facit demonftrationē ꝓpter quid. Deinde dicit Gal. ibi, Et tu quidē nõ es coactus cōprehendere fcientias principiorũ cum demonftratione, cum tu poffis confequi ramos fcientiæ: & vult per ramos, effectus principiorũ. Et, licet Galenus, qñ dicit, ꝙ fufficit medico ꝓbare principia ex his, q̃ fequũ tur illa, loquitur de primis principijs medicinę, quę funt in fcientia fua fuppofita, nõ probata cũ negantibus, quæ nõ habet medicus difputare, fed naturalis, tñ vult illud idem poffe fufficere medico in fuis quæfitis, f. ꝙ demonftrē

2.huius tra. 1.cō.22. tur illa ex pofterioribus & confequentibus, & nõ ex prioribus. Vnde & infra dictũ eft ab Hali, medici fpeculatio nē nõ tranfcēdere fenfum, ex his enim quę apparent fenfibus, quæ ꝓprie funt pofteriora natura, cōcluduntur, quę fenfibus funt ignota, quę funt priora natura: nos aũt hoc clarius faciemus, cũ ad locum peruenerimus, vbi hoc dixit Hali. Non lateat aũt nos, quod fæpe cōtingit, ꝙ ex effectibus & cōcomitantibus, quæ natura pofteriora funt, oftenditur inuentio caufarum, & peruenitur per illa in cognitionem earum: quibus cognitis (ficut in libro Anal.

1.pofte.tex. cō.30. dicitur) poffibile eft inferre concomitantia & pofteriora ex ipfis caufis fuis, qñ. f. medius terminus conuertibilis fuerit cum maiori, facto de medio termino, maiori, & de maiori, medio, vt in hoc exēplo: Cuius lumē crefcit pau

C latim in figura lunari, eius figura eft fphęrica: fed lumen lunę crefcit paulatim in figura lunari: ergo luna eft fphęrica. In hac ergo demonftratione, quæ eft demonftratio fuper inuentionem, tñ augmentum luminis paulatim fub figura lunari, quod eft medius terminus ad oftēdendũ fphęricitatē, eft effectus fphęricitatis. Non eft ergo impoffibile neq; difficile, cognito, ꝙ fphęricitas eft caufa augmēti luminis fub hac figura, fi fiat medius terminus maior, & maior medius, & cōcludatur tale augmentũ luminis ex fphęricitate hoc modo: Quod eft fphęricũ, eius lumen crefcit fub hac figura paulatim: fed luna eft fphęrica: ergo eius lumen crefcit paulatim fub hac figura: & hęc demonftratio eft fuper, quare eft tale crementum luminis paulatim fub hac figura inuentũ: & redditur caufa eius, quę eft fphęricitas. Sæpe ergo in fcientijs phyficis hac conuerfione procedimus, vt in medicina manifeftum eft. Nam frequenter ex accidentibus & fignis declaratur inuentio ægritudinis, & caufę ægritudinis: quibus cognitis & fcitis, inuentori per illa, tanq̃ per pofteriora, reoftēditur inuentio illorum accidentiũ ex ęgritudine & caufa fua,

1.pofte.tex. cō.30. tanq̃ ex caufis fuis: & ita contingit vti ambabus doctrinis fimul. Cũ aũt media nõ conuertuntur illo modo, & eft notius, quod eft, non caufa, fed fignũ, demonftrabitur quia tm̃, & nõ propter quid, ficut dicit Philofophus.

Ant. Hic vero diffinitiuam faciemus doctrinã. Quæ quãtum relinquitur ab ea, quæ fecundũ refolutionē fit,

D & dignitate & ratione, tm̃ abundans eft ad cōprehenfionē totius artis, & memoriam eorum, quæ fecundũ partem. Facile. n. memorabilia funt ex termini diffolutione omnia, eo ꝙ contineat in fefe totius artis capitula optimus terminus: quem & fubftantialem quidam nominant, econtrario diuidentes his, quas notiones appellant. Illi fiquidem ab accidentibus rebus diffiniunt: hi vero à fubftantia ipfa conftituuntur.

Leo. Hic vero diffinitiuam faciemus doctrinã, quæ quantũ ab ea, quæ ex refolutione confiftit, & dignitate & ipfo docendi ordine linquitur, tm̃ & ad totius cōpendium, & ad fingulorum memoriã præftare inuenie tur. Sufficienter. n. facillime memoriæ cōmendantur ex diffinitionis diffolutione vniuerfa, quoniam totius artis capita in fe optima diffinitio cōplectitur: quam quidam fubftantialē vocant, ex aduerfo diftinguentes alijs, quæ notionales appellãtur. Illę fiquidem ab his, quæ accidunt rebus diffinitis: hæ vero ab ipfa effentia conftituuntur.

Cō.5. Cũ dixit fe vfum fuiffe doctrina refolutiua in alijs libris fuis, oftendit, qua hic vfurus eft, præeminentiã vtriufq; ad alterã affignando, & dicit, HIC VERO &c. i. fed in hoc libro doctrinã faciemus diffinitiuam, quæ quidē diffinitiua nõ dicitur, vel quia diffinire doceat, feu nobis ipfam concludat, vel quia femper diffiniendo procedat, fed quia diffinitionem fcientiæ docēdæ ꝓpofitam, in diffinientia diffoluit, & vnumquodq; diffinientium ad fuas partes, & partium partes explanat. Cōpofitiuam aũt doctrinam fe exercuiffe non dixit, aut quia non fuerat neq; magnum neq; mirabile, aut quia ipfe plus in libris fuis conatus eft caufam reddere in omnibus quæftionibus medicinæ, & ex caufa ipfas extrahere, nec fufficit ei fcire, qm̃ fic erat, nifi fciret, quare fic effet. Caufæ. n. excogitatio in morbis & in alijs curationis femitam notam facit. Deinde cōparauit hanc diffinitiuam doctrinam, quam dicit

hic

hic ſe facturũ,reſolutiuæ,ſecundũ pręeminentiã vtriuſq; ad alterã in diuerſis, & dixit, QVAE QVANTVM &c. E
quæ diffinitiua,quantum ſuperatur à reſolutiua in rõne & dignitate(& hoc intendebat,cum dixit, Quæ,quãtum
relinquit &c.)tm̃ eſt ſuperans ipſam reſolutiuã in cõpendio & breuiatione totius artis:& hoc intendebat,cũ dixit,
Tm̃ eſt abundãs ad cõprehenſionẽ &c.quod alia trãslatio declarat,cũ dicit, Tantũ ſuperfluit ei in hoc,ꝙ aggregat
totã artem. Deinde dixit, ET MEMORIAM &c.i.tm̃ eſt ſuperãs in memoria particulariter tractatorꝝ in ſcĩa:
& hoc intendebat,cum dixit, Eorꝝ,quæ ſecundũ partẽ. Reſolutiua ſiquidẽ ſuperat oẽm aliam doctrinã in rõne &
dignitate. Superat.n.in rõne,& in cauſę redditione, ſola.n.hęc oñdit q̃ſitum per cãm,quę potisſima eſt demon-
ſtratio.Et hac de cã ſuperat ẽt in dignitate,dignitas.n.eius ſuper alias eſt,quia ex ea reſultat in diſcipulo ſcĩa certa,
cum ſit p cãm:ex alijs aũt nõ ſic, vt ex prędictis palàm eſt.Sed doctrina diffinitiua plus aggregat & cõpendiat,qđ
diffuſum eſt,ſub vno ordine coacto ad expoſitionẽ vnicæ diffinitiõis capitulãs ſcĩam totam : ideoq; cõpendioſior
eſt,& in vnico libro eſſe põt:ſed reſolutiua particulariter tm̃,& ſub diuerſis ordinibus tradit ſcĩam,propter cãm,q̃
dicta eſt ſupra,ideoq; ſub diuerſis libris. Vnde fit,ꝙ nõ põt eſſe cõpendioſa, nec p eam ars tota facile memorabi-
lis,ſicut p illã,breuitas.n.& vniuerſalitas ſimul cũ ordine eorꝝ,quæ dicuntur,cã ſunt facilis memoriæ. Deinde
volẽs oñdere facilitatẽ memorię particularũ artis ex hac doctrina,ſubiecit, FACILE &c.i. facile.n.ſunt memo-
rabilia oĩa particularia artis ex diſſolutiõe diffinitionis:& dedit cãm eius,& dixit, EO QVOD &c. i.quia cõtinet
capitula totius artis ex cõtinẽtia optimi termini:& intelligit p capitula,ſummas gñales,quaſi capitula,quorũ mul
ta ſunt mẽbra capitibus per collũ adiuncta. Et eſt in ſumma rõ eius talis: Quęcũq; doctrina continet totius artis
capitula & optimũ terminũ,ex ea ſunt facile memorabilia oĩa,quæ ſunt in arte : ſed doctrina diffinitiua eſt hmõi: F
ergo ea ex &c. Maior eſt ex textu manifeſta, quia,ſi cõtinet oĩa capitula,i.ſummas gñales,tũc,cũ ſub generalibus
cõprehendãtur ſpãlia,facile ex eis memorãtur oĩa,quæ in arte ſunt. Accidit aũt cõtinere oĩa capitula ex cõtinẽtia
optimi termini,bonitas.n.diffinitionis eſt, quę ꝓponitur in diffinitiua doctrina,quę quidẽ diffinitio eſt diffinitio
ſcĩæ quęſitę p illam doctrinã.Ideo eſt cã continẽtię oĩum capitulorũ in illa doctrina,quia in bona diffinitione, q̃
datur de aliqua ſcientia, continetur generaliter omne id, de quo eſt illa, quod eius expoſitio manifeſtat. Minor
autem,quæ in textu cum concluſione locatur,patebit infra.

SED DICET quis,ꝙ ẽt doctrina reſolutoria cõtinet oĩa capitula,ideoq; & ꝙ ex ea facilis habeatur memoria
particulariũ,quę in arte ſunt. Niſi eſſet,ꝙ hoc à veritate diuerſum eſt,Tũ quia de quibuſdã quęſitis nõ ſemp ſa-
tisfieri põt per cãm(ſicut ex ſupra habitis patere põt)ideoq; talia,& q̃ circa illa dicũtur, ſunt extra reſolutoriã do-
ctrinam:imo in quibuſdã medicinæ q̃ſitis oĩs deficit rõ,quę ſolo experimẽto ſubueniẽte nobis innoteſcũt:ver.g.
ſcamoneã choleræ rubeæ euulſiuã eſſe, ſolo experimẽto cõuincitur: talia ergo particularia quęſita extranea ſunt
ab oĩbus ſpẽbus doctrinæ.Tum ẽt,quia,ſi oĩa capitula cõtineret,illa capitula nõ eſſent gñales ſummæ, ſicut ſunt
in diffinitiua,ex quibus poſſet rememorari eius, quod eſt capitulatũ in ſcĩa,ſed eſſent quaſi partes ſpeciales illarũ
ſummarũ,& ex quolibet illorꝝ capitulorũ ſatisfieret de vno q̃ſito particulari tm̃: & ita ſumeret capitulũ hincinde G
æquiuoce.Sed doctrina reſolutiua nõ ordinatur ad vnũ quæſitum demonſtrandũ,reſolutiones cuius quæſiti vſq;
in finẽ factæ contineãt totam ſcĩam,ſicut doctrina diffinitiua ordinatur ad expoſitionẽ vnicæ diffinitionis de ſcĩa
datæ,expoſitio cuius cõplet in gñali ſcĩam totam:oportet.n.in reſolutiua ad cõplementũ totius ſcĩæ diuerſa q̃ſita
nõ vnius ordinis,neq; ſe inuicem cõprehendẽtia declarare.Propter quod cõtingit doctrinã reſolutiuã multiplica
ri numero multiplicatione q̃ſitorum,licet ſecundũ formã ſit eadẽ.Contingit ẽt ſcĩam particulariter diffuſis volu-
minibus tradi,& nõ ſub vniuerſalibus ſummis:ideoq; p eã non põt haberi facilis memoria eorꝝ,quæ in arte ſunt,
quia in ea nihil eſt aggregatum,ſed diſperſum. Deinde volẽs magis explicare,quid velit per optimũ terminum,
adiunxit, QVEM &c.i.quẽ optimũ terminum aliqui noĩant ſubſtantialẽ,vt diſtinguãt hunc ab illo,quẽ vocant
notionem,qm̃ illũ accidẽtalem appellãt:& hoc intẽdebat,cum dixit,Econtrario diuidẽtes his,qui vocãt notiões,
ſiue deſcriptiões:& notauit fortasſis p hoc,quod dicit,ecõtrario diuidẽtes, ꝙ ex diuiſione talia venamur. Dein-
de adiecit,qũo ecõtrario,& dixit, ILLI SIQVIDEM &c.quia illi termini,qui vocãtur notiones,diffiniunt rem
ab accidẽtalibus ipſius rei:hi vero,qui dicũtur optimi & ſubſtãtiales,diffiniunt rẽ à ſubſtãtialibus ipſius rei:quare
diuiſio venãs notiones eſt p accidentales differẽtias:venans vero optimos terminos eſt per ſubſtãtiales,volens.ſ. ex
hoc,ꝙ diffinitio,quã ꝓpoſiturus eſt de medicina,ſumpta eſt ex ſubſtantialibus medicinæ.Sed,cũ intentiones ſub-
ſtãtiales rei ſint(vt vniuerſaliter eſt dicere)genus & ſubſtãtialis differentia(ſicut in logica declaratũ eſt) oportet de H
necesſitate,ꝙ optima diffinitio,qua ſufficiẽter diſcernitur diffinitũ,cõſtet ex genere ꝓpinquo & ſubſtãtiali differẽ
tia,vna,vel pluribus:Notio aũt ex accidẽtibus termini cõponitur,ex his,quæ in eſſentia rei nõ ingrediũtur.Eſt tñ
magis ꝓpria deſcriptio(ſicut dicũt)ꝙ ꝓponatur genus rei,& adiungantur ei ea,quæ ſunt accidẽtalia,donec æquẽ-
tur deſcripto.Quid aũt ſit ſubſtantiale,quid accidentale,quid genus,quid differẽtia,quæ ſit ars diffiniendi,quę de-
ſcribẽdi,quæ vitia diffinitionis,quę deſcriptionis,in libris logicę requirantur. Vtrum autem diffinitio præponẽda
ſit optima, ſicut dicit eam debere eſſe,inferius inquiremus.

Quę vero ſecundum partem eſt tractatio vniuerſæ medicinalis ſpeculationis,in multis alijs à nobis ſcri Ant.
pta eſt negocijs,quibus expedit vti ad tres doctrinas. Sed nunc à diffinitiua incipiemus,tm̃ adhuc apponen
tes,ꝙ ſola capitula,& velut concluſiones explicatius demonſtratorum dicentur nunc.

Elaborata autem eſt à nobis particulatim,& in pluribus conſcripta tractatibus totius medicinæ con- Leoni.
templatio,quibus vti quis poſſit ad triplicẽ doctrinã.Nũc vero diffinitiuã aggrediemur,hoc vnũ apponen
tes,ꝙ ſolũ capita,& quædã veluti cõcluſiones eorũ,quæ alibi latius ſunt demonſtrata,nũc à nobis dicẽtur.

Cum dixit de ꝓprietatibus doctrinæ,qua vſurus eſt,eſſe cõpendium & vniuerſalitatem quandã capacẽ ſingulo Cõ.6.
rum,

A rum,ne lateat nos eũ particulariter tradidiſſe medicinam,oſtẽdit,ꝙ pertractatio particularis huius ſcientiæ,à particularibus libris ab eo de ea factis eſt quærẽda,& dicit, QVAE VERO SECVNDVM PARTEM &c.i. particularis pertractatio medicinę eſt diffuſa in multis noſtris negocijs,i.libris, quibus expedit vti ad tres doctrinas,i. ad quę negocia expedit vti tribus doctrinis: & eſt modus loquẽdi ſimilis ei,quo vtitur Boetius in libro de cõſolatione,cũ dicit, Collecto in vires aĩo,i.collectis viribus in aĩo,per figurã, quæ apud grãmaticos dicitur hypallage: quã expoſitionẽ alia translatio manifeſtat,cũ dicit,Quibus negocijs dilatatur res ad vtendum doctrinis tribus.Per hoc aũt,quod dicit,ꝙ ad illa negocia particularia vtimur doctrinis tribus,duo innuit, Primũ eſt,ꝙ et in particularibus tractatibus medicinę vtimur doctrina diffinitiua(nec eſt illud inconueniens) licet nõ ſic ꝓprie,ſicut vtimur ea ad aggregandũ ſcientiam totã.Nam,ſi diffinitionẽ alicuius particularis rei de ſcĩa diſſoluimus & explanamus, nõ facimus illud,vt pateat,quicquid gñaliter cõtinetur ſub illa,ſed vt pateant ea,quę aſſumpta ſunt in diffinitiõe. Secundũ,qđ innuit Galenus eſt,ꝙ nõ eſt poſſibile particulariter tradere totã medicinã ſub vna ſola ſpecierũ doctrinæ(ſicut nos ſupius diximus cãm huius)ſed vtimur doctrinis tribus ad illud.Ex quo patet, ꝙ ſtulte quærũt aliqui, in quo libro ſuorũ Gal. vſus fuerit doctrina reſolutiua tm̃,nã in vnico libro eſt reperire ſpẽs diuerſas doctrinarũ frequenter. Deinde dixit, SED NVNC &c.i.ſed incipiemus mõ à diffinitiua(& eſt hic quidẽ tranſitus ex prædictis ad dicẽda)apponẽtes.i.adiũgentes adhuc tm̃ ad ea,quę dicta ſunt de doctrina diffinitiua,ꝙ.ſ.dicẽtur in ea ſola capitula, & velut cõcluſiones particulariter demonſtratorũ in particularibus libris ſuis: & hoc intẽdebat,cum

D dixit,Demonſtratorũ ſecundũ explicationẽ:quod.n.eſt ſummatũ,nõ eſt vſquequaq; explicitũ. In illis ergo explicauit particulariter,quod hic implicat,ſummas eorũ ꝓſequens tm̃,quę quidẽ dicũtur capitula p ſimilitudinẽ,quã dixi,ad caput. Sed,qualiter dicũtur velut cõcluſiões, hic oſtẽdamus.Impoſſibile eſt.n.coaſſumptis in vno libro particularibus cõcluſionibus oĩum particulariũ demonſtrationũ,quę in ſcĩa ſunt,doctrinã fieri ordinariã: ꝓpter quod ſapiẽter adiecit,velut,ſicut ſimilitudinis oſtenſiuũ. Dico ergo,ꝙ premiſſę dicũtur ꝓprie cã efficiens cõclu-

t.c. 74. ſionis,& dicũtur et,licet nõ ſic ꝓprie,cã materialis cõcluſionis, ſicut manifeſte innuit Ariſt.in fine ſecũdi de phyſico auditu,licet id nõ placeat Principi in ſua Sufficiẽtia.Sed imitemur hic Ariſt.& dicamus,ꝙ premiſſę ſunt materia cõcluſiõis,nõ gratia medij termini,qui ad cõcluſionẽ nõ venit,ſed gratia extremorũ:medius.n.terminus,quia in vtraq; premiſſarũ inuenitur,nõ eſt alicuius earum ꝓpria materia,ſed fortaſſis cõis. Premiſſę ergo ex maiori & minori termino tm̃ diſtinctę ſunt,& horũ gratia ſunt materia cõcluſiõis,nã in cõcluſione maior terminus eſt prædicatus,minor ſubiectus. Sed diceret aliquis,materia & efficiẽs in vnũ non coeũt,ſicut dicit Ariſt. Niſi eſſet,

2. phy. tex.70. ꝙ premiſſę maxime dicũtur cã efficiens ex medio termino,& dicũtur cã materialis cõcluſionis ex maiori & minori extremo,& ita nõ in vnũ coeunt efficiẽs & materia ſecundũ idem. Sed,qualitercũq; ſit,hęc cõcluſio videtur eſſe quędam abbreuiatio premiſſarũ,& videtur in ea eſſe tota virtus earũ. Sicut ergo cõcluſio eſt cõtinẽs præmiſſas & virtutẽ earũ,& hoc ſub cõpendio,ita & iſta doctrina cõtinet ſub breuibus ſummis totũ,quod in particularibus li

C bris explicatũ eſt,& oẽm eius virtutẽ,nõ explicatã quidẽ in actu,ſed in potẽtia ꝓpinqua actui,ad ſimilitudinẽ rubricę initiantis,aut epilogi finiẽtis.Ita ergo aſſimilantur ea,quę dicuntur in doctrina diffinitiua,cõcluſionibus, licet in ea quędam contineantur,quæ ſunt veræ concluſiones alibi demonſtratæ.Sed,ꝙ ipſe dixit dicendũ eſſe in ea,velut cõcluſiones, hoc fuit ex reſpectu ad capitula & ſummas,quæ hic dicũtur de ſingulis.Dixit aũt Hali,ꝙ,ſi

cõ.11. prolo. dixiſſet Gal.ꝙ ea,quæ habentur in hac doctrina,ſunt cõcluſiones,eſſet doctrina currẽs nõ ſecundũ ordinẽ:cãm tñ huius nõ dicit,ſed videtur ea,quã innuimus:quia,ſi cõcluſiones,quæ ſunt in particularibus libris,aſſumpſiſſet ad hũc librũ,tunc,qm̃ illæ nõ poſſunt coordinari,fieret doctrina currẽs nõ ſecundũ ordinẽ. Vocauit ergo velut concluſiones,capitula,& ſummas p modũ,quẽ diximus. Dicũt aũt quidã,ꝙ ea,quæ in hac doctrina aggregantur

vbi ſupra de ſcĩa medicinæ,ſunt quidã fructus librorũ particulariũ, ſed hoc nõ eſt verũ. Nã(ſicut recte dicit Hali)fructus illorum librorũ eſt iuuamentũ,quod habetur ex eis ad opera medicinæ,pro ſanitate.n. reddẽda ſcrutamur hmõi

ca.vlti. cõ.11. (ſicut ait.Gal.in prima particula de morbis & accidẽtibus)& ita oĩa ordinantur ad opus,tanq̃ ad finẽ deſideratũ. Sed vtilitas huius libri eſt circa duo, ſicut ſapiẽter innuit Hali in ſuo cõmento. Primũ eſt,quia cõfirmat canones in mente medici,& facit rememorari de facili particularia medicinæ,quorũ põt in ſenio fieri obliuio multitudine particularium artis,ſimul & ſenio memoriã hebetãte:& ſecundũ hoc liber iſte proponitur ad perfectos.Secun

B dum eſt,ꝙ illud, quod eſt in hoc libro ſummatum de totalitate medicinæ, facit diſcipulum potẽtia propinqua manu ductum in omnia particularia artis: & ſecundum hoc proponitur liber iſte ad rudes,ordo enim rectus eſt in ſcientijs,cum ab vniuerſalibus ad particularia ſit progreſſio.&c.

Ant. Medicina eſt ſcientia ſanorum,ægrorum,& neutrorum.

Leo. Medicina eſt ſcientia ſalubrium,& inſalubrium,& neutrorum. Nihil vero differt,& ſi quis loco inſalubrium,ægrorum dixerit.

Cõ.7. Cum præmiſit operi ſuo procemiũ,in quo gña doctrinarũ diſtinxit,vt eligeret,quã intẽdit,incipit tradere ſciẽtiam Medicinæ ſub electa doctrina. Et,quia de eſſentia huius doctrinæ eſt diffinitionẽ ſcĩæ diuidere & explanare ad partes eius,& partiũ partes,& inquirere de vnaquaq; totũ,cuius intellectu indiget diſcipulus,à gñalibus nunq̃ declinãdo,ꝑpea ponit in principio diffõnẽ medicinæ,vt eã ꝓpoſitã ſic explanet(vt dictũ eſt)ex cuius explanatione reſultet in diſcipulo ſcĩa tota ĩ gñe:& dicit, MEDICINA EST SCIENTIA &c. Et eſt hic ſciẽdũ,ꝙ in oĩ ſcĩa cõtinentur tria,ſubiectũ:& paſſiones,q̃ q̃runtur de illo ſubiecto:& ꝓpoſitiones cõceſſæ in illa,p quas oſtenditur paſſio de ſubiecto. Per hoc ergo,quod dicit,eſt ſcĩa.poſſunt intelligi principia cõceſſa,ex quibus ſcimus:oĩs.n. ſcĩa cum demonſtratiõe eſt,demonſtratio aũt ex talibus ſit,ad talia aũt principia nõ oportet explanare diffinitionem,quia ſunt cauſæ efficiẽtes ſcĩam,& non ſcientiæ partes.Per hoc aũt,quod dicit,ſanorũ.intelligit ſubiectum

& paſſiones,

& pasſiones, quæ diuiſione & ſubdiuiſione ſua conſtituunt partes artis,ad quas oportet explanare diffinitionem. E
Eſt ergo genus in hac diffinitione illud,in quo medicina cōicat cum alijs ſcientijs: differentia vero id,in quo ab eis
differt.Cōicat aūt in hoc,ꝙ eſt ſcīa:differt aūt in ſubiecto & pasſionibus. Sed hanc diffinitionē quidam dixerūt
diminutam eſſe,ꝓpter duo.Primū eſt,quia videtur eſſe acceptum in ea genus remotū, ſicut dicunt,ꝙ eſt ſcientia.
Secundum eſt,quia nō eſt in ea differentia,qua diſcernatur à medicina beſtiarū,tota.n.diffinitio hęc de illa ēt dici
tur:& hoc innuūt eſſe verū ex translatione arabica,in qua talis eſt diffinitio: Medicina eſt ſcīa rerum pertinētium
& cōtinuatarum cū ſanitate & ægritudine, & cū diſpoſitione,à qua nō euadit hoīs ſanitas nec ægritudo. Dicit.n.
Hali,hūc locum perſcrutans, ꝙ ſcīa harum rerū eſt genus oīum ſcīarum,factarū ex principijs ſumptis ex ſcientia cō.1.
naturali,ex quibus enumerat quatuor tm̄,ſ.medicinā hoīum,beſtiarum,agriculturā,& ſcīam paſtoralē. Sunt aūt
& alię,ſ.ſcīa alchimię,& ſcīa imaginū,& incantationum,& ſcientia de ſpeculis,& ſcīa nauigandi,& necromantia.
Dicit quoq; Hali,ꝙ p hanc differētiam cū ſanitate & ęgritudine,& cum diſpoſitione,à qua nō euadit hoīs &c.
appropriatur ad genus ꝓpinquum,& fit ſpecies, q̄ eſt ſcīa medicinæ hoīum,& ita per eā diſcernitur ab his,q̄ ſecū
cōicabant in gn̄e.Defectus.n.noīs tam gn̄is ꝓpinqui, q̃ differētiæ(ſicut dicit)coegerunt Gal. aggregare plures di-
ctiones ſimul ad intentionē gn̄is & differētię. Nos aūt,licet de genere aliter ſentiamus, manifeſte tn̄ dicimus in
hac diffinitiōe nihil haberi ꝓ differētia,per quod diſcernatur medicina hoīum à medicina beſtiarū,niſi per excel-
lentiam,cū dicitur ſanoꝝ & ęgrorum,vt intelligatur ſanoꝝ & ægrorum,ideſt hoīs,fortasſis,quia ſcīa ſanorum & F
ęgrorū bruti nō ſit in promptu,neq; ſufficiēter inuenta:quod forte vitio trāslatoris euenit,maxime cū translatio,
quæ ex arabico ad nos venit,nō habeat illū defectū,ſicut patuit. De gn̄e aūt dicemus,ꝙ ſcīa in hac diffinitione
eſt aſſumpta ēt,vt genus ꝓpinquū.Nā,quod in alia translatione facit videri in diffinitione eſſe genus ꝓpinquum,
eſt differētia vna,quæ ſignificatur his noībus,rerum pertinentiū cōtinuatarū.Scīa.n.harum rerū,i. corporū,cau-
ſarum,& ſignorū eſt genus ꝓpinquū illarū ſcīarum(ſicut dicit Hali)ſed hoc idē totū implicite continetur in hoc,
quod dixit,ſanorū & ægroꝝ:quia.n.medicinā dixit eſſe de ſanitate & ægritudine in cōcretione, nō in abſtractio-
ne,ſignificatur p id & ſubiectū,& pasſio,de quibus eſt.Ex hoc ergo,qđ dixit,ſanorū & ægrorū,datur intelligi cor
porū,cauſarum,et ſignorū,quod ibi ſignificatur p rerum pertinētium continuatarū.Quare id,quod in hac diffini
tione eſt pro differētia,eſt ēt cōtrahēs genus longinquū,& eſt ēt ipſum pficiens ad ſpeciem,ſeparādo à ſpecie diffi-
nita,quicquid ſecū conueniebat in illo gn̄e.Ita ergo manifeſtū eſt in hac diffinitione eſſe genus ꝓpinquū, & neq;
ex hac parte diminutā eſſe,ſicut dixerunt.Sed nos de hoc nō multū curamus,maxime cū videamus, ꝙ Gal.in pro
ceſſu ēt apud aliā translationē,cum diſſoluit diffinitionē in partes eius, q̄ ſunt genus & differētia,dixit ſcīam tm̄
abſq; hac determinatione, rerū pertinētium cōtinuatarū,eſſe aſſumptā in diffinitione loco gn̄is:Cū videamus ēt,
ꝙ Princeps in diffinitione,qua diffinit medicinā,vſus eſt hoc gn̄e remoto. Propter hoc ergo ſciendū eſt,ꝙ ſcīæ 1. cano. fen.
oēs,ſecundū ꝙ ſunt notitiæ vniuerſales,differūt p ſubiecta,de quibus ſunt:&,ꝓpterea ſemp in diffinitione ſcīę de- 1.doc.1.c.1.
bet cadere ꝓ differētia ſubſtātiali ſubiectū,de quo eſt illa:Secundū ꝙ aūt ſunt formæ quædā decorātes intellectū, G
ſiquidem ſunt de rebus eiſdē apud diuerſos hoīes,differūt indiuidualiter per ſubiecta,in quibus ſunt,quæ ſunt in-
tellectus hoīum : non.n.ſunt niſi indiuiduæ quædā formæ cōparatione eorū, quæ informātur ab eis,licet ſint ta-
les vniuerſales cōparatione eoꝝ,à quibus abſtracte ſunt:Et hęc ſecundū ſnīam Principis in ſua Metaphy.Scientię li.5.ca.2.
igitur differūt p ſubiecta,de quibus ſunt,& hæc ſubiecta cadūt pro differentijs in diffinitionibus ſcīarum,ſicut di-
ximus. Eſt tn̄ hic cōſideratione dignū,ꝙ,licet ſpāle ſubiectū alicuius ſcīæ ſit ſub ſpeciali ſubiecto alterius ſcīæ
ad modū,ꝙ eius ſuſcipiat prædicationem,nō ꝓpterea de neceſſitate ſcientia erit ſub ſciētia ita,ꝙ eius ſuſcipiat præ
dicationem,licet ſit ſub ea ad modū,ꝙ ſua principia recipiat ab ipſa,qui eſt alter modus ſubalternādi.Nam oīa ſu
biecta ſunt ſub ſubiecto metaphyſicæ ita,ꝙ de oībus prædicatur ens:ens.n.quod eſt ſubiectū metaphyſicæ,de oī-
bus ſubiectis aliarū ſcientiarū prædicatur, & tn̄ metaphyſica de nulla aliarū prædicatur. Sed hic cauendū eſt,
qm̄ ſubiecta ſcientiarū ſi ſumātur recto ordine ſub primo ſubiecto ſciētiæ,quæ eſt genus, & deinde ſub prima di-
uiſione illius ſubiecti,tūc ſine dubio erit ſubiectum vnius ſcientiæ ſub altero,& ſcientia ſub ſciētia ad modū,quo
ſpēs eſt ſub gn̄e,& exibunt hoc mō genera ſubalterna.Et hoc mō ſcientia,ſecundū ꝙ eſt genus, eſt de rebus.Sed
hęc diuiditur,& ſubdiuiditur,quēadmodū & res:Sed res prima diuiſiōe,ſecūdū.ſ.ꝙ de eis eſt ſciētia,diuidūtur in
res,q̄ nō ſunt noſtra opera,& in res,q̄ ſunt noſtra opera (ſicut vult Princeps in principio ſuæ logicæ) nō tn̄ ſecun- circa princi
dum ꝙ abſolute ſumūtur, quia tūc prima diuiſiōe diuidūtur in ſubiectū & accidēs,ſicut ens. Dicitur aūt ſcientia piū ca.1.
primi mēbri,ſpeculatiua,ſecūdi vero mēbri dicitur actiua:& hæc ſunt duo genera ſubalterna,q̄ ſuis differētijs ſub H
diuiſa,adhuc ſub ſe cōſtituunt alia gn̄a ſubalterna, vſq; ad ſpecies ſpālisſimas:quas ſpecies ſpālisſimas nō eſt facile
diſcernere ꝓpter errorē ſumēdi partes integrales ꝓ ſpēbus.Niſi diceremus oēm vnā demonſtrationē de vna parti-
culari cōcluſione eſſe vnā ſcientiam, quaſi ſpēm ſpecialisſimā ſub ſuo genere. At, qm̄ genera iſta ſubalterna non
ſunt oīa noīata,ſed pauca eorū ſortiūtur noīa ex quadā longa circūſcriptione verboꝝ, ꝓpterea philoſophi in dif-
finitione ſcientiarū particulariū nō curant ponere niſi primū genus,quod eſt ſciētia, aut quia ꝓpinquum non ēſt
noīatum,aut ne ex poſitiōe ſubalterni,ſi forte nominatū ſit ex circūſcriptione, nimis obſcura reddatur diffinitio.
Bene ergo pōt eſſe,ꝙ Gal.per hoc,quod dicit in alia translatione, rerū pertinentiū continuatarū cum ſanitate
hominis &c.non intelligit aliud, q̃ quod in iſta per ſanorum &c. per hoc quidē,ſicut & per id,ſignificans ſubie-
ctum medicinę cū ſuis pasſionibus. Non.n.videtur p hanc aggregationē nominū,ſ.ſciētia rerū ptinētiū continua
tarum &c.ſufficienter eſſe ſignificatū genus ꝓpinquum illarū ſciētiarū,q̄ ſunt velut rami ſciētiæ naturalis.
Amplius autem de genere dubitatur.Quia.n.medici videntur à medicina,q̄ in eis eſt, aliquid operan-
tes & inducētes in corpora,ſicut artifices ab arte,videtur fortasſis,ꝙ genus medicinæ ſit potius ars,q̃ ſcientia:aut,
ſi vtraq; de ea dicitur, videndum erit,qūo hæc duo genera ſint diuerſa. Ad hoc ergo intelligendū interponere
oportet aliqua ex his,q̄ ſexto legūtur Ethic.videlicet ꝙ duo ſunt in anima habentia rōnem,vnū,quo ſpeculamur cap.2.

A talia entia,q̄ nō contingit aliter ſe habere, & hic dicitur intellectus ſciētificus vel ſpeculatiuus:aliud vero,quo ſpe-
culamur contingentia , & hic dr̄ intellectus practicus ſiue rōcinatiuus : hi.n.ambo diuerſæ ſunt potētiæ aīæ,tum
ꝓpter cognitoꝝ genus diuerſum hincinde,tum pp finē diuerſum , qui intendit̄ ab vtroq;:hic.n.rōcinat̄ pp opus,
idē ca.3. ille vero pp veritatem tm̄. Vtrorūq; ergo intellectuū veritas & falſitas opus eſt(ſicut dicit Philoſophus)nā ſpe-
culatiui opus eſt veritas abſolute : practici vero opus eſt veritas cōfeſſe hn̄s ſe appetitui recto. Sed vtriq; horū ſunt
aliqui optimi habitus,qui ſunt virtutes ambobus, ſm quos vnuſquiſq; ipſorum maxime verū dicit. Et intellectui
ſpeculatiuo ſunt tres,ſ.ſcīa,intellectus,& ſapiētia:& eſt ſcīa cōcluſionū,intellectus p̄ncipiorum,ſapiētia vtrorūq;:
practici vero duo,ſ.ars,& prudentia. Nā ea,de quibus rōcinat̄ intellectus practicus,ſunt operabilia ꝑ nos,quę con
tingit aliter ſe habere: hęc aūt ſunt duorū generū,ſ.agibilia , & factibilia:diuerſa.n.ſunt gn̄e actio, & factio,ſicut
pite 5. dicit Philoſophus. Agibile enim vocat̄ operabile,cuius actū ſequit̄ declaratio & triſtitia, in quo ēt ipſa actio finis
eſt:& hoc agibile eſt de operibus virtutū moraliū, quarū operatio ſm ſe eligibilis eſt:& ꝑfectio intellectus practi-
ci ad hoc opabile,& eius optimus habitus circa illud dr̄ prudētia. Propter hoc prudēti oēs virtutes morales ineſſe
pite 18. neceſſe eſt,ſicut Philoſophus dicit. Eſt aūt prudentia,habitus intellectus practici, cū rōne vera actiuus circa bona
& mala humana. Factibile autem vocat̄ , quod in mechanicis opere fit manuali in quibuſcūq;, in quibus finis eſt
aliquid factū:& ꝑfectio intellectus practici,& eius optimus habitus circa illud eſt ars mechanica. Hęc aūt eſt habi
B tus intellectus practici,cū rōne vera factiuus. Ars.n.neq; eſt eorū,quę ex neceſſitate ſunt,vel fiunt,et in hoc differt
à ſcīa,intellectu,& ſapīa(q̄uis ars ſæpe ſumat̄ ꝓ ſciētia,& artifex pro ſciēte in multis locis apud Philoſophos) neq;
eſt eoꝝ,quæ ſunt agibilia,& ꝑ hoc differt à prudētia:neq; ēt eoꝝ,quę natura fiūt,in ſeipſis.n.nō habēt hoc princi
Eth.ca.5. piū,& ex hoc differt à natura:eſt tn̄ imago naturę,& facit,ſicut illa. Sicut ergo dicit Philoſophus,ars eſt circa gn̄a-
tionē,& artificiari,& ſpeculari,qual̄r fiet aliquid contingentiū eſſe & nō eſſe,quorū principiū eſt in faciēte,& nō
in facto. Quare ars eſt de his,quæ ſunt,vel fiūt contingēter : ſcīa aūt de his,quę ſunt,vel fiūt ex neceſſitate. Adhuc
aūt ars eſt principiū artificialiū,ſed ſcīa nō eſt principiū ſcibiliū , ſcibilia.n.alterum hn̄t principiū eſſendi. His
p̄habitis dicamus,ꝙ medicina eſt ſcīa,ſm ꝙ ea,de quibus ē,cōſiderant̄ ab intellectu ſpeculatiuo,i.ſm ꝙ ex aliqui-
bus p̄ncipijs ſpeculat̄ aliquas cōcluſiones,quę ſunt neceſſariæ & ęternę. Sed ab hac ſcīa,q̄ quidē eſt habitus intelle
ctus ſpeculatiui,reſultat in intellectū practicū factiuus quidā habitus,qui eſt ars medēdi,quę magis ꝓprię dicitur
medicatiua,quā medicina. Nō.n.eſt mirabile, ſi ſcīa,quæ eſt de operabili , adiuuet intellectū practicū ad induēdū
artē,quę eſt habitus quidā circa operationē,cū ab illo(ſicut dicit Princeps)tranſumat maximas,ꝓpoſitiones ad id,
quod cogitat & cōcludit de particularibus faciēdis:q̄uis ex experimētis & opibus tales habitus,ꝓmptius inducan-
Eth.ca.1. tur:ex ędificare ſiquidē ędificatores ſumus:ex bn̄ vero vel male,boni vel mali,ſicut dicit Ariſt. Sicut ergo à rectis
demonſtrationibus fit ſcīa in nobis,ita à rectis opibus fit in nobis ars:ſicut quoq; ab habitu,qui eſt ſcīa , recte ſci-
mus,ita ab habitu,qui eſt ars,recte opamur:ꝓpter quod ars nō eſt,ꝓprie docibilis,ſicut ſcīa , ſed magis aſſueſcibi-
C lis. Ergo ſanitatis p̄ncipiū,inquātum ab arte efficit̄ in materia,i.in corpore,eſt in medico faciēte, & nō in corpore
curato vel cōſeruato. Sanitas enim,q̄ eſt in mēte medici,p̄ncipium eſt ſanitatis,quę fit in ęgro corpore:ab illa.n.ſa
nitate regulat̄ medicus,cū inducit purgationes,& clyſteria,& inciſiones,emplaſtra,& ſuitiones,& ſilīa,vt ſanitatē
faciat in corpore:& eſt ſanitas illa inducta,inquātum ab arte inducit̄,res artificiata,licet, inquātum natura corpo-
ris,in quo inducit̄,plus confert ad inducendū, q̄ ars ipſa,q̄ quaſi vernula eſt naturę,poſſet dici res naturata. Nam,
cū ipſa ſit diſpoſitio naturalis(vt infra patebit)ad eā natural̄r redit corpus,ſicut aqua calefacta ad frigiditatem : ars
aūt adminiculat̄ ad hoc,īpedimēta remouēdo. Hæc aūt res,quæ ex ſcīa medicinæ reſultat in medico,ęquiuoce dr̄
medicina cū illa,quæ eſt ſcientia , & alterius eſt diffinitionis : &,ſicut genus illius eſt ſcīa, ſicut genus huius eſt ars.

Nequaq̄ tn̄ lateat,ꝙ ad opa virtutū perficiēda,& virtutes inducēdas,ſcirę de virtutibus,quid ſint,& circa quid,
nihil aut parū refert,ſed aſſuefiēdo rectis opibus virtutes īducimus,ſicut ait Philoſophus:ſed ad artes multū cōferr
bidē ca.1. ſcire:nihilominus tn̄,quæcūq; oportet diſcētes facere,hoc faciētes diſcimus(ſicut dicit 2 Ethi.)& ita hahitū,qui eſt
ars,inducimus ēt,ꝓpter vſum opationū. Ergo ad habendā artē cōfert ſcīa rei opabilis,& pariter opatio ipſa,nam
opari ꝑ experientiā inducit artē:ſcire aūt īducit artē abſq; p̄ceſſione operū per tranſumere inde cōiecturas operis,
capite vlti. ſed tn̄ nō in oībus ſufficiēter. Propter qđ & recte Philoſophus ait in 10 Ethi.ꝙ neq; vn̄r medici ex cōſcriptiōibus
fieri,q̄uis tentēt diuidere ſpēs cōſeruationis & curationis , & ſingulos habitus ꝑſcrutari:talia.n.(ſicut dicit)exptis
quidē vtilia,inexpertis aūt inutilia. Ad virtutes aūt plus cōfert opari,q̄ ſcire,nā ſcire nunq̄ aut parū valde,facit be
D neplacitum id,quod oportet opari,operationis aūt aſſuefactio facit illud:opus aūt virtutis beneplacitū oportet
tex.cō.17. eſſe. Hoc ergo mō,ſm ꝙ medicina eſt ars,eſt vna ex mechanicis. Et hac cōſideratione Ari.& Auer.in p̄ncipio
de Anima innuunt eā mechanicā. Hac ēt cōſideratione à politica regulat̄,ſicut ēt oēs reliquæ artes mechanicę:
vtitur.n.eis oībus politica,& legem ipſis imponit,ſicut ex Politicis manifeſtum eſt.

FORTASSIS AVTEM & ꝯ diffinitionē dicet quis,ꝙ dr̄ia debet p̄dicari de diffinita ſpē:ſed,quæ in hac diffi-
nitione ponit̄ dr̄ia,non p̄dicat̄ de medicina. Niſi eſſet,ꝙ accidētia nō hn̄t verā diffinitionē, ſicut 7 Meta.declarat̄.
textu 19. Nā,ſicut ſm quid ſunt entia,ita ſm quid hn̄t diffinitionē:&,quia nō hn̄t eſſe abſolutū à ſubiecto, ideo oportet ſu
biectū cadere in diffinitionibus eoꝝ loco dr̄iæ,& in obliquū caſum,& nō in rectū,qn̄.ſ.in abſtracto diffiniūtur:
& hoc quidem ſm cōem modum ſuarū diffinitionū: vt cū dr̄,quātitas eſt mēſura ſubſtātię: qualitas eſt diſpoſitio
ſubſtātię,ideo,quia talis dr̄ia p̄dicari nō pōt , nec eſt vera dr̄ia,ſed vt dr̄ia. Scire.n.oportet,ꝙ dr̄iæ in accidentibus
(ſicut in p̄ma Philoſo. dr̄)ſumunt̄ ex principijs , vn̄ cauſant̄:&,quia,ꝓpriæ paſſiones cauſant̄ ex p̄ncipijs ſubiecti,
ideo ſubiectū cadit in diffinitione earū:vt cum dr̄,ſimitas eſt cauitas naſi. Sil̄r ēt,ſi accidēs fuerit principiū accidē-
tis,vt actio,vel paſſio,vel quātitas principiū relationis,cadet vnū accidens in diffinitiōe alterius,neq; tn̄ vel ſubie-
ctum,vel aliquod accidens,ex quo cauſat̄ , p̄dicari pōt de diffinito accidēte. Sed,qn̄ ꝓpria p̄ncipia accidentis non
fuerūt nota,tunc dr̄iæ in eis ſumunt̄ ab effectibus ſuis:vt,cum diffinit̄,albedo eſt color diſgregatiuus viſus , & ni-

gredo

gredo color cõgregatiuus,cõgregatiuũ & disgregatiuũ dicunt drĩæ coloris,quę causant ex abundantia vel paucitate lucis,ex quo diuersæ causant coloris spẽs:& tales drĩæ p̃dicari possunt,si recte sumant.Et hoc mõ fortassis põt dici,ꝙ,cũ dr̃,ꝙ medicina est scĩa sanoꝝ &c.intelligit,ꝙ est demonstratiua sanoꝝ,& egroꝝ:& tũc hæc aggregatio est drĩa medicinę,q̃ de ipsa,sicut drĩa de spẽ,p̃dicat.Propter hoc ergo in accidentiũ diffõne nõ semper nec oĩmode est reperire cõditiones diffõnis,& diffinientiũ,sicut in diffinitione substãtiæ. Adhuc aũt dicet aliqs insufficientẽ esse diffõnem per hoc,quia,cũ in diffõne scĩæ cadat pro drĩa subiectum,& passiões,quas de subiecto ꝓbat artifex, medicus aũt nõ solũ sanitatẽ & ęgritudinẽ inquirat de subiecto suo, sed p̃ter has caliditatẽ,& frigiditatẽ,& hmõi, videbit fortassis nõ sufficere,qđ dictũ est,sanoꝝ,& egroꝝ,& ne utroꝝ. Nisi esset,ꝙ medicus non cõsiderat corpus humanũ,nisi inquantũ sanabile & ęgrotabile,ideoq; tm̃ has passiões,s.sanitatẽ,& ęgritudinẽ inquirit de illo. Quòd si aliqñ inuestiget caliditatẽ,& frigiditatẽ,& hmõi,nõ facit hoc,nisi inquantũ aut hæc sunt ipsæ passiones, aut cõparabilia p̃mis passionibus, quas intẽdit,s.sanitati aut ęgritudini. Sicut.n.geometria nõ cõsiderat lineam, inquãtum est pulchra vel turpis(hæc.n.non insunt p se lineæ, sed sunt accidentia extranea à subiecto geometrię) sic medicus nõ cõsiderat corpus humanũ,inquãtum aĩatum aĩa rõnali,vel erectũ,vel risibile,vel hmõi,qm̃ extranea sunt à subiecto,inquãtum est subiectũ. Sed dicet aliquis,ꝙ medicus inquirit de vrina,& de egestionibus,& hmõi,multas illarũ passiones,vt colorẽ,substantiã,& hmõi:& de cibo & potu,et motu & quiete,& aere,& hmõi, multas istorũ naturas:ergo nõ solũ sanitatẽ & ęgritudinẽ inquirit de subiecto. Nisi esset, ꝙ medicina nõ inqrit **F** ęgritudinẽ solũ de corpore,vt de subiecto,sed quodãmõ de cã,& signo,sicut patebit in vlteriori expositione diffinitionis.Medicina.n.non habet inuestigare sanitatẽ & ęgritudinẽ de corpore humano tm̃, sed de cõseruatione & amotiõe vtriusq; in illo,& ab illo,s̃m ꝙ hæc vel illa significat inueniri in illo. Propter quod nõ inqrit de vrina,& egestionibus,& sĩlibus colorẽ,& substãtiã,& reliqua,nisi inquantũ significãt sanitatẽ & ęgritudinẽ in illo:de cibo autem & potu,& motu & quiete,& huiusmodi non inquirit multas eorum naturas,nisi inquãtum causant sanitatem & ægritudinem in illo.

E

ADHVC AVTEM dubitabit aliquis ex eo,ꝙ Gal.in hac diffinitione ꝯdicere vr̃ Arist.ponens medium inter sanũ & ęgrũ,quod p abnegationẽ vtriusq; dr̃,cum Arist.negauerit illud in Postpręduc. Et hãc contradictionem inter eos tãgit Hali,quã deniq; sic nitit quietare. Dicit.n.ꝙ intẽtio Arist.qui dicit,ꝙ inter sanũ & ęgrum nõ est mediũ,est,ꝙ nõ est posse simul remoueri sanitatẽ & ęgritudinẽ à corpore,dum viuit,& fieri in eo dispositionẽ tertiã,in qua nõ sit portio sanitatis vel ęgritudinis:& ita vult Hali,ꝙ,qñ Arist.dixit nõ esse mediũ ĩter sanũ & ægrũ, intelligat mediũ,quod nõ participat de extremis. De Gal.aũt dicit,ꝙ vult p neutralitatẽ,dispositionẽ corporis,in qua inuenit aut sanitas & ęgritudo s̃m semitã pmistionis,aut in diuersis partibus, aut in diuersis horis,s̃m.s.triplicẽ acceptationẽ neutralitatis,q̃ infra dicet:& hãc intentionẽ dicit eẽ eandẽ cũ ea,q̃ Arist. Sed in veritate Hali Aristotelẽ nõ bene intellexit,nec intẽtionẽ,s̃m quã Gal.mediũ ĩter ea posuit,declarauit. Nã,si Arist.cũ negat mediũ inter sanũ & ęgrũ,nõ negat nisi id,quod nõ participat de extremis,tũc eadẽ rõne põt negare mediũ inter albũ **G** & nigrũ,& ĩter oĩa ꝯria,q̃ dicunt mediata,inter q̃ sine dubio nõ est mediũ,quod nõ participet de extremis: viride enim,& rubeũ,& puniceũ,& reliqui colorũ ex extremis pmisti sunt:& ita s̃m Arist.oĩa essent ĩmediata, quod est absurdũ,& ꝯ ipsum in eodẽ loco.Ergo sub alia intentiõe,quã dicat Hali,negat Arist.mediũ inter sanũ & ęgrum. Quod aũt de Gal.dicit, ꝙ vult p neutralitatẽ,dispõnem, in qua inuenit sanitas & ęgritudo simul s̃m semitã pmistionis,aut in diuersis partibus,aut in diuersis horis,veꝝ dicit, sed,qua intentiõe velit hãc esse mediã inter illas,maxime s̃m primũ significatũ neutralitatis,quia s̃m reliqua duo nõ est difficile hoc videre, nullo modo declarat.

cõ.1,trac.2.

Dicimus ergo rursus ad hoc,ꝙ diuersimode accipit Gal.& Arist.sanitatẽ & ęgritudinẽ.Nam Arist.accipit sanitatẽ stricte,s̃m ꝙ est ęqualitas calidi,frigidi,humidi,& sicci, ęqualitas(dico)nõ absolute, sed ad opus & s̃m opus pficiendũ ęgritudinẽ aũt intelligit eẽ inæqualitatẽ eorundẽ,& s̃m idẽ.Sed,sicut inter æquale & inæquale non est mediũ,sic inter sanũ & ęgrũ isto mõ nõ est mediũ: ęq̃le.n.duobus opponit,q̃ maxime inter se opponunt,s.ad maius & ad minus,inter q̃ ipsum est mediũ:mediũ aũt cõparatũ ad vnum extremoꝝ est alterũ,& ita existens,vt duo opponit ad duo.Propter quod rñdetur ei,ꝙ dr̃,tm̃ vnum vni est oppositũ. Et silr̃ sanitas est media duarũ ægritudinũ.Nã,si sanitas est tẽperies calidi & frigidi,tũc est media distẽperantiæ,q̃ in calido,& eius,quæ in frigido,ad **H** quas cũ egredit,subito egredit,cõtinuo enim,cũ æquale auget, vel minuit,fit inęquale. Et pp sub hac acceptatione nõ põt esse motus de sanitate in egritudinẽ, sed potius erit inter eas mutatio,q̃ est trãsitus subitus,nõ paulatim & in tẽpore,sicut motus,accipiẽdo motũ,s̃m ꝙ est pfectio eius,quod est in potẽtia, s̃m ꝙ adhuc est in potẽtia:nã æquale & inæquale sunt in p̃dicamento ad aliquid,in quo nõ est motus. Adhuc aũt sanitas & ægritudo sunt in p̃ma specie qualitatis,q̃ est habitus & dispõ:sed ꝓbatum est 7 Physi.ab Arist.nõ esse motũ,nisi in tertia spẽ qualitatis,q̃ est passio & passibilis qualitas(licet illud non placeat Principi in sua sufficiẽtia) igit imitãdo hic Arist.dicamus,ꝙ mutatio,q̃ est in p̃ma spẽ qualitatis,& in alijs ẽt p̃ter tertiã,vt plurimũ comitat motum,videlicet in aliqua qualitatũ p̃marum vel secũdarũ,q̃ sunt in tertia spẽ qualitatis. Quare oportet dicere ꝙ mutatio de sanitate in ęgritudinẽ sequit motũ in caliditate,frigiditate,humiditate,& siccitate ad modũ mutatiõis,q̃ est in substãtia. Quòd si mutatio sanitatis in ęgritudinẽ à parte cõpositionis organicæ,vel à parte vnitatis nõ sequat semp motum in illis quatuor,ad minus tñ subitã mutationẽ inter eas,dicta Arist.custodiẽs,nõ negabit. Gal.vero accipiẽs sanitatem & ęgritudinẽ largius,terminat eas ambas ad duo puncta,inter q̃ est spatiũ ĩtellectũ.Nam ipse diffinit sanitatẽ,dicẽs, ꝙ est dispõ s̃m naturã,pficiẽs operationẽ:de ęgritudine aũt nõ dicit, ꝙ sit dispõ præter naturã,diminuẽs pfectionẽ operatiõis,sed dicit,ꝙ est dispõ pręter naturã,sensibilr̃ lędẽs operationẽ:sed inter pfectionẽ operationis,& sensibilẽ eius lęsionẽ est mediũ insensibilis læsio in illa:non ergo dicit eẽ ęgritudinẽ, nisi eã,q̃ ad sensum vr̃ ęgritudo, sensibile faciẽs nocumentũ in operatiõe:& nõ,qualitercũq; cadat corpus à sanitate,iudicat ipsum ægrũ,sed sicut dictũ est.Ideo sub tali acceptiõe resultat mediũ inter sanũ & ęgrũ, ex cuius medij positiõe sequit p̃seruationẽ esse

t.c.15.& infra li.2,ca.2.

de acci. & mor.ca.1.

diuersam

A diuersam à curatiōe, motū quoq; posse fieri ex vna in alterā, imo nulla fit sibi cura, an sit inter eas motus, an mutatio, quę est trāsitus subito, dūmodo ipsos gradus lapsuum pquisite distinguat & regat. Sed hę oēs dubitatiōes, q̄ de diffinitiōe, logicę sunt & vanę, ad medicos cōparatę, verū, qa qdam eas attulerūt, ideo de his satisfecimus.

Ant. Scientiæ ergo nomen cōmuniter & non ꝓprie audire oportet.

Leo. Nomen vero scientiæ communius, non autem proprie accipere oportet.

Cō.8. Cum posuit diffinitionē, explanat eā: &, qa diffinitio constat ex gn̄e & differētijs (sicut diximus) ꝑmo explanat genus, & dicit, SCIENTIAE ERGO &c.i. hoc nomen scīa debet accipi in diffinitione p̄dicta loco gn̄is: & hoc intēdebat, cū ait, Cōiter & non ꝓprie audire cōtingit. nā scīa in cōi assumpta p̄dicat̃ de medicina, & de multis alijs spēbus suis, in qd & substātialiter, quę sunt gn̄is ꝓprietates, sicut in Isagogis dr̄. De hoc aūt gn̄e plus nō ꝓsequit̃ Gal. quia, quicquid de eo esset dicendū, non esset ꝓprium medicinæ, sed cōmune sibi in oībus alijs scientijs. Nam, licet intētio essentiæ vniuscuiusq; rei significet̃ ex genere & differentia simul cōiunctis, tn̄ essentia speciei plus est ex differentia, sicut ex vltima forma perfectiua, quæ determinat & constituit in speciem, formam generalitatis confusam & indeterminatam: quæ forma generalis ꝓpter sui cōfusionem ꝓportionatur materiæ in diffinitione, differentia vero formæ: & ꝓpter hoc expositio diffinitionis plus pendet ex explanatione differentiarū, q̄ generis.

B

Ant. Sanum aūt, & ægrum, & neutrū, vnūquodq; tripliciter dicitur, Hoc quidē vt corpus, hoc vero vt causa, hoc aūt vt signū. Etenim susceptibile sanitatis corpus, & efficiens & cōseruans eā causa, & declarans signū, oīa hæc vocant Hellines sana. Secundum vero eundē modum & ægra, & susceptibilia ægritudinum corpora, & efficiētes & conseruantes ægritudinum causas, & signa declarantia. Quin & neutra secundū eandem rationem, & corpora, & causas, & signa sane vocant.

Leo. Salubre autem, & insalubre, & neutrum, vnumquodq; tripliciter dicitur, Hoc quidē vt corpus, hoc aūt vt causa, hoc vero vt signum. Etenim corpus, quod sanitatē natura suscipere aptū est: & causam, quæ eandem efficere, vel conseruare: & signū, quod potest indicare, hæc omnia salubria Græci appellare consueuerunt. Eadem ratione & susceptiua morborum corpora, & eosdem efficientes conseruantesq; causas, & signa indicantia, insalubria vocant. Nec aliter corpora neutra, causas, signa'ue dixerunt.

Cō.9. Cum explanauit diffinitionē, q̄tum ad genus, mō explanat eā, q̄tum ad dr̄ias. Et ꝑmo explanat, q̄tum ad dr̄ias, in cōi diuidēdo vnāquāq; dr̄iam in sūa significata: deinde quālibet illarū applicatā suis significatis in suas spēs siue modos: postea verò in vnaquaq; partiū illarū declarat totū, cuius intellectu idiget̃ in hac doctrina, notificādo, numerādo, & cōplēdo in oībus summas tm̄ (& hoc erit explanare vnāquāq; dr̄iam in particulari) & dicit, SANVM

C AVTEM &c.i. sanū, ęgrum, & neutrū dr̄ tripl'r, s. vt corpus, & vt cā, & vt signum. Deinde declarauit illud, & dixit, ETENIM &c.i. qa corpus dr̄ susceptiuū sanitatis, & sil'r ęgritudinis, & neutralitatis: & cā dr̄ cōseruatiua sanitatis, sil'r egritudinis, & neutralitatis: & signū dr̄ declaratiuū sanitatis, & ęgritudinis, & neutralitatis. Deide volēs ostēdere, ꝙ susceptiuū denoīat̃ ab eo, qd̄ suscipit: cōseruatiuū aūt & effectiuū ab eo, qd̄ ipsum cōseruat & efficit in susceptiuo: declaratiuū aūt ab ipso, ꝙ ipsum declarat ī susceptiuo sil'r, auctorizat p Hellines, i. Grecos hoc, q hęc oīa isto modo appellāt, sana, egra, & neutra, s. corpora vt susceptiua, illarū causas vt cōseruatiuas & effectiuas, signa vero vt declaratiua. Hęc igit̃ est explanatio dr̄iarū ad sua significata, de qbus dn̄r nō equiuoce, sed analogice: nā sanū & ęgrū neq; sub vna rōne, sicut vniuoca, neq; penitus sub diuersa, sicut ęquoca, dr̄ de corpore, cā, & signo. Quę.n. dicunt̃ de pluribus analogice, dn̄r p respectū ad vnū, ad qd̄ diuersas hn̄t ꝓportiones: & ideo illud vnū, oportet, ꝙ ponat̃ in diffinitione oīum, quasi sit quodāmō rō eorū vna. Sanū aūt & ęgrū ꝯm ꝓpriam suā rōnē dn̄r de susceptiuo sanitatis & egritudinis, vt corpore: ꝯm vero nō ꝓpriā sed aliqual'r participatā dn̄r de cibo, & vrina, & medicina, & talibus, qa ꝯm aliquā habitudinē eorū ad susceptiuū illarū. Propter qd̄ oportet, ꝙ sanū & ęgrum p prius dicant̃ de corpore, p posterius de cā & signo. Sed eorum, quæ p analogiā in vno cōueniunt, vnica est scīa, sicut est videre de substantia & accidente, de qbus in ente per analogiam cōuenientibus metaphysicę est docere. Sicut.n. dicit Phi-

tex. cō. 2. losophus quarto Metaphy. non solū circa vnū dictorum vnius est scientiæ speculari, sed ad vnam dictorum natu-

D ram: etenim quodammodo circa vnum dicuntur. Erit ergo medicinę docere de corpore, causa, & signo, ꝯm ꝙ de eis dicitur sanū, & ęgrum, & neutrum, sicut illius erat docere de substātia & accidēte, ꝯm ꝙ de eis dicitur ens.

ET IN HOC iam manifestat̃ rn̄sio ad id, qd̄ solet quæri de medicinę subiecto. Dicunt.n. ꝙ vr̄ esse triplex, qa de tribus rebus vr̄ medicus inqrere passiones p̄dictas, s. de corpore, cā, & signo: cū igit̃ scīa vna sit, q̄ est de subiecto vno (sicut dicit Philosophus) vr̄ esse medicina scīa triplex à triplicitate subiecti. Huic.n. non ignorāter rn̄det̃, ꝙ medicus nō inqrit sanitatē & ęgritudinē, vt de subiecto, nisi de corpore, sed de cā & signo inqrit eas, vt, ꝓpter subiectum. Nā scīa eorū, quæ in analogo cōprehendunt̃ (sicut dicit Philosophus), ꝓprie est prioris, & eius, ex quo alia pēdent: sed cā & signū non cadūt in medicina, nisi ꝓpter corpus, & ad ipsum in analogo referunt̃, dr̄.n. cā vel signum sanū, qa vel tale causat vel significat corpus. Et ita tm̄ erit vnum subiectū, de quo ꝓprie, & ꝑncipal'r, & ꝑmo ꝓbat

pria primi doc.1. ca.1. passiones. Ex quo et sequit̃ sciam vnā esse: qd̄ Princeps cōsiderās dixit in diffinitione sua medicinę, ꝙ ipsa sit scīa, qua humani corporis dispōnes noscunt̃ tm̄, & nō qua noscunt̃ dispōnes causarū & signorū. Subtilius vero speculātibus nobis nō incōueniēter dici posse vr̄, ꝙ, sicut metaphysicę subiectū aliqual'r dici pōt substantia & accn̄s, ꝯm ꝙ p analogiā in ente cōueniūt, qd̄ est eius vere subiectū: & de passionibus substātię & accidētis, inquātum sunt entia, tm̄ inquirit̃ in illa, & ita de passionibus entis solius, inquantū ens est, sil'r dici potest, ꝙ corpus, causa, signum sunt aliqualiter medicinæ subiectū, ꝯm. s. ꝙ p analogiā cōueniūt in sano & ęgro, quæ sunt ipsius medicinæ vere subiectū: quę qdē sanū & ęgrū, licet sint duo cōtraria, cōsiderant̃ tn̄ vt vnū, per vnū genus, ad quod, sicut cōtraria, reducibilia

ducibilia ſunt. Quare ſcīa eorũ non erit niſi vna, cõtrariorũ enim eadẽ eſt diſciplina. Dicetur ẽt, ꝙ in ea inquiri habet de paſsionibus corporis, cauſę, & ſigni, inquãtum. ſ. ſolũmodo ſunt ſana & ęgra: & ita tm̃ de paſsionibus ſani & ęgri. Sicut ergo metaphyſicę ſubiectũ eſt magis ens, q̃ ſubſtãtia: & adhuc magis ſuaſtantia, q̃ accidẽs, ſic medicinæ ſubiectum magis eſt ſanum & ęgrũ, q̃ corpus, cauſa, aut ſignũ: & adhuc magis corpus, q̃ cauſa, aut ſignum. E

Quod Gal. conſiderans eleganter ait medicinam eſſe ſcientiam ſanorum, & ægrorum, & neutrorum. Nam, ſi ſubiectum debeat cadere in diffinitione ſciæ (ſicut ſuperius diximus) erit neceſſario poſitũ pro ſubiecto medicinæ ſanũ & ęgrum, quæ in eius diffinitione ponunť: quorũ quodlibet qa plura analogice ſignificat, ſ. corpus, cauſam, & ſignum, ratione pluralitatis dixit, ꝙ eſt ſcientia ſanorum ęgrorum, & neutrorum, & non ſani, & ęgri. Sed, cũ Princeps capitulo de ſubiectis medicinæ vocat medicinæ ſubiecta valde plura his, ſicut elementa, mẽbra, ſpiritus, & humores, complexiones, virtutes, & operationes, & etiam eius res non naturales, & huiuſmodi multa, large credendum eſt ipſum vocare ſubiecta cauſas materiales, formales, & efficientes, & finales ſanitatis & ægritudinis, in quibus ſcientia medicinæ verſatur, vt cognoſcat ipſas cognitis cauſis ſuis: fere enim ſubiecta appellat omnia ea, de quibus medicina tractat. Sed hæc omnia non inquirit niſi circa vnum ſubiectum, quod eſt corpus humanum, cuius illa aut ſunt componẽtia, aut accidentia ſibi, aut ĩmutantia ipſum, aut doctrina regiminis ipſius. Iam aũt ſupra videmur innuiſſe tres differentias haberi in diffinitione propoſita, ſ. ſanorum, ægrorum, & neutrorum: ſed nulla ſequentiũ videtur ſeparare diffinitum ab aliquo, à quo prima non ſeparauerit, quare nec eſſe plures. Niſi eſſet, ꝙ totũ illud eſt vnica differentia, vt tres partes habens: & ita ſunt quaſi tres differentiæ. Sed tamen in hac vna, quæ tres partes habet, duæ ſunt implicitæ, ſ. ſubiectum & paſſio, ſicut ſupra dicebamus. pria primi doc. 1. ca. 2. F

AMPLIVS AVTEM dubitatur medicinam non eſſe ſcientiam ſignorum, & cauſarum. Videtur enim ſufficere, ꝙ dicatur ſciẽtia corporum tantum, ſm. ſ. ꝙ ſunt ſana & ægra, nam ſigna ſunt medium in demonſtrando ſanitatem & ægritudinem de corpore, ſicut accidentia & poſteriora natura: cauſæ quoq; ſimiliter ſunt medium ad demonſtrandum illas paſsiones de corpore, ſicut priora natura, ſicut patet de cauſis ægritudinum: demonſtramus. n. corpus eſſe febriens, quia putruit humor eius, q. cauſa febris eſt: & ſimiliter de alijs multis. Sicut ergo non dicimus de ſcientia naturali, ꝙ ipſa ſit niſi de corpore, ſm ꝙ eſt mobile: & non dicimus, ꝙ ipſa ſit de ſigno, & cauſis, quibus oſtendit motum hunc vel illum de corpore, vel alias paſsiones, ſecundum ꝙ eſt mobile, ſimiliter debet dici de medicina, ꝙ eſt ſcientia de corpore humano, ſecundum ꝙ eſt ſanabile & ægrotabile: & non de ſignis & cauſis, quibus oſtendit ſanitatem & ægritudinem de corpore. Niſi eſſet, ꝙ ſigna & cauſæ ſine dubio, ſecundũ ꝙ ſunt medium ad demonſtrandum paſsionem de ſubiecto, comparantur ad ſcientiam, ſicut efficiens eam, ſicut ſupra innuimus: & iſto modo non dicitur ſcientia eſſe de eis, ſicut de ſubiecto, ſed potius per ea, non de eis: & hoc eſt generaliter in omnibus ſcientijs, in quibus vtimur ſignis & cauſis ad oſtendendum paſsiones ineſſe ſubiecto. Sed in medicina aliter eſt. Cũ enim tota vergat ad opus, habens quidem & ipſa demonſtrare paſsiones de ſubiecto propter docere conſeruare, vel amouere eas à ſubiecto, licet ipſa vtatur aliquando cauſis ægris & neutris ad oſtendendum ægritudinem & neutralitatem de corpore, eis maxime, quæ immediatę & per ſe ſunt cauſæ, tamen cauſis efficientibus & conſeruantibus ſanitatem nunquã vtitur ad demonſtrãdum ſanitatem de corpore, ſed oſtendit eam de corpore aut ex perfectione operationum, aut ex concomitantibus ipſam, aut ex his, quæ ingrediuntur quiditatem ſanitatis: immo docet, qualiter talibus cauſis ſanis ſit vtendum, cum inſtat nobis efficere vel conſeruare eam in corpore: per eas enim efficitur opus, ad quod vergit. Item de cauſis ægris & neutris non conſiderat tantum, vt per eas oſtendat ægritudinem & neutralitatem ineſſe corpori, quoniam ad hoc oſtendendum aliæ ſibi patent viæ per ſigna: ſed præter hoc conſiderat eas, vt abijciendas: vult enim medicus, ꝙ cauſæ ſanæ remoueant ægras, & ſuum effectum. Poteſt ergo medicina eſſe quodãmodo de cauſis, aliter autem, q̃ vt per eas oſtẽdat paſsiones de ſubiecto: & hoc totum ideo eſt, quia operatiua dicitur: nam de cauſis ſanis conſiderat, vt per eas efficiat & conſeruet ſanitatem in corpore: de ægris vero & neutris, vt eas remoueat à corpore, remotione, qua remoueť ægritudo. De ſignis vero ſimiliter poteſt eſſe aliter, q̃ vt per ea oſtendat paſsiones de corpore, ſ. quia ſimul & cum hoc per ipſa dirigatur in opere: propter quod & ſigna & cauſę in medicina denominantur etiam nomine paſsionum, ſicut & corpus, per analogiam nominis: dicuntur enim ſigna ſana & ægra, & cauſæ ſimiliter, quod non contingit de ſignis & cauſis, quibus oſtendimus paſsiones de ſubiecto alterius ſcientiæ. Et propter hoc medicus quodãmodo videtur oſtendere ſanitatem & ægritudinem de ſigno & cauſa, non tamen niſi per reſpectum ad corpus: dicit enim ſignum ſanum vel ægrum, quia tale ſignificat corpus: & cauſam ſanam & ægram, quia tale vel efficit vel conſeruat: corpus enim ex ſe habet, ꝙ eſt ſuſceptiuum ſanitatis & ægritudinis. Non enim dicitur corpus ægrum ab ægritudine cauſæ, quæ per ſe ſit ægra, ſed dicitur ægrum, quoniam operationes non perficit: verũtamen cauſa bene dicitur ęgra, qa cauſat corpus ægrũ: nã, ꝙ ſignũ & cauſa ſint ſignificatiua vel curatiua ſanitatis & ægritudinis, hoc habẽt ex corpore, nõ ex ſe. Si. n. cibus vel potus vel aliqd aliud haberet ex ſe, ꝙ cauſaret ſanitatẽ, tunc idem cibus in oĩ corpore faceret ſanitatem: ſed hoc eſt falſum, nã idem cibus ad diuerſa corpora cõparatus, eſt & ſanus & æger. Hoc igiť modo, quia ſanum & ægrũ dicitur de ſigno & cauſa, licet hoc habeat ex corpore, põt dici medicina eſſe de eis. In alijs aũtẽ ſcientijs quibuſcunq; non contingit paſsiones de ſignis & cauſis dici: nec poteſt dici, ꝙ ſint de eis, ſed per ea. G H

Et eſt ſecundum primam quidem rationem ſcientia medicinalis ſanarum cauſarum: per illas autem etiam aliarum, ſecundo quidem ægrarum, tertio vero neutrarum. Et poſt hæc corporum, primum quidem & in his ſanorũ, deinde ægrorũ, deinde neutrorũ. De ſignis quoq; ſecũdũ rationẽ eandẽ. In actionibus vero prius quidem corporũ cognitio ex ſignis manifeſta eſt, poſt hoc vero & earũ cauſarũ inuentio. Ant.

Et ſecundum quidem primam rationem atq; præcipuam, cauſarum ſalubriũ eſt medicina ſcientia: propter eas autem & aliarum, ſecundo quidem loco inſalubrium, & tertio neutrarum. Et poſt has eodem modo corporum, primo quidem & hic ſalubrium, ſecundo loco inſalubrium, tertio neutrorum. Itidem de ſi- Leo.

A gnis dicendum. In actionibus autem prima quidem est corporum cognitio, quæ habetur ex signis: post hæc earum, quæ in ipsis, inuentio causarum.

Cō.10. Cum dedit, quid intelligatur per vnamquanq; differentiarum, & quomodo, ostendit, quo ordine sit medicina de his, quæ dantur intelligi per differentias, & dicit, ET EST SECVNDVM PRIMAM QVIDEM &c.i. & scientia medicinæ sub alio ordine est de eis oībus per viam intentionis, & alio per viam operationis: nam secundū primam medicinæ intentionem, i. secundū id, quod primo cadit in intentionem medici, medicina primo est sciētia de sanis causis: & hoc intendebat, cum dixit, Et est quidem secundum primam rationem &c. Quod manifesta-alia translatio, cum dicit, Et prima quidem intentio medici non est nisi ad sciendū causas sanas. Nam finis rei, dē qua agitur, primo cadit in intentione artificis, q̄ id, quod est ad finem: sed finis medicinæ est sanitatem efficere & conseruare, hoc autē medicus consequit̃ imediate ex sanis causis: ergo primo intendit̃ ad sanas causas, sicut ad con iunctas suo fini: deinde post has peruenit eius intentio ad ægras, & neutras, quas intendit, vt abijciendas, vt sanarū consecutio possibilior sit: deinde post has ad corpora & signa secundum eundem modum. s. primo ad sana, secundo ad ægra, & neutra. Deinde, cum dixit, quo ordine sit de eis per viam intentionis, ostendit, quo ordine sit de his per viā operis, & dicit, IN ACTIONIBVS VERO &c.i. sed, cum medicus conat̃ operari per ea, quę didicit ex scientia medicinæ, tunc eius prima inchoatio est econtrario. Incipit enim à signis, à quibus peruenit ad cognitionem corporum: ex quibus cognitis, si inuenit in eis sanitatem, quærit causas sanas, quibus conseruet eam: si in-

B uenit in eis ægritudinem vel neutralitatem, quærit causas sanas, quibus efficiat sanitatem: nam, quod primum est in intentione, vltimum est in operatione, & econtrario. Iam aūt intellexerunt quidam ex antiquis magistris de Salerno, q̄ Gal. per hoc dictum suum innueret diuisionem medicinæ in theoricam & practicam, quam nequaq̄ inuenimus haberi in aliquo librorum suorum, qui vsq; hodie ad latinam linguam exiuerint: licet hec diuisio non effugiat rationē, propter habere medicinam nō solum speculari passiones de subiecto, sed conseruationē & amotionē earum in illo, & ab illo: quorum primum videt̃ theoricæ, secundū practicæ. Et intendunt illi, quod Gal. dicit, Secundū primam quidem rationem. i. theoricam: quod vero dicit, In actionibus etiam. intendunt practicam.

Quorum intellectus vanus est & continuo falsus, nam ea pars medicinę, quę theorica est, nunq̄ est de causis efficiētibus & conseruātibus sanitatem, sed practica, sicut habet̃ à Principe in suo libro. Actiones aūt & operationes, quę à medicina fiunt, esse partem medicinæ sit̃ falsum est, sicut Princeps probauit, nam vtraq; partium medicinæ est scire (sicut dicit) & non vna scire, & altera operari, licet sint scientiæ ad operandum.

QVAERET ETIAM aliquis in hoc loco causam, quare, cum Gal. innuat duplicem viam in medicina, quarum vna est à causis ad corpora & signa, reliqua vero à signis ad corpora & causas, non procedat infra in declaratione partium diffinitionis, aliqua illarum viarum, sed incipiat à corporibus, deinde transeat ad signa, vltimo ad

C causas. Cui respondendum est, q̄ nulla duarum viarum, quæ hic innuuntur, est via docendi medicinam. Nam via intentionis, quæ à causis suis incipit, non est via docendi medicinam; nam medicus non debet prius conseruare vel curare, q̄ doceat rem conseruandam vel curandam, nam conseruatio vel curatio, quæ à causis conseruantibus & efficientibus sanitatem completur, pendet ab illa, & diuersificatur secundū diuersitatem illius. Practica vero, cuius est docere de his causis sanis, licet tractatus de materijs earum sit theoricus, nunquam præordinatur theoricæ, cuius est docere de re conseruanda vel curanda. Nec etiam via, qua procedimus in opere, potest esse via doctrinæ. Nam, cum operatio sit circa singularia, oportet, q̄ ea, quæ in scientia docentur in vniuersali inueniri in homine, cognoscantur in hoc homine singulari, qui modo sensui subiacet, vt per hanc cognitionem dirigamur in opere circa ipsum. Fient autem illa cognita nobis non aliter, q̄ per ea, quæ primo de illo singulari se sensui ostendunt: hæc autem sunt signa & accidentia illis rebus, quarū quæritur in eo cognitio. Sed scientia primo habet supponere essentiam rei, circa quam quærit: deinde inquirere, quæ sibi accidunt, vt ex his discernat passiones, quas de subiecto quærit: demum vero, cum scientia fuerit ex operatiuis, inquiretur de cōseruatione & amotione passionū de subiecto. Adhuc ēt medicina non est de causis & signis nisi ꝓpter corpora. Sicut. n. diximus, ipsa dicunt̃ sana

D & ægra cū quadam relatione ad corpus: sed, quod dicit̃ cū quadā relatione ad aliqd, non pōt cognosci, nisi cognoscatur id, ad quod refertur: ideo oportet, q̄ scīa medicinæ, s̄m q̄ est scientia doctrinalis, incipiat à corporibus tm̄.

AT, QVONIAM de theorica & practica mentionē fecimus, in quas scientia medicinæ (sicut diuulgatum est in libris medicorum Arabum) prima diuisione diuiditur, conueniens nobis videtur propter doctrinæ bonitatē, & quia non solum exponere, sed apponere intendimus, cum occurret necessitas, & licebit, plenum & planum faciendo sermonem, scrutari, quomodo ex speculatiuo & actiuo, ex opposito diuidentibus scientiam, vna species scientiæ possit componi: quod quidam volentes fugere dixerunt theoricam & practicam in medicina esse species medicinæ: qui in maius inconueniens sunt lapsi, sicut dicemus. Scrutandum est etiam, quanuis ipsa sit composita ex speculatiuo & actiuo, vtrum ipsa potius dicenda sit tota actiua, aut speculatiua. Et inquiramus primo de secundo quæsito, quoniam ex eo patebit facilior aditus ad responsionem primi. Dico ergo, q̄ hanc sciētiam quidam scribunt esse speculatiuam, ex eo, q̄ subalternatur speculatiuæ, s. naturali philosophiæ: & ex eo etiam, q̄ nulla videtur actiuarū, s. nec monastica, nec œconomica, nec politica: nec. n. videtur scientia actiua in plures diuisa.

Sed ostēdemus primo ipsam esse actiuā, deinde satisfaciemus ꝓdictis. Primo ergo ex quodā simili persuadet̃ medicinā esse operatiuā: dicit nanq; Boetius quarto de consolatione, Quid animorū salus aliud est, q̄ virtus: quid ęgritudo aliud, q̄ vitia. Sicut ergo aliqua est scīa opatiua circa salutē & ęgritudinē aīe, sicut ethica, sic dignum est aliquā debere esse operatiuā circa salutē & ęgritudinē corporis, hęc aūt nō est nisi medicina: igit̃ medicina est scīa operatiua. Adhuc aūt (sicut p se patet) scīa medicinæ est de operabilibus à nobis circa corpus humanū: sed oīs talis est practica & operatiua: igit̃ medicina est de genere actiuarum. Adhuc (sicut dicit Aristo 2 metaphysicæ)

theoricæ finis est veritas: practicæ vero opus, theoricum enim & practicum non solum ab his, de quibus sunt, sed etiã à fine distinguuntur. Cuius ergo scientiæ finis est opus, ipsa est practica: sed medicinæ totius finis est opus: igitur ipsa est practica, & actiua. Quòd etiam finis totius sit opus, patet ex diffinitione medicinæ apud Principem innuentẽ finem eius: quæ est, Medicina est sciẽtia, qua humani corporis dispositiões noscuntur ex parte, qua sanatur, & ab ea remouetur, vt habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur: vt enim, ibi notat causam finalem: sed sanitatis conseruatio & amissæ recuperatio opus est. Sed dicet aliquis, ꝙ theorica medicinæ habet alium finem, diuersum à fine totius medicinæ, qui sibi proprius est, & ꝙ hic prædictus finis, sit finis practicæ, ostendens illud ex dicto tertia primi capitulo primo Principis, qui ait, ꝙ theorica est, quæ in demonstrando sententias tm̃ confert: ita ꝙ in demonstratione qualitatis operationis nullũ auxilium præbet: & ita videtur finis eius veritas tm̃ de principijs medicinæ, & de his, quæ sunt vsq; ad declarationẽ qualitatis operationis, de quibus est ipsa theorica. Nisi esset, ꝙ finis, qui in diffinitione prædicta innuitur, non est practicæ, cũ illa nõ sit diffinitio practicæ, sed medicinæ, licet medicus illũ finem cõsequatur immediatius ex practica, q̃ ex theorica: sicut domus plus habet, ꝙ sit cooperimentum defendens ab imbribus & caumatibus, à tecto & pariete, q̃ à fundamento, nihilominus tñ finis totius domus est ab his defendere. Adhuc etiã Gal. in libro de morbo & accidenti (quẽ librum theoricũ dicunt) scrutans de morbis ait, Pro sanitate enim reddenda scrutamur huiusmodi. Amplius, cũ qualitas sanationis non diuersificetur nisi penes diuersitatem eorum, quæ tradũtur in theorica, s. ægritudinum, & suarũ causarum, cõplexionũ, & ętatum, & aliorum multorum, oportet de necessitate practicam à theorica dependere: theoricam quoq; ordinari ad practicam, & ad opus simul cũ practica, sicut fundamentum ordinat̃ ad parietem & ad tectum: est enim theorica quasi practicæ fundamẽtum. Propter quod oportet intelligere, ꝙ in demonstratione qualitatis operationis nullum auxilium præbet principaliter & per se, sed sicut secũdario & per accidens. Ei autem, ꝙ aliqui dicunt eam esse speculatiuã, quia subalternat̃ speculatiuæ, Dicendum est, ꝙ medicina nõ subalternatur vere ad modum, quo subalternatur species generi, s. suscipiendo prædicationem, sed secundum ꝙ sua principia recipit ab illa: qui est alter modus subalternandi. Ethica enim, quæ est actiua scientia, subalternat̃ metaphysicæ, quæ oĩbus speculatiuior est, & tamen ethica nõ est speculatiua, quia subalternatur ei secundo modo, non primo. Quod autem ipsi dicunt, ꝙ non est aliqua trium actiuarum, in quas diuiditur philosophia actiua, verum est: sed tñ ipsa dicitur operatiua s̃m aliud genus operationis ab illis: quoddam enim opus est actio, quoddam factio: diuersa aũt genera sunt actio & factio, sicut supra dictũ est. Illæ ergo tres dicuntur operatiuę ad genus operis, quod est actio: medicina autem dicit̃ operatiua ad genus operis, quod est factio: ab illis enim docemur operabile, quod per virtutes: ab hac autẽ operabile, quod per artẽ, non quidem per artẽ absolute, sed per eam, quæ ex scientia medicinæ resultat in medico, vt supra diximus. Attende tñ, ꝙ nihilominus ipsa medicina tota à parte. s. cuiuslibet suæ partis est sciẽtia speculandi, sed non speculãdi gratia, sicut sunt speculatiuæ, sed ꝓpter opus: quemadmodum Aristo. ait in secũdo Ethic. de ethica, ꝙ est negocium contẽplatiuum, sed non contemplationis gratia, quemadmodum & alia: non enim, vt sciamus, quid est virtus, scrutamur, sed vt boni fiamus, verũ enim in operabilibus quærimus ꝓpter opus. Vnde tales nõ dicuntur practicę, quia non sint vllo modo speculatiuæ, sed quia sunt speculatiuæ ꝓpter opus: nec etiã, quãuis tales sciẽtiæ dicantur practicæ, sunt ꝓpterea de genere perfectionũ intellectus practici, sed speculatiui tantũ, intellectus enim practicus est principium motiuũ ad opus tantum. Cum enim politicus considerat, quid ciuitas, & ad quid cõstituta: quæ politia recta, quę nõ recta: quæ lex bene posita, quæ non bene: quid est illud, quod corrumpit ciuitatẽ, quod saluat: quid virtus, & quid malitia: qualiter quoq; ciuibus conuiuendum sit, & alia huius modi operabilia, non cõsiderat ea, vt circa quæ tunc sit opus: nec, vt operantes, appetimus hoc prosequi, illud fugere, cum opus sit circa singularia, politica autẽ sit de his oĩbus vniuersaliter. Similiter quoq; medicus, cũ ratiocinatur de speciebus morborũ & sanitatum, de differentijs quoq; sanationum & cõseruationum, quæ de genere operabiliũ sunt, considerat de his omnibus vniuersaliter & speculatiue, & sic non, vt circa quæ modo sit opus, cũ medicus nũc non sit in opere, licet hoc faciat ꝓpter finem, qui est opus. Quod autẽ dicitur, ꝙ medicina est habens aliquid theoricũ, non dicitur illud ꝓpterea, quia non ordinetur illud ad opus, sicut practicum eius, sed quia nõ sic ĩmediate sicut illud: quod ostendit̃ per hoc, ꝙ Theorica medicinæ est de principijs, & his, quæ sunt post ipsa vsq; ad operis demonstrationẽ, nam per ipsam scitur, quot sunt elementa, & quæ & quot sunt cõplexiones, & quæ ægritudines, & accidẽtia, & similia, & ita vniuersaliter de his, q̃ nõ sunt opera nostra, ad similitudinẽ philosophiæ speculatiuæ. Sed tamẽ quædã ex eis sunt, vt subiecta, in quibus & quorũ gratia futurum est opus, vt res naturales, & cõtra naturam: quædam vero ex eis sunt vt operis instrumenta, sicut res nõ naturales, vt aer, cibus, potus, & medicina, & vniuersaliter omne id, quo vtimur ad sanandũ vel sanitatem cõseruãdum. Practica vero est de speciebus conseruationis & sanationis, & per ipsam scitur de qualitate & modo operandi illas. Vtraq; ergo videt̃ ad opus & ꝓpter opus inquiri, sed, quoniam hæc vicinior est operi, eo ꝙ operis modum docet, dicta est practica: illa vero, quoniam per hanc mediam ordinatur ad opus, & ita non principaliter, nec per se, videtur s̃m aliquid assimilari theoricæ philosophiæ. Hinc ergo orta est diuisio medicinæ in theoricam & practicã: & similis diuisio potest fieri in omnibus scientijs operatiuis, est nanq; similiter in ethicis aliquod theoricum reperire, & aliquod practicum. Quod enim ibi dicitur, ꝙ oportet politicum aliqualiter scire, quæ circa animam, cum eius sit de beatitudine scire (hæc autem operatio animæ secũdum virtutẽ) & de virtute etiam, tam de morali q̃ intellectuali: Similiter etiam cum dicit, quid electio, quid voluntarium, quid inuoluntarium, quid delectatio, quid tristitia, & similia multa, innuitur, ꝙ tota ista inquisitio sit loco alicuius theoricæ. Sed, cum dicitur, qualiter simpliciter fiat bonus homo, aut qualiter bonus ciuis, & huiusmodi, innuitur, ꝙ hoc totũ sit loco practicæ: nec videtur inconueniens. Sciendum tamen est, quòd differentia est inter theoricum & practicum acceptum in medicina, & in diuisione philosophiæ, vel scientiæ in cõmuni, propterea, ꝙ theoricũ medicinę ad practicum ordinat̃ (sicut diximus) in philosophia autem nõ:

E

pri̅a primi doc. 1. ca. 1.

li. 1. cap. 13.

F

G

H

A aũt non:non.n.ſunt ſpeculatiuæ ſciæ ꝓpter actiuas,nam metaphyſica,mathematica, naturalis philoſophia nunq̃ ſunt ꝓpter ethicam,nec ad eã ordinant̃.Sunt aũt & aliæ differentiæ, ſed iſta nobis ſatis eſt in hoc loco. Aequiuoce ergo ſumunt̃ theoricũ & practicũ,in quæ medicina diuidit̃,cum illis,in quæ diuiditur philoſophia vel ſcĩa: nõ.n. poteſt eſſe per eadẽ diuiſio generis & ſpeciei,nã corporeum & incorporeum , quibus diuidit̃ ſubſtãtia, nõ poſſent diuidere corpus,quod eſt ſpecies ſubſtantiæ:ſilr̃ theoricũ & practicũ,q̃bus diuidit̃,ſcĩa,non poſſet diuidere medicinam,quæ eſt ſpecies ſciæ,niſi equiuoce ſumerent̃. Nec eſt ęquiuocatio tñ per diuerſam acceptionem ſpeculatiui & actiui hincinde,ſed ẽt per hoc , ꝙ diuiſio medicinæ in theoricam & practicam nõ eſt, ſicut generis in ſpecies ex oppoſitis differentijs cõſtitutas,ſicut diuiditur ſcĩa in ſpeculatiuam & actiuã,ſed eſt ſicut in partes integrãtes,quæ ſibi inuicẽ nõ opponunt̃.Theorica ergo & practica nõ ſunt oppoſita in medicina,ſicut in philoſophia cũ vna alteri ordinet̃,vt dictum eſt.Ex quo patet rñſio ad id,quod ꝑmo quærebatur,ſ.q̃uo ex ſpeculatiuo & actiuo ex oppoſito diuidentibus ſcĩam vna ſpecies ſciæ poſſet cõponi. Dicunt aũt quidam in hoc loco,ꝙ theorica & practica ſunt ſpecies medicinæ,ſicut theorica & practica ſpecies philoſophiæ,vel ſciæ,ad confutandũ,quod diximus,& conantur id aſtruere ex vilibus & debilibus valde. Dicunt enim topice loquẽtes,Quod prędicat̃ de altero,& nõ cõuertitur,difficillimũ eſt remouere,quin ſit genus:ſed medicina prędicat̃ de theorica & practica(ſicut dicunt)& nõ

B cõuertitur,totũ autem integrale nõ prædicat̃ de partibus: igitur eſt genus. Quòd aũt prædicetur de eis,oſtendunt per hoc,quod dicũt,ꝙ ſcĩa,quæ eſt genus medicinæ,prædicet̃ ẽt,vt genus,de theorica & practica. Si ergo theorica & practica eſt ſcĩa,tũc eſt aliqua ſcĩa:ſed non eſt aliqua aliarũ pręter medicinam:igitur quælibet illarũ eſt medicina. Sed mirabile videt̃ nobis iſtam prędicationẽ fieri,nec eſſe.in libris medicorũ alicubi eam reperire. Adhuc aũt,ſi p̃dicatur,vt genus,debet prędicari noĩe & diffinitione:ſed diffinitio medicinæ nunq̃ tota cõpetit alicui illarum(ſicut ſcrutantibus per ſingula patet)nam theorica nõ eſt ſcĩa ſanarũ cauſarum , nec practica eſt ſcĩa ſanorum & ęgrorum corporũ : ergo nõ eſt earum genus,immo nõ eſt aliquo modo p̃dicabilis de eis, ſi proprie loquamur. Nec enim,quia ſcĩa p̃dicetur de theorica,p̃dicabitur ꝓprie de eis medicina:nam corpus eſt genus domus,& p̃dicatur ẽt,vt genus,de partibus domus,ſicut de pariete,& tecto,& fundamẽto,immo ẽt de partibus partiũ,ſ.de lignis, lapidibus,nec tñ ꝓpterea domus p̃dicatur de illis aliquo modo,nedum ꝙ ſit genus illorũ:immo ẽt ſcĩa poteſt p̃dicari,vt genus,de qualibet cognitione particularis concluſionis habita ex demonſtratione (ſicut ex præmiſſis ſuꝑ procœmio patet) nec tñ illius cognitio erit dicenda aliqua ſcĩarum noĩatarum. Sed,qñ multæ concluſiones aggregatæ ſunt de vno & circa vnũ ſpeciale ſubiectum,& ad vnum finem ẽt ſpecialẽ,quem nõ conſequit̃ artifex,niſi ex oĩbus ſimul,tũc facta eſt vna ſpecialis ſcĩa,cuius partes integrantes ſunt multæ.Ita ergo ſunt theorica & practica partes medicinæ,cuiuslibet quarum multæ ſunt partes. Sed dicet adhuc aduerſarius,ꝙ diffinitio medicinę videtur

C detur cõuenire theoricæ & practicæ.Si ergo theorica,ſcĩa eſt ſanorũ,& ægrorum,& neutrorum corporũ,& ſignorum,tũc ipſa eſt ſcĩa ſanorum,ægrorũ,& neutrorum.Et ſimiliter,ſi practica eſt ſcĩa ſanarũ,& ęgrarum cauſarũ,& neutrarum,tunc ipſa eſt ſcĩa ſanorũ,& ęgrorum,& neutrorũ.Quare ex hoc arguet theoricam & practicã eſſe ſpecies medicinæ,cuius,vt generis,diffinitio in vtraq;,ſicut in ſpeciebus,ſaluata videtur. Niſi eſſet,ꝙ ꝑmũ practica nõ eſt ſcĩa ęgrarũ & neutrarũ cauſarũ,ſed ſanarum tm̃. Adhuc aũt niſi eſſet,ꝙ,qñ dicitur,ꝙ medicina eſt ſcĩa ſanorum,ẽt intelligit̃,ꝙ ipſa ſit ſcĩa oĩs ſpeciei ſanorũ,i.oĩum modorum analogice ſignificatorũ hac dictione, ſanorum,nõ ꝙ ipſa ſit ſcĩa ſanorum ſolũmodo, prout hæc dictio ſanorũ abſtrahit ab oĩbus ſpeciebus vel modis

textu 2. importatis per ipſam.Dixit nanq; Ariſt.in quarto Metaphy.ꝙ,ſicut oĩum ſalubriũ habentiũ ſe ad ſanitatẽ aut ſm̃ ſuſceptionem,aut ſignificationẽ,aut conſeruationem,aut actionẽ eſt ſcĩa vna,vt medicina, ſilr̃ & omniũ ſpecierũ entis vna eſt ſcĩa,vt metaphyſica. Si ergo medicinæ eſt ſpeculari de oĩbus ſpeciebus ſalubriũ,cuiuſcũq; ſciæ nõ eſt ſpeculari de oĩbus ſpeciebus ſalubrium,illa nõ eſt medicina:ſed medicinæ theoricæ nõ eſt ſpeculari de oĩbus ſpeciebus ſalubriũ,ſilr̃ nec practicæ:ergo nõ eſt medicina,nec in aliqua illarũ ſaluatur,ſed in ambabus ſimul,ſicut integrũ in ſuis partibus. Meminiſſe.n.hic oportet,ꝙ nõ qualitercũq; ſcĩa de ſp̃ebus alicuius gñis eſt ſpecies ſciæ,q̃

D eſt de illo genere,ĩmo plerũq; eſt pars integralis eius,vt hic patuit:aliqñ aũt eſt extra illã,nec ſpecies illius,proprie ſumendo ſpeciẽ,ſicut patet de naturali,quæ nõ eſt ſpecies metaphyſicæ,& tñ corpus mobile eſt vt ſpecies entis:& de medicina,quæ nõ eſt ſpecies naturalis , & tñ corpus humanum eſt ſpecies mobilis corporis. Quando aũt & q̃uo ſcĩa ſpeciei ſit ſpecies ſciæ generis,maioris eget inquiſitionis:de quo ẽt innuimus aliquid in præmiſſis.

Ant. Sed,qm̃ & efficiens,& declarans,et ſuſceptiuũ dupliciter vnũquodq; dicitur,hoc quidẽ ſimpliciter,hoc vero vt nũc,ſciendum eſt horũ vtrorũq; ſcĩam eſſe medicinalẽ. Ipſum vero ſimpliciter dupliciter dicitur, hoc quidem vt ſemper tale,hoc vero vt multũ:& eorum vtrorũq; ſcientia medicinalis.

Leo. Sed,qm̃ & effectiuum,& indicatiuum,& ſuſceptiuum dupliciter vnũquodq; dicitur,hoc quidem ſimpliciter,hoc vero vt nunc,noſſe oportet amborum eſſe medicinæ ſcĩam.Ipſum vero ſimpliciter duobus dicitur modis,& quod ſemper,& quod vtplurimũ:de quorum vtroq; medicina pertractat.

CVm viderimus hæc, quæ à Plusquamcõmentatore de corporibus hactenus tradita fuissent, quãuis luculenter & abunde satis exposita, obscuritatẽ quandam difficultatẽq; præ se ferre, neq; inutile neq; ingratũ plerisq; fore duxi, si (quẽadmodum mathematici solent) pictura quapiam illius animum aperiremus, vt, quoties inter legendum scholasticorum mentes aut verborum multitudine obruerentur, aut nimiæ difficultati succumberẽt, aliqua'ue alia de causa huius viri sermonem non assequerentur, aliquid, ad quod se referre possent, conquisitum paratumq; haberent, ac, velut ij, quibus magnũ aliquod ædificium extruendũ est, operis imaginẽ ex propositis formulis inspicerẽt. Quicquid enim tã volubili orationis prolixitate & superiore libro & sequẽtis parte, præclarus auctor enarrauit, vno hinc obtutu aspici facile colligiq; potest. Neq; tamen hæc in eã sententiam dicere me quispiam existimet, vt hisce figuris auctor ipse haberi velim, vetus enim est hæc prima, ac à priscis inuenta doctoribus per manus multorum ad nos vsq; peruenit. In cuius apice corpus illud re vera sanum semper, impermistũm, nullamq; omnino in partẽ inclinatum, tanquã æquus omnium iudex, collocatur. Ab hoc eiusdem qualitatis & nominis particeps corpus alrerum, si temporis spacium aliquod durare credatur, in circumpositis proxime locis dispositum est: sin autem decursu ætatis attingi tantummodo tantus sanitatis cumulus existimetur, linea inter vtraq; sana vt multũ, extensa, copulantis tunc nõ distinguentis officia subeunte significabitur. A supremo cuius lineæ pũcto, quod paulo ante apicis nomine, saniq; semper, extra latitudinẽ positi sedem appellauimus, quatuor decliues semitæ, tanquã ab alicuius collis vertice, vsq; ad alterius latitudinis initia protenduntur, licet ex eis duæ tantum, celebresq; magis, hic pingi commode potuerint, hæc per calidum, illa per frigidum deriuatæ. Has apud summitatẽ duæ aliæ lineæ extrinsecus venientes, ex obliquo intersecant: atq; cum linea, quam semper sani sedem esse docuimus, angulum facientes, geminas corporis vt multum sani, areas ostendunt. Hinc via se aperit, qua semper, & vt multum sana, quoties in neutralitatem, ægritudinem'ue vt nunc, descendere causarum violentia coguntur, transire solent, nequis ea putaret neutra, & ægra simpliciter, prius effici debuisse: quanquam dispositiones illis proportionales tunc assumãt, quæ sibi neutralitates vt nunc, sunt. Ab hac vtrinq; primo neutra vt multũ, deinde vt semper, distributa sunt, tum neutra & ægra vt multum collocata, postremo ad imas fauces, quas superincumbẽtia trianguli latera basisq; extremum, naturalis latitudinis terminus, constituunt, ægra semper incumbunt. Quæ omnia licet corpori simpliciter sano collata, operationes intantũ mancas habuerint, vt neq; sensum fefellerint, sibi tamen ipsis cõparata, vt nunc sana & sunt & habentur, talem membrorum conditionem ex prima seminũ constitutione sortita. Sub his vero acquisitarũ dispositionum latitudo iam porrigitur, duabus regionibus cõprensa. Quarum quæ infima est, ad extremam vsq; vitæ lineam, mortisq; loca, peruenit, id corporum genus continens, quod à sibi connata valetudine deiectum, in ægritudinũ aliquam ceciderit. Superior vero ita interiacet, vt nemo aut in ægritudinem descendere, aut ad sanitatẽ euadere possit, quin istac iter faciat, hincq; cõualescens, inde decidens, neuter, appelletur. Atq; idcirco protractæ in hac parte lineæ, non modo corporum spatia, vt alibi, monstrant, sed cum hoc etiã transeuntium semitas docent. Illud vero in commune omnibus dicatur, corpora vniuersa, præterquã optime sanum, in punctum cõsurgens, atq; extra latitudinem positum, non lineis, sed areis, ideo significari, vt nullum extare corpus existimetur, quod sub eodẽ sanitatis ægritudinis'ue momento, ne per exiguum quidem temporis interuallum perseueret, sed aut huc & illuc ad diuersa loca continue reuolui, aut in eiusdem areæ spacijs assidue fluctuare: lineasq; omnes corporum spacia circunscribere, & eorum vias indicare: ac trãsuersas quidem varias habituũ latitudines, in altum vero erectas, quantum in suo quisq; habitu profecerit, demonstrare, præter appendices, ornatus gratiam tantummodo apportantes: causarum præterea, signorum, ac corporum ab vna dispositione ad aliam, artis beneficio traductorum, in eandem figuræ designationem cum istis venire, nominibus tantum immutatis. Tot enim & causarum & signorum species sunt, quot modo corpora à nobis sunt enumerata: totidemq; medicæ artis virtus effingere corpora nititur, quot parens natura procreare consueuit. Quę omnia, quia ex hac formula concipere facillimum est, idcirco ab hac picturarum ostentatione supersedimus. Plura diligens lector ex ipsa voluminis lectione cognoscet, quàm sint à nobis in præsentia dicta. Neque enim, si hanc figuram omni descriptionis ornamento nudam appingere nolebamus, propterea cuncta, quæ dici potuerunt, huc congerenda censuimus.


Latitudo dispositionum contractarum à natiuitate, siue sanorum naturalium ſm Plusquamcommentatorem. Quę corpora naturalia sola considerantur à medicina, quę est scientia : artificialia vero corpora considerantur à medicina, quæ est ars, & non scientia.

Per istud rotundum intelligit corpus optime sanum punctuale ac indiuisibile, qđ nõ est ĩ latitudine, nec à medico consideratur, nisi vt alioꝝ mēsura, vt statua Polycleti respectu aliaꝝ, & pt dici terminus latitudinis.

& non punctuali variato paruper lineę situ.



Latitudo causarum deducentiũ corpora humana ad ęgritudines & neutralitates vt nũc, in tres partes diuisa. At corpora distinguũtur penes causas mediocriter occurrētes, respectu quarum Socrates cholericus nõ potest dici sanus semper, cum respectu earum non sit aptus durare sanus tota vita sua. Et licet ĩ illa tota possit durare sanus, non tamen merito suę virtutis ac potentię, sed merito boni regiminis : ideo nõ debet dici aptus semper permanere sanus, nec debet dici sanus semper. Et Iacobus Foroliuiensis Turisanũ reprehendens in hoc fundamento, deceptus fuit.



Latitudo neutrorũ vt nũc, q̃ sunt media transitus à sanitate naturali, ad ęgritudinē vt nũc, & econtra.

Latitudo dispositionũ præternaturaliũ, dictarum vt nunc, acquisitarũq; post principium natiuitatis, ad quas labi põt quodlibet sanum naturale, & hoc immediate, id est absq; hoc, ꝙ magis sanum labatur ad dispositionem minus sani. Et ab his dispositionibus, si curabiles sunt, fit reditus ad sanitatem, aut immediate, si sit neutralitas : aut mediāte neutralitate, si sit ęgritu. vt nunc.

Figura corporum artificialium, quę sunt vt imagines naturalium, similis est huic factę, nisi ꝙ addi debet hæc dictio imago, vt loco sani semp, dicaꝉ imago sani semp, & loco sani vt nunc, dicaꝉ imago sani vt nunc : & sic de alijs oĩbus artificialiter factis. Quæ omnia solum considerantur à medicatiua, quæ est ars & non scientia, sicut è contrario naturalia considerantur à medicina, quæ est scientia & non ars, ad quę artificialia deduci possunt corpora naturalia præterquam ad sibi punctualiter correspondentia.

Ex hisce duabus picturis, vel alterutra, diligēter inspectis, p te ipsum facile cõcipere poteris vniuersã Plusq̃cõmētatoris sententiã, quã de corpoꝝ, signoꝝ, & causarũ latitudine habuit, quę singula siquis, vt olim, imagine suppressa, verbis explicare conetur, suspensos diu auditores habebit, & tandem ignaros confusosq; dimittet. Quam ob rem iuste gratias habebimus illis, qui nobis commoditatem istam suis erumnis præstiterunt.

TVRISANI PLVS QVAM COMMENTVM
IN SECVNDVM MICROTECHNI.

Ant. SVnt autem & horum ſana quidem, quæcũq; præſentis ſanitatis ſunt demonſtratiua,& futuræ pronoſtica,& prius factæ rememoratiua. Aegra vero & præſentis ægritudinis demonſtratiua,& futuræ pronoſtica, & prius factæ rememoratiua. Secundum vero hoc & neutra ſunt,& quæ neutrarum diſpoſitionum demonſtratiua,pronoſtica,& rememoratiua:& quæ nullã omnino diſpoſitionem,aut non magis ſanam,quã ægram, ſignificant: & quæ ſecundũ aliquid ſanã, ſecundũ aliquid vero ægrã diſpoſitionẽ ſignificant: & quæ modo ſanã,modo ægrã declarant:atq; hæc ſecundũ tria tẽpora,queadmodũ & ſanorũ & ægrorũ. Appellantur autẽ à veteribus medicis aliqñ oĩa hæc ſigna pronoſtica,etſi præſentiũ ac præteritorũ declaratiua ſint. Et vtilitas quidẽ magna eſt demõſtratiuorũ & ꝓnoſticorũ, minor vero rememoratiuorũ.

Leo. B Sunt autem & ex his ſalubria quidem, quæcunq; præſentem indicant ſanitatem,& futuram prænunciant,& præteritam memoriæ ſubijciunt. Inſalubria vero,quæ & præſentem indicant ægritudinem,& futuram prænunciant,atq; præteritam memoriæ ſubijciunt. Eadem ratione neutra dicuntur,quæ neutram diſpoſitionem oſtendunt,prænunciant,& memoriæ ſubijciunt: & quæ nihil omnino de diſpoſitionibus indicant,vel nihilo magis ſalubrem,q̃ inſalubrem diſpoſitionem oſtendunt,& partim quidem ſalubrem, partim vero inſalubrem indicant diſpoſitionem:& quæ aliquando quidem ſalubrem, aliquando vero inſalubrem:& hęc quoq; ſecundum tria tempora,veluti ſalubria & inſalubria,appellantur. Vocantur aũt nõ nunq̃ à vetuſtioribus medicis hęc oĩa ſigna prænunciatiua,quãuis pręſentium ac pręteritorum indicatiua ſint: Vſus vero non paruus ex prænunciatiuis atq; indicatiuis,minor aũt ex his, quæ memoriæ ſubijciunt.

Cõ.1. Cum expleuit expoſitionem diffinitionis medicinę ad partes eius,quæ ſunt corpora, cõſignificatas p differentias eius,ſanorũ,ægrorum,& neutrorũ,exponit eam ad partes,quę ſunt ſigna per eaſdẽ differẽtias conſignificatas. Rñdet aũt,inchoans,continuationi p̃miſſæ in fine p̃cedentis capl'i,& dicit, SVNT AVTEM &c.i.ſed & horum ſignorũ,de quibus deinceps dicendũ eſt,cum quędam ſint ſana,& quędã ægra,& quędã neutra(ſicut ſupra oſtenſum eſt)nec dicant talia,niſi ꝙ taliũ diſpoſitionũ corporis ſunt declaratiua,ſciendũ eſt,ꝙ quodlibet iſtorũ contingit diſtinguere tripliciter,apud diſpoſitionẽ oĩs modi corporis,quã declarant. Nam,quæ declarant ſanitatem,ſiue eã,quæ ſimpl'r,ſiue eam,quæ vt nunc,dñr his tribus modis,ſm ꝙ in tribus tpibus eã declarant:aut.n.declarant eã præſentem,& dicuntur demonſtratiua:aut futuram,& dicuntur pronoſtica:aut præteritam,& dicuntur rememoratiua. C Et ſimiliter,quæ declarant ægritudinem, ſiue eam,quę ſimpliciter,ſiue eam,quę vt nũc, pariter dicuntur his tribus modis,ſm ꝙ in tribus tpibus eã declarant. Et pariter dñr tribus modis,quæ neutram diſpoſitionẽ declarant,tam eam,quę ſimpliciter,q̃ eã,quæ vt nunc,ſm quolibet trium ſignificatorũ neutrius,inquãtum contingit neutralitatem cuiuslibet trium ſignificatorũ declarare præſentem,vel futurã, vel præteritam: Vt ſecundũ primũ ſignificatũ dicant neutra,quę neutram declarãt diſpoſitionẽ,aut p̃ſentẽ,aut p̃teritã,aut futuram : ſm vero ſecũdũ ſignificatum,quæ declarãt ſm aliqd ſanam,& ſm aliqd ęgram,& hãc p̃ſentem,pręteritã,vel futurã: ſm vero tertiũ ſignificatũ,quę declarãt ſanitatẽ & ęgritudinem in diuerſis tpibus exiſtentes,& has quidem aut p̃ſentes,aut p̃teritas,aut futuras. Deinde,cum dedit diffinitionem ſignorũ,oſtendit non diuerſificari noĩationem eorũ apud veteres,& dicit, APPELLANTVR AVTEM &c.i.ſed hæc oĩa ſigna ſunt vocata à veteribus medicis aliquando

1.cõ.8. pronoſtica,& ſi declarent diſpoſitionem præſentem,quæ proprie dñr demonſtratiua,vel pręteritam,quæ proprie dñr rememoratiua. Et hoc conſonat ei,quod in cõmento ꝓnoſticorũ dixit:ait enim, ꝙ non tm̃ ſignificationes,q̃bus ſignificatur,quod futurum eſt,ſunt pars artis,qua fit pronoſticatio,ſed & illæ,quibus peruenitur ad cognitionem eius,quod præterijt,& quibus comprehenditur,quod eſt pręſens. Hoc autem ideo fortaſsis,quia ſignum pronoſticum poteſt interpretari, quaſi prędoctiuum rei,antequam ſit,& hoc modo eſt proprie futurorum:& poteſt interpretari pronoſticum,i.pro alio cognitum,& tunc eſt cõmuniter præſentium,præteritorum, & futurorum. D Cum.n.quodlibet ſignũ ſit alicuius rei edoctiuũ,oĩs aũt doctrina ſit ex p̃cognitis,oportet omne ſignũ præcognitum,eſſe rei,quã edocet,ſiue res illa ſit præſens,ſiue pręterita,vel futura:& inde prænoſticũ,vel pronoſticum dicit.

SED DICET aliquis omne ſignum,demonſtratiuum eſſe,& præſentis rei declaratiuum tantum,quia ſignũ ſignificat ſuper re,cuius eſt ſignũ,ſicut effectus ſuper ſuam cauſam:cauſa aũt & effectus, inquantum huiuſmodi, ſunt ſimul tẽpore & natura:igit,ſi ſignũ eſt in tẽpore pręſenti,ſignificat neceſſario rem p̃ſentem : ſed omne ſignũ eſt in tẽpore pręſenti, aliter.n.nihil ſignificaret. Niſi eſſet,ꝙ & verum eſt proculdubio omne ſignũ principal'r ſignificare ſup re p̃ſente,ſecũdario autem aliqñ ſuper re præterita,aliqñ ſuper futura per coniecturationẽ inde aſſumptam à medico ſm ꝓprietatem ſigni:& hoc ẽt patet,ſi ponant exẽpla ſignorum demonſtratiuorũ,pronoſticorum,& rememoratiuorũ. Dico ergo,ꝙ ſignũ ſanitatis demonſtratiuum eſt p̃fectio operationũ,quarũ ſanitas eſt cauſa:perfectio aũt operationũ quædam ex ſeipſa ſenſui ſubijcitur,quędam per egeſta cognoſcit: & de hoc qdem nõ eſt dubiũ,ꝙ ſignificat ſuper re p̃ſente. Signum aũt ꝓnoſticum ſanitatis eſt ſignũ digeſtionis in febre,vt hypoſtaſis alba vel rubra in vrina:hæc aũt principaliter ſignificat p̃ſentẽ victoriã alicuius virtutis,ſ.digeſtiuæ ſuper cã febris,& ex hoc coniecturabilis eſt futura ſanitas. Nam,ſi digeſtiua vincit ſuum obiectum, probabile eſt, ꝙ expulſiua vincet ſuper ſuo, cum ſecundum plurimum cruditas extrahendæ ſeu excernendæ rei moretur opus

eius:cauſa autem per has virtutes ſuperata, coniecturabilis eſt reditus corporis ad naturam ſuam,amoto impedi- E
mento. Signum aũt ſanitatis rememoratiuum eſt ſpectatio habitus & naturæ corporis,piloſitatis.ſ.& nuditatis,
pinguedinis & macredinis,latitudinis venarũ & ſtricturæ earũ,& ſimiliũ,quæ licet principaliter ſignificent ſuper
diſpoſitione corporis,quæ præſens eſt,faciunt tñ de facili coniecturari,qualis fuerit eius ſanitas in præterito:quod
ẽt medico confert ad curam, cũ terminum ſibi præfigat,ad quem reduci conuenit ægrotantẽ.Et ſimiliter hoc eſt
verum de ſignis ægris & neutris,ſi recte eorum ſignificata reſpiciantur. Deinde,cum diſtinxit ſigna tam ſana,q̃
ęgra & neutra in tria genera,cõparat ĩter ſe penes vtilitatẽ eorũ in arte medicinę,& dicit, ET VTILITAS &c.i.
demonſtratiuorũ & pronoſticorum ſignorum vtilitas eſt magna,rememoratiuorũ vero eſt minor ea,quæ illorũ
duorum.Et cauſa huius eſt,quia ſigna demonſtratiua vtilia ſunt ſano vel infirmo tñ(ſicut dicunt) inquantũ recti
ficant medicũ præcipientem,quid facere debeat ſanus vel æger ſibi cõmiſſus,quod vtiliſsimum,ĩmo neceſſarium
eſt ad finem intentum. Sed(ſicut videtur)hoc ẽt extollit medicum. Nam,ſi cõfert ſano vel ægro ſic obediſſe me-
dico præceptori, tunc honor eſt medico ſic præcepiſſe: ſed,qm̃ hic honor in poſterum ſequit̃,non cõnumeratur
ad præſens opus:vtilitas enim per rectificationem præcipiendi,modo,quo poſt gloria cõſequat̃,pronoſticorũ eſt:
quorum eſt ẽt vtilitatem magnã efficere tam medico,q̃ ſano vel ægro ſibi cõmiſſo,medico quidem excellentiam
oſtendendo,cum futura prędicat:infirmo autẽ vel ſano,medico præmonente,qualiter illi per regimen diſponan-
tur,vt præuiſa quidem bona cõſequant̃, impręuiſa autẽ mala non incidãt, quod proximũ eſt illi in neceſsitate ad
finem intentum. Sed rememoratiuorum eſt minor vtilitas,quia(ſicut ipſi dicunt)ſoli conferunt medico,decla- F
rando eum in ſua arte excellentẽ,cũ rememorat̃ corã ęgris vel ſanis,aliqua eorũ,quę p̃terierũt in corporibus ſuis,
præter q̃ quod aliquis annunciauerit ei illa.Sed hoc ægro ſibi cõmiſſo non confert,niſi fortaſſe dicat, ꝙ præparet
eos ad confidendũ de medico: confidentia aũt eorum diſponit eos ad recipiendũ,quod quærunt de ſanitate:ꝓpter
quod dixit Gal. in cõmento Pronoſt.ꝙ,de quo cõfidunt infirmi,& in cuius manibus ſe cõmittunt,ille plus ſanat lib.1.cõ.2.
eorũ ægritudines,quia fortaſsis corpus plus obedit credulitati aĩæ,q̃ cõtrarijs agentibus in ipſum, ſicut dicit Prin-
ceps in ſuo lib.de aĩa. Præter hoc ẽt,cum medicus rememorat̃ præteritæ ſanitatis p aliqua ſigna, ſcit pręfigere ſibi pte 4. ca. 4.
terminũ,ad quẽ reducere contingit ęgrotantem,vt nec vltra tranſgrediatur, nec infra ſubſiſtat: & vtrũq; eorum ꝓpe finem
vtiliſsimum vr̃ ægro.Sed,qm̃ hæc vtraq; vtilitas nec in promptu eſt,ꝓpter paucitatẽ vſus eorum apud medicũ,nec
certitudinem habet,vt illa duo,numeratur illis minor. Diffiniunt aũt in hoc loco Signũ,quod ſe offert ſenſui,
aliquid derelinquẽs in intellectu,ideo ſcilicet,quia ſignũ ſumit̃ ex poſterioribus natura,prioribus aũt nobis:& ex
talibus eſt nobis via in omne,quod diſcimus. Sunt aũt nobis priora,quæ ſenſui ſubijciunt̃,principiũ enim noſtrę
cognitionis ex ſenſibus eſt:quare ſenſibilia ſunt ſigna eorum,quę latent ſenſui:ſignificãt autem illa intellectui ſe,
ſcire aliquid contendẽti de his:non ſignificarent autem, niſi intellectus præſciret talia habere prodire ab his,quæ
inquirit,ſicut effectus à cauſis ſuis.Sæpe autem & cauſas aſſumimus ad ſignificandũ ſuper ſuis effectibus, ſiquãdo
contingat eas notiores nobis eſſe,q̃ effectus,quod proprie non dicitur ſignificatio,ſed demonſtratio.

G

Exiſtentibus igitur corporibus ſanis,his quidem ſimpliciter,his vero nunc,quæ & ſana dicuntur,Sim- Ant.
pliciter ſanorum corporum duplicem diximus eſſe differentiam, & eorum hæc quidem ſemper eſſe ta-
lia,hæc vero vt multum.Semper talia quidem,quæcunq; optimam cõpoſitionem habẽt:vt multum vero,
quæcunq; ab hac non multum deficiunt. Cognitiones vero ipſorum & ab inhærentibus ſecundum ſub-
ſtantiæ eorum rationem oportet fieri,& ab ijs,quæ ex neceſsitate hęc conſequuntur,effectibus,& caſibus,
quæ & accidentia vocamus proprie.

Cum vero ſint ſalubria corpora,hæc quidem ſimpliciter,hæc vero vt nunc,quæ & bene valentia dicun Leo.
tur,Salubrium ſimpliciter corporum duplicem diximus eſſe differentiam, quoniam non nulla quidem
ſemper,non nulla vero vt multum eſſent talia:& ſemper quidem,quę optimam conſtitutionẽ ſortita ſunt:
vt multum vero,quæ non magnopere ab illa recedunt. Horum autem dignotiones ſumendæ ſunt ab ijs,
quæ ſecundum eſſentiæ rationem ipſis inſunt, & ab ijs,quæ ex neceſsitate conſequuntur, operationibus
caſibuſq;,qui proprie accidentia vocantur.

Cum præmiſit diuiſionem ſignorum in ſana,ægra,& neutra,quorum quodlibet ẽt tripliciter ſubdiſtinxit,qm̃ Cõ.2.
ſigna referunt̃ ad corpora,incipit ab hoc loco ponere ſigna cuiuſcunq; corporum prædiſtinctorũ:&,quia incipe- H
re ab eo,quod eſt melius,eſt laudabilius,incipit à ſignis corporũ ſanorum,præoſtendens à quot & à q̃bus ſumere
oportet eorũ ſigna. Ante tñ rememoratur diſtinctionis corporũ ſanorum ſuperius datæ,vt per ordinẽ exequatur
eorũ ſigna,& dicit, EXISTENTIBVS &c.i.igit̃,cum oporteat incipere à ſignis corporum ſanorum,recordari
oportet,quod diximus,corporũ alia ſimpl̃r talia,alia vero vt nunc:& ſimpl̃r ſanorũ alia eſſe ſemper talia,vt quæ-
cunq; habent cõpoſitionem optimam:alia vt multum talia,vt quæ habẽt cõpoſitionem non multum ab illa defi-
cientem. Deinde prę miſſa rememoratione diuiſionis corporum ſanorum oſtendit,à quibus ſumenda ſunt eo-
rum ſigna,& dicit, COGNITIONES VERO &c.i. ſed hæc corpora ſana oportet in genere cognoſcere à duo-
bus,ſ.ab his,quæ ingrediunt̃ diffinitionẽ ſubſtãtiæ eorum,ſm ꝙ ſunt ſana(& hoc volebat p ſubſtãtialiter inhærẽ-
tia)& ab his,q̃ cõſequunt̃ hęc ex neceſsitate,i.illa diffiniẽtia:hęc aũt ſunt duo,ſ.operationes illorũ corporũ(& hoc
volebat per effectus)tum quoq; & caſus,ab illis diffiniẽtibus coaccidendo cadentes, quę proprie vocamus eorum
accidentia.Et videtur,ꝙ relatiuum,quæ,non ſolum referat caſus,ſed caſus & effectus,ſi enim Gal.referri voluiſſet Nota, in
caſus tantum,dixiſſet quos:ꝓpter quod ambo vocauit accidentia eorum. Eſt autem & hic attentione dignum, effectib &
ꝙ,non ſolum totum genus ſanorum ab his tribus ſumitur ſignis, ſed & ægrorum & neutrorum ſm quodlibet caſib⁹ a ad græcos

significatum

significatum vtrorumq;,ſicut plane patebit in eorum ſignis: propter quod credendum eſt hoc in hoc loco poſitũ eſſe vt canonem ſumendorum ſignorum ſm omnia corpora.

SED oſtendamus hic,quot ſint intrantia in diffinitionibus corporum ſanorũ,& vtrum operationes ſint accidentia diffinientibus,quia ſic erunt accidentia diffinito,& quot modis dicaꝛ accidens in medicina,& quid interſit inter accidens & ſignum. Dico ergo,ꝙ,ſicut ex ſuperioribus patet,eucraſia & coæqualitas ſunt ingredientia diffinitionem oĩs corporis ſani,optima.ſ.in diffinitione ſimpliciter ſani:lapſa ab illa,in diffinitione vt nũc ſani. Iam enim diximus,ꝙ eucraton & coæquale,vel aliqđ cõmune,in quo iſta cõueniunt,ſicut bene cõpoſitum vel bene tẽperatũ,ſunt genus corporis ſani:differẽtiæ aũt,quæ adijciuntur,ſunt(ſicut dicitꝛ) qđ eſt tẽperatum optime vel non optime tẽperamento calido,frigido,humido,& ſicco in ſimplicibus & primis particulis: & temperamẽto formæ, quantitatis,numeri,ſitus & poſitionis: hæ enim differentiæ appropriant genus prædictum : propter quod genus prædictum ſic appropriatum eſt ſubſtantia vtriuſq; corporis ſani. Sed dubitabit aliquis,quia videtꝛ,ꝙ operationes ſint ingredientes in diffinitione corporis ſani. Sanitas.n.per ipſum eundẽ diffinitur in libro de mor.& acci. quòd eſt cõpoſitio ſm naturã perficiens actiones:ergo ſimiliter debebat cadere in diffinitione corporis ſani,vt diceretꝛ,ꝙ eſt temperatum in his & in illis tẽperamẽto perficiente actiones. Adhuc aũt temperamentum relatiue dicetꝛ ad aliquid:& nõ eſt niſi in relatione ad opus:igitꝛ opus debet cadere in diffinitione tẽperati, ſicut vnũ relatiuorum in diffinitione alterius. Niſi eſſet,ꝙ opus nullo modo eſt de eſſe ſanitatis vel ſani. Non enim eſt de conditione ſani,ꝙ ſemper & cõtinuo, quãdo eſt ſanũ, ſit operans,ſed aptum operari:ſtomachum enim contingit eſſe ſanum,qñ non digerit:& inteſtina,quãdo non expellunt:& oculum,quando non videt:eſt enim ſanitas,habitus, quo mẽbrum agere poteſt.Opus ergo nõ eſt de eſſentia ſani corporis,inquãtũ ſanũ,nec de eſſentia ſanitatis: vnde & Ariſt.cum diffinit ſanitatem,nõ dixit,niſi ꝙ eſt temperamentũ calidi,frigidi,humidi,& ſicci. Quòd ſi dicatꝛ, ꝙ ſanitas eſt cõpoſitio ſm naturã,faciens actiones,intelligere oportet,i.apta nata facere,quãdo neceſſe fuerit,niſi aliud impediat. Propterea tẽperamentũ non eſt illud,quod diffinitꝛ,ſed corpus ſanum,hoc aũt nullo modo dicitur relatiue. Tẽperamentum aũt aſſumptum in eius diffinitione licet dicatꝛ relatiue ad illud,cuius eſt tẽperamentum,ſ.ad opus,non tñ opus de neceſſitate debet cadere in diffinitione,in qua tẽperamentum cadit:ꝙ & ſi ponatꝛ, nõ ꝑpter hoc erit de eſſe ſani corporis. Adijcitur tñ illud aliqñ in diffinitione eorũ,ſicut accidentalis differentia,ad magis explicandum:ſæpe.n.contingit,ꝙ aliquid notificatꝛ per effectus ſuos,cum ꝓpriẽ eius differentiæ ignorantꝛ, ſicut dicitꝛ,ꝙ albedo eſt color diſgregatiuus viſus : diſgregare.n.non eſt de eſſentia albedinis,ſicut effectus non eſt de eſſentia cauſæ. Eſt ergo operatio accidens ſano,inquãtum ſano,nõn tñ accidit ei,inquãtum viuo,imo eſt de eſſe eius inquãtum huius:viuere enim eſt operari,& vita operatio,& viuum operans,ſicut in libro Ethi.dicit Philoſophus:non eſt aũt idem ſanũ & viuum corpus,cõmunius enim eſt viuum. Dicamus aũt,quot modis dicatꝛ accidens,& qũo ſe habeat ad ſignum in medicina.Dico ergo,ꝙ accidens apud logicum dicitur illud,quod,cum ſit in aliquo,nõ eſt ſicut quædam pars:& impoſsibile eſt eſſe ſine eo,in quo eſt:& hoc eſt accidens appoſitum ſubſtãtiæ.Dicetur ẽt accidens apud ipſum vnum de quinq; vniuerſalibus,quod idem eſt dicere,quod accidentale:& eſt oppoſitum ſubſtantiali,& non ſubſtantiæ:eſt.n.prædicabile de multis differentibus ſpecie in eo,quod quale,vt album ſcilicet,non vt albedo:accidens.n.oppoſitum ſubſtantiæ non prædicatur de ſubiecto,ſed oppoſitum ſubſtãtiali,& hoc eſt denominatiuum eius.Propter quod ſæpe contingit ſubſtantiam ipſam eſſe tale accidens,ſicut accidit medicatum eſſe hominem,& dicimus medicatus eſt homo:tunc.n.homo prædicatur vt tale accidens,ſicut aliquando,quod in ſe eſt accidens,vt color,prædicatur,vt ſubſtãtiale,de albedine. Accidens ergo ex intellectu accidentis,quod eſt in Iſagogis, non eſt accidens,quod eſt in categorijs, ſicut dicit Princeps primo libro ſuæ logicæ.

Dicitur ẽt aliàs accidens apud ipſum,quod eſt oppoſitum ad per ſe,vt quicquid nõ eſt in diffinitione rei,aut nõ eſt tale,ꝙ illud,cui ineſt,inſit in eius diffinitione,ſicut eſt muſicum & album animali:& hoc modo propriẽ paſsiones nõ ſunt accidentia,nec rectitudo eſt accidens lineæ,ſed per ſe,nec ſanitas eſt accidens animali,ſed per ſe. Dicitꝛ etiam accidẽs oppoſitum ad ſm quod ipſum,quod idem eſt,quod per ſe,vt ſi aliquo ambulante coruſcauit:nõ.n. propter illud,quòd ambulat,coruſcauit,ſed accidit ei:& iſtud eſt,quod proprie dicitur caſus vel fortuna,quæ dicuntur cauſæ per accidens: ſed,ſi aliquid interfectum interijt,propter interfectionem interijt. Cum ergo aliquid eſt innatum alicuius cauſa,& accidit,ꝙ ſit cauſa alterius,cuius per ſe non erat cauſa,aut ad quod per ſe non erat ordinatũ,illud dicitur eueniſſe per accidens cauſale. In medicina aũt aliter accidens appellamus.Dicimus.n.ꝑmo cõmuniter accidẽs, quicquid de neceſsitate comitatꝛ ſanitatem & ægritudinem,quod in effectus & caſus hic generaliter diuiſit. Proprie autem hic dicimus accidens,quicquid præter naturam accidit corpori : hoc autem diſtinguitur in cauſam,& morbum,& comitans morbum.Magis aũt ꝓprie dicimus accidens,quod conſequitur morbum,ſicut vmbra corpus : hoc autem eſt aut operatio læſa,quæ dicitur effectus ægritudinis,ſicut operatio perfecta ſanitatis:aut eſt exiens à corpore immutatum,vel qualitas corporis ĩmutata,quæ dicuntur caſus, cadentes ab ægritudine mediante læſione operationis, ſicut ſm naturam ſe habentia cadunt à ſanitate mediante perfectione operationum.Sic ergo videtur,ꝙ ſm nullum modum accidentis dictum à medico poteſt dici accidens ſanitas vel eius cauſa,quãuis ſanitas ſit accidẽs ſm primum modum dictũ à logico,nõ autem ſm vltimum. Signorũ vero quoddam eſt ſanum,quoddam ægrum , quoddam neutrum,cuiuslibet quorum(ſicut in textu nominauit)quoddam ſumitur à ſubſtantialiter inhærentibus,quoddam ab effectibus & caſibus,quæ accidentia vocamus proprie, quaſi d.quoddã eſt ſubſtantiale,aliud accidentale. Sed his prẽmiſsis planum eſt videre,qũo ſe habeat ſignum ad accidens in medicina.Manifeſtum enim eſt,ꝙ nõ omne ſignum eſt accidens,quia vno modo non ſanũ ſubſtãtiale vel ægrum ſubſtantiale,quæ qdem ingrediunꝛ in diffinitionem rei,quorũ ſunt ſignum,licet dici poſsint accidentia primo mõ apud logicũ:alio mõ,cũ medicus ꝓprie vocet accidẽs,morbũ,cauſam,& comitãs morbũ,nõ vocabit proprie accidens,neq; ſanitatem,neq; eius cauſam,neq; comitãs ſanitatem,ſed vocabit ea ſm naturam.Quare

Marginal notes: b.1.cap.2. / .phi.t.c.17 — i.Eth.ca.11 / c 10. Ethi. / apite 10. — C — antep.c.2. — n predica- / bili.c.6. — apite vlti. / . poſte.t.9. — D

non omne ſignum erit accidens,quia non ſanum tam ſubſtantiale,q̃ accidentiale:nec omne accidens erit ſignū, E
quia non morbus,& cauſa eius:quare (ſicut videt̃)ſe habēt vt excedētia & exceſſa. Poſt hoc dicendū,ꝙ (ſicut re- cō.7 ptis.2.
ćte dicit Hali)ſigna ſumpta ab his,quæ ingrediunt̃ diffinitionē corporū ſanorum,& ægrorū,& neutrorum,ſunt neceſſarię veritatis,ſi ſenſus noſtri in cōprehēſione illorum nō decipiant̃:ſumpta aūt ab effećtibus ſiue operationibus ſunt proxima illis in neceſsitate veritatis,decipiunt tñ aliqñ,quia ſæpe erit mala digeſtio ꝓpter malā quātitatē vel qualitatem cibi,& tñ ſtomachus in ſe bene tēperatus erit. Non ergo erit credendum de diſtēperamēto ſtomachi ꝓpter malitiā operationis ſtomachi ſemper,nec oī modo. Signa aūt ſumpta à caſibus plus decipiunt,inquātū
pluribus accidentibus contingit variari caſus,q̃ operationes,ſicut oſtēdit Gal.2 de cōplex.mollities.n.& durities, capite 6.
nuditas & piloſitas,& color,& hmōi ex multis cauſis variātur,præterq̃ à cōplexione innata : pp quod ſunt multoties veridica,ſed nō ſemp. Eſt aūt & hoc attentiōe dignū,ꝙ cōmentantes nō aliter ſigna p̄dićta,talia corpora ſignificare oſtēdemus,q̃ vel per ingredi diffinitionē ipſorū,ſm ꝙ taliū,vel per ab ipſis cauſari,ſm ꝙ talibus &c.

A ſubſtantia quidem ipſa,eorum,quę in optima compoſitione ſunt,eſt cōtemperantia,mēbrorum qui Ant.
dem cōſimilium in caliditate,frigiditate,ſiccitate,& humiditate: Organicorum vero in quātitate,& qualitate componentium ea,& adhuc in formatione,& poſitione particularum vniuſcuiuſq; , & totius organi. Ab his vero,quæ ex neceſsitate ſequuntur,ſimiles partes habentia,quantum quidem ad tactum,in duritie
& mollitie mediocritas:quantum vero ad viſum,& bonus color,& ſecundum lenitatē & aſperitatem me F
diocritas:ſecundū vero actiones perfectio,quam & virtutem earū nominamus.Eorum vero,quæ organica conſequuntur,in coæqualitate & pulchritudine totius corporis organorū , amplius vero & in exiſtentium ipſis actionum virtute.Optimę igitur cōpoſitionis corporis ſigna hęc ſunt demonſtratiua.

Ab eſſentia quidem ipſa eorum,quæ optimam habent conſtitutionē,cōmenſuratione cōſimilium qui- Leo.
dem,in caliditate,frigiditate,humiditate,& ſiccitate: Inſtrumentorum vero,in quantitate ac numero eorum,ex quibus cōponuntur,ac præterea formatione,ſitu partium ſingularum,ac totius inſtrumēti. Ex his vero,quę ex neceſsitate cōſequuntur conſimilia,quantum quidem attinet ad tactum,à mediocritate , quæ in mollitie ac duritie conſiſtit : quantum vero ad aſpectum,à colore optimo,& leuitatis atq; hiſpiditatis mediocritate:In operationibus,à perfectione,quam & ipſarum virtutem appellamus: Ab his uero,quę inſtrumentarias partes conſequuntur,à cōmenſuratione & pulchritudine omnium totius corporis inſtrumentorum,ac præterea earum,quæ ipſis inſunt,uirtute operationum. Optimæ igitur conſtitutionis corporum ſigna indicatiua ſunt hæc.

Cum dedit vr̃,à quot & à quibus ſunt ſigna ſumenda corporū ſanorum,incipit particulariter oſtendere ſigna Cō.3.
eorū.Et,qm̃ corpora ſana,quædā ſunt ſimpr̃,quædam vt nunc talia(vt rememoratus eſt)primo oſtēdit ſigna cor- G
poris ſimpr̃ ſani in hoc capl̃o,in quo ēt intermiſcet,vt in genere, ſigna quędā corporum ab illo lapſorum,quæ dicuntur vt nunc ſana:particularius aūt declarabit illa in ſequēti capl̃o.Et,qm̃ ſimpliciter ſanū dicitur hoc quidē vt ſemper,hoc vero vt multū ſanum,incipit à ſignis ſemper ſani. Et,quia ſignorum quędā ſunt ſumēda à ſubſtantialiter inhærentibus,quædā ab accidentaliter, incipit à ſubſtātialiter inhærētibus vtriq; generi mēbrorum,& continuans ſermonē his,quæ dicta ſunt,dicit, A SVBSTANTIA QVIDEM &c.i.cognitiones qdem corporū optimæ cōpoſitionis à ſubſtantialibus eorū ſumptę diffinientibus(& hoc intendebat,cū dixit, A ſubſtātia quidē ipſa) ſunt tēperantia mēbrorum cōſimiliū in caliditate,frigiditate,humiditate,& ſiccitate:& coęqualitas organorū in quātitate & qualitate cōponentiū organica,i.conſimiliū,& intendebat per qualitatē,numerum:& pręter hęc coæqualitas in forma & poſitione vniuſcuiuſq; partiū ſic cōponentiū organica,vt in qualitate,& quantitate,forma, & ſitu oſsis,nerui,& venæ,& reliquorū in digito,& digitorum in manu:& præter hoc ēt coæqualitas in forma & poſitione totius organi.Et tacuit hoc de quātitate & numero totius organi , fortaſsis quia forma & ſitus magis inſunt à parte cōpoſitionis:quantitas aūt & numerus magis à parte cōponētium. Et recte qdem dicit,ꝙ hęc ſunt ſigna ſumpta ab ipſa ſubſtātia corporis optime ſani,cū temperātia cōſimilium,& coæqualitas organicorum ſint ingredientia diffinitionē corporis ſani ſemper,& ſint ei ſubſtantialia,inquātum tale: nihil.n.eſt aliud corpus opti
me ſanum,q̃ optime tēperatum in cōſil̃ibus,& coæquale in organicis. Iam aūt ſciuiſti,qūo cōſimilia indigent tē- H
peramento calidi,frigidi,humidi,et ſicci,ex qbus ſunt miſta,ſm diuerſitatem inter ea reſpectu operationis,ad quā ſunt:& ꝙ totū corpus dr̃ temperatum,qñ vnūquodq; conſimilium cōſequit̃ tēperamentū ſibi debitū : & ſil̃r qūo organica indigēt coæqualitate cōpoſitionis in quatuor naturis,q̃ ſunt forma,ſitus,q̃titas,numerus,ſm diuerſitatē īter ea reſpectu opis ꝓprij:& ꝙ totū corp⁹ dr̃ coęq̃le,qñ vnūqđq; organū cōſequit̃ coęqualitatē in illis ſibi debitā.

SED DVBITABIT aliquis,quia ſignū debet eſſe diuerſum à ſignificato,hic autē idem vr̃ poſitum ſignū ſui ipſius,vt tēperantia & coæqualitas optimę ſanitatis. Niſi eſſet,ꝙ tēperantia & coæqualitas non ſignificant ſup optimā ſanitatē,ſed ſuper optime ſanum,hæc aūt non ſunt idem. Præter hoc aūt non eſt incōueniens,ꝙ idem non ſm idem ſui ipſius ſit declaratiuū.Erit aūt idem ſuper ſeipſo ſignificans,diuerſum à ſeipſo ſignificato,quia tēperantia conſimilium eſt ſignū,ſm ꝙ eſt afficiens tactum medici,īmo magis eſt ſignum impreſsio,quæ tactui ab ea derelinquit̃:ſignificatum aūt eſt,ſm quòd eſt mēbri diſpoſitio.Et ſil̃r eſt de coæqualitate organorū in ſuis quatuor naturis,quātum ad viſum & tactum. Deinde,cū dedit ſigna corporis optimæ cōpoſitionis , ſumpta à ſubſtantialiter inhærentibus,dat ſigna ſumpta ab inhærentibus accidētaliter , quæ dicunt̃ caſus & effectus ſm vtrūq; genus mēbri,& primo ab his,quæ conſimilium,& dicit, AB HIS VERO &c.i.ſed ſigna corporis optimæ compoſitionis,ſumpta ab his,quæ ex neceſsitate cōſequunt̃ temperantiā cōſimilium,caſibus ſcilicet , ſunt mediocritas

A in duritie & mollitie,quantũ ad tactũ:& bonus color,quantũ ad viſum: & mediocritas inter nuditatẽ & piloſitatem:& hoc volebat p aſperitatem & lenitatẽ ſm aliam translationẽ. Eſt tñ mediocritas inter lenitatẽ & aſperitatẽ ꝓprie dicta,ſignum ẽt corporis optimæ cõpoſitionis,& hoc eſt q̃tum ad tactũ tm̃:ſed nuditas & piloſitas ad tactũ & ad viſum ſimul,eſt ſignũ illius.Sed,quia poſuit illud ſignũ eſſe ſm viſum,intelligendũ erat,vt diximus: hæc.n. mediocritas ſignificat tẽperamentũ inter actiuas.Nam caliditas ſuperflue reſolũes in pilum facit piloſitatẽ:frigiditas vero diminute reſoluens,nuditatẽ:mediocritas aũt inter mollitiem & duritiẽ ſignificat tẽperantiam inter paſ-5.13. ſiuas:mollities.n.eſt effectus humidi,& effectus ſicci durities,ſicut dicit Ariſt.in ſecundo de gñone. Sed bonus co-uius. lor eſt,qui eſt ex albo & rufo miſtus:nã,cum mẽbra,quę Gal.vocat radicalia,ſint alba,frigiditati & ſiccitati attinẽtia,caro vero & ſanguis ſint rubea,accidit ex eorum miſtione color apparẽs in exterioribus ex vtroq; colore commiſtus. Sunt aũt & alia ſigna optime ſani corporis ſumpta à caſibus præter prædicta,ſicut mediocritas figuræ inter maciẽ & craſsitiem:mediocritas inter apparentiã venarũ & earum ſubmerſionẽ,& hmõi:oẽs.n.tales mediocritates conſequunť de neceſsitate tẽperantiã cõplexionis,ideoq; ſingnificant illã. Deinde dixit, SECVNDVM VERO ACTIONES &c.i.ſed ſignum ſumptũ ab his,quæ ex neceſsitate conſequuntur tẽperantiã conſimiliũ, effectibus ſcilicet,eſt perfectio ſm actiones,i.perfectio operationũ eorum,quã diximus eſſe virtutẽ operationum eorũ:& volebat per virtutẽ bonitatẽ:eſt.n.operatio effectus mẽbri aliquam aĩæ virtutẽ habentis,ſed operationes conſimilium ſunt attractio,retentio,digeſtio,expulſio,amplius aũt nutricatio,& augmẽtatio:& vľr operationes B vegetationis, quæ naturales dicunť à medicis,ſunt principaliter operationes mẽbrorũ conſimiliũ, licet ſm aliqd hæ operationes indigeãt mẽbris & naturis organicis, ſicut aliàs ſciri faciemus. Quæ quidẽ operationes ſi fuerint perfectæ,nihil diminutionis habẽtes,ſignificant optimã cõpoſitionem ſm conſimilia,virtutes.n.prædictæ vtunť cõplexione pro inſtrumẽto ad ſuas pficiendas operationes.Si ergo cõplexio fuerit tẽperata,erit obſequium inſtrumenti,q̃ melius eſſe poteſt,& proinde operationes perfectæ.

DVBITABIT aũt aliqs,quia virtutes,quę pficiunt has operationes,nõ vtuntur eodẽ inſtrumẽto, ſed quędã plus calore,quædam minus:quædam plus humore,quædã minus, ſicut cognitũ eſt ex fine ſexti de mor.& acc.& primo cañ.cap̃.de virtutibus miniſtrãtibus: ſed ĩpoſẽ eſt hęc cõtraria tẽperamenta in eodẽ mẽbro ſimul haberi: ergo ĩpoſsibile eſt has oẽs operationes eſſe pfectas ſm omne mẽbrum cõſimile. Niſi eſſet,ꝗ ſtricte corpus humanum optime ſanũ ſumẽdo,ĩpoſsibile eſt ipſum reperiri poſſe,ſicut ſupra diximus,cũ de ſemper ſano cõmentaremur,eo ꝗ ĩpoſsibile eſt ſm aliquã horarum reperiri ipſum habens oẽs operationes pfectas,propter illud,quod dicebať:ſed largiori mõ ſumẽdo ſanitatẽ optimã,videlicet quãtum poſsibile eſt naturæ,reperibile erit illud,quod in omni ætate habet operationes decentiori mõ,qui poſsibilis eſt naturæ,ſibi inuicẽ corrñdentes,ſ.vt ꝓportioneť digeſtio attractioni,ſicut melius poſsibile eſt,& ita de alijs,ſ.ꝗ vnaquæq; perficiať meliori mõ,quo poſsibile eſt p cõparationẽ ad ſubſequẽtes operationes. Quãuis.n.contingat digeſtionẽ melius pfici in cõſimilibus talis corporis in vna ętate,q̃ in alia,ꝓpter adeptionem tẽperamenti in illa ſibi magis cõpetentis,nihilominus tñ optime ſanũ C corpus erit,cum ex debito ętatis cõtingat illud,in qua corpus neceſſaria mutatione mutať. Deinde,cũ dedit ſigna corporis optimæ cõpoſitiõis,ſumpta ab accidẽtaliter inhærẽtibus cõſimilibus,tã caſibus,q̃ effectibus,dat ſigna ſumpta ab accidẽtibus inhærẽtibus organicis,ſiľr caſibus & effectibus,& dicit, EORVM VERO &c.i.cognitio corporũ optimæ cõpoſitionis fit ẽt ab his,quæ ſequuntur organica,vel coæqualitatẽ cõpoſitionis eorũ,ſ.à caſibus,vt à coæqualitate & pulchritudine totius corporis cuiuslibet organorũ.Intelligit aũt per coæqualitatẽ,nõ illud,quod ſuperius,qa eſſet ſignum nõ ab accidẽte,ſed ab ipſa ſubſtãtia corporis optime ſani:coæqualitas.n.ſuperius dicta intelligiť per relationẽ ad opus ꝓprium mẽbri,hic aũt intelligiť per relationẽ vnius mẽbri ad aliud: ꝓpter quod ꝓprie dicitur cõmenſuratio.Nec eſt idem cõmenſuratio & pulchritudo(ſicut dicit Ariſt. in Ethicis)pulchritudo.n.nõ eſt abſq; decenti magnitudine,ſed cõmenſuratio põt eſſe ẽt cum paruitate: propter quod ait,Parui quidem cõmenſurati ſunt,pulchri aũt non. Corpus ẽt optimæ cõpoſitionis vtrãq; habet:ſunt aũt huiuſmodi ſigna,procerus ſtatus hominis,& facies hilaris amabilis & iucunda,& huiuſmodi:oĩa enim comitanť æqualitatem primam,quam diximus,quaſi ab ea cadentia. Deinde dicit, AMPLIVS AVTEM &c.i.ẽt ab his eorum,quæ ſequuntur organica,ſ.effectibus eorũ,ſicut à bonitate operationum ſuarum,quæ eis inſunt: & hoc intendebat,cũ dixit,Et inhęrentium eis effectuum virtute.& volebat per virtutẽ bonitatẽ,ſicut prius.Operationes aũt organorũ ſunt vniuerſaliter oẽs operationes aĩales, ſenſus ſcilicet,& motus,imaginatio,cognitio,& memoria,quæ,qñ ſunt D perfectę,nihil diminutionis habentes, ſignificãt corpus optime cõpoſitum ſm organica: conſequitur.n.optima operatio ſenſus & motus coæqualitatem cõpoſitionis in quatuor naturis organicis,ſicut optima operatio vegetationis cõtemperantiam quatuor naturarum in cõſimilibus.Huius etiam generis ſigna ſunt coæqualitates ſomni & vigiliarum,& mediocritas in moribus naturalibus inter ſuperfluitatem & diminutionem, vt mediocritas inter audaciam & timorem,inter iram & patientiam,inter impietatem & miſericordiam,humilitatem & arrogãtiam, inſtabilitatem & perſeuerantiam,& huiuſmodi:oĩa enim hæc ſunt habitus animæ,qui,ſicut ex aſſuefactione in-(…)oc loco fiunt,ſic & innaſcuntur animę ſm corporis exigentiam.Si.n.cor & cerebrum fuerunt habentia temperantiam & (…)igiť,qua coæqualitatem,& vniuerſaliter corpus totum,tunc inerit per naturam virtuti cõcupiſcibili animæ omnis medio-(…)riſto.in critas circa mores naturales. Deinde epilogat,& dicit, OPTIMAE IGITVR &c.i.igiť iſta ſunt ſigna demon-(…)i. ſtudio ſtratiua corporis optimæ compoſitionis.Pronoſtica autem & rememoratiua non apparent in tali corpore,niſi cũ (…)tiões re ægrotat, propter quod alibi, q̃ in hoc capitulo,ſunt quærenda. Non oſtendit autem ſigna corporis optime ſani, (…)is actio ſumpta à ſpeciebus mẽbrorum eius,ſicut facit in corpore ſimpliciter ægro,breuitati congaudens in hoc opere,& (…)us regu quia pertractanda infra de ſignis ſimpliciter ægri coniecturabilia erunt ſigna ſimpliciter ſani:aliqua tamen eius (…)ẽ volue- ſigna ſumpta à quibuſdam particularibus membris,ſicut cerebro,& muſculis,intermiſcebit,cum corporis ſimpliciter ægri ſigna eliciet,ſicut infra patebit.

Margin notes: tex 5.13. t. huius. — cap. 3. doc. 6. cap. e. — li. cap. 6.

Ant. E Eorum vero,quæ deficiunt quidem ab hac,ſana tamen adhuc ſunt,hęc quidem in conſimilium contẽperantia lapſa ſunt ſecundum paruum quendam lapſum:hæc vero in organicorum coæqualitate,paruum aliquid & hic,& aut omnium,aut aliquorum,aut ſecundum vtrunq;.Genera autem lapſuum eadem ſunt ijs,quæ virtutes eorum complent,temperantia quidem in conſimilibus:numerus vero & formatio & poſitio in organicis:vtriſq; vero cõmune eſt vnitas,quam & continuitatem eorum nominamus.

Leo. Eorum autem,quæ ab ipſa deficiunt,& adhuc tamen ſalubria exiſtunt,non nulla quidem in conſimilium temperatura vitium aliquod paruum habent:non nulla vero in inſtrumentariorum cõmenſuratione,& hoc quoq; perexiguum:accidit autem hoc vel in omnibus,vel in aliquibus,aut in vtriſq;. Vitiorum vero genera eadem ſunt ijs,quæ virtutẽ perficiunt,tẽperatura quidem in conſimilibus:numerus autem,& formatio,& magnitudo,& ſitus in inſtrumentarijs : vtriſq; vero cõmunis vnitas , quam & ipſorum continuitatem appellamus.

Cõ.4. Cum dedit ſigna corporis ſemper ſani,ſiue optime ſani,dat in genere ſigna corporis ab eo parum lapſi, ſiue vt multum ſani,& p conſequẽs intermiſcet gñaliter ſigna aliorum corporum naturaliter lapſorum ab ipſo,ſ.ſimpl̃r ægri,& ſimpl̃r neutrius,quę dicunt̃ vt nunc ſana,& dicit, EORVM VERO &c.i.ſed eorũ corporũ,quæ deficiũt ab optima cõpoſitione,ſunt tñ priuatione oĩs additionis ſana,quæ qdẽ vocauit vt multũ ſana, quædam ſunt lapſa ab illis in conſil̃ibus modico quodam lapſu,quædam in organicis ſimiliter quodam paruo lapſu. F Deinde dicit, ET AVT &c.i.& in vtroq; genere iſtorum mẽbrorum aut ſunt lapſa ſm oĩa membra,aut ſm aliqua tantum.

Deinde dicit, AVT &c.i.aut ſunt lapſa ſm vtrũq; genus mẽbrorum,ſ.in conſimilibus & organicis:& poteſt illud ſubdiuidi,vt dicat̃,ꝙ aut erunt lapſa in oĩbus mẽbr̃is vtriuſq; generis,aut in aliquibus paruo quodam lapſu. Et,qm̃ dixit paruo quodam lapſu talia corpora lapſa eſſe in his mẽbris,vel illis,manifeſte innuit,ꝙ talium corporum ſigna parũ differunt à ſignis corporis ſemp ſani,ſiue optime ſani. Deinde,cum dixit in qbus mẽbris cõtingit ea lapſa eſſe paruo quodam lapſu,declarat,ꝙ genera lapſuum in his corporibus ſunt eadem cũ his,quę cõplent ſanitatẽ eorum,& bonitatẽ operationis , quæ eſt effectus ſanitatis,& dicit, GENERA AVTEM &c.i.ſed genera lapſuum talium corporum,ĩmo cuiuslibet alterius,quod lapſum eſt,ſunt de his,qbus cõplet̃ virtus eorum,i.corporum : & volebat per virtutẽ,bonitatem operationis,ſicut prius.Sed genera lapſuum ſunt tria in duplici genere mẽbrorum ſupradicto,ſ.diſtẽperantia in cõſimilibus,inæqualitas in organicis,tertiũ eſt ſolutio cõtinuitatis,quæ in vtriſq; per ſe cõtingit:quilibet.n.iſtorum dr̃ genus,quia multas habet ſpecies : & hæc genera dicit eſſe eadẽ his, quæ virtutẽ eorum cõplent. Sed ea,quæ complent virtutem eorũ,ſunt tẽperantia in conſimilibus,& coæqualitas in organicis,& perfecta continuitas in vtriſq;. SED Diſtemperantia non eſt idem temperantiæ,neq; æqualitas inæqualitati,neq; perfectio vnitatis ſolutioni continuitatis: quare ergo dicit,ꝙ eadẽ ſunt? Niſi eſſet,ꝙ intelligit(ſicut videt̃)ꝙ ſubiecto ſunt eadẽ , non ſolũ illo ſubiecto cõi,quod eſt mẽbrum , ſed adhuc ꝓpinquiori,quod eſt cõplexio,cõpoſitio,& vnitas:cõtraria.n.apta nata ſunt fieri circa idẽ ſubiectũ,vt temperantia & diſtẽperantia in cõplexione:æqualitas & inæqualitas in compoſitione:& ſil̃r perfectio & imperfectio vnitatis in vnitate.Et hæc expoſitio maxime vr̃ eſſe ſm modum lr̃æ noſtræ translationis,quæ dicit,Genera aũt lapſuum ſunt eadẽ his,quæ virtutẽ eorum cõplent. G Vel põt hoc exponi aliter,ſ.cum dicit, Genera lapſuum &c. intelligit,ꝙ genus vniuſcuiuſq; lapſus ẽ idem generi cuiuslibet cõplentis eorũ virtutem, eo ꝙ cuiuslibet triũ cõtrarietatũ idem eſt genus: oĩa enim duo cõtraria vtplurimũ ſunt in eodẽ genere.Eſt aũt genus tẽperantiæ & diſtẽperantiæ,cõplexio:æqualitatis & inæqualitatis,cõpoſitio:perfectæ aũt vnitatis & imperfectæ,vnitio,licet hoc minus ꝓprie dicat̃,non enim dici põt ſolutio cõtinuitatis ſiue vnitatis ꝓprie vnitas,ſicut tẽperantia & diſtẽperantia dr̃ cõplexio,& æqualitas cũ inæqualitate cõpoſitio.Hæc expoſitio fere in idem redit cũ priori,eſt.n.genus quodãmodo ſubiectum differẽtiarum ipſum diuidentiũ. Videt̃ aũt & hæc expoſitio maxime eſſe ſm modũ lr̃æ alterius translationis,quæ ait, Et genera læſionum ſunt genera rerũ,quibus cõplet̃ earum virtus. Sed hæc expoſitio nõ põt recte cadere apud noſtrum textum,cũ dicat,ꝙ genera lapſuum ſunt eadẽ his,quæ cõplent virtutẽ eorũ. Hæc.n.oĩa aſsignata genera,ſ. cõplexio,cõpoſitio,non ſunt cõplentia virtutem eorũ,ſed earũ ſpecies,ſ.tẽperantia,& ęqualitas:ſed bene ſunt generatã lapſuum,q̃ cõplentiũ.Sunt ergo genera lapſuum eadẽ his,quę virtutẽ eorum cõplent,per modũ,quẽ diximus.Dixit aũt eadem,& nõ totidẽ,quia nõ ſolũ ſunt totidem,ſed ſubiecto ſunt eadẽ,licet forma differãt & natura. H Ea enim,quæ cõplent ſanitatẽ,ſiue effectũ eius,quę eſt virtus ſeu bonitas operationis,ſunt cõtemperantia in cõſimilibus,& coæqualitas in organicis,& perfecta vnitas in vtriſq;,ſicut vr̃ ex ſupradictis manifeſtũ: qbus volẽs genera lapſuum eſſe totidẽ,& eadẽ ſubiecto,numerauit cõplentia virtutẽ eorum nõ à forma,ſed à ſubiecto,cũ dixit, Temperantia &c. Alia translatio habet cõplexio(& eſt rectior textus).i.cõplexio in cõſimilibus,& cõpoſitio in organicis,& vnitas in vtriſq;:& volebat per formam,numerum,& quãtitatem,& ſitum,ipſam cõpoſitionẽ,qm̃ in eis & circa eas eſt cõpoſitio organica: aut, ſi numerauit ea à forma,tunc volebat p formam,numerũ , & quantitatem,& ſitum,æqualitatẽ in eis.Sicut ergo cõplentia bonitatẽ vel ſanitatem operationis,quæ eſt effectus ſanitatis, eſt tẽperantia in cõplexione,coæqualitas in cõpoſitione,perfectio vnitatis in vtriſq;,ita lapſus à ſanitate ſunt diſtẽperantia in complexione,inæqualitas in cõpoſitione,ſolutio in vnitate,cũ ſanitas corporis ſit quoddã totum integrum,vt domus,quæ circa tectũ & parietẽ & fundamẽtum cõplementum ſui eſſe acquirit,& circa eadem patitur defectũ ſui eſſe.Cõplexio ergo,cõpoſitio,& vnitio ſunt ſubiectũ,circa quod fit ſanitas,& oĩs lapſus ab ea,ſicut tectum,paries,& fundamẽtum ſunt,circa quæ eſt pfectio & defectus domus.Non.n.cõplexio & cõpoſitio eſt ſanitas,ſed tẽperamentum in eis:quare ẽt genera lapſuũ eadem ſunt ſubiecto,& totidẽ numero cõplentibus ſanitatẽ, aut bonitatẽ operationũ, quæ eſt effectus ſanitatis. Sunt tñ ſpecies lapſus plures ſpeciebus ſanitatis,nam ſanitas

vniuſcuiuſq;

A vniuſcuiuſq; mēbri cōſimilis non eſt,niſi vna tēperantia eius in caliditate,frigiditate,humiditate,& ſiccitate,reſpe ctu operis ſui,ſpecies aūt ſuorū lapſuū ſunt multæ.Nā pōt eſſe in ſola caliditate,& ſilr in frigiditate,humiditate,& ſiccitate : cōpoſitæ in caliditate & ſiccitate , & ſic de alijs:& in qualibet iſtarū ſm diuerſos gradus,qui poſſunt etiā dici diuerſæ ſpecies.Non igiť opponiť cuilibet ſpeciei morbi ſua ſpecies ſanitatis,ſed ſanitas,vna exiſtens in medio oīum extremitatū opponiť oībus ſpeciebus morborū , ſicut mediū ad extrema. Reſtat aūt modo videre,quare cōplentia ſanitatē corporis,aut operationis eius bonitatē nō ſint niſi tria,ſ.tēperantia cōplexionis cōſimiliū, coæqualitas cōpoſitionis organorū,& vnitas in vtriſq;. Dico ergo,ꝙ corpus ſemper ſanū nō eſt aliud,ꝗ̄ bene cōpoſitum ad operationes perficiēdas.Erat enim ſanitas cōpoſitio ſm naturam,perficiens actiones, ſicut Gal.dixit. Sed cōpoſitio corporis nō eſt niſi triplex,ſ.calida,frigida,humida,& ſicca in conſimilibus:& conſimilium ſm formam,numerum,quantitatē,& ſitum in organicis:& cōpoſitio,quæ eſt vnitio partis cum parte,quæ in conſimili dr̄ continuitas,in organico contiguitas.Igitur oportet, ꝙ ex his tribus cōpoſitionibus perfectis perficiatur corpus ſanū.Sed pfecta cōpoſitio calidorū humidorū ī cōſilibus,dr̄ tēperātia cōplexionis pfecta : & cōpoſitio cōſiliū in organicis dr̄ coæqualitas:pfecta aūt vnitio in vtriſq; cōtinuitas dr̄,ſicut diximus. Igiť ſola pdicta tria ſunt cōplētia ſanitatē,aut operatiōis virtutē,& nō plura:& circa totidē & eadē gn̄a ſubiecta eſt defectus & lapſus ab ea &c.

de accidē- & morbo capite 2.

Ant. In ijſdem vero generibus & ægrorum corporum eſt vitium ſecundum vtrūq; ægritudinis ſignificatū.

B Terminus vero vtriuſq; diſcretiuus eſt operationis lęſio ſenſibilis.

Leo. In his autem ipſis generibus ſunt corporum inſalubrium vitia ſecundū vtrunq; inſalubritatis modum. Terminus autem,qui vtrūq; diſtinguit,eſt operationum lęſio ſenſibilis.

Cō.5. Cum declarauit genera lapſuum corporis vt multū ſani parificari numero,& eadem eſſe ſubiecto cōplentibus ſanitatē,& operationis virtutē,ne aliquis ſuſpicareť huius ſolius corporis eſſe tot genera lapſus,& nullius alterius, declarat,ꝙ ſm eadem & totidē genera ſubiecta lapſuum eſt corpus ægrū,& dicit, IN IISDEM &c.i.vitium in qbuſcūq; corporū ægrorum ſm quodlibet ſignificatū ægri,ſ.ægri ſimplr,& ægri vt nunc,eſt ſm eadē pdicta gn̄a ſubiecta,in qbus erat lapſus corporis vt multū ſani,ſ.in cōplexione conſimiliū,& cōpoſitione organicorū,& vnitate vtriuſq;.Et intelligit per hoc, neutrum ſm quodlibet ſignificatum neutrius, quia poſitis extremis intelligiť medium. Deinde,cum noīaſſet duo ſignificata ægri,ſubiunxit ſm quoſdā continuando ſignum gn̄ale,quo ab inuicē diſtinguunť,ꝓpterea ꝙ dicunt exponētes, TERMINVS VERO &c.i.ſed terminus vtriuſq; diſcretiuus,ſ. corporis ægri ſimplr,& vt nūc ægri eſt læſio ſenſibilis in opatione,quaſi dicat,corpus ęgrū ſimplr, & ſi multū remotū ſit ab optima ſanitate,nō tn̄ habet læſionē in operatiōe,cū.ſ.ad ſeipſum cōparať,ꝗ̄ꝗ̄ habet ſenſibilē læſionē in operatione reſpectu optime ſani:donec.n.nō labiť vlterius lapſu cōtra naturam,nō habet hanc læſionē:Et ma

C nifeſtum eſſe dicūt, ꝙ ipſum pōt fieri ægrū vt nunc:diceť aūt tale ex quocūq; lapſu cōtra naturam,acqſito ſuper lapſum naturalē,ꝗ ſenſibilē facit læſionem in operatione.Ergo ſenſibilis lęſio eſt terminus in operatione,ꝗ diſcernit ægrum vt nunc ab ægro ſimplr : donec.n.ægrum ſimplr nō labiť hoc lapſu,nō eſt ægrum vt nunc. Sed hoc nihil eſt.Nam(ſicut videť)hoc ſignū non diſcernit corpus ægrum vt nūc,ſolū ab ægro ſimplr,ſed ab oī alio corpore in latitudine ſanitatis,à ſemper,& vt multū ſano,& neutro ſemper,aut multum. Nullum enim ex his habet lęſionem aliquā,nedum ſenſibilem,cum ſibi ipſis cōferuntur, ꝓpter quod nullū eorum ægrotans dici poteſt,niſi p lapſum cōtra naturam,ſicut habēs ſenſibilem læſionem operatiōis per cōparationem ad ſeipſum prius.Ergo ſenſibilis læſio operationis diſtinguit ægrum vt nūc à ſano ſimplr & neutro ſimpliciter,& nō ſolum ab ægro ſimplr.

Quare dicemus,ꝙ dictum, TERMINVS vero &c.patitur aliam expoſitionem,ſicut videtur magis conſonare ei,quod Gal.hic videtur intendere. Ipſe enim videtur velle docere diſtingui corpus ſanū vt multum,& neutrum ſimplr,& ægrum ſimpliciter ab inuicē,& optime ſano. Diſtinctionem enim corporis ægri vt nunc ab ægro ſimpliciter,& ab his,quæ ſunt in latitudine ſanitatis,melius erat tardare vſq; poſt diſtinctionē illam latitudinis ſanitatis:quod ipſe videť feciſſe,cum poſt diſtinctionem illam ſubiunxerit,A quibus deinceps ſunt iam ægrotantia corpora læſionibus ſenſibilibus operationū determinata. Aliter.n.eſſet eiuſdē inutilis repetitio. Propter quod dico,ꝙ,qn̄ dicit, TERMINVS vero vtriuſq; &c.intelligit per vtriuſq; corpus vt multum ſanū, & corpus ægrum, ſm quodlibet eius ſignificatum : ipſe enim dixerat in ijſdem ipſis generibus eſſe vitium corporis ægri, in quibus

tex.7. hui9.

D eſt lapſus corporis vt multū ſani:&,cum in hoc cōicent,dignum fuit continuando,differentiā aſſignaſſe.Cū ergo dicit,Terminus vero diſcretiuus vtriuſq;.oportet,ꝙ per vtriuſq; demonſtrentur eadem,quæ cōuenire notauerat, cum dixit,In ijſdem &c.Propter quod dico , ꝙ corpus ægrum differt à corpore vt multū ſano per ſenſibilē læſionem in operatione:corpus enim ægrum,cum cōparatur corpori optime ſano,habet operatiōes ſenſibiliter læſas: ſed corpus vt multum ſanum,cū comparať corpori optime ſano,nō habet eas ſenſibiliter læſas:ſenſus enim(ſicut diximus in tractatu de corporibus) non diſtinguit inter ſemper ſanum & multum ſanum. Hæc aūt expoſitio cōfirmatur per illud,quod continuando ſubiunxit,Ab optima vero deficientia cōpoſitione corpora,breue qdē læſa ſunt & ipſa,nō tn̄ ſenſibile,quaſi d.terminus vero vtriuſq; diſcretiuus eſt opationis ſenſibilis lęſio,eo ꝙ corpora ægra ſunt ſenſibiliter læſa in operatione : ſana vero vt multū,quæ breue quiddam deficientia vocat ab optima cōpoſitione,licet læſa ſint,non tn̄ hoc ſenſibiliter. Si aūt quis dicat,ſm hāc expoſitionē videtur,ꝙ corpus ægrū vt nunc ab ægro ſimplr non differat per ſenſibilem læſionem operationis,qm̄ in vtroq; eſt operatio ſenſibilr lęſa, Dicemus,ꝙ nihilominus differt ab illo per hoc idem ſub alio reſpectu. Nam in corpore ægro ſimplr nō ſunt operationes ſenſibiliter læſæ,niſi per comparationem ad corpus optime ſanum,non aūt in comparatione ad ſeipſum prius,niſi quando ægrotat præter naturam : ſed in corpore iam ægrotante,qualecūq; fuerit prius,ſunt operationes ſenſibiliter læſæ tàm per comparationem ad ſeipſum,ꝗ̄ per comparationem ad optime ſanum.

cōmen. 15.

Ab optima

Ab optima vero compositione deficientia corpora breue quiddam lapsa quidem sunt & ipsa secũdum veritatem,non tamen sensibile est hoc:determinat itaq; ea magis & minus in operationibus,& ægris causis repugnare.Simpliciter ergo ægra corpora determinata sunt, eo ꝙ facile ab ægris causis vincantur,& eo ꝙ multum secundum operationum virtutem derelinquantur.Sunt ergo vtroruq; in medio neutra,& quę vere dicuntur,& quæ cum quadam latitudine. Ant. E

Quæ vero ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiunt, re vera quidem & ipsa in aliquo sunt offensa,non tamen id sensu comprehenditur.Distinguuntur vero ex eo,ꝙ magis minus ve in operationibus existit:ac quia causis,quæ ægritudinem pariunt,non æque resistunt.Quę autem simpliciter insalubria sunt corpora,distinguuntur ob id,ꝙ facile à causis, quę morbos cõmittendi vim habent, superantur: & quoniam in vigore operationum plurimum deficiunt. In medio autem amborum collocantur ea,quę neutra exquisite appellantur,& cum latitudine quadam, Leo.

Paragraphus iste continuatur gñaliter in hũc modum. Cum dedit,ꝙ genera lapsuum sunt eadem subiecto ẜm omne corpus lapsum ab optime sano,ostẽdit gñaliter, qualr̃ ista corpora distinguant̃ abinuicẽ,& ab illo:& dicũt exponẽtes, AB OPTIMA VERO &c.i.cum manifestum sit,ꝙ corpora parum lapsa,& plurimum lapsa,& mediocriter lapsa eisdem gñibus lapsuum derelinquũtur ẜm diuersos gradus,sciẽdum,ꝙ breue,i.parũ deficientia ab optima cõpositione,quæ.s.dñr vt multum sana,læsa sunt in operationibus respectu optime sanorũ,quæ dñr semper sana.Sed tñ eorum læsio &c. Secundũ aũt nostram expositionẽ p̃cedẽtis paragraphi,quæ rectior vr̃,alia est cõtinuatio,vt scilicet, cum dedit,ꝙ corpus ægrũ ẜm quodlibet ægri significatũ est lapsum in eisdẽ gñibus lapsuũ, in qbus & corpus multum sanũ:& ꝙ distat ab illo p sensibilem lęsionẽ in operatione,ostẽdat,quõ hoc sit,& dicit, AB OPTIMA VERO &c.i.terminus vt multũ sani,& ægri,ẜm quodlibet ægri significatũ est operationis læsio sensibilis. VERO, pro quia. DEFICIENTIA BREVE &c.i.parũ ab optima cõpositione,sunt lęsa in operationibus ẜm veritatem respectu optime sanorũ,siue semper sanorum, licet talis læsio nõ pateat ad sensum,sicut patet ad sensum læsio opationis corporis simplr̃ ægri,cum ad optime sanum cõfertur. Iam.n.diximus,ꝙ sensus non distinguit inter semp sanum & vt multũ sanum,sensus scilicet,qui habet̃ de pfectione operationis,qm̃ operationes in vtroq; vidẽtur ad sensum æqualr̃ pfectę, sed ẜm veritatem pfectiores sunt in semper sano: vnde & ambo vocauit supra simplr̃ sana. Deinde,cum ostẽdit,ꝙ à sensu læsionis,quã habet,nulla sit eius ab illo distinctio,quærẽs aliam distinctionẽ dixit, DETERMINANT VERO &c.i.sed breue deficientia,& optime sana determinantur abinuicẽ per repugnare in operatiõibus,ægris causis ẜm magis & minus:ver.gra.in operatione stomachi vtriusq; dato cibo distẽperato vtrisq;,magis se tuebitur ab eius malitia semper sanũ, q̃ vt multũ sanum. Corpus igit̃ semp sanum determinatur à multũ sano per magis repugnare causis ægris,i.ægrotare faciẽtibus, q̃ illud:vt multũ vero sanum determinabit̃ ab illo p repugnare minus illo:& est causa maioris repugnantiæ,maior certiorq; temperies, sub qua virtus fortior,& operationũ pfectio maior. Quare difficilius succũbit,& nõ nisi à maximis ĩpressionibus ægritudinum:mediũ.n.difficilius conuertitur in extremũ, q̃ quod à medio lapsum est. Dubitabit aũt aliquis, quia,si corpus vt multũ sanum ponat̃ esse lapsum à medio versus calorem,vr̃,ꝙ tale corpus plus repugnabit ægris causis frigidis,q̃ corpus,qđ est in medio,s.semper sanũ,sed calidis tale minus:quare videbitur,ꝙ non semp minus illo repugnet ægris causis. Nisi esset,ꝙ non simplr̃ repugnat oĩbus magis illo:nec ipse dicebat oĩbus. Vel fortassis fortior virtus,quę sub maiori tẽperie viget, maiorẽ facit esse repugnantiã huius,q̃ illius,ẜm oẽs causas ægras. Cõ.6. F G

Deinde,cum docuit,p quid distinguant̃ vt multũ sana à semper sanis,oñdit, per quid distinguant̃ simplr̃ ægra ab vtrisq;,& dicit, SIMPLICITER VERO &c.i. sed corpora ægra simplr̃,distincta sunt dupliciter à semper & vt multũ sanis,Primo scilicet,quia facilius vincunt̃ ab oĩbus causis ægris,q̃uis paruę sint,q̃ vt multũ sana:amplius aũt,quàm corpora semp sana,ppter distẽperantiam,quã habent plurimam valde,& vicinam ipsi ęgritudini. Secũdo,quia multum superant̃ in bonitate operationum à corporibus vt multũ sanis:amplius aũt plurimum à corporibus semper sanis ppter plurimã eorum distẽperantiam:& volebat per virtutẽ,bonitatẽ,sicut prius. Tanta enim est superatio eorũ ab vtrisq;,ꝙ sensibiliter patet:sed superatio vt multũ sanorum à semper sanis in bonitate operationum non patet ad sensum,sicut dixerat. Deinde,cũ dedit,qualiter distinguantur simplr̃ ægra à semper & vt multũ sanis,ostẽdit,qualiter distinguantur neutra ab vtrisq;,& dicit, SVNT VERO &c.& tolerat iste textus expositiones duas,ẜm ꝙ relatiuum, quę,potest referre vtrũq;.s.neutra,vel vtrorũq;. Secundũ ergo ꝙ refert neutra, erit intentio,i.sed in medio horum vtrorũq;,s.sanorum & ẽt ægrorum,dictorũ quidem semper & vt multũ,sunt neutra,tã ea,quę vere dicunt̃ neutra,vt primi significati,q̃ ea,quę dicunt̃ neutra cũ quadã latitudine,vt significati secundi & tertij:aut aliter,s.tàm neutra, quæ vere dicũtur neutra,vt semper neutra,q̃ ea,quæ dicuntur neutra cũ quadã latitudine,vt neutra vt multum:vt intelligantur esse cum quadam latitudine,quæcunq; non vere dñr talia: neutra.n.vt multum nequaq̃ sunt vere neutra,declinantia qdem & ipsa magis aut ad vnũ,aut ad alterũ extremorum. Secũdum vero ꝙ refertur vtrorũq;†(quod qdem est magis cõsonum menti eius)erit intentio,i.sed in medio horũ vtrorũq;,s.quæ dicuntur vere,vt semp sanorũ & semper ægrorũ,& eorũ,quæ dicuntur cũ quadam latitudine,vt sanorũ vt multũ & ægrorũ vt multũ, sunt corpora neutra cuiuscũq; modi. Neutra.n.cuiuslibet significati nec sunt habentia operationes ita sensibiliter læsas respectu corporis optime sani,sicut simplr̃ ægra:nec sunt ita parum repugnantia ægris causis,sicut ipsa:nec ẽt sunt habentia oĩno insensibiliter læsas operationes,sicut vt multũ sana:nec sunt ita fortiter repugnantia ęgris causis,sicut ipsa, ppter quod in medio sunt ipsorum amborũ Et est sciendum,ꝙ optime sanum,licet ẜm veritatem sit in medio latitudinis totius sanitatis pendẽtibus vtrinq; corporibus lapsis,& his quidem lapsis in caliditate, his vero lapsis in frigiditate,& sic de alijs,ponitur tamen vt vnum

extremorum,

† Hęc expõ quã Galeno magis cõsonam hic auctor dicit, nullo pacto ex v̾bis Galeni gręcis haberi põt, cũ hęc duo verba,q̃ dicũntur, sint vnũ participium plane cum hac dictione, neutra, cõueniens. Nisi qs græcũ exẽplar deprauatũ dicat. Sed & Nicolaus, & ante eũ Laurẽti⁹ ita trãstulerũt:atq; hoc ẽt apud nos verborũ series satis significar̃ poterat.

A extremorum,cùm ad alterutram partium comparatur:ipsum quoq; dicitur vere sanũ, nomen enim albedinis verius competit vltime albo,q̃ remissius albo,sed vt multum sanum dicitur cum quadam latitudine:& idem est iudicium de ægro vt semper & vt multum,& neutro semper & vt multum, est enim ægrum semper, ponibile vt aliud extremum inter dispositiones latitudinis sanitatis,propter quod dicitur vere ægrum : vt multum vero ægrum,dicitur ægrum cum quadam latitudine,eo fortassis,quia extrema & medium iudicantur in puncto:quæ autem sunt inter medium & extrema,latitudinem habent quandam,secundum quam comparantur : quãuis subsequenter dicturus sit,ꝙ tres sunt partes latitudinis sanitatis,quarum quælibet latitudinem habet multam.

Ant. Et diuidetur totius sanitatis latitudo in tres partes,latitudinem habentes & ipsas multas, quarũ quidem prima erit sanorum corporum:secũda vero neutrorum:tertia autem ægrorum, à quibus deinceps iam sunt ægrotantia corpora,læsionibus sensibilibus operationum determinata.

Leo. Quo fit,vt tota sanitatis latitudo in tres partes,quarum singulæ latitudinẽ habent non paruã, diuidatur. Erit autem prima quidem salubrium corporum:secũda neutrorum:tertia insalubrium. Post quæ deinceps sequuntur,quæ iam ægrotant corpora,quæ sensibilibus operationum læsionibus distinguuntur.

Cõ.7. Cum dedit,per quod distinguantur in communi tria corpora lapsa secundum naturam ab optime sano, quæ

B omnia sana vocat,ostendit,sicut ex prædictis concludendo,latitudinẽ sanitatis habere tres partes,& dicit, ET DIVIDETVR &c.i.similiter distinctis corporibus lapsis tàm ab inuicem,q̃ ob optime sano, manifestum est, ꝙ latitudo totiùs sanitatis diuiditur in tres partes,quarum quælibet adhuc habet magnam latitudinem:& est prima pars huius totius latitudinis corporum sanorum:secunda neutrorum:tertia ægrorum.

SED DVBITABIT hic aliquis,vtrum semper sanum vel optime sanum sit dicendum esse in hac latitudine, vel non. Videtur enim,ꝙ,sicut per secundam partem latitudinis,quæ est corporum neutrorum, intelliguntur neutra simpliciter,quæ sunt duobus modis,scilicet semper & vt multũ:& per tertiam partẽ latitudinis,quæ est ęgrorũ, intelliguntur ægra simpliciter,quæ sunt duobus modis,s.semper & vt multum,similiter per primã partem latitudinis,quæ est sanorum,debent intelligi simpliciter sana,quæ sunt duplicia,s. semper & vt multum. Adhuc aũt, si optime sanũ non esset in latitudine sanitatis,tunc esset extra eam,quare non diceretur sanũ,sed ægrotans:sed hoc est inconueniens:igitur incõueniens est,ꝙ non sit in latitudine sanitatis. In oppositũ videtur textus in fine huius

1o.hui⁹. capituli,cum epilogat ea,quæ dicta sunt. Dicit enim,Optimę igitur cõpositionis dictæ sunt cognitiones, deficientium vero ab ea,æqualia sunt numero quidem genera,eis in magis & minus diuidi potẽtibus, & separatis in tres latitudines:& vult dicere(sicut ibi ostendemus)ꝙ genera signorum corporum deficientium ab optima sanitate sunt æqualia numero ipsis generibus corporũ,ipsis,dico,potentibus diuidi in magis & minus:& ipsis, dico,separatis in

C tres latitudines:quasi videatur velle,ꝙ latitudo totius sanitatis non sit continens nisi corpora deficientia ab optime sano,& non optime sanũ. Sed dicemus,fortassis adhuc ideo eum non posuisse optime sanũ in latitudine sanitatis,quia(sicut in præcedẽti paragrapho diximus)in latitudine alicuius apud ipsum videtur esse,quod diminute participat naturam illius,vt dicatur in latitudine albedinis solũ illud,quod est diminute album, & non quod perfecte & summe. Illud enim,quod est caput latitudinis,mediũ existens à lateribus descendentiũ,nõ est in latitudine eius, cuius ipsum est principiũ,sicut nec punctum,quod est inchoatoriũ lineæ,est dicendum esse in latitudine lineæ:nec tñ propter hoc,ꝙ sit punctualiter acceptum sanũ,est in opposita latitudine. Aut magis, idem videtur apud ipsum esse in latitudine albedinis,quod est habere albedinẽ latitudinem habẽtem, in qua quidem albũ intendi & remitti possit,& non habere eam punctualem,quę non suscipiat magis & minus. Sed,si sic est,tunc potius fuisset dicendum,ꝙ diuiditur tota latitudo sanitatis in tres partes,& nõ totius sanitatis. Nisi hoc excusetur, quia talis optima & punctualis sanitas non est inuenibilis in natura:sed de hoc nõ est multa vis. Dicemus tñ, ꝙ optima sanitas est in latitudine totius sanitatis,quia in medio illius. Tota enim latitudo sanitatis humanæ, sicut & humana cõplexio, est necessario conclusa inter duos terminos siue extrema, à quibus cũ exierit, exit ab esse sanitatis:in medio quorũ extremorum est optima sanitas, Vt, si sanitas optima sit optimũ temperamẽtum calidi & frigidi, extrema autem, quæ nihil participant sanitatem,sicut excellens intensio frigoris,& excellens intensio caloris accidens præter natu-

D ram,oportebit de necessitate latitudinem sanitatis habere de longitudine per quantitatem distantiæ vnius extremi ab altero.Et erit hoc modo sanitas optima in latitudine sanitatis, quia in medio, quasi punctum æque distans ab extremis,secundum ꝙ stricte assumitur:vtrinq; autem erunt corpora multum sana, & neutra simpliciter, & ægra simpliciter,æquidistantia. Quod enim naturaliter lapsum est in calore ab eo parum, erit vt multum sanum,astans sibi ab vna parte:ab altera vero,quod est parum lapsum in frigore:quorum quodlibet latitudinẽ magnam habet, nam hic paruus lapsus latitudinem habet,in qua fit corporum vt multum sanorũ comparatio, & dicitur vnum altero magis lapsum.Præter hoc autem hic paruus lapsus aut est in consimilibus, aut in organicis, aut omnibus,aut pluribus,aut maxime dominantibus:& in hoc innuitur alter modus suę latitudinis,in quorum quolibet lapsuum est latitudo prius dicta.Quod autem est ꝑm naturam plurimum in calore lapsum, dicitur ægrũ simpliciter,astans sibi ab vna parte:ab altera vero,quod plurimũ lapsum est in frigore. Quod aũt mediocriter est ab ea lapsum tàm in calore, q̃ in frigore,dicitur simpliciter neutrũ,illi astans:quorum quodcũq; habet latitudinẽ,quam diximus in vt multum sano. Sed hic est attentione dignum,ꝙ nõ est idem esse in latitudine sanitatis, & esse sanitatem ꝑm latitudinẽ.Illa enim sanitas,quæ punctualis existit,est in latitudine totius sanitatis,quia in medio,sicut punctũ æque distans ab extremis:non tamen est sanitas ꝑm latitudinem,quia eius nulla est latitudo, sed est punctualis, non recipiens magis & minus:in qua corporum ita sanorum nulla est adinuicẽ comparatio, vt dicatur alterũ altero magis sanum. Alterius aũt sanitatis vtrinq; descendentis latitudo est multa,vt in genere tres partes habens(vt hic dicitur)

scilicet

ſcilicet ſanorum,ægrorum,& neutrorum,cuiuslibet quorum multa eſt latitudo quedam : propter quod quælibet E
earum apud ipſum in libris ὑγιεινῶν,id eſt ſanatiuæ artis,videtur vocari ſanitas ſecundum latitudinem,ſcilicet ſanitas lata.Ergo ſanitas ſecundum latitudinem,id eſt ſanitas lata,tres partes habet,quarum nulla eſt ea , quæ eſt ſanitas ſtricta & punctualis:& hoc volebat hic,ſicut innuebat per epilogū in fine huius capituli. Quare latitudo ſanitatis vno modo accepta cōprehendit ſummam & optimam,in medio ſcilicet ſui exiſtētem:alio autem modo eſt declinans ab ea,ſicut à puncto inchoatorio multarum linearum,quaſi ſit dicere,latitudo ſanitatis eſt idem , quod ſanitas lata.Quare hoc modo per primā partem latitudinis ſanitatis non intelligitur niſi latitudo corporum ſanorū vt multum,ſiquidē ſana ſemper intelligamus habere ſanitatē punctualiter, ſicut videtur velle Gal.hic , & in libro ὑγιεινῶν. Poſſet tamen fortaſſis & cōuenienter quis dicere,ꝙ ideo nō poſuit optimam ſanitatē in latitudine ſanitatis,quia ipſam nō eſt inuenire,ſed quia ſit cōiecturalis apud medicum,quaſi ipſe poſuerit ſigna eius,ſicut rei tantum coniecturalis in arte,vt cognoſcatur cōparatio eorū,que circa eā ſunt.Neq; poteſt aliquis dicere,ꝙ, ſi optima ſanitas eſt irreperibilis apud naturam,tūc illa diuiſio latitudinis ſanitatis eſt illius ſolius, quæ dicitur ſanitas vt nūc, quaſi tota ſanitas ſit ſanitas vt nunc,quoniam (ſicut iā diximus)optima ſanitas,vno modo ſumēdo eā,eſt reperibilis,& iam ſciuiſti hoc. Adhuc autem vt multum ſanū,eſt apud ſenſum optime ſanū, ſicut ex prędictis liquet.Sicut enim preoſtendimus,cū de vt multum ſano cōmentati ſumus,nullo modo vt multum ſanū poteſt dici vt nūc ſanum,ipſum enim eſt ſimpliciter ſanū,ad eandem diuiſionē veniens cū vt nunc ſano,ſicut & ſemper ſanum.Quare in latitudine totius ſanitatis continentur ſecundū veritatem vtraq;,ſcilicet optima ſanitas,& ſanitas vt nunc,quā quidem duplicem eſſe dicimus ſcilicet neutrius ſimpliciter,& ęgri ſimpliciter. Deinde diuiſa latitudine ſanitatis in tres partes oſtendit,quæ corpora ſint poſt illā totam latitudinem , quæ quidē dicuntur corpora contrarię latitudinis, & dicit, A QVIBVS &c.i.à qbus tribus partibus latitudins ſanitatis deinceps in deſcēſu ſunt corpora iā ægrotantia,quæ tranſeuntia iam oēm latitudinem ſanitatis deuenerūt in alterum extremū: & vult per ægrotantia & hic & vbiq; in hoc libro corpora vt nunc ægra,ad quæ non deuenitur naturaliter,ſed præter naturā:hæc autem dicit eſſe determinata à prædictis tribus partibus latitudinis ſanitatis ſenſibili læſione operationū , hoc enim relatiuum,quibus,referebat oīa dicta tria corpora , in quibus ſtat totius ſanitatis latitudo:ab oībus enim his determinantur & diſcernūtur ægrotantia pp ſenſibilem læſionē operationis,cum nullū ſit eorū,quod non contingat ægrotare.Et volebat hic ꝑ operationes conuerſationes humanas,quales ſunt militare,venari,& ſm quamcunq; artiū artificiari : ſenſibili enim taliū operationū læſione iudicatur corpus ægrū vt nunc,ſicut ēt vult in primo de Criticis, de principio morbi quærens,& nō abſolute à quacunq; læſione ſenſibili operationū alicuius virtutis animæ in organo,eo ꝙ tales nō ſunt ſemper ſenſibiles,cū multoties ſit corpus ægrotās ægritudine non ſolum lædente,ſed auferente quaſdam tales operationes,quas aliqñ latet ablatas eſſe tàm medicū,q̃ habentem:ſed prohibitio conuerſationum,aut ſenſibilis earū lęſio nequaquam vnquā latebit ægrotantem:quare ab hac tantū iudicabitur corpus ægrotans.Non eſt tñ dubium,ꝙ ſenſibilis læſio operationū virtutis in organo indicat illud membrū ægrotū , cuius eſt operatio,ſed non corpus totū,niſi prohibeatur conuerſatio,quā diximus.In nulla aūt trium illarum partium latitudinis ſanitatis,cū derelinquitur ſuæ naturæ,eſt talis prohibitio ſolitæ cōuerſationis,neq; vlla ſenſibilis operationum læſio,cum ſibi ipſi confertur,licet ſit ſenſibilis lęſio operationū ad minus in ęgro ſimpliciter,cū comparatur ad ſemper ſanū:ſed quodlibet illorum triū,ſi labatur præter naturam in vlteriorē gradum lapſus, peruenit in ægritudinē vt nunc,qua prohibetur quis conuerſari in ſolitis occupationibus,eo ꝙ in ea & ab ea ſit lęſio in operationibus fortis valde alicuius virtutū animę per comparationē corporis ad ſe ipſum prius. Sed dicet aliquis,ꝙ inter ſanitatē cuiuſq; trium partiū latitudinis & lapſum ab ea faciētem ſenſibilem læſionē operationis eſt aliquod mediū, ſcilicet lapſus faciens læſionē,ſed inſenſibilem,& talis lapſus eſt corporis neutrius vt nunc: & ꝙ hac conſideratione medici ponunt mediū inter ſanum & ægrum:ex quo videtur,ꝙ ſenſibilis læſio operationū diſtinguat ſolū corpus ægrum vt nunc à corpore neutro vt nunc,quia non debent diſtinguere ipſum niſi ab eo corpore , in quo eſt læſio, eadem comparatione,qua in ipſo,ſed inſenſibilis,Quod & nos dicemus proculdubio videri nobis magis propriū.

F (margin, beside "ſanum,ipſum enim…") · t.c.10. · 1.cap.1. · Cap.6. · G

Sed Gal.in hoc loco pro eodem accepit ægrum vt nunc,& neutrum vt nunc, volens ipſa diſtinguere à ſanis per ſenſibilem læſionem operationum,licet talis læſio inferioris ſit ſenſus in vno, q̃ in alio, cum tamen ambo ipſa diſtinguantur ſecundum veritatem à ſanis ſolum per habere læſionem operationum per comparationem ad ſe ipſa prius,quod in ſanis non eſt reperire,ſed abinuicem per habere ſenſibilem & inſenſibilem.Tacuit ergo hic de neutro vt nunc,in quo ſimiliter corpora ſana deueniunt præter naturam,antequam pertingant ad ægrū vt nunc, comprehendens illud ſub ægro vt nunc,ſicut pluribus locis mos eſt eius. Sicut enim dicit Princeps , ægritudinem paruam habere dicitur,licet minus,q̃ ſenſibiliter,operationes in illo lędantur. H 2.1.doc.1. ca.8.

Dolentia ergo,& quorum motiones ſunt delinquentes,aut omnino perierūt, manifeſtos habent terminos.Quæcunq; vero infirmas habent operationes,in maximis quidem diſceſſionibus facile diſcernuntur, ſecundum vero minores ambigua:& propter hoc ſecundum genus læſionis neutro contrariorum participans conſiſtit diſpoſitio,quam & ipſam neutram dicimus nominari,omnibus his ſenſu dijudicatis, non ſecundum ipſam rerum naturam,periculum enim eſſet in ſempiternæ paſsionis irrepere dogma. Ant.

Quæ igitur dolore infeſtantur,& quorum motus ſunt vitioſi, aut omnino interierunt , manifeſtam habent determinationem.Quæ vero imbecilles ædunt operationes,in magnis quidem diſtantijs facile diſcernuntur.In paruis vero ambigua ſunt , atq; idcirco in eo genere noxæ collocatur , quæ neutrius contrariorum participat diſpoſitio,quam & ipſam neutram dicimus appellari,ita tamen , vt horum omnium ſenſus ſit iudex,non ipſa natura rerum inſpiciatur,ne periculum ſit in dogma perpetuæ paſsibilitatis incidere. Leo.

Cum

c.en.8. Cum dedit latitudinẽ totius ſanitatis diuidi in tres partes,poſt quas corpora ægrota ſubſiſtũt, oſtẽdit,ſicut colli-
A gens ex prędictis,quę ex p̃miſſis corporib⁹ ſint facillimę diſtinctionis ab optime ſano,quę facilis,& quę ambiguę,
& dicit, DOLENTIA VERO &c. id eſt ergo corpa ęgrotãtia manifeſtos habẽt terminos,ex q̃bus cognoſcunt̃ à
ſanis,ſ.ſenſibilẽ lęſionem in operationibus p comparationẽ ad ſe ipſa prius:quod eſt vltimus diſceſſus ab optime ſa
no,& pręter naturã exiſtẽs. Dicit ẽt,manifeſtos.quia hoc nõ poteſt latere. Qñ ergo corpus ad hoc deuenerit,iã ęgro
tans eſſe nõ dubitatur. Et volebat p corpora dolentia,& quorũ motiones,i.operationes ſunt delinquẽtes , aut oĩno
perierũt,corpora ęgrotãtia à tribus lęſionibus operationũ , denotãs illa maxime,qñ ſunt in eo genere gradus,quo
ſenſibiles ſunt,ſ.à dolore,delicto operationũ,& peritione ipſarũ. Et intendebat p motiones, cõuerſationes p̃dictas,
quas nominauit a duplici lęſione,cũ.ſ.dixit delinquẽtes aut peuntes:ſunt aũt delinquẽtes infra peuntes. Adhuc
aũt dolor quidam mediocris,quidã fortis manifeſte oſtendit,ꝙ ſub ęgris vt nũc,cõprehendit neutra vt nũc,in qui-
bus nõ eſt omnino deperditio conuerſationũ,ſed delictũ quoddam illarũ. Vel poteſt q̃s dicere aliter,ꝙ à tribus
3. lęſionibus operationũ denotat illa. Operatio.n.(ſicut dicit ipſe in 3 de morbis & accñtibus)aut ſit praua , aut debi-
.hu.2. lis vel tarda,aut oĩno auferẽ. Infra ẽt cap.de ſignis corporũ ęgrorũ vt nũc,dicit,læditur aũt operatio aut leuiter,aut
mediocriter,aut oĩno non fit. Per dolentia ergo vult corpora ęgrotãtia,quorũ operatio praua eſt ſ̃m virtutẽ:dolor
5. hu.2. enim(ſicut ipſe dicturus eſt infra cap.de ſignis corporis neutrius vt nunc)eſt ex toto gñe pręter naturã,eſt enim ſen
B ſus cõtrariæ cauſæ,quæ ſ̃m naturã non debet ſentiri. Sicut viſio muſcarũ apparentiũ volitare corã oculis,cum non
ſint,eſt praua operatio virtutis viſiuæ:& cõuerſio cibi in qualitatẽ extraneã,vere eſt praua opatio virtutis digeſtiuę
ſtomachi. Per corpora aũt,quorũ motiones ſunt delinquẽtes,vult ea corpa ægrotantia , quorũ operatio debilis eſt
aut tarda,vt debilis digõ ſtomachi,ſ.ſemiplena vel tarda,vel debilis viſio oculi,& ſĩlia. Et vr̃,ꝙ talis læſio opera-
tionis põt eſſe ꝓpria corporis neutrius vt nũc,cũ non ſit magna læſio,potẽs oĩno prohibere cõuerſari in occupatio
6. hu.2. nibus:imo & mediocris quidam dolor indicat corpus neutrũ vt nunc:pp quod dixit infra cap. de ſignis corpis neu
trius vt nũc,nondũ ægrotare ita habẽtes dicunt̃. Ex quo manifeſte apparet,ꝙ ſub ægris vt nunc cõprehendit neu
tra vt nũc. Per ea aũt corpora,quorũ oĩno motiones perierũt,vult ea corpora ægrotãtia, quorũ operationes nõ
fiunt oĩno,ſicut,qñ ſtomachus nihil digerit,nihil immutat:& ſicut,qñ oculus nihil videt,& hmõi : talis autẽ læſio
operationis maxime ꝓpria eſt iã ægrotãti. Vocauit aũt fortaſsis operationes,motiones,q̃a nulla operatio ẽ,quę nõ
ſit alicuius motio,ſ.aut virtutis & organi ab obiecto,vt in virtutibus apprehẽſiuis:aut obiecti à virtute & organo,
aĩa.c.18 vt in vegetatiuis:aut ipſius organi à virtute,vt in motiuis. Sed(ſicut dicit The.in paraphraſi de aĩa) improprie dicit̃
.4. operatio motus,nã operatio ſ̃m vnãquãq;partem tp̃is,in quo fit,pfecta eſt(ſicut ẽt dicit Philoſophus 10)Ethi.vt vi
ſio & intelligẽtia,motus aũt eſt actus impfectus. Adhuc aũt operatio eſt cõſeruatiua ſubſtãtiæ operantis,motus
aũt eſt exitus à ſubſtãtia moti:pp quod melius eſt p motiones intelligere cõuerſationes prędictas. Deinde,cũ de-
dit,q̃ ex p̃dictis corporib⁹ ſint facillimę diſtinctionis ab optime ſano,oſtẽdit,quę ex eis ſint facilis,& dicit, QVAE-
C CVNQVE VERO &c.i.ſed quęcũq; corpora habẽt opationes infirmas,q̃lia ſunt corpa ab optime ſanis naturalr̃
lapſa,qualia ſunt,quę dicũtur vt nũc ſana,ſ.neutra ſimplr̃,& ęgra ſimplr̃:hęc.n. vere hñt operationes infirmas,pp
inclinationẽ enim,quã hñt in ęgritudinẽ,nõ ſunt firma ſanitate ſibi propria:vnde dictũ eſt de eis , ꝙ facile ab ęgris
cauſis vincunt̃. Hęc aũt talia ſunt duorũ modorũ, Aut enim ſunt ĩ maximis diſceſſib⁹ ab optima ſanitate,ſicut ſim
pliciter ęgra:& iſta facile cognoſcunt̃,eo ꝙ ſ̃m bonitatẽ operationũ adeo multũ ſuperantur ab optime ſanis,ꝙ nõ
latẽt ſenſum:& q̃a facillime omniũ corporũ ſanorũ ſuccũbunt ęgris cãis,vt dictũ eſt:& ideo dixit hoc eſſe in maxi
mis &c.& volebat hoc eẽ in maximis diſceſſib⁹ab optĩe ſano nõ abſolute,ſed inter corpa ſana: Aut ſunt ĩ diſceſſib⁹
minoribus,q̃ p̃dicta,ſicut ſimplr̃ neutra:& iſta ſunt ambiguę diſcretiõis,nõ.n.tm̃ ſuperant̃ ab optime ſanis in boni
tate operationũ,qđ oĩno ſit patẽs,ſicut patet in ſimplr̃ ęgris:nec ẽt hñt opationes pfectas,vt optime ſana corpora:&
iõ ſubiũgit, ET PROPTER HOC &c.i.pp hoc.ſ.q̃a medio mõ ſe hẽt hoc ſecũdũ genus lęſionis,qđ neutro ꝯrio-
rum pticipat,hẽt diſpoſitionẽ,quã dicim⁹ neutrã:& vocauit neutrũ eẽ ſcđm gen⁹ leſiõis ab optime ſano,ſuppones
vt multũ ſanũ eẽ primũ gen⁹ lęſiõis,licet ſenſus hoc nõ diſtinguat. Deinde dicit, OMNIBVS HIS &c.i.ita.ſ.
docuim⁹ noĩari corpora, q̃ ſunt in latitudine ſanitatis, q̃dã ſana,quędã ęgra,q̃dã neutra,à q̃b⁹ deinceps ęgrotantia
diſpoſuim⁹,vt p̃dictis oppoſita,determinata q̃dẽ ab eis ſenſibili lęſione opationis,his oĩbus ſenſu diiudicatis , & nõ
ſ̃m naturã rei. Si.n.ſ̃m ipsã rei naturã & veritatẽ fieret iudiciũ,cũ corp⁹ optime ſanũ ſtricto mõ ſit irrepibile apud
D naturã (vt p̃oſtẽdimus) & oĩa corpa,q̃ videm⁹,reſpectu illi⁹ in veritate ſint ęgra,eẽt periculũ mirabilis incõuenien
tis,ita ꝙ medicina eſſet de corporibus ægris tm̃. Cum enim neceſſariũ ſit ſcĩam vnã eſſe contrariorũ, & cũ eorũ ſit
vnius ad ꝓſecutionẽ,alterius ad fugã,eſſet medicina eius tm̃,quod ad fugã vr̃ intendere:quod abſurdũ eſt. Sed iudi-
cio p ſenſum facto,i.ſ̃m illud,quod apparet,dicimus illud corpus ex latitudine ſanitatis vocari ſanũ , quod ad ſen-
ſum vr̃ habere opationes pfectas,quia.ſ.modicũ lapſum eſt ab optime ſano,& illi eſt vicinũ valde. Illud aũt corp⁹
ex latitudine ſanitatis,qđ ad ſenſum hẽt opationes infirmas valde,& de facili vincibiles ab ęgris cauſis pp plurimũ
diſceſſum ab optime ſano,vocamus ægrũ:non q̃a in ſe ſit ægrũ ęgritudine pręter naturã,ſed q̃a de facili recipit eã.
Quod aũt medio mõ vr̃ ſe habere inter hoc & illud,vocam⁹ neutrũ. Quod vero iã ex lapſu præter naturã ſenſibilr̃
læſas hẽt operationes p cõparationẽ ad ſe ipſum prius,hoc iã vere eſt reliquũ extremũ,qđ ægrotãs dr̃,inter quod &
prædicta eſt neutrũ vt nũc,& ſic accidit inde medicinã eſſe ſcientiã ſanorũ,ægrorũ,& neutrorũ, vt præmiſſum eſt.
2.2.ptis q̃ DICIT AVTEM Hali ſup illo loco,ꝙ conſideratio medicinalis ſit ſemper ſ̃m ſenſum:quod vtrũ veritatẽ ha-
de ſignis. beat,& qualr̃ intelligendũ ſit,hic edocebim⁹. Dico ergo,ꝙ(ſicut dicit Philoſophus 1 Analy.) omnis doctrina &
oſte.1.t.1. oĩs diſciplina fit ex præexiſtẽti cognitione. Præexiſtẽs aũt cognitio ,à qua fit doctrina,vr̃ eſſe ſenſitiua cognitio:ni-
hil enim addiſcimus niſi demõſtratione aut inductiõe ſicut dicit Philoſophus. Vtraq; aũt harum p præcognita fa
cit doctrinã:non.n.eſt addiſcere concluſionẽ ſyllogiſmi,niſi præcedat apud diſcentẽ cognitio ꝓpoſitionũ,ex q̃bus
ſyllogizat:nec addiſcere vlẽ concluſum p inductionẽ ſingularium,niſi præcedat apud eũ cognitio ſingularium,ex
quibus

quibus inducit. Sed manifestũ eſt, ꝙ ſyllogiſmus eſt ex vl̃ibus:impoſe aũt vl̃ia ſpeculari niſi p ĩductionẽ,ſicut dicit Philoſophus:ſed inductio ẽ ex ſingularib⁹,vt nũc ipſe dicit,ſingularia aũt ſunt nota ſenſu tñ:quare adhuc redit,ꝙ cognitio preexiſtẽs,à qua fit doctrina,eſt cognitio ſenſitiua.Propter quod recte Philoſo.ait,ꝙ deficiẽte vno ſenſu neceſſe eſt ſcientiã aliq̃ deficere,eo ꝙ nobis non' eſt via ad inductionẽ ſenſibiliũ illius ſenſus,nec poſſibilitas ſpeculandi propoſitiones vl̃es in illo genere,igitur neq; habendi ſcientiã concluſionis,quæ ab illis. Hoc etiã Gal.in 2 de complexionibus imitat̃,dicens,ꝙ radix omnis demõſtrationis ſenſus eſt. Si ergo, cũ Hali dicit, ꝙ conſideratio medicinalis ſit ſemper ẜm ſenſum,intenderet,ꝙ principia demonſtrationũ in medicina fiunt nobis nota pſenſum, tunc ſcientia illius nõ magis appropriaret̃ medicinæ,q̃ alteri ſcientiæ. Dicere aũt,ꝙ conſideratio medicinæ eſt ſem per ẜm ſenſum,id eſt de ſenſibilibus,quæ ſunt ſingularia,impoſſibile eſt,nulla enim ſcientia cõſiderat particulare, ſicut dicit Philoſo. in rhetoricis: eſt ergo de vl̃ibus tantum,ſicut & reliquæ oẽs ſcientiæ,vt oſtendimus ſupra illo paragrapho,Eſt aũt de toto termino dubitatio.licet opationes,quę exeũt ab arte medicinę ſint circa ſingularia, nõ .n. homini medetur,ſed Socrati.Circa.n.ſingularia & ſenſibilia ſunt opationes:operatiões aũt tales de ſcientia nõ ſunt. SED dicet aliqs,quanuis ſciẽtia medicinæ abſtrahat à ſingularib⁹,ſicut & reliquæ ſcientię, tñ ipſa non abſtrahit à materia ſenſibili,ſicut mathematicæ vel diuinæ ſcię. Conſiderat enim formã in materia ꝓpria,vt ſanitatẽ in neruis,& oſſibus hominis: Diuina aũt formam omnino ſepatam à materia,ſ.tàm ratione,q̃ eſſe: Mathematica aũt conſiderat formã,quæ ẜm eſſe nõ eſt ſeparata à materia naturali,ratione aũt eſt ſeparata:diffiniẽs.n.rectam nõ coaſſumit materiã naturalem cũ ſuis paſſionibus naturalib⁹,ſicut naturalis coaſſumit, diffiniẽs ipſam. Sed nos dicemus illi,ꝙ,ſi hoc modo vellet intelligere conſiderationẽ medicinę eſſe ſemp ẜm ſenſum,tunc nõ eſſet illud proprium medicinæ ab eo,ꝙ medicina,ſed ab eo,ꝙ ſubalternat̃ naturali,quæ illo modo cõſiderat formam. Si vero aliquis alter intelligat medicinæ conſiderationẽ eſſe ſemper ẜm ſenſum,quia demonſtrationes ſint ei ſemper à poſterioribus,ſ.effectibus & ſignis,quæ ſibi notiora ſunt,& ex talibus concludat ſibi ignota,Dicemus ei non eſſe hoc vl̃r verum,cum inueniamus demonſtrationes aliquas à cauſis,& his,quę priora ſunt ẜm naturam,ſicut patet in inueſtigatione morborum numeri in prima particula de morbis & acc.& in inueſtigatione dierum criticorum in 3. particula de criticis diebus. Poteſt tamen quis dicere,ꝙ medicina,cũ applicatur operi, non tranſcendit ſenſum, eo ꝙ ſolum ex his,quæ apparent ſenſui in ſingularibus,circa quæ eſt opus,addiſcit ea,quæ latent ſenſum in eis,ſcilicet ægritudines & cauſas eorum. Sicut enim dicit Philoſophus in primo ethico. medicus conſiderat ſanitatem, quæ hominis,magis autem eam,quæ huius hominis,id eſt hominis ſingularis,cum circa ipſum cõtingit eſſe opus eius:& hic intellect⁹ tolerari poteſt. Sed nos amotis his dicemus,ꝙ artifex medicinę in indagatione eorum, quæ quærit,duplicem inſequitur viam,ſcilicet experimenti,& rationis.Via autem experimenti,cum ſcientia medicinæ ſit ad finem,qui eſt opus,opus autem contingat circa ſingularia,experimentum autem tãtum ſingularia attingat, eſt ei magis proportionalis:propter quod experimento magis innititur,q̃ rationi:Sed experimentũ nihil aliud eſt, q̃ ex multiplici ſenſu multiplicata memoria de aliquo vno,quod ſimiliter contingit in multis, ſicut dicit Philoſophus.Qualia ergo ſenſus medico oſtendit,talia,quantum eſt ex hac via,profitetur ſe ſcire:ideo & quaſdam concluſiones ſuas,amplius certificat ſenſu & experimento,q̃ ratione,ſcilicet vtrum hæc medicina ſit calida vel frigida, & humi.vel ſic. Via etiam rationis ad ſenſum declinat,nam poſitiones ſuę plus ſenſui ĩnituntur, q̃ rationi ſuperioris artificis.Ipſæ etiam rationes ſuæ magis ſunt à poſteriori ſecundum naturam,& his, quæ priora ſunt apud ſenſum. Ponit enim hepar eſſe principium virtutis ſanguificę,quia ſenſus hoc indicat illi,cum appoſitis remedijs ei & non cordi virtus ſanguifica conualeſcat,quamuis ratio naturalis philoſophi cor eſſe conuincat.Sed hęc poſitio,licet aliquid falſitatis contineat,tñ medico ſufficiẽs eſt & recta:vbi enim apparet prima virtutis operatio, ibi aliquid oportet eſſe virtutis principium, ſed non de neceſsitate primum. Propter quod Prin. aſsignans diuerſitatem hanc & ſimiles inter philoſophum & medicum dicit,ꝙ medici,cum conſiderant,ſicut debent,inueniunt rem,quemadmodum videtur Ariſtoteli,& non quemadmodum ipſis videtur:& inueniunt tractatus ſuos excerptos ex propoſitionibus ſufficientibus,& non neceſſarijs,in quibus nõ conſequitur,niſi quod ex rebus apparet. Videtur ergo dicere, ꝙ propoſitiones,quibus illud oſtendunt,ſunt ſufficientes,& non neceſſariæ:ergo & illud ſufficiens eſt, etſi non ſit neceſſarium:ſed,cum comparatur ad opus medicinæ,non ſolum ſufficiens eſt,ſed rectum, immo rectius, q̃ quod abſolute dicitur à Philoſopho,cor eſſe illius principium,eo ꝙ remedia cordi appoſita nõ faciunt conualeſcere virtutem ſanguificatiuam. Via ergo rationis ad talia & ſimilia probandum non eſt ſecundum plurimum, niſi ab his, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt,& apparent ſic eſſe,& intentioni ſuæ ſufficiunt,quamuis non contineant complementum veritatis:hæc enim via familiarior eſt ei propter ſingularia, circa quæ verſatur ex operatione. Sic ergo poteſt intelligi,ꝙ medicinæ ſpeculatio non tranſcendit ſenſum &c.

[Margin: E — 1.po.t.33 — cap.2. poſt mediũ cap. — t. 13.1. lib. — F — cap.8. — ca.2.& ĩde. — cap 7. — G — 2 poſt.t.vlt. & in ꝓlogo meta. — 1.1.doct.6. cap.1. — H]

Hęc ſigna ergo eorũ,quæ ſanantur,corporum,ſed ęgrorũ,ſanorum,& neutrorũ exiſtentiũ, quãtitate diſtantiæ differũt,nobis ponentibus extremos terminos contrarios ad ſe inuicem,optimam.ſ.compoſitionẽ, & nunc factam ęgritudinem:cõſiderantibus vero,cui horum ſint viciniora ea, quæ probãtur corpora. Propinquius.n.optimæ compoſitioni,ſanũ:quod vero ab hac longius eſt,& iã ęgrotanti propinquius, ęgrum: quod vero vtrorunq; medium eſt,& æqualiter ab vtroq; abeſſe apparens,neutrum erit hoc. Ant.

Et quidem ſigna ſanorum corporũ,ſed quæ inſalubria,ſalubriaq;,& neutra exiſtunt, quãtitate diſtantiæ differunt,duobus inuicẽ contrarijs terminis à nobis ſtatutis,optima videlicet conſtitutione corporis,& nu per facta ægritudine:ac deinceps cõſiderantibus,vtri eorũ viciniora ſunt ea,quæ ad examẽ corpora veniũt. Quæ enim proximiora ſunt optimæ conſtitutioni,ſalubria:Quę vero ab hac longius diſtant,atq; ad ea,quę iã ægrotãt,magis accedunt,inſalubria:Quæ aũt intermedia,atq; æqualiter ab vtriſq; diſtare vident̃, neutra. Leo.

Cum

Cō.9. Cum dedit ex toto ordinē corporū,quędā esse facillimę discretionis ab optime sano,quędā facilis,quædā ambi A gue,quedā vero ad sensum indiscreta esse,concludit ex pdictis signa corporū latitudinis sanitatis differre abinuicē per quātitatem distantię à signis ipsorū duorum extremorū,inter quæ sunt ipsa signa corporum latitudinis sanitatis,& dicit, HAEC SIGNA ERGO EORVM &c.i.ergo, postq̄ iste est modus discretionis signorū corporum, quę sanant,i.sanorū(& volebat per hoc multū sana)& ægrorū,& neutrorum(& volebat per hoc ęgra simpliciter, & neutra simplr,quę oīa dixit esse in latitudine sanitatis)differunt ēt in quātitate distantiæ à signis duorum extremorū,inter q̄ sunt illa:& exēplificat illud in corporibus,vt silr intelligat in signis,& dicit, PONENTIBVS &c.i. patebit hoc,si ponemus duos extremos terminos cōtrariorū adinuicē,s.optimā sanitatē,& egritudinē vt nunc factā(& vocat eā factā,quia ipsa fit ab extrinsecus accidētibus,& nō cōnascit,sicut quælibet species sanitatis) & consideramus corpora latitudinis assignatæ,cui illorū extremorum viciniora sunt:sic.n.inuenientur differre abinuicē per quātitatem distātiæ maioris vel minoris,vnius ab altero,& ab extremis,& silr eorum signa. Quod.n.vicinius est optimæ sanitati,dicit sanum,quod vt multū sanum esse dicimus,nihil differens ad sensum à semper sano,quod est extremum:& silis est habitudo signi huius ad signū illius: Quod vero remotius est ab optima sanitate,& propinquius vt nūc factæ ægritudini,dicit ægrum : & hoc diximus esse ægrum simplr,duplex existens,s.semper tale & vt multum.Similis est habitudo,& silis est ꝓpinquitas signi huius ad signum vtriusq; extremorum,qm̄ existēs B in medio dictum est neutrū extremorum. Sciēdum aūt,ꝙ ideo optima sanitas,& nunc facta ægritudo sunt ponenda extrema in ordine corporum,quia sunt in vltima distantia,ideoq; & magis contraria. Simplr.n.sanum,& simplr ęgrum nō sunt in vltima distantia, cū sint in latitudine sanitatis ambo,nisi forte inter dispositiones sanitatis:sed vlterior est distātia ægritudinis vt nūc,ab optima sanitate,cū hoc sit vltimū tēperamētū naturale,illud aūt distēperamentū pręter naturā.Et,licet inter sanum vt nūc,& ęgrum vt nūc sit oppositio,non tn̄ est tantę distantiæ oppositio,q̄ta inter predicta,eo ꝙ sanū vt nūc,est neutrū simplr,vel ęgrū simplr,quę ex naturalibus suis lapsibus sunt inclinata in ęgritudinē vt nūc,ideoq; & magis ei vicina. Nec oportet,ꝑpter hoc,ꝙ sanū optime,cū trāsmutat in ęgrū vt nūc,trāseat p oīa media,q̄ inter ipsum & illud locant,ꝑpter illud,qđ diximus ī tractatu de corporibus.

SED DICET aliquis nō esse inter eas vltimā distantiam,eo ꝙ optima sanitas est in medio omnium extremitatum:ergo non opponit ægritudini,nisi sicut medium ad extremum:ergo īproprie dicit, Nobis ponētibus duos extremos &c. Adhuc autem minor lapsus præter naturam , quātum ad gradum,est ægritudo vt nunc corpori optime sano(sicut videt) quā lapsus naturalis,quem habet corpus simplr neutrum , nedum q̄ lapsus,quem habet corpus simplr ægrum,cū ceciderit in ægritudinem vt nunc.Quare non videt,ꝙ inter talia duo extrema possint locari talia media,ex qbus medijs aliquod est æqualr lapsum,vt ipsum extremū,quāuis lapsus eius nō sit pter naturam. Quòd si forte dicat non intelligi pro extremo nisi ęgritudinem vt nunc,in quā deueniet ægrum simplr, dicet tunc extrema nō esse contraria,sicut ex textu habet esse ea,s.ꝙ nō sunt nata fieri circa idem numero : sed hec C non obuiaret ad plenum,cum media nō habeant fieri circa idem subiectum numero. Sed nos dicimus ad hoc, medium ad quodlibet extremorum opponi vt extremū.Positis enim ægritudine calida & frigida vt extremis,& temperamēto pro medio,erit ponere inter ipsum & vtrūq; extremorū latitudinem sanitatis,tres partes habentē, vt diximus. Dicimus ēt non esse verū,ꝙ minor lapsus præter naturam,q̄tum ad gradum,fit ægritudo vt nunc corpori optime sano,quàm lapsus naturalis corporis simplr ægri:nec ēt æqualis illi,quia tunc nō esset optime sanum corpus magis remotū ab ægritudine,q̄ reliqua corpora,quod absurdū est.Propter quod dico,ꝙ corpus optime sanū,cū labit pręter naturā in ęgritudinē vt nunc,trāsit p lapsus pręter naturā,qui sunt ꝑportionales lapsibus naturalibus,q sunt in medio assignati:& dnr oēs neutralitas quædam vt nunc : hoc aūt antea iam diximus:& hac de causa corpus optime sanum,si ægrotet,nō ægrotat nisi ex magna cā. Multa aūt separatio eius à sua natura facit difficultatem reditus ad naturā,sicut per se patet:vnde suę ęgritudines,licet sint raræ,sunt tn̄ periculosæ.

DVBITABIT forte aliquis,quia,si medium dicitur reperibile,tunc extrema dicuntur esse reperibilia, quod de altero extremorum,s.de optima sanitate negatum est supra. Nisi esset,ꝙ hoc extremum(sicut iam diximus) vno modo reperibile est:alio modo habet esse sicut in opinione.Non est autem incōueniens medium habere esse verum,extremis positis in sola opinione.

DVBITABIT etiam aliquis,quia supra positū est simplr neutrum mediū inter sanum simplr,& simpliciter ægrum,à talibus enim vere æque distat:hic vero ponit illud esse medium altero modorum simpliciter sani,s.sem D per sani,& nunc ægri,à qbus non æque distat. Inter ipsum enim & optime sanum est multū sanum tm̄,sed inter ipsum,& vt nunc ægrum est multum ægrum,& semper ægrum,adhuc ēt vt nunc neutrum,ad quod deuenit corpus omne,anteq̄ ægrotet:propter quod non videt esse vere medium. Nisi esset,ꝙ simpliciter ægrum assumitur in hoc loco vt indiuisum. Quia enim semper sanum intelligebat non esse reperibile,nō potest simplr sanū supponere nisi pro altero modorū,s.pro vt multum sano. Quare,sicut simpliciter sanum supponit pro vno tm̄,similiter oportet intelligi , ꝙ supponat simpliciter ægrum,quasi non existens multiplex , cum tamen sit duplex , quorum vtrūq; reperitur. Neutrum aūt vt nūc,cōprehenditur sub extremo,quod est ægrum vt nunc(vt iam supra ostendimus)& sub hac assumptione neutrum corpus æque distat ab extremis propositis , licet verius æque distet à sano simpliciter,& ægro simplr,vt dicebat. Post hoc aūt dicemus dicta Auicenę,ꝙ ordo corporū inter hæc duo extrema,quæ Princeps assignat,similis est huic,quem Gal.hic ponit.Dicit enim,ꝙ ordines corporum inter sanitatem & ægritudinem sunt sex,s.corpus,quod habet sanitatē in vltimo,& est apud Gal.corpus optime sanū:& corpus,quod habet eam non in vltimo,& est apud Gal.corpus sanum vt multū:& corpus,quod non est sanum neq; ægrum,& est apud Gal.corpus neutrum simplr,diuisum per semper & multum tale:& corpus ægrotatiuū, quod ægritudinē cito recipit,& est apud Gal.corpus ægrum simplr,diuisum per semper & vt multū:& corpus,quod habet paruam ægritudinem,& est apud Gal.corpus netrum vt nūc, cōprehensum sub ægro vt nūc:& corpus,quod

habet ægritudinem in vltimo,& eſt apud Gal.corpus ægrum vt nunc. Iam ergo ex hoc manifeſtum eſt, ꝙ hic ordo corporum vſq; ad ægritudinem deſcendendo,ſortitur diuerſa noīa, non ex hoc,ꝙ oīa illa vſq; ad ægritudinem non ſint ſana,ſ.aut ſimplr, aut vt nunc,ſed ad indicandum diuerſam aptitudinem, quam habent ad ægrotandum ſm peiorem & meliorem eucraſiam,quam habet vnum altero:hoc autem iam expoſitum eſt. E

Optimę ergo cōpoſitionis corporis dictæ ſunt cognitiones: Deficiētium vero ab ea,æqualia ſunt numero quidem genera,eis in magis & minus diuidi potentibus,& ſeparatis in tres latitudines. Ant.

Optimæ igitur conſtitutionis corporis indicia explicauimus:Eorum vero,quæ ab ipſa deficiunt,totidē ſunt numero genera,quæ in magis & minus ſecari poſſunt. Leo.

Cum cōpleuit ſigna corporis optime ſani,& eorū,quæ ſunt ab illo lapſa ſm genus,epilogat in fine huius capłi, q̄ dicta ſunt in illo,& dicit, DICTA SVNT ergo ſigna corporis optime ſani,& dicta ſunt ēt gña ſignorū corporū deficientiū ab illo eſſe æqualia numero ipſis corporibus deficientibus:quæ corpora licet poſsint diuidi diuiſionibus infinitis ſm magis & minus labi ab optime ſano,quod eſt fere infinitis modis,tñ nos ſeparauimus ea in tres partes,quarū quālibet latitudinem habere diximus ſupra. Et patet in illo epilogo optimā vere ſanitatē apud Gal. non cōprehendi in latitudine totius ſanitatis,& non ob aliud(ſicut diximus)niſi quia irreperibilem eam credit(& nos iam diximus quid ſit in hoc)aut quia in latitudine ſanitatis vult eſſe ſolum eam,quę eſt ſanitas ſm latitudinē, & non eā,quæ eſt punctualis,quaſi latitudo ſanitatis idem ſit,quod ſanitas lata. Cō.10. F

Signa ægri corporis ſimpliciter dicemus, ex his enim erunt & reliquæ duæ latitudines manifeſtæ.Secūdum genus ergo dictum eſt prius in optimæ compoſitionis ratione: Secundum ſpeciem vero nunc dicetur,diuidentibus nobis prius partes. Ant.

Cum autem in tres latitudines diuiſa ſint,corporis inſalubris ſimpliciter indicia trademus,ex his enim & reliquæ duæ latitudines innoteſcent.Generaliter igitur prius à nobis in eo,quem de optima conſtitutione ſermonem habuimus:ſpecialiter autem nunc dicetur,ſi prius partes diuiſerimus. Leo.

Cum dedit ſigna corporis optime ſani,& lapſorum ab illo corporū ſigna ſm genus, interſerēdo oſtēdit particulariter ſigna eorū lapſorum ſub exēplo ſignorum corporis ſimplr ægri: &,quia ſimplr ægrum,eſt ēt ſanum vt nunc(ſicut docuimus)intelligit ēt dicere ſigna illius,cū determinat ſigna huius, & dicit, SIGNA &c.i.prædictis expeditis dicemus nunc ſigna corporis ſimplr ęgri.Et,ne aliquis admiret,quia derelinquere videat ſigna duorum corporū,quæ in diuiſione latitudinis ſanitatis antecedunt corpus ſimplr ægrū,ſ.ſani vt multū,& neutrius ſimplr, ſubiunxit, EX HIS ENIM &c.i.nam ex ſignis corporis ægri ſimpliciter,declarant nobis reliquæ duæ latitudines,ſ.latitudo corporis ſani vt multum,& latitudo corporis neutrius ſimplr ſm quālibet acceptionem neutrius. Cō.11.

Et attēde,ꝙ,cum dixerit ſupra latitudinem ſanitatis eſſe vnam tres partes habentē,hic quālibet partem ex illis tribus latitudinem vocat nō irrationabiliter,cū & ibidem ſubdiderit quarūlibet illarum latitudinē multam hr̄e. Declaratio aūt harum duarum latitudinū ex ſignis corporis ægri ſimplr erit in hunc modum. Nam,cum corpus ægrum ſimplr,ſit vltima & peſsima pars latitudinis ſanitatis,oportebit ſigna eius eſſe illa,quę vltime malā declarant ſanitatem:q̄bus ſcitis ad remiſsiora illis in malitia nō erit difficile ſubdeſcendere,ſm duplicem gradum oſtendentia illos duos minores lapſus. Et,licet ex ſignis cuiuslibet corporis de illis tribus reliqua vtcūq; declarari poſſint,tñ ex ſignis ægri ſimplr prælegit melius reliqua declaranda,q̄ econuerſo,quia cognitio parui lapſus nō facit coniecturari de facili,quis & quātus ſit maximus,ſicut cognitio maximi facit cōiecturari,qs & quātus ſit paruus, eo ꝙ ſcientia parui non declarat: vſq; ad quātum maximum ꝓcedere poteſt,cognitio vero maximi cōiecturalem fidem facit de his,quæ infra ipſum ſunt:maximum enim continet paruum infra ſuum ambitum,& nō ecōuerſo. G

Deinde dixit, SECVNDVM VERO GENVS &c.i.ſed dictum eſt prius gñaliter in declaratione ſignorū optime ſani corporis de ſignis corporis ægri ſimplr,& aliarū duarū latitudinum,cum dixit ſupra, Ab optima vero deficientia cōpoſitione corpora breue quiddā lapſa quidem ſunt & ipſa ſm veritatem,non tñ ſenſibile eſt hoc,determinat vero ea magis & minus in operibus & ægris cauſis repugnare. quod fuit gñale ſignū diſtinctiuum corporis ſani vt multū,ab optime ſano:& cū dixit, Simplr corpora egra ſunt determinata,eo ꝙ facilius ab ægris cauſis vincantur &c.quod fuit ſignū diſtinguēs gñaliter corpus ægrū ſimplr ab optime ſano,& ab his oībus,quæ lapſa ſunt ab optime ſano vſq; ad gradum ipſius,in quibus nō eſt facilis oīno victoria ab ægris cauſis,nec ēt ſm operationes magna derelictio,ab oībus.n.his facilius vincitur & magis derelinquitur:cum dixit quoq;,Sunt ergo vtrorūq; in medio neutra &c.quod fuit ſignū gñaliter diſtinguēs à prędictis corpora neutra. Dictū eſt ēt gñaliter de eis aliàs in eodē capitulo,cū dixit,Signa ergo eorū,quæ ſanant,corporum,ſed ægrorum,ſanorū,& neutrorum exiſtentiū, quātitate diſtantiæ differūt,ponētibus nobis &c.ibi enim ſuppoſitis cōtrarijs terminis,optima cōpoſitiōe,& nunc facta ægritudine declarauit generaliter ſigna cuiuslibet illarū latitudinū ſic ſe hr̄e adinuicem, ſicut & latitudines adinuicē ſe habent. Deinde,cū dixit gñaliter dictum eſſe ſupra de ſignis corporis ægri ſimplr,manifeſtat de eis ſpāliter ſe dicturū,& dicit, SECVNDVM SPECIEM VERO &c.i.ſed nunc dicet de eis ſpālius,poſtq̄ oſtēderimus prius diuiſionem oīum mēbrorum corporis,quę ideo præmittēda eſt,qm̄ ex declaratione naturæ cuiuſq; illarum ſpecierum membrorum dependet ſpecialis cognitio corporis ægri ſimplr,& cuiuslibet alterius corporis. t.6.huius. H t.9.huius.

Sed dubitabit aliquis,dicēs,ꝙ magis oportuit & decuit dici ſpāliter ſigna corporis ſimplr ſani,ſumpta à ſpēbus mēbrorum,q̄ ſimplr ægri:ex eis.n.poterat manifeſtari multo melius tres latitudines.Gal.enim ſcrutans 2 de cōplexionibus ſigna illius dixit,Et nos ponimus naturam æqualē in cōplexione, ſicut regulā cognitionū omnium reliquarum naturarum, & iudicamus naturas, quę egrediuntur à genere huius naturæ,per illā. Adhuc autem

(ſicut

1. de anima te. 85. (ſicut dixit Philoſophus)rectum eſt iudex ſui ipſius & obliqui,per obliquum autem non poteſt iudicari de recto.

Dicendum ad hoc,ꝙ potuit illud feciſſe ſm rationem,ſed conſiderans,ꝙ perrarum eſt corpus optime ſanum,
A & propterea non deducibile ſic in ſenſum,ſicut illud,quod eſt ab eo lapſum:neq; de facili exemplificabile per corpora,quæ videmus,tacuit illud. Nequaquam enim eſſet facile determinatis particularibus ſignis eius & non poſſibilibus oſtendi ad ſenſum, accedere ad cognitionem reliquorũ ſibi cõparandorũ, maxime cum in ſingularibus nobis cõmiſsis,aliquando conaremur accipere,quod in vniuerſalibus ſcientia declaraſſet.

Ant. Quatuor autem ſunt earum differentiæ omnes. Quædam enim principia quædam ſunt:quædam vero ab illis orta ſunt: quædam neq; alijs dominantur,neq; ipſis aliæ dominantur,innatas habentes ſe regentes virtutes:quædam vero & innatas ſimul & influentes habent.Principia igitur ſunt cerebrum,cor,hepar,& teſticuli.Ab illis vero exorta ſunt & illis famulãtur, nerui quidem & ſpinalis medulla cerebro,cordi vero arteriæ,venæ autem hepati,ſeminalia autem vaſa teſticulis.Ipſa vero ſeipſa regũt,chartilago,os,ligamentum membrana,glandula,pinguedo,caro ſimplex.Aliæ autem omnes partes cõmune his habentes ex ſe ipſis regimen,arterijs,& venis,& neruis adhuc indigent. Capillorum vero & vnguium neq; regimen aliquod eſt,ſed generatio ſola.Hę igitur differentiæ partium ſunt.

B Leo. Sunt vero earum quatuor vniuerſæ differentiæ. Quoniam nõ nullę earum principia quædam exiſtunt: aliquæ vero ab ipſis originem habent:aliquę nec aliarum gubernationi præſunt,neq; aliunde gubernantur,cum inſitas habeant à natura potẽtias,à quibus reguntur:quędam vero ſunt,quę inſitas ſimul & aliunde emanantes habent.Principia igitur ſunt cerebrum,cor,hepar,teſticuli. Ab his vero ortum habent atq; eiſdem ſubminiſtrant,nerui quidem & ſpinalis medulla cerebro,cordi vero arteriæ,hepati venę,ipſa vero ſeminaria vaſa teſticulis.Quæ autem à ſe ipſis gubernantur,ſunt chartilago,os,copula ſeu ligamẽtum,mẽbrana,ædenes,adeps,caro ſimplex.Reliquæ vero partes,cum vnà cum iſtis habeant ex ſeipſis regimen,arterijs,neruis,& venis inſuper eguerũt.Capillorum autem atq; vnguium neq; regimen vllum eſt,ſed generatio tantummodo.Hæ igitur ſunt partium differentiæ.

Cõ.12. Cum dixit ad particularem cognitionẽ ægri ſimpľr,anteponendam eſſe diuiſionẽ mẽbrorum corporis, à qbus ſumẽda eſt particularis ipſorũ cognitio, proponit eam in primis,dicẽs, QVATVOR AVTEM &c.i.ſed dñæ ſeu ſpecies mẽbrorum corporis,à qbus ſumunť particularia ſigna corporis,in vniuerſo ſunt quatuor. Quedã.n.ſunt mẽbra principalia,ex qbus,ſicut ex fontibus, proſiliunt in mẽbra virtutes,& quędã alia cum eis,ſicut ſanguis aut ſpũs:Quędam vero ſunt ex illis exorta,ſicut quędã ſemitæ,p quas virtutes ſuas,ſiue aliqd aliud cũ virtute influũt
C alijs mẽbris: Quędam vero ſunt,quę neq; alijs partibus dominanť,neq; ipſis aliæ dominanť,habentia qdem ipſa virtutes innatas,qbus ſe ipſa regũt:vocat aũt virtutes innatas, quæ nõ ab alio ſibi influxerũt,ſed ex prima generatione ſibi cõnaſcunť ſm exigentiã ſuę cõplexionis,qbus ſe ipſa ſaluant in eſſe ſuo:& ſunt hæ,ex qbus nutrimentũ in eis cõpleť. Sed vtrũ ſit aliquod mẽbrũ,quod nulli dñetur,& nullius dñium ſuſcipiat,poſt dicemus:eſt.n.alteri dñari,influere alteri virtutẽ vel aliqd alterũ cum virtute:nullius aũt dñium ſuſcipere eſt ſibi ipſi ſufficere p virtutem,quę ſibi naſciť à primęua gñatione,quod vtrũ & qũo ſit,declarabimus poſt. Quędã aũt ſunt mẽbra,q̃ ſimul hñt virtutes ĩnatas,qb⁹ſe ipſa regũt:& aliq̃ alia,q̃ ex pncipalib⁹manãt ad ipſa:qb⁹ virtutib⁹ & ad aliud opus valẽt.

VIDETVR AVTEM hæc diuiſio non p oppoſita,nec bimẽbris.Ex principalibus enim ſunt quædam,quæ habent virtutẽ ſibi ab alio influentẽ:nemo.n.negat vitam & calorẽ influi cerebro & hepati à corde:& habent ẽt innatas virtutes quibus ſe ipſa regũt,licet ex cõſimilibus cõponentibus ea & principaliter virtutes innatas habentibus,eas habeant. Adhuc ẽt à principalibus orta videntur habere virtutem innatã influentẽ.Neruus enim,ſm ꝙ eſt ſemita,qua emanat virtus ſenſibilis à cerebro ad muſculos,eſt & ipſe ſentiẽs:& videtur ſe quoq; ipſum regẽs innata virtute. Niſi eſſet,ꝙ aliquis eſt hic modus oppoſitionis proculdubio. Cerebrum.n.& hepar,quãuis habeant virtutem innatã,qua ſe ipſa regunt,& adhuc ab alio eis quandã influẽtem,tñ ipſa dñantur alijs,& ſunt principia aliquarũ virtutum reſpectu aliorũ mẽbrorum:& in hoc differũt ab his,quę abſolute dicuntur hr̃e virtutem innatã & influẽtem,hęc.n.nullis dñantur,neq; ſunt principia influendi virtutẽ alijs.Orta ẽt à principalibus diffe-
D runt in hoc ab habentibus virtutẽ innatam & influentẽ,ꝙ ſunt famulantia principalibus,quaſi quædam viæ. Fortaſsis nec ꝓprie dicuntur hr̃e influentẽ:non.n.eſt virtus ſenſibilis in neruo,ſicut nec motiua,ſed in lacerto:nec ſanguifica in vena,ſed,ſi aliqua ĩmutatio chyli eſt in venis hepatis, & ſanguinis in alijs venis corporis,hoc fit à carnoſa ſubſtantia hepatis,nõ venali,calore quoq; prodeunte ab hepate & corde per ipſas,aut etiã ipſo calore membri, cuius eſt vena,magis,q̃ ab ipſa vena,quæ de genere panniculi eſt.In ſubſtantia quoq; arteriæ non eſt virtus pulſatiua(ſicut oſtendemus infra)neq; in vaſis ſeminalibus generatiua.Differunt etiam à regentibus ſe ipſa tantũ,eo ꝙ principalia dñantur eis,illis aũt non,ſm mẽtem Gal. Poteſt hæc diuiſio ad bimẽbrem reduci p hunc modum. Mẽbra quedã ſunt principalia alijs dominantia & influentia,quædam vero non principalia.Nõ principaliũ vero quædam deſeruiunt principalibus,quædã non.Non deſeruiẽtia autẽ quædã habent virtutẽ innatam tm̃,quædam nõ habent tm̃,ſed adhuc aliam eis aliunde influentem. Sed quęret aliquis,quare nõ primo poſuit primã generalem diuiſionẽ membrorum corporis in ſimplicia & cõpoſitã,ſed fecit officialia habentia aut virtutẽ innatam & influentẽ eis ab altero,aut habentia virtutẽ innatã & influentẽ ab eis ad alterum; cõſimilia aũt fecit habentia aut virtutẽ innatam tm̃,nullius alterius officij exiſtẽtia,aut pręter hoc & principalibus deſeruientia. Et dicendum adhuc,ꝙ,cum Gal.principaľr intendat dare cognitionẽ corporis ægri ſimpliciter ex operationibus mẽbrornm, & ſuis officijs,ad quę ſunt,oportuit ponere diuiſionem mẽbrorum multorũ penes materiã,quæ eſt principium

operationis & officij, & non penes materiam. Ideoq; ex diuerſitate virtutis eorum ſumenda eſt eorum diuiſio, non ex diuerſitate cõpoſitionis eorũ ex ꝓpria materia. Princeps aũt capitulo de mẽbris in principio hanc materiam vel diuiſionem perſcrutans ſub alio ordine ipſam edocuit. Dicit enim primum, ꝙ omne mẽbrum habet virtutem naturalẽ, qua ei res nutrimẽti cõpletur, quod eſt nutrimẽtum attrahere, & retinere, digerere, & vnire, & aſsimilare, & ſupfluum expellere. Deinde dixit, ꝙ poſt hæc, mẽbra diuerſificant̃: nam quædã pręter hãc virtutẽ prædictam habent aliam, quę ab eis ad aliud ꝓcedit: quædam aũt hoc non habent. Adhuc aũt & quædam eorũ ſunt, quæ pręter hanc prædictam virtutẽ habent aliã, quæ eis ab alio influit: quędã aũt hoc non habent. Et hoc non eſt plus dicere, q̃ ꝙ præter habere prędictam virtutẽ quædam ſunt principalia participantia quãdam alijs virtutem, & ſunt apud medicum quatuor: quædam aũt non, & ſunt reliqua oĩa: & quòd ex his quædam præter illa ſunt habentia virtutẽ ſibi ab alio influentem, & ſunt illa, quæ Gal. vocat habẽtia virtutem innatam & influentem: & quædam non, & ſunt illa, quæ Gal. vocat habentia virtutẽ innatam tm̃, quæ neq; alijs dominantur, neq; aliæ dñantur eis. Et deficit ẜm hanc diuiſionẽ vna ſpecies mẽbrorum, ſ. quæ principalium famulatrix exiſtit: niſi hæc reponatur ſub his, quæ habent virtutẽ innatam & influentem. Præter hæc aũt dicit Princeps, ꝙ, cum fiet cõpoſitio inter mẽbra diuiſionis huius, ſequetur, ꝙ eſt membrum tribuẽs & non ſuſcipiens, quod eſt cor ẜm Philoſophũ, qm̃ ipſum eſt omniũ virtutũ prima radix: Et mẽbrum ſuſcipiẽs & non tribuens, & eſt quodlibet, quod Gal. vocat habere virtutẽ innatam, & aliã ab alio ſibi influentẽ, ſicut muſculi: Et quoddã ſuſcipiens & tribuẽs, ſicut cerebrũ, & hepar, quodlibet enim horũ recipit aliquã virtutem à corde, etiam ẜm Philoſophum, quã alijs tribuit: Quoddam vero nec ſuſcipiẽs nec tribuens, ſicut caro, & oſſa non ſentientia, huiuſmodi. n. mẽbra ẜm Gal. nec ſuſcipiunt ab altero, nec alteri tribuunt nutritiuam virtutem, ſed ſibi eam habent naturaliter ẜm exigentiam ſuæ cõplexionis. Sed de his diuerſitatibus inter Ariſt. & Gal. cõſequenter diſſeremus, cum ad textum procedemus. Deinde dixit, PRINCIPALIA IGITVR SVNT &c. Cum dedit diuiſionem partiũ, à quibus ſumenda eſt ſpecialis cognitio corporis ægri ſimpliciter, exemplificat de ſingulis membris diuiſionis, & dicit, Principalia igitur ſunt &c. i. membra principalia ſunt cerebrũ, cor, hepar, & teſticuli. Quæ ideo ſunt principalia (ſicut dicit Princeps) qa primarũ virtutũ, quę ĩ corpore ſunt, q̃ ad hoc ſunt neceſſarię, vt ſingulare, aut ſpẽs ꝑdurent, p̄ncipia habẽt. Cerebrũ enim, cor, & hepar ſunt principia virtutũ neceſſariarũ, vt ſingularia ꝑdurent: teſticuli aũt ſunt principiũ virtutis neceſſarię, vt ꝑduret ſpẽs.

E — pria primi doctri 5.

F

SED HIC PROPTER expoſitionis bonitatẽ vidẽdum eſt, vtrũ hæc quatuor mẽbra ſint ęqualiter principalia, ita ꝙ nullũ ex eis alteri dominet̃: an principatus tribuat̃ vni, ſicut Regi, reliquis aũt, ſicut ducibus aut vicarijs regi ſubiectis. Dico ergo primũ, ꝙ impſe eſt illa ęqualiter principari. Sicut. n. aĩa in quolibet aĩali eſt vna eſſentia ẜm ſe impartibilis, multas & diuerſas habẽs poteſtates, ita oportet corpus aĩalis eſſe vnum, multa & diuerſa habẽs organa deſeruientia illi. Sicut aũt oẽs poteſtates ad vnã eſſentiam adiacent, ſic oportet oẽs partes organicas ad vnũ organum cæteris principalius cõnexionem habere. Illud aũt eſt organum ſubſtantiæ aĩæ deputatum, ex quo aĩa, ſicut ex fonte, corpus regat atq; ꝑficiat: ꝓpter aĩam. n. cuiuslibet aĩalis eẽ vnam ẜm eſſentiam, oportuit eſſe vnum principale mẽbrum, à quo principaliter pendeat, ſicut dicunt oẽs Peripatetici ipſum quoq; inter mẽbra corporis primum gñari, & vitam in ipſo primum inueniri, & vltimo ab ipſo auferri. Sed, vt verificatum eſt ex anatomicis & longis experiẽtijs, tale mẽbrum non eſt niſi cor. Quod adhuc ẽt aliter oſtendamus. Manifeſtũ eſt enim, ꝙ aĩa regit corpus & ꝑficit per actiões & motus, quos per ipſum facit. Sed oẽs actiones & motus ĩpedit frigus, coadiuuat aũt calor: non. n. eſt ſentiri, neq; moueri, neq; aliqualiter vegetari ſine calore, ſicut dicit Philoſophus, calor nanq; cæteris qualitatibus agentior eſt, ſicut edocuit Gal. ꝓpter quod ignis, cuius ille eſt pręcipua qualitas, eſt agentior & formalior inter elemẽta, minus materię corpulẽtę participans: eſt. n. à forma actio, à materia aũt paſsio: vnde fere ignis nõ eſt calidus, ſed eſt calor: ex quo quidã auſi ſunt ponere aĩam eſſe ignẽ, errantes (vt dicit Philoſophus) ac ſi dicat̃ malleum eſſe fabrũ. Si ergo aĩa aliqua qualitate, vt inſtrumẽto, potitur, dignisſime & maxime calore potiet̃: quare illud mẽbrum, quod caloris fons & principiũ exiſtit, erit dignius, vt ab eo aĩa principaliter pendeat. Sed hoc eſſe cor palã eſt, calidiora enim, quæ in corpore, ſunt cor & ſpũs, vt dicit Princeps: ſpũs aũt generatio in corde eſt, & eius virtute caloris. Teſtat̃ & hoc Gal. in libro de cõplexio. adhuc aũt & in eo, qui de malitia cõplexionis diuerſæ: ait. n. ibi, ꝙ, ſi intromiſeris digitũ in ventriculis cordis, dum aĩal adhuc viuit, ſenties ex eo fortiorẽ caliditatem, quę eſt in ventriculis, quod de alijs nõ contingit mẽbris. Vnde & recte Philoſophus ait in libro de partibus aĩaliũ, ꝙ oportet adeo eẽ membrum, velut caminũ, in quo ponat̃ viuificans, & hoc bene cuſtoditũ, velut arx ciuitatis, exiſtens pars corporis. Eſt aũt viuificans aĩa, facit aũt hoc ꝑ operationes, hoc aũt à calore, ꝓpter quod recte ait oportere primũ mẽbrum viuificans deputatũ eẽ, velut caminum igneũ. Adhuc ſanguinis principiũ eſt cor (ſicut dicit Philo. in libro de part. aĩalium) inuenitur enim ſanguis in ipſo, præterq̃ locatus in vena, quod in hepate vel in alijs nõ contingit: in vena aũt non eſt, niſi ſicut in canali, per quod fluit ad mẽbra. Inuenitur ẽt cor habẽs ſanguinem in embryone nõdũ diſtinctis venis. Sed ſanguis (vt dicit Philoſophus in libro prędicto) ita eſt calidus, vt quid erat ipſi ſanguini eẽ, queẽadmodũ ſi aliquo noĩe ſignificaremus feruentẽ aquã: in diffinitiõe ergo eius exiſtit caliditas, ſicut in ea, quę albi hoĩs exiſtit, albũ. Non ſolũ aũt ipſe calidus eſt, ſicut & quid erat ipſi ſanguini eẽ, ſed eſt cũ ipſis mẽbris, vt diſponant̃ in calore ẜm mẽſurã ipſius in eis: dicit. n. Gal. in lib. de cõplexio. ꝙ vnũquodq; mẽbrũ tm̃ habet de calore, q̃tum habet de ſanguine. Si ergo calor in mẽbris p̄ncipiatur ex ſanguine, ſanguis aũt à corde, palã erit caloris totius fontẽ eẽ cor. Adhuc aũt, quod maxime hoc oñdit, eſt, ꝙ inchoatio refrigeratiõis eſt ab illo, ſicut dicit Philo. in lib. de reſpiratiõe, & in lib. de ſomno & vigilia: ait. n. in lib. de ſomno, Reſpirare aũt & humido refrigerari, i. aere vel aqua, ad ſalutẽ eius, qui in hac particula, caloris, natura adepta eſt. Niſi. n. eẽt in eo fontalis caloris abundãtia, nõ indigeret refrigeratione, quæ per anhelitum fit & pulſum, quorũ in ipſo & ab ipſo eſt p̄ncipiũ. Hęc eadem in lib. de partibus oñdit, dicens, Huius quidem igitur quod eſt vnũ p̄ncipiũ, facere ẽt ab vno principio ambas oriri venas, cã eſt omnia habere vnã ſenſitiuam aĩam & operationem: quare pars vna erit hanc

G

1. de anima tex. cõ. 29.

pria primi doc. 3. ca. 2.

lib. 2. cap. 3. doc. 2.

capi. tertio.

lib. 3. cap. 7.

lib. 3. ca. 4.

H

li. 1. cap. 9.

circa medium libri.

A habens primo,hoc aũt eſt cor:cuius ſignum eſt vegetatiuũ & ſenſitiuum primũ in eo inueniri. Dicit aũt poſtea,ꝙ & calidi principium neceſſe eſt in eodẽ eſſe,ꝓpter operari animam oĩa cum calore quodã,hoc aũt(vt dicit)eſt cauſa & ſanguinis caliditatis.Propterea qdẽ igitur ꝙ in vna eſt parte ſenſitiuum primum,& id,quod caliditatis,ꝙ ſanguis ab vno eſt principio,ꝓpterea ſanguinis vnitatẽ qdem,& ꝙ venarũ ab vno. Si qdem ergo vnũ eſt mẽbrum omnibus principalius,non erunt illa quatuor æque principalia, ſed corde exiſtente vt rege alia tria duces erunt.

ci finem lib. Quod & Ariſto.in lib.de motu aĩaliũ manifeſte ſignificat. Volens.n.oſtẽdere,ꝙ aĩa per eſſentiã eſt in vno principali mẽbro,& p virtutes ſuas in ſingulis alijs,ait,Exiſtimandũ aũt conſtare aĩal,quẽadmodum ciuitatẽ bene legibus rectam : in ciuitate enim(vt dicit)cum ſemel ſtabilitus fuerit ordo, nihil opus eſt ſeparato Monarcho,quem oporteat adeſſe per ſingula eorũ,quę fiunt,ſed ipſe quælibet facit,quę ipſius,vt ordinatũ eſt,& fit hoc poſt hoc,ꝓpter cõſuetudinem.In aĩalibus aũt hoc idem,ꝓpter naturã fit,& quia natũ eſt vnũquodq; ſic cõſtantium facere ꝓprium opus,vt nihil opus ſit in vnoquoq; eſſe animã,ſed in quodã corporis principio exiſtẽte ipſa,alia qdem viuere,eo ꝙ adnata ſunt:facere aũt ꝓprium opus per naturã. Vocat ergo ſicut Monarchum quẽdam,animã ipſam ſeu eius eſſentiã,quę ſingulis mẽbris ordinat ꝓprium opus ꝓpter poteſtatẽ,quã ſibi influit:ipſa aũt per ſui eſſentiam cordis arcẽ inhabitat,ſicut Monarchus in medio ciuitatis,cuius nequaꝗ eſſentia,ſed potentia tm̃ ad ciuitatis extrema pertingit. Quare videndũ eſt primo,quid oĩbus mẽbris principiet̃ ex corde.Si.n.cor eſt principium omniũ

B virtutũ(ſicut medici dicunt)nõ erit principiũ alicuius ſolius. Dico ergo,cũ cor ſit organum,ſubſtãtiæ animæ de-

2 colliget. putatum,erit omnis animę virtus in ipſo cõfuſe;ꝓpter quod recte ait Auer.ꝙ cor eſt potẽtia faciẽs operatiões oẽs. Nõ aũt facit oẽs actu,quia impoſ̃e fuit ipſum organizari ad oẽs operationes particulariũ virtutũ : ſed,qm̃ potẽtia ſunt in ipſo ſemp,potuerũt reſtaurari deperditę in alijs mẽbris,ſeruata qdem ipſarũ potẽtia in radice:operationes aũt,quæ in eo manifeſtant̃,eſt vegetatio,& ſenſatio,ad ſui ſaluationẽ ſolæ cõpetẽtes. Effluunt ergo oẽs animę poteſtates ad reliqua corporis mẽbra ab eẽntia animę,cordis hoſpitę,& ita à corde,ſicut à principio:quę,cũ ſint organicę,effluunt ſuper inſtr̃m quoddã vl̃e omnium,ſicut ſuper quodã vehiculo,quod eſt ſpũs. Quod aũt ſuper hũc ſpiritum animę diffundunt̃ poteſtates,manifeſtat̃ ex hoc,ꝙ oppilatio venarũ & arteriarum ex multitudine ſanguinis abſq; groſsitie ꝓhibet emanationẽ virtutis ad mẽbra,ex quo eſt cauſa apoplexię & mortis, ſicut Gal.dicit:& ꝙ apprehẽſio & cõſtrictio quarũdam venarũ pulſatiliũ ceruicis facit inſenſibiles & immobiles,ſicut dicit Philoſophus

a med. in lib.de ſomno & vigilia:quod fieri nõ poſſet,niſi hæ virtutes cũ aliquo corpore vehente manarent. Non eſt aũt hoc corpus humor,ſed ſpũs tm̃:nam oppilatio nerui optici veniẽtis ex cerebro ad vtrũq; oculũ impedit virtutem viſiuã ad oculũ ferri,ſed,cũ per eũ nullus habeat diſcurrere humor ſm̃ naturã,nõ impedit illã,qa lator eius ſit humor,ſed ſpũs. Vnde ergo principiat̃ ſpũs,oportet & omniũ poteſtatũ principiari ꝓgreſſum:in corde aũt principiari ſpũm in ꝓceſsibus erit manifeſtũ. Cõparat̃ aũt ſpũs ad oẽs animę organicas poteſtates,ſicut manus architecti ad poteſtates artis,quę ſunt in mente ſua. Huius.n.poteſtates ſunt dolatiua, & ſerratiua, & terebratiua,& hm̃õi,

C quarũ omniũ ſunt ꝓpria inſtr̃a,dolabra,ſerra,& terebrũ:cõmune aũt omniũ eſt manus artificis, ſicut vehiculum cuiuslibet in ꝓpriũ inſtr̃m.Similiter ergo ſpũs fert oẽs animę poteſtates in organa ꝓpria.hic aũt ſpũs(vt dicit prin

vlti. ceps vltimo de anima)cõplexionẽ habet ꝓpriam,quę mutat̃,ꝓut neceſſe eſt in eo diuerſitatẽ eſſe,ꝓpter quam ſit vehens virtutes diuerſas:cõplexio enim,qua concupiſcit̃,non eſt apta,vt per eã ſentiatur:nec cõplexio,quę apta eſt ſpiritui viſibili, eſt apta ſpiritui mouenti : & vl̃r dicit,ꝙ,ſi cõplexio huius ſpũs erit vna,virtutes,quæ ſunt in ſpũ, eſſent vna,& actiones earũ vna. Quare,cum hic ſpũs diſpergitur à corde per varios eius meatus ad diuerſa mẽbra prorumpens iam incipit mẽbris appropriari,& ad ſil̃itudinem cõplexionis eorũ conuerti,eiſq; virtutem appropriare collatam,& iam quidem ſortitam in eis organizationem conuenientem ad opus.Sic ergo vertibilis eſt ſpiritus complexio,ſicut manus architecti in omnem modum ducibilis.

VISO AVTEM, qũo cor eſt primũ omniũ virtutũ principiũ,videndũ reſtat,quo modo cerebrum eſt primũ, & hepar & teſticuli ſint poſt ipſum principia earum,ſicut reſpectu aliquorũ mẽbrorum. Dico ergo,quòd ſpũs exit à corde,ſicut lumen à Sole.Sicut enim Sol eſt fons luminis, ſic & cor ſpũs:&,ſicut Sol eſt principiũ gñationis & corruptionis,& vl̃r vitę in vniuerſo p motum & lucẽ,ita cor in animali eſt principiũ vitę p motũ & emiſsiõem ſpũs viuificantis totum,ſicut poſtea patebit. Quẽadmodum ẽt non ſuffecit ad diuerſitatẽ generabilium diuerſitas lucis acqſita per motum Solis,ſed oportuit eã recipi in alijs corporibus cœli,ad hoc,vt induens in eis aliam & aliã naturã refundatur ad loca gñationis alterius actus & naturę,ſicut patet in Luna,quæ lucẽ à ſole receptam,alterius

D naturæ refundit ſuper terrã,& ſil̃r eſt in omnibus ſtellis,ita ẽt oportuit ſpũm cordis,vt poſsit tot diuerſitates opera
tionum efficere,recipi primum in quibuſdã mẽbris,in qbus induat cõplexionem cõuenientẽ vni gñationi opera
tionis,& ab eis refundatur ſuper omnia membra,quæ participant illo genere. Propter quod ſciendũ eſt,quòd
ſpũs exiens à corde oẽm qdem habet cõfuſe virtutẽ, quarum quãlibet nõ ante qdem explicat,ꝗ ſortiatur cõple-
xionem illi cõueniẽtẽ virtuti,& organum,in quo poſsit illius operationes exercere, prima enim cõplexio in cor-
de acquiſita nõ erat extra cor ad illud ſufficiens. Pertingens ergo ad cerebrum iam aptatur ibi eius complexio ad
deſeruiendum ſenſui cõmuni,& imaginatiuę,& cogitatiuę,& memorię:in quo & organizationẽ decẽtem ſorti-
tur ad illas diuiſione cellularum eius:& ibi qdem collocatus & collectus appropriatur. Sẽſui autem particulari &
motui iam quidem complexione exiſtens conueniens,nondum autẽ adeptus materiam,in qua operationes ſen-
ſus & motus cõpleri poſsint, eo quòd talis materia nõ eſt niſi neruus in carne cõtextus,aut alijs mẽbris cõnexus,
nõdum in ipſo explicare põt vtraſq; illarum. In ſuis ergo tranſitibus iam ſubtilior factus,vt ſtrictiores poſsit ſubi-
re meatus,iterũ inde inchoans,ſicut à principio,penetrat in neruos,his ſenſibiles,his motiuas appropriando vir-
tutes. Qm̃ aũt cerebrum,ſpiritui latori ſenſus & motus,miniſtrat nõ originẽ,ſed diſpoſitionẽ quãdam,qua il-
lis magis aptatur:miniſtrat quoq; organis eorũ originẽ,ſ.neruis, ꝓpterea dr̃ non iniuſte ſcd̃m,poſt cor,principiũ
ſenſus & motus,reſpectu.ſ.mẽbrorum omnium participãtium illis. Signum ãt cor eẽ ꝑncipium ſenſus & motus

respectu.s.cerebri,est,ꝙ constrictio quarundam venarũ pulsatiliũ colli facit insensibiles & imobiles,vt dictum est:quod esse nõ posset,nisi esset semita,qua cor influit oẽs virtutes illas cerebro. Ex quo videt Princeps nõ bene sensisse,cũ visus est velle cerebrũ exhaurire virtutẽ sensus & motus à corde per neruos,quos cerebrũ ad ipsum emittit. Gal.enim in libro de iuuamẽto mẽbrorum dixit solũ duos neruos paruos venire ad capsulã cordis ad ministrandum ei tactũ,nec dicit vnq̃ illos vel alios pertingere ad cor. Sed signum cerebrũ esse principium sensus & motus respectu reliquorũ mẽbrorum est,ꝙ oppilatio in neruis vel nucha ꝓhibet sensum & motũ diffundi in mẽbra,ad quæ pertingit neruus: &,cum ipsi oẽs continuent cerebro aut per se,aut per nuchã,& nõ cordi,manifeste innuit,ꝙ à cerebro in ipsos diffundat. Post hoc aũt dicemus,ꝙ prædictus spũs,cum exiens à corde pertingit ad hepar,appropriat ei virtutẽ nutritiuã,sortitus qdem in eo & cõplexionem ad eã cõuenientem,& organizationẽ ei deseruientem. Propter quod dixit Philosophus in libro de partibus,ꝙ cor & hepar sunt necessaria oibus aĩalibus sanguinẽ habentibus,cor qdem(sicut dicit)ꝓpter caliditatis principiũ:hepar vero digestionis gratia. Digerit enim chilũ,quẽ pręparat ei stomachus,& sanguificat ipsum hepar,& pparat ipsum digestioni vlteriori,fiendę in corde, pcipue illã eius partẽ,quę mẽbra supra cor existẽtia nutritura est,qm̃ & illorũ nutrimentũ ſm plurimum per cor transit(si.n.nõ oporteret ipsum vlteriori digestione digeri in corde,aduenisset ei naturæ transitus aliunde) qm̃ palam est mẽbra superiora digniori & puriori sanguine nutriri,q̃ inferiora. Mẽbrorum quoq; nutrimẽtum inferiorum nõ est necessariũ digeri in corde, licet ipsius calore atq; virtute ab eo primũ ꝓdeunte digerat. Hanc aũt sanguificationẽ non efficit hepar solum sibi,sed ad totius corporis vtilitatem cõem,sicut & cor. Sicut ergo ipsum potestatẽ habet super vltimi alimẽti cõis digestionẽ,& ipsius ad totum corpus delegationẽ,ita & sup influxionẽ virtutũ,quæ circa nutrimentũ operant:cũ ipso enim sanguine influit simul & calor & spiritus, cũ qbus & nutritiuæ virtutes vehunt,operaturæ quidẽ in mẽbris ſm vniuscuiusq; mẽbri cõplexionis exigentiam:Cuius signum est,ꝙ oppilatio inter hepar & vnũquodq; mẽbrorũ ꝓhibet omnẽ nutritiuæ operationẽ in illis, ẽt si nutrimẽtum aliunde eis offerat: quod esse non põt nisi per priuationẽ influentiæ,quæ fit ab hepate,sicut à principio. Est tñ sciendũ,ꝙ,q̃uis hepar in sanguificatione verius operet,q̃ cor,tñ est illius secũdũ principiũ,qm̃ nõ efficit illud,nisi sicut cordis Delegatus,ipsiusq; virtute caloris. Exiens vero à corde spũs,cum ptingit ad testiculos, appropriat eis generatiuã virtutem & cõplexionẽ,& organizatã materiam iam in illis sortitus est ad illius operationis cõplemẽtũ.

Scias tñ,ꝙ testiculi nõ ꝓprie dicunt principium huius virtutis,qm̃ post receptionem eius à corde nulli alteri eã principiant. Fortaßis aũt ẽt dicuntur ipsius virtutis principium quoddam,non ꝓpterea,ꝙ alteri mẽbro eã infundant, sed quia semini,quod in eis digerit & cõpletur,exhibent virtutẽ informatiuã,quæ est imago quædã virtutis generatiuæ patris. Mouet.n.sperma viri mẽstruum mulieris eo motu,quo motũ est à patre (quẽadmodum dicit Philosophus) sicut organũ artis mouet materiam eo motu,quo ab artifice mouet: species.n.motus artis aliqualr est in organis,sicut dicit. Secundũ ergo hãc sententiam Philosophi non erit aĩa actus primus per sui essentiam, sed per potẽtias,quę sunt in continuo fluxu ab ea super spũm prorũpentẽ à corde:hoc aũt ideo fortaßis,quia aĩam aĩalis ꝓpter sui nobilitatẽ,& ꝓpter esse multarum potentiarũ oportuit esse magis vnitam & collocatã in loco fontali. Videmus enim,ꝙ formæ,quanto minus nobiliores sunt,tãto sunt magis toti suæ materiæ participabiles,ita vt qbusdam aĩalibus ĩperfectis & ignobilibus , vt in entomis,sit fere æqualiter p essentiam ſm omnem ipsorum partẽ,ita vt accidat eas in diuisis vtrinq; esse. In plantis aũt,ꝓpter adhuc inferiorem nobilitatem,ſm quotcũq; ferè partes rediuidantur,accidit eas multiplicari & saluari,sicut formas accidentales,vt albedinem.

DVBITABIT autem aliquis ex hoc,quia,si essentia aiæ est in corde tm̃,à quo effluere videntur animæ potestates ad mẽbra,tunc videt,ꝙ potẽtia separet ab essentia, quod est impoßibile. Ad quod dicũt,saluantes Philosophum dicentẽ in hunc modũ,ꝙ virtutes ita manãtes semper dependẽt ab essentia aiæ, quæ est in corde,sicut lux Solis recepta in alijs corporibus semper est dependẽs ab illo,sicut continue generata ab eo indesinẽter faciẽte lucis emanationem,quæ non abscinditur à recipiẽte,nisi aut per corpus opacum interpositũ,aut per ineptitudinẽ recipientis & destructionẽ ꝓportionis ad illam. Per hunc aũt modũ(vt dicunt)nõ cõtingit simplr lucẽ à Sole separari, sed ſm quid tm̃,sicut ẽt virtutes artis ędificatiuę non ꝓpterea dicunt ab arte,quæ est in mẽte artificis,separari,licet mediante manu,quę est organũ organorũ,effluant in dolabrã & serrã,& pficiant ipsas ad actũ suũ,continuationẽ habentes ad mẽtem per ipsam manũ motam à mente. Vnde nec aĩam volunt esse in alijs mẽbris nisi per virtutes suas,& nõ per essentiam:si enim essentia aiæ esset in oculo,sicut anima, tunc eruto oculo erueret animæ essentia.

Adhuc aũt sequeretur,ꝙ virtus auditiua esset in oculo,& visiua in aure,quod absurdum est: quare nequaq̃ cõcedunt,ꝙ sit tota in qualibet parte corporis,cũ apud eos nõ sit ei alia totalitas,q̃ potẽtiarum,ſm quam nõ potest esse in qualibet parte. Sed ista opinio stare nõ põt. Nam aĩa nõ dat esse corpori, nisi ſm ꝙ vnitur ei:sed anima dat esse toti corpori & cuilibet parti eius:igitur aĩa est in toto corpore & in qualibet parte eius. Adhuc autẽ aĩa nõ operatur,nisi vbi est:sed operationes aiæ apparent in qualibet parte corporis:ergo anima est in qualibet parte corporis. Præterea illa opinio,quæ tenet animam esse in corde tm̃,supponit vnum impoßibile,s.animæ potentias effluere à corde ad membra per diuersas semitas,& super vehicula numero diuersa,quod stare non põt. Quia, si vegetatiuum est in sensitiuo,sicut trigonum in tetragono(vt dicit Philosophus)erit sensitiuum in aĩali id,quod vegetat ipsum,quãuis alicubi vegetet,vbi nõ sentit,ꝓpter ineptitudinem instrumẽti,vt in osse. Quare impoſe erit has duas potentias essentia differentes effluere à corde ad mẽbra, quæ vtriusq; operatione participant fere,sicut sunt musculi super diuersa numero vehicula,& per diuersas semitas,sicut opinantur, sensitiuum quidem & motiuum per neruos,vegetatiuum vero per arterias & venas facientes emanare,propterea,quia videtur,ꝙ in musculis aliquando amisso sensu per oppilationem in neruo,remanet vegetatio: posita enim tali emanatione accideret eas loco & subiecto separari,quod est absurdum. Quare rectius videtur per has semitas non virtutes influere, sed instrumenta,non enim potest sensitiuum cessare à musculo, remanente vegetatiuo, quod inerat sensitiuo.

Præterea,

Margin notes: E — pria primi doc.5.ca 1. — lib.8.cap.2. — lib.3.cap.7. — F — 2. de gene. aia l. cap.1. — G — H — 2. de anima tex.cõ.31.

A Præterea,qui faceret ea vnum in essentia,redeunte sensitiuo nequaq̃ põt fingere:sed bene potest cessare operatio sensus remanente vegetatione ,ppter indigere ad hãc & illam nõ eodẽ instrumento,s.spiritu. Propter quod alij subtilius indagãtes dicũt,ꝙ aĩa,ẽm ꝙ est forma corporis,non vnit̃ toti corpori aliqua parte mediante,neq; mediantibus potentijs,sed toti corpori ĩmediate,est enim forma totius corporis,& cuiuslibet partis eius:forma enim ĩmediate vnit̃ suæ materiæ, sicut dicit Philosophus in Meta.& hoc necessarium est dicere. Quia,cum corpus hoĩs aut cuiuslibet alterius aĩalis sit quoddã totũ naturale,dicet̃ vnum,eo ꝙ vnam formã habet,qua perficitur,nõ solũ aggregatiõe vel cõpositione,sicut accidit in domo,sed sic formatũ in ,ppria specie. Vnde oportet,ꝙ quælibet pars hoĩs & aĩalis recipiat esse & speciẽ ab aĩa,sicut à ,ppria forma:vnde Philosophus dicit,quòd recedente aĩa neq; oculus,neq; caro, neq; vlla partium remanet nisi ęquiuoce. Quare oportet, si anima dat esse cuilibet parti corporis ẽm sententiã Arist. quòd sit in qualibet parte corporis: nã ea rõne dicimus aĩam esse in toto, qa est forma totius. Quare,si est forma cuiuslibet partis,oportet,quòd sit in qualibet parte,& nõ in toto tñ,neq; in vna parte tñ,qđ ostendit eius diffinitio:ipsa.n.est actus corporis organici, quod qdem est constitutum ex diuersis organis. Si ergo aĩa esset in vna parte tñ,vt forma,nõ esset actus corporis organici,sed actus vnius organi,puta cordis,reliquæ aũt partes essent perfectę per alias formas,& sic totũ non esset quid vnũ naturale, sed cõpositione tñ. Quia tñ aĩa est in toto corpore,& in qualibet parte eius, dicunt ẽt,quòd est tota in toto,& in qualibet parte eius. Potest enim(vt dicunt)attribui totalitas alicui formæ tripliciter,ẽm quòd tribus modis habet aliqd partes. Vno.n.modo aliquid habet partes ẽm diuisionẽ quãtitatis,,put diuiditur numerus aut magnitudo:sed vlli formæ nõ competit totalitas numeri nec magnitudinis,nisi forte per accidens,puta in formis,quę p accidẽs diuidũtur diuisione continui,sicut albedo per diuisionẽ superficiei. Alio mõ dicit̃ totum per cõparationẽ ad partes essentiæ speciei, sicut materia & forma dñr partes cõpositi,& genus & differẽtia quodãmodo partes speciei: & hic modus totalitatis attribuit̃ etiã

B essentijs simplicibus rõne suæ perfectionis,eo quòd,sicut cõposita habent pfectionem in specie ex coniunctione principiorũ essentialiũ,ita substãtiæ & formæ simplices habẽt pfectas species p seipsas. Tertio modo dr̃ aliquid totum per cõparationem ad partes virtutis,quæ qdem partes accipiuntur ẽm diuisionẽ operũ. Si ergo quęrat̃ de forma,quę diuiditur p diuisionẽ continui,s.de albedine,vtrũ sit in qualibet parte superficiei tota,Si accipiatur totum per cõparationẽ ad partes quãtitatiuas,quę totalitas cõpetit albedini p accidens,nõ est tota in qualibet parte, sed tota in toto,& pars in parte. Si aũt accipiat̃ totũ totalitate, quæ pertinet ad speciẽ, sic tota est in qualibet parte: nam ęque est albedo tota in aliqua parte, sicut in toto,licet nõ sit intẽsa in qualibet parte,sicut in toto:,ppter quod adhuc verũ est,quòd ẽm virtutẽ non est tota in qualibet parte,non enim põt tñ disgregare in parte supficiei,sicut in tota. Anima aũt aĩalium pfectorũ nõ diuiditur diuisione quãtitatis,quæ est numerus,videlicet diuisione continui,cũ diuisa nõ viuãt:secus aũt est forte de aĩabus anulosorũ aĩalium:in qbus est aĩa vna in actu,plures in potentia,sicut dicit Philosophus. Quare in aĩa hoĩs & cuiuslibet aĩalis pfecti non põt accipi totalitas nisi ẽm pfectionẽ speciei,aut ẽm virtutẽ. Cum ergo pfectio speciei ptineat ad aĩam ẽm suam essentiã,aĩa aũt ẽm essentiã sit forma corporis,&,prout est forma corporis,est in qualibet parte corporis,vt ostẽsum est,relinquit̃,quòd ipsa est tota in qualibet parte corporis ẽm totalitatẽ pfectionis speciei. Si aũt accipiatur totalitas ẽm virtutẽ, sic non est tota in qualibet parte,sicut p se patet. Sic ergo dicũt,quòd aĩa per essentiam suã nõ est tñ in corde,sed in oĩbus mẽbris,&

C quòd semp adest potẽtiæ & operi eius(non.n.separatur potentia ab essentia,nisi sicut ,ppria passio à subiecto)sed tñ principalius est in corde,sicut in loco,vnde exhaurit principale oĩum suarum potestatum instrumentũ,s.spiritum & calorẽ:ex quorũ fluxu à corde euenit opinari,quòd aĩæ potestates abinde dispergũtur,sicut ex toto,vbi earum essentia cõstituta sit,cũ tñ corpore organizato aĩa sit æqualiter in quolibet mẽbro ẽm virtutẽ sibi couenientem:sed ,ppter indigere ipsas instrumẽto excitante & mouẽte,quod à corde effluit,vis̃ę sunt qbusdã & ipsę fluere ab illo:,ppter hoc eruto oculo nõ eruetur essentia,quã ipse habet in prima radice,s.corde,dante organũ primum suorũ operum. Nec adhuc,ppter hoc sit ipsa extensibilis extẽsione subiecti. Non.n.maior est in maiori,& minor in minori,sicut alię formę substãtiales & accidẽtales, quas accidit diuidi diuisiõe subiecti,,ppter ipsam magis cõtinere corp⁹, q̃ à corpore cõtineri,sicut dicit Philosophus ĩ pmo de aĩa. Quare,sicut ipsa p essentiã nõ diuiditur apud corpus,ita oportet corp⁹,vt vnũ ĩdiuisibile,sibi cõparari. Sed,qđ horũ sit verius,dimittamus mõ,manifeste iã vidẽtes cordis sup alia mẽbra ꝑncipalitatẽ pp ꝑncipiare primũ oĩum virtutum instrũm,s.spũm & calorẽ.

HIS ITA expeditis sciendum est, quòd cor nõ solum est principium oĩum ꝓdictarum virtutũ per modum, qui dictus est,sed(sicut dicunt medici)est principiũ cuiusdam alterius virtutis,quã spiritualẽ vocant seu vitalẽ,quę (sicut asserunt)est cã vitæ in toto aĩali: & quòd eã impartit arterijs, & per eas oĩbus mẽbris. Quare & hic vide-

D re oportet,quę sit essentia huius virtutis,s.an sit virtus aĩæ,vel naturæ,alterius enim esse nõ põt:& quę sit eius operatio:quid quoq; sit vita,& vtrum,& qũo sit ab ea. Quoniam aũt ex operatione sibi attributa principaliter habet cognosci hęc virtus, sicut & reliquæ,tanq̃ ex notiore apud sensum,primo dicemus,quòd hæc virtus nõ videt̃ aĩæ virtus,eo quòd oẽs aĩæ potentiæ(sicut dicit Philosophus)sunt vegetatiuum,sensitiuum,& intellectiuũ,& ẽm locũ motiuum,quarũ nullam esse dicũt eam,nec in veritate alicui earũ potest adaptari. Non.n.est positum ab aliquo, quòd huiusmodi virtutis sit nutrire,vel augere,vel generare,nec sentire,nec intelligere,sed vitam dare,cor & arterias mouere. Sed dicet aliqs fortassis,quòd sit virtus motiua animæ,eo quòd cor moueat & arterias. Hoc aũt stare non potest. Virtus enim motiua animæ appetitus est:sed motus cordis non est ab appetitu. Motus enim ab appetitu,præcedente imaginatione fit,cum qua & appetitus est idem subiecto,ratione tamen differens:sed motus cordis fit nulla præcedente imaginatione:ergo ipsa non est virtus motiua animæ:quare virtus spiritualis non erit virtus animæ. Peccauit ergo Princeps,dicens, quòd,cum Philosophi teneant, quòd anima sit perfectio corporis naturalis instrumentalis, & sit principium omnis virtutis, ex quamet ipsa motus proueniunt & operationes diuersæ,hæc apud eos est virtus animæ,sicut est apud eos virtus animæ,quã medici vocant naturalem,quæ est

Marginal notes: 8.t.t.cõ. 16. — anima tex.cõ. 6. — de anima t. cõ. 20. — t. cõ. 90. — de anima tx.cõ. 18. — ria primi oct.6.c.4

idem,quod vegetatiua pars aīæ. Nam,si esset virtus animæ,esset reducibilis ad aliquam p̄dictarum,quod non vr̄. E
Dicit aūt hoc sicut minus declinare visus in partem,ꝙ ipsa sit simplr̄ naturalis,cum natura moueat ad vnā partem tm̄,hæc aūt ad duas oppositas : quod satis patēter refellet̄,si dilatationem & cōstrictionē conuincat̄ nō fieri ab vna numero natura,quod in sequētibus erit manifestū. Adhuc ēt sibi cōtradicit,cū dicit paulo superius in eodē capitulo,ꝙ hæc est prima virtus,quæ in spiritu ꝓuenit,cū spiritus ꝓcedat ex subtilitate humorū : deinde per eā recipit principiū primum & aīam primam,ex qua aliæ ꝓfluunt virtutes:& dicit hanc sententiā fuisse Arist. Ex hoc.n. videt̄ velle,ꝙ hæc virtus recipiat̄ in spiritu ante aīæ receptionem:sed nulla virtus,quæ est in spiritu ante aīæ receptionem est virtus aīæ:ergo virtus spiritualis ēt s̄m eum nō est virtus aīæ:quare sensibiliter cōtradicit sibi. Si autē nō est virtus aīæ,tunc nō est datiua vitæ,cū vita non sit nisi ab aīa,vel eius virtute:vel,si huius virtutis est dare vitā, tunc,quæcūq; hac nō participant virtute,nō possunt participare vita:quare plantæ & quædā aīalia sanguine carētia,in q̄bus hæc virtus nō aßignat̄,non habēt vitam. Ex hoc ergo videt̄,ꝙ hæc virtus,neq; sit virtus aīæ,neq; dans principaliter vitā:non aūt natura videt̄ principium motus cordis & arteriarum,cū sit ad duas partes oppositas,ad quas natura non mouet. Dicam ergo,ꝙ essentia huius virtutis delaratur ex noīe,quod operationis eius est significatiuum:ipsa.n.dicitur spiritualis,quia spirituificat sanguinem. Sicut.n.ex humorū spißitudine s̄m aliquam cōplexionem substantia gn̄atur spissa,quę est mēbrum vel pars mēbri,ita ex humorum vaporibus & eorū subtilitate substantia gn̄atur subtilis,quę est spiritus:&, sicut prioris principium est virtus aliqua vegetatiuæ partis aīæ,sic F
secūdæ principium est ea,quā spirituale dicunt. Sed manifestū est in exterioribus,ꝙ humidū aqueū spirituificat̄ à calore,subtiliante ipsum,& deducente in vaporem:Silr̄ ergo & in corpore aīalis spirituificationis sanguinis principium est calor cordis. Et,sicut in exterioribus sufficit ad illud natura caloris nulla existente ad hoc indigentia aīæ, ita in aīali sufficit natura caloris cordis:cuius signum est spirituificationē istam fieri ēt in semine aīalis in matricē iniecto ante oēm corporis informationem:ꝓpter quod & hanc virtutem receptionem aīæ antecedere posuerunt. Est tn̄ anima,cum recepta fuerit,& ante illud virtus informatiua seminis,illius spirituificationis perfectio,& vtens virtute caloris hanc faciente,vt natura alligata:est.n.aīa, sicut sine hac deseruiente stare non poßit,indigens enim spiritu ad suas operationes regulat ipsa calorē ipsum gn̄antem:& erit s̄m hoc virtus ista nihil aliud, q̄ aīæ essentia regulans naturæ opus. Sed diceret quis fortaßis hāc spirituificatiuā virtutē esse virtutē nutritiuā spiritus,restaurantem semper,quod à spiritu dissoluitur. Sed hoc in veritate stare non pōt:nam spiritus nulla est nutritio,cum nutritio sit saluatio subsistentis:de spiritu autē nulla subsistit fundamentalis particula,quæ transmutet adueniens nutrimentū in sui naturā. Adhuc aūt virtus nutritiua est in nutritis:hæc aūt nō est in spiritu, sed in corde:quare non pōt dici virtus illa nutritiua spūs,sed gn̄atiua tm̄:gn̄atur quidem.n.spūs ad modū fluuij vel ignis,qui semper est alter. Post hoc aūt dicemus hac spirituificatione fiente duplicem accidere motū,cordis,& arteriarū,sicut Philosophus ostendit libro de vita & morte:ait enim,ꝙ tria sunt accidentia circa cor,s.saltus,& pulsus,& ꝙ respirationis. Deinde dicit,Accidens aūt pulsatio cordis,quā semper videt̄ facere continue,similis nascentijs est.i.similis pulsationi apostematū,quæ(sicut dicit)faciunt motū cum dolore ꝓpter preter naturā esse sanguini permutationem,quia.s.in saniē tūc est ei conuersio. Deinde subiungit,Est aūt similis ebullitioni hæc paßio.& exponit ebullitionem dicens,Ebullitio aūt fit spirituoso facto humido à calore : eleuatur.n.(sicut dicit),ꝓpter ampliorem fieri molē ipsius humidi. Cum.n.calidum agit in humidū extenuando ipsum,& in vaporem deducendo, fit amplior moles humidi,eo ꝙ fit spirituosa:ex modico.n.humido aqueo fit magna quātitas spiritus ampliorē longe occupās locum,q̄ faceret humidū. Similiter ergo dicit,ꝙ in corde semper accidētis humidi ex alimēto,i.humidi nutrimentalis per caliditatem tumefactio facit pulsum:tumefactio,dico,eleuata ad vltimam tunicā cordis. Fit aūt hoc ideo cōtinue,quia semper affluit humidū in cor,ex quo fit sanguinis natura. Iam ergo ex his patet,quę sit causa dilatationis cordis & arteriarū,quia tumefactio humidi nutrimētalis cōtinue influentis in cor & arterias, cum.s.spirituificatur. Est ergo principalis causa huius motus calidū tumefaciens humidum: humidum aūt tumefactum dilatat non solū sursum,sed circūferentialiter totum cor & arterias,quasi violentiam ab illo passa : sed depreßionis causa nō est caloris natura,sed corporis dilatati & violentiam paßi,cum expirat spiritus vel obtunditur feruor. Cum enim expirauerit ex aqua,quæ bullit in lebete,spiritus tumefaciens,aut ex frigido supermisso obtundatur ebullitio, concidit deorsum aqua,prius vim passa. Similiter,ibi cum exhalauerit spiritus,& feruor obtusus fuerit à frigiditate aeris attracti apud eleuationem,concidunt cor & arteriæ,vim passa. Et,sicut hoc continue fiēs ibi facit ebullitionem,ita hic pulsum cōpositū ex duobus motibus & duabus quietibus. Manifestum est ergo, H
ꝙ non ambo hi motus naturales sunt,sicut videt̄:aut,si poßibile est ambos dici naturales(sicut infra ostendemus) non tn̄ sunt ab eadem natura. Ex quo patet,ꝙ non est vna virtus amborū causa,licet vna sit alterius causa p accidens. Vnde soluitur illud Principis,volentis,ꝙ ideo sit virtus aīæ dicenda,quia sit principium motuum diuersorū: non.n.est animæ vllo modo nisi sicut regulantis & vtentis. Quòd aūt ēt in hac dilatatione cordis & arteriarū aliquid aeris subingrediatur,refrigerans,sicut à calore & vacuo attractum,& in depreßione pellatur associatū resolutis fumositatibus,& Arist. & Gal. testantur,licet in causa dilatante & constringente discordent. Ait.n. Aristo. ꝙ dilatatio est humidi calefacti spirituificatio:resultatio vero facta obuiatio ad frigidi constitutionem. Ex quo videtur esse,sicut secūda causa depreßionis,ipsa expreßio naturalis mēbri,qua depellit à se,quod infrigidat & lędit. Huius aūt attractio frigidi, & ipsius cū fumositatibus expreßio,comitātes hos motus,ēt sunt de intētione naturę, aīæ subseruientis,vt seruetur calor,cui aīa colligatur. Sicut enim dicit Philosophus in libro de respiratione, siquidem futurum sit viuere,oportet calorem seruari,siquidē vita est animæ operatio,hoc aūt cum calore quodā,sicut subsequenter ostēdemus:hoc aūt fieri per quandā refrigerationem caloris,qui est in fonte:cuius exēplum est videre in suffocatis carbonibus. Si.n. fuerint circūquaq; obstricti p suffocatoriū aliquod,extinguuntur velociter,sicut dicit:si vero vicißim per ventila brum faciat quis frequenter ablationē fumi & appositionem aeris refrigerantis, manebunt

circa finem libri. G

lib. de vita & morte.

A manebunt igniti multo tempore. Nec enim contrariat his, ꝙ occultatio ignis sub cinere saluat ignem, eo ꝙ tunc neq; respirare prohibetur propter raritatem cineris, sicut Philosophus dicit. Est autem sententia Gal. de causis horum motuum non modicum discordans ab ista: sed illam quidem capitulo de signis complexionis cordis dicemus, vbi locus erit referre & examinare perfecte.

Post haec autem restat dicere, vtrum hæc virtus, quam spũalem vocant, det vitã in toto: & quõ, si det eã: patebit aũt hoc, si prius inquisierimus, qd sit vita. Dico ergo, ꝙ vita (sicut dicit Philosophus) est actus viuẽtis. Viuẽtis aũt duo sunt soli actus, s. primus & secũdus, sed primus actus viuẽtis assimilat habitui vel somno, sicut vult Philosophus secũdo de aĩa: secũdus actus assimilat actui ab habitu ꝓdeunti, vt cõsiderationi vel vigiliæ, & est operatio ipsa aĩæ in corpore. Non est aũt vita primus actus, qm̃ vita non est aĩa, sed causatum ipsius: aĩa aũt (sicut dicit Philosophus) est viuentis corporis causa & principiũ: derelinquitur ergo, ꝙ sit actus secũdus, qui est operatio ipsa.

Quod ẽt cõfirmatur p diffinitionẽ Arist. 2. de aĩa: ait enim, ꝙ aĩa est actus primus organici corporis physici, vitam habẽtis in potẽtia. Est aũt potẽtia vitã habẽs (vt dicit Auer. in cõmẽto) sicut aĩal dormiens: non. n. est abijciẽs aĩam, quod potẽtia ens vt viuat, cũ potẽtia sit viuere, sicut dicit in textu. Si ergo potẽtia viuẽs, est vt dormiẽs: dormiens aũt, est vt nõ operãs: priuatũ erit actu, potentia viuens: &, cum sit actu viuens vt vigilans, & vr̃, vt actu operans: ergo viuere est operari, & vita operatio. Hoc aũt ex multis locis ethicorũ licet auctorizari: ait. n. in nono, ꝙ viuere determinat aĩalibus potẽtia sensus, & potẽtia intellectus: potẽtia aũt (sicut dicit) ad operationẽ reducitur, principale. n. est in operatione: est ergo viuere principalr̃ sentire & intelligere. In. 10. aũt expresse dicit, ꝙ vita operatio quædam est. Hoc. n. & Gal. sensisse vr̃ in libro de ingenio sanitatis, cũ ait, oportet aut virtutẽ, aut eius, actionem esse vitã. Sed ĩpoſe est potẽtiam esse vitam: nã, sicut essentia aĩæ se habet ad totum corpus, sic eius aliqua potẽtia ad organũ ꝓprium, vt dicit Philosophus: sicut ergo aĩa nõ est vita totius, sed cã, ita nec potẽtia est vita partis, sed causa. Est ergo ꝫm hoc oĩs operatio quodam mõ vita organi eã perficiẽtis: vnde vita oculi, ꝫm ꝙ oculus est, videre: auris audire: linguæ aũt, ꝫm ꝙ huiusmodi, loqui & gustare: & oĩno hoĩs, ꝫm ꝙ est homo, est intelligere: imo & vita substãtiarũ separatarũ est suum intelligere. Et hoc est, quod Philosophus ait in secũdo de aĩa, & ꝙ multiplr̃ dicto viuere ipso, si alicui aliquid horũ insit, solum ipsum viuere dicimus, vt intellectus, & sensus, & motus, & status ꝫm locum, & adhuc motus ꝫm alimẽtum, augmentum, & decremẽtum. Hæc. n. oĩa ponit pro operationibus potestatum aĩæ: quod manifestat ex hoc, quod dicit, Motus & status ꝫm locum, & motus ꝫm alimẽtum &c. Motus. n. & status ꝫm locum sunt operationes virtutis motiuæ: motus aũt ꝫm alimẽtum est operatio virtutis nutritiuæ. Silr̃ ergo & intellectũ & sensum posuit ꝓ operationibus, & nõ pro potẽtijs. Propter quod recte in primo Ethi. vocauit somnũ dimidiũ vitæ: dormiẽtes. n. non dicunt viuere ꝫm operationes sensus & motus, quæ somno ligant, sed ꝫm operationes vegetationis, quæ nõ solũ tunc nõ ligant, sed magis vigent. Sed ex his nunq̃ scitur nisi in cõi, quid sit vita: quæramus aũt specialius. Manifestum est enim, ꝙ viuere est cõtinuus actus viuẽtis, nullo mõ interceptus: non. n. cessat nisi p mortem, à qua nõ fit reditus ꝫm naturã, nisi sicut de priuatione ad habitũ. Aĩal enim ẽt viuit, qñ non vigilat: & oculus, qñ non videt: & auris, qñ non audit: & homo, qñ non intelligit: & ideo hoc, qm̃ aĩatum est: aĩatum aũt ab inaĩato differt in viuendo, sicut dicit Philosophus. Si ergo aliqua est aĩæ opatio nõ intercepta, dũ aĩa inest corpori, illa proculdubio maxime & principalissime dr̃ vita: vnde manifestũ est, ꝙ hæc est nutritio: vnde in principio secũdi de aĩa ait, Dico aũt vitam per se alimẽtum, i. alitionẽ. si. n. mors est corruptio viuẽtis, oportet, ꝙ vita sit sicut generatio quædam, talis aũt est alitio, sicut post apparebit: vnde post dicit, Quæcunq; enim alunt, & in finem veniunt, quousq; possunt suscipere alimentum. Deinde autem conclusit, Viuere quidem igitur propter hoc principium, scilicet vegetatiuum, inest omnibus viuentibus: aĩal aũt propter sensum primum, habentia enim sensum, aĩalia dicimus, & viuere solum: cuius simile ẽt in libro de respiratione declarauit.

Sed dicet aliquis, ꝙ, si sic est, tunc aĩa non est actus primus habẽtis potẽtia vitam, sed habẽtis vitã in actu. Nisi esset, ꝙ ab aĩa, cum sit actus primus, qui similatur habitui non semp actum & opus emittenti, aĩatum nõ est nisi potentia viuens: ꝙ si ꝫm aliquam partẽ aĩæ habitus semper sit in actu, nihilominus ex parte habitus est potentia viuens tm̃. Adhuc aũt dicitur quis potẽs ambulare, cum ambulat: ergo & silr̃ potens viuere, dum iam viuit, sicut dicit Themistius. Sed principiũ totius nutritionis, totiusq; materiæ nutrimẽti cor est, ipsum enim primũ vegetari & sentire pspicuum est: quod aũt primũ hoc habet, & alijs est principiũ habendi. Cum ergo Peripatetici & medici dicunt à corde profluere vitam in totum, volunt hoc fieri nõ nisi per fluxum ab eo primorum instrumẽ

D torum vitæ, cũ quibus aĩa primũ viuificat tanq̃ habentibus oẽm vim aĩæ, sicut artis organa vires artis. Propter hoc & nos aliud principium faciẽtes dicemus, quòd Arist. in libro de respiratiõe diffiniẽs vitã dixit, ꝙ viuere habitus est aĩæ cum caliditate quadã: igne enim agit oĩa, sicut dicit. Fortassis aũt mirãdum de hac diffinitione, nõ enim vita est habitus, sed actus, sicut ex pdictis patet. Adhuc aũt neq; vr̃ habitus vel actus aĩę, neq; corporis, sed cõiuncti: quõ ergo dicit, ꝙ est habitus aĩæ? Dico aũt, ꝙ & sapienter hoc dixit. Licet. n. vita sit cõiuncti, tñ, qa in coniũcto nobilior pars est aĩa, sicut forma nobilior est materia, cui ẽt oĩs actio attribuenda est principaliter, imo ẽt simpliciter, & nõ organis, qbus agit: non enim, si ense dolamus, & ensis dolat, sicut dicit Princeps. Et non sine causa dixit, ꝙ est habitus. Dixit aũt habitus & nõ actus, ꝑpter duo, primo. s. ad ostendendũ principalitatẽ aĩæ super causanda vita: actus. n. exiens ab habitu magis est cõiuncti, cum nõ expleat sine organo: sed habitus plus est animę, in cuius est potestate agere. Secũdo, quia ꝫm quasdam operationes est viuere, quæ intercipi possunt cũ somno & cum ægritudine, nõ accidẽte mori ꝫm eas, eo ꝙ habitudinaliter inest viuere ꝫm illas essentia aĩę à principali adhuc organo dependente. Sed in veritate vita est actus secũdus corporis aĩati (vt dictum est) cõtinuus & nõ interceptus. Dixit aũt post Philosophus in eodẽ libro, quòd, qa viuere est habitus aĩæ cum caliditate quadã, in quo primo loco corporis, & in qua prima huius loci parte est principiũ ignis, hic & primã nutritiuam aĩam (dixit) necessarium est existere. Dixit aũt nutritiuam, quia ꝫm hanc est viuere, vt dictum est: hoc aũt ideo, quia alimentum necesse est

decoqui

B caput,quod ad cerebrum ordinat̃,verisimile est,ꝙ apud ipsam cōpositionē cerebri nō deficiat.Quare magnitudo capitis cū bonitate figurę fuit cōsequens fortitudinē virtutis informatiuę operātis circa multā & bonā materiā,& ideo erit signum bonę cōpositionis cerebri:& hoc ideo,q̃a nunq̃ existēte debili virtute formatiua cerebri pōt esse caput bene figuratū,cū figuratio capitis fit de operationibus illius virtutis ordinātis figurā capitis ad cerebri figuram:ꝓpter quod aūt vnūquodq; & illud magis:comitant̃ aūt seinuicē fortitudo virtutis & bonitas cōpositionis eius,& silr̄ bonitas operati,cū susceptiuū nō fuerit inobediēs. Si vero caput magnū non fuerit bonę figuræ,erit signū prauæ cōpositionis cerebri nō habētis q̃dem magnitudinē cōsequentē nisi solā materię multitudinē:& malitia figurę eius comitat̃ aut virtutis informatiuę debilitatē,aut ineptitudinē susceptiui. Quę aūt sit capitis bona figura,cōsequēter subiunxit dicēs, PROPRIA VERO &c.i.sed figura ꝓprie capitis,quę.ſ.debet̃ ei ſm naturā,est vna tm̄,ſ.sphęrica,in longitudine tñ facta,& p hoc habēs duas eminētias,ſ.ante,& retro,vt nō coangustent̃ origines neruorū deriuatę à cerebro,quę q̃dē in longitudine sunt positæ:& vt duę eminētię defendāt neruos,q̃ ad frontē descēdūt & nuchā. Tota aūt capitis figura fundata ē supra cranei figura,sicut multorū aliorū mēbrorū sup ossis sui figura fundata est:cranei aūt figurā oportet rotundā esse,vt sit plus cōprehēsiua,& minus impressionis susceptiuā.Sed decuit sphęricitatē eius esse vtrinq; parūper cōpressam ex vtraq; parte,& p idē habere longitudinem duas eminētias habentē,qm̄ origines neruorū à cerebro in longitudine sunt posite:quare oportet,vt nō coangustet̃,vt diximus.Adhuc ēt vt p longitudinē locus cellularū cerebri melius disponat̃:& hoc est,quod Gal.dicit, Ve-
C lut si videas sphęrā pfectam cereā,ex vtraq; parte leuiter cōpressam. Dicit aūt,leuiter,q̃a superflua cōpressio facit duas eminētias indecētes,& coarctat locū medię cellulę cerebri. Deinde dicit, NECESSE ENIM &c.i.necesse est huius talis sphęrę leuiter cōpressę ex vtraq; parte posteriora & anteriora fieri gibbosa,exeūtia à termino rotunditatis sphęrę in anteriori & posteriori p gibbū:ex vtraq; aūt parte,quæ cōpressa est,esse rectiora,i.exeuntia à termino rotūditatis p rectitudinē & planitiē amborū laterum. Sunt aūt tres aliæ figuræ capitis,licet innaturales,quarū vna est vt anterior eminētia minuat̃:secūda,vt minuat̃ posterior:tertia,vt pdat̃ vtraq;,vt fiat caput sicut sphęra pfecta longitudinē & latitudinē habēs æqualiter:à q̃bus cōsequēter docet sumere signū sup cerebri cōposi-
de iuua. tione,sicut ostendemus. Nec est(vt dixit Gal.)reperire quartā innaturalē,in qua.ſ.longitudo sit minor latitudi-
b.c.vlt. ne,nisi de corpore cerebri & ipsius vētriculis aliq̃d minueret̃,quod q̃dem vitæ est cōtrariū,sicut dicit. Deinde, cū docuit determinare hæc abinuicē p figurā,docet illud p ea,q̃ à capite nata sunt,& dicit, AB HIS VERO &c. i.& determinandū est ab his,quæ orta sunt à cerebro,ſ.p collū,& ea,quę in ipso,ossa & neruos,nō aūt ita,vt credatur ossa colli oriri à cerebro,sed melius disponi,cū p fortitudinē virtutis circa materiā multā & bonā operantis factū est caput maius:ꝓpter quod dicit,in alijs ossibus optime dispositis.Ipse.n.infra capl̄o de signis cōplexiōis cordis dicit,ꝙ cerebrū resistit cordi in latitudine vel strictura thoracis,eo ꝙ q̃titas nuchæ est ſm quātitatē cerebri:& ſm quātitatem nuchę est quātitas spondyliū:& ſm quantitatē horū est quātitas costarū:quare non semp cōitatur caliditatē cordis latitudo thoracis,aut eius frigiditatē illius strictura,sed cerebri aliq̃n quātitatē magnā vel paruā.
D Ergo oportet magnitudinē capitis cōcomitantē fortitudinē virtutis,circa materiā multā & bonam operantis disponere non solū bene ossa colli,sed ēt spondyles dorsi & costas:ꝓpter quod dixit,in alijs ossibus,& non solū colli,sed his,quæ sub collo. Gratia aūt neruorū & oīum lacertorū dicit̃ collū à cerebro oriri,ꝓpter quod dixit, Si & forte collum est &c.tunc est bonum signum,non solū multitudinem materiei significans,sed fortitudinem virtutis,circa materiam multam & bonā operantis.Est aūt fortitudo colli,imo etiā & totius corporis,ex neruis & lacertis consistens,quorum est figere & mouere totum corpus:& ideo dixit, ET SI neruosum est omne.i.totum collum,nō quia plures neruos habens,q̃ alia,sed quia grossos & duros,ex talibus enim inest eis fortitudo:& hoc manifestat alia translatio,dicit enim, ET SI nerui oēs grossi & fortes &c. Deinde dixit, ET PLENVM EST.ſ. carne,ſ.ea,quæ lacertorum , non quia caro à cerebro oriatur,sed quia fortitudinis virtutis est,cum emiserit fortes & magnos neruos à radice,circuntexere eis carnem sibi proportionatam , maxime cum materia non defuerit.

Deinde dixit, ET SI VIVIDVM. hoc autē fortassis dicit respectu operationis totius colli:est enim vita operatio,vt supra dictum est,quare & viuidum operatiuum interpretabitur. Aut forte dicitur viuidum respectu coloris ostendentis vitæ perfectionem:hic autem commistus est ex albo & rubeo,multi enim dicunt viuidum,bene coloratum. Quare ostendetur collum bene abundare in nutrimento & calore,& per hoc fortitudine virtutis esse factum tale ipsius principium , & non sola materiei abundantia: semper enim orta à principio attestantur

vigori & vitio ſui principij,& econtra,ſicut dicturus eſt infra. Et manifeſtum eſt per hoc,ꝙ ſignificat ex dictis, E
ſuper complexione cerebri tàm per figuram capitis,in qua ſtat capitis diſpoſitio,q̃ p virtutem & vitiũ motiuorũ.
Sed hic accidit dubitatio,quærens,quare,cum propoſitum eſſet ei vniuſcuiuſq; prædictarum partium craſeos
ſigna declarare, à cerebro inchoans dat ſigna nõ cõplexionis ſed cõpoſitionis. Et dicendũ,ꝙ bonitas vel malitia
cõpoſitionis,ſuper quas dat ꝓpria ſigna,ſunt ẽt ſigna temperantiæ & diſtẽperantiæ, quæ ſm cerebrum ſunt,qm̃
& ab eis cauſant: ait.n.& ipſe in primo de cõplexionibus,ꝙ ęqualitatẽ cõplexionis ſequat bonitas plaſmationis. cap.9.
Et intelligo,ꝙ bonitas plaſmationis paſsiuæ ſequatur ęqualitatem cõplexionis materiæ,ſ.mẽſtrui mulieris:& bo-
nitas plaſmationis actiuæ ſequat ęqualitatẽ cõplexionis agẽtis,ſ.ſpermatis virilis:quare nec eſt intentio eius ſignũ
bonæ vel prauæ cõpoſitionis cerebri hic dicere,niſi vt in cognitionẽ cõplexionis eius ipſa ſigna coaſſumat. Et erit
quidem ſm hunc modum ſignũ ſumptum à cõpoſitione ſuper cõplexionem,ſumptũ à caſibus cõplexionis,coin
cidit enim bonitas & malitia cõpoſitionis à bonitate & malitia cõplexionis ſm plurimum.

Si vero ſecundum occipitium eminentia minor ſit alicui,conſidera & neruos,& collũ cũ oſsibus alijs. Auc.
Secundum naturã ſiquidẽ his ſe habentibus,propter indigentiã materiei,non virtutis imbecillitatẽ taliter
factũ eſt:ineptioribus vero exiſtẽtibus infirmũ fuit principiũ.In pluribus vero ſecundũ occipitiũ indigẽtiã F
ĩbecillitas eorũ,quæ dicta ſunt,ſequitur,& raro valde nõ tale eſt. Craſsius vero ſecundũ occipitiũ caput cõ
ſidera,eiſdem,quibus in oĩ magno capite,vtens determinationibus.In pluribus vero & hic cũ bona figura
facta parencephalis,bonũ ſignum,quã quidam medicorũ poſterius cerebrũ nominant,quẽadmodum &
poſterius eſt determinatũ formã literæ lãbdę habẽte cõmiſſura. Spinę vero principiũ eſt pars hæc,& per il-
lã oĩum ſecundũ totũ aĩal neruorũ operatiuorũ. Ipſa vero poſterior pars ſecundũ ſe oĩno paucorũ ſenſibi-
lium participat,multorũ vero operatiuorũ,ſicut anterior,ſenſibiliũ quidẽ plurimorũ,paucorum vero ope
ratiuorũ.Itaq; bene diſpoſitæ perfectas habebunt à ſe procreatas naturas,vnaquæq; proprias.

Quod ſi ea,quæ ſecũdum occiput,eminentia aliquatenus minuatur,ſimul intueri oportet neruos atq; Leo.
ceruicẽ vnà cũ oſsibus alijs.Nã,ſi ſecundũ naturã conſtiterint,materiæ defectu,nõ virtutis ĩbecillitate con
tingit: illis vero nõ recte ſe habẽtibus principiũ eſt debile. Sed magna ex parte defectus,qui occipiti eue-
niunt,cõſequitur eorum,quæ ante diximus,ĩbecillitas,rariſsimeq; aliter euenire cõſueuit.Caput aũt,quod
ſecundũ occiput in acutiẽ tendit,aĩaduertere oportet ijſdem adhibitis diſtinguendi rõnibus,quibus antea
in capite grandiori facto vtebamur. Vt plurimum vero & hic optimum eſt ſignum figura concinna eius
partis,quæ cerebro adhæret,quam non nulli medici poſterius cerebrum appellare conſueuerunt, quẽad-
modum & poſterius exiſtit ea futura,quæ grçcæ literæ Λ formam habet præfinitam. Eſt vero huiuſcemo-
di pars,ſpinalis medullæ principium,& eius rõne neruornm oĩum in toto animali,qui actionibus obſer- G
uiunt.Ipſa aũt pars poſterior per ſe ipſam paucos admodum ſenſitiuos obtinet neruos,plurimos vero acti-
uos,ſicuti & anterior ſenſitiuos quidem plurimos,paucos admodum actiuos. Quare,vbi bene fuerit affe-
cta vtraq; pars,robuſtas habebunt eas,quæ ab ipſis,deriuationes.

Cum dedit ſigna cõplexionis cerebri ſumpta à diſpoſitiõe totius capitis,quæ attendit in magnitudine & figura Cõ.15.
ipſius,dat ſigna cõplexionis cerebri ſumpta à diſpoſitione partiũ capitis,& primo à diſpoſitione occipitij,& dicit,
SI VERO &c.i.ſed,ſi pars capitis poſterior,quę dicit eminẽtia ſm occipitium,fuerit parua,nõ erit hoc abſolute
ſignum prauæ cõpoſitionis cerebri,ſicut paruitas totius capitis,ſed erit diſtinguibilis tàm per ea,quæ ab ipſa oriũ
tur,q̃ ẽt per figuram ipſius.Propter quod ait,ſi hoc alicui fuerit,conſidera,quæ oriuntur ab ipſa parte(ſuæ.n.atte
ſtatur origini omne,qñ oritur)ſ.conſidera collum & neruos cum alijs oſsibus:nam,ſi iſta habuerint ſe ſm natu-
ram,i.fuerint conuenientia in figura,ſitu,& operatione(hoc.n.volebat per ſm naturã)non erit occipitij paruitas
ſignum prauæ cõpoſitionis poſterioris partis cerebri,ſicut eſt paruitas totius,ſed ſignificabit tale factũ eſſe occipi-
tium,i.paruum ꝓpter indigentiam materiei,nõ ꝓpter imbecillitatem virtutis.Si.n.virtus informatiua fuiſſet im
becillis,comitans diſtemperantiam ſeminum,remanſiſſet hæc pars poſterior ineptæ figuræ,& oĩno debilis in ſuis H
operationibus,& ſimiliter orta ab ea,cum trahant ab ipſa materiam & virtutem. Et ſignificauit per hoc, ꝙ ĩbecil
litas virtutis aliqñ eſt cauſa paruitatis materiei ꝓpter nõ poſſe circa materiã multam laborare. Sed,ſi prędicta ha-
buerint ſe ſm deteriorem diſpoſitionẽ diſpoſitione naturali(& hoc intendebat,cum dixit, Ineptioribus vero exi-
ſtentibus,in figura ſcilicet,& in ſitu,& operatiõe)tũc ſignificat radicis infirmitas ſm cõplexionẽ & cõpoſitionẽ,ſ.
cerebri,cauſata quidem à virtutis informatiuæ debilitate,quæ ſeminis diſtemperantiam comitatur.

SED QVAERET aliquis,quare paruitas occipitij nõ eſt ꝓprium ſignum prauæ cõpoſitionis poſterioris par-
tis cerebri,ſicut paruitas totius capitis eſt ꝓprium ſignum prauæ cõpoſitionis totius cerebri,maxime cũ eadem vi
deatur ꝓportio partis capitis ad partem cerebri,ac totius capitis ad totum cerebrum. Eſt dicendum nõ oĩno eſſe
ꝓportionem eandem,toto.n.exiſtente paruo ĩpoſe eſt nõ eſſe parua & debilia,quæ oriunt ab illo. Nec.n.bene eſt
perſuaſibile naturã circa digniora deficere in neceſſarijs,abundare aũt in vilioribus. Quare paruitas totius capitis
nõ eſt diſtinguibilis in bonitate & malitia p ea,quę oriunt ab ipſa.Sed aliter eſt de paruitate occipitij.Solo.n.occi
pitio exiſtẽte paruo nõ poterit dici naturã oĩno deficere circa dignius,ſ.circa cerebrũ:quare nec eſt neceſſariũ defe
ciſſe circa exorta.Quare,ſi figura eius eſt cũ hoc bona,nõ ſignificat cũ hac paruitate ĩformatiua debilis:quare nec
diſtemperantia radicis.Quare accidet paruitatem occipitij diſtinguibilẽ eſſe per orta ab ipſo,& per figuram ipſius
in bonitate & malitia,vt dignoſcatur ex hoc aliquã paruitatem occipitij nõ virtutis imbecillitate factam eſſe,ſed

A materiæ,aliquam paucitate solius materiæ. Sed,qm̃ vtplurimũ proportio,quã diximus,vera est,ideo subiũxit, IN PLVRIBVS VERO &c.i.sed in pluribus ibecillitas eorum,quæ dicta sunt,s.neruorũ,& colli,& nuchæ,& dorsi,comitatur paucitaté materiæ, vnde debuit occipitiũ generari. ET RARO valde non tale.idest,nam illud occipitium paruũ,ad quod nõ sequat̃ debilitas prædictorũ,est rarũ valde:hoc aũt ideo,quia à parua radice parua sunt,quæ inde oriuntur : parua aũt & exilia inepta sunt operationi,& maxime motui,ideoq; debilia. Deinde, cum docuit signa cõplexionis cerebri sumpta à paruitate occipitij,docet signa illius sumpta à magnitudine illius, & dicit, CRASSIVS VERO &c.i.sed,si caput ꝼm occipitium fuerit habẽs eminentiã crassiorem, cõsideramus in illo,eodẽ modo determinatis eisdem,s.figura,& his,quæ ab ipso oriunt̃,sicut determinata sunt prius in toto cápite,quod natum est magnum.Dixerat aũt de magno capite,ꝙ nõ est ex necessitate signũ bonæ cõpositionis cerebri,sed solum qñ est cõcomitans fortitudinẽ virtutis,circa materiã multã & bonã operantis:& ꝙ discernẽdũ illud erat ex figura,& his,quæ ab ipso oriunt̃. Similiter ergo & hic determinandũ non esse magnũ occipitium de necessitate signũ bonæ cõpositionis posterioris partis cerebri,sed solum qñ comitat̃ fortitudinem virtutis informatiuæ,circa materiam multã & bonam operãtis,quod sit̃r discernendũ est per figuram,& ea,quæ ab ipso oriuntur: ꝓpter quod continuo subiunxit, IN PLVRIBVS VERO &c.i.& in pluribus verificat̃ bonam figurã parencephalidos,i.posterioris capitis,esse signum bonæ cõpositionis cerebri illius partis. Dicit aũt,in pluribus,cũ superius bonã figuram totius capitis dixerit esse semp bonũ signum,quia fortassis nõ est semp veridicum , sicut illud:

B potest.n.& sine bona cõpositione alicuius partis cerebri , illius partis capitis figura nõ peccare virtute formatiua ꝼm id vigorata,ꝓpter aliquã materiei aptitudinẽ ꝼm illam partem. Et vult per bonam figurã,eam,quæ naturalis est illi parti,quam medici(sicut dicunt)assimilantes determinãt forma,habẽte cõmissuram,velut lambda literam græcam,quæ talis est Λ. Hæc enim litera videt̃(sicut apparet)habere cõmissurã duarũ linearum rectarum,à diuersis punctis veniẽtium,in angulo vno ad modũ cõmissuræ anguli trianguli:& huic sitis est figura cranei in occipitio,sicut spectare licet ex anatomia : sub qua figura demonstrat̃ posterioris cerebri cellulam esse aptam oĩbus suis operationibus,sicut ostẽditur libro de iuuamẽtis mẽbrorum. Si aũt huius partis capitis figura nõ habuerit se ꝼm naturã(sicut dictum est)in pluribus erit signũ prauę cõpositionis posterioris partis cerebri,nõ tñ semper,quia nõ est necessarium,ꝙ, si virtus informatiua deficit circa partẽ extrinsecã & ignobilem,deficiat circa intrinsecã & nobilem:nobiliora.n.ampliore naturæ ꝓuidentia reguntur. Deinde,cũ docuit illud determinari à figura posterioris partis,docet illud determinari p ea,quę oriunt̃ ab illa parte,primo ostẽdẽs,quæ sunt exorta ab illis,& dicit, SPINAE VERO &c.i.& hæc pars est principiũ spinæ,& p spinam est principiũ oĩum actionum neruorũ,quæ sunt ꝼm totum aĩal,i.motuum. Volebat.n.per actiones,motus ipsos,ad differentiã sensuum,q potius dicunt̃ passiones quædam:est.n.motus quasi in aliud actio,sensus vero ab alio passio:sed spina est genus ossis, quod est additamentũ dorsi,ꝓpter quod & frequẽter spina ponit̃ pro dorso.Sed manifestũ est,ꝙ cerebrũ nõ est ossiũ principiũ,

C non.n.dicunt̃ ossa principiari ab aliquo principali mẽbro,sed sunt ipsa sicut corporis fundamẽtum,& sustentaculum erectiõis & motus.Principiũ aũt oĩum aliorum ossiũ est dorsum,sup quod & totũ corpus fabricatũ est,existens qdem sicut lignum,quod in exordio nauis prius ponit̃,cui reliqua ligna postea infiguntur. Et,qm̃ dorsum est clypeus mẽbrorum nobiliũ,quę sunt corã ipso,fuerunt ei spinę quasi arma,qbus bellatores ĩpediẽtes repelluntur.Cum ergo dicit,ꝙ pars posterior est principiũ spinę,intelligit nõ dorsi vel spinę ꝓprie dictę,sed spinalis medullę,quę quasi pars cerebri existẽs,& ab illo ꝓcedẽs trãsit p dorsum,ꝼm cuius exigentiã disponit̃ ẽt quãtitas dorsi.Dicitur aũt,ꝙ p spinã est principiũ oĩum actiuorũ neruorum,q sunt ꝼm totum aĩal,quia cerebrũ principiat oẽs neruos,pręter paucos,mediãte spinali medulla,quę est eius vicaria in illo,& p ipsam medullã descẽdit à cerebro virtus motiua in neruos,q ab ipsa trahũt originẽ. Dixit aũt,oĩum,qa perpaucos est excipere,sicut dictũ est. Fuit autẽ spinalis medulla ideo vicaria cerebri in emissiõe neruorũ à se ipsa,qa,si nerui oẽs à cerebro nascerẽtur , fuisset necessarium caput esse multo maius,q̃ sit,quod esset onus corpori:neruo quoq; necessariũ esset ptransire longã viã, anteq̃ pueniret ad extrema corporis:quare esset magis nocumẽtis expositũ,& eius longitudo debilitaret eius fortitudinẽ ad mouendũ mẽbra grauia. Qm̃ aũt dixerat posterius cerebrũ esse principiũ oĩum neruorũ motiuorũ,

D ne accidat admirari,qa dixit,oĩum motiuorum,& nõ dixit,aliquorũ,subiunxit, IPSA VERO &c.i.ipsa posterior pars cerebri ꝼm se,i.per sui naturã,in oĩbus,i.nõ solum hoĩbus,sed in reliquis aĩalibus est principium paucorum sensibilium & multorum motiuorum , sicut pars anterior plurium sensibilium & paucorum motiuorum.

Hec autẽ ideo,qa(sicut dicit Philosophus in 2 de cœlo & mundo,& in lib.de ꝓgressu aĩaliũ)anterius diffinitur p esse illud,in quo fit nobis sensus.In quacũq; parte ergo fit nobis sensus,illã oportet maxime principiare neruos sensibiles:sed anterior pars est talis:ergo ab ipsa & in ipsa oportet sensibilium plurimorũ esse ortum: quare posteriori parti derelinquitur ortus motiuorum , cum non possint ab eadẽ parte oriri. Et,qm̃ oportuit sic esse,fuit cerebrum anterius,habẽs principiare rẽ passiuã ab altero,magis molle,vt,quod ab ipso oritur,sit facilius passibile: cerebrum vero posterius,habẽs principiare rẽ actiuã in alterũ,fuit magis durum,vt,qd ab ipso oritur,sit forte in retẽtiõe & expulsiõe,quę motui sunt necessaria. Deinde,cum dedit,q mẽbra principiãtur ab vtraq; parte cerebri,s.posteriori & anteriori,docet p illa,qũo magnitudo occipitij sit signum bonę cõpositionis posterioris partis cerebri,& qũo nõ,& dicit cõcludẽdo, ITAQVE &c.i.ergo cum hęc,s.anterius & posterius cerebrũ,fuerint bene disposita,vnũquodq; oriẽtiũ ab illis hẽbit ꝓprias naturas pfectas,s.cõplexionẽ & virtutẽ:si aũt male,ĩperfectas.Si autẽ hęc illa comitãtur,tũc & sup illa significãt, sicut effectus sup suã cãm. Et est manifestum p hęc,ꝙ in hoc loco docuit deuenire in cognitionẽ cõplexionis cerebri p genus signorum,quod est operatiuorum virtus & vitium.

DICAMVS autẽ post hoc,digrediẽtes,ad qd cõstitutũ sit cerebrũ ĩ corpore hoĩs,& ad qd nucha,qd quoq; sit vnũquodq; ipsorũ,& vtrũ ortus neruorũ sit ab ipsis,an ab alio,sicut vr̃ Philosopho. Dico ergo(sicut Gal. vr̃)ꝙ cerebrũ est mẽbrũ organicũ,virtutũ aĩaliũ ꝑncipiũ scdm,quarũ qdã ĩ ipso pficiũt suũ opus,et harũ cõparatiõe est

[Margin notes: ...ni.pria 1. ...c.5.sũ. 1. 11.&.12. nat. aĩa- ...i cap. 10. 10.cap.5. — ...exẽplari ...ręco ma- ...u scripto ...õ legitur, omnibus, ...d παντά- ...ασι, qđ ẽ ...ino,i.pau- ...os ad mo- ...ũ neruos ...sitiuos po ...erior capi ...s pars ha- ...et. ...x. cõ.8.]

proprius organum,& nõ principium, ſicut poſt dicemus:qualis eſt ſenſus cõis,imaginatiua,& memorialis,& ho- E
rum media cogitatiua,de qbus poſterius intendẽdum eſt. Quedã vero ab ipſo ad aliud ꝓfluunt,ſ.ſenſitiua & moti
ua,& harũ cõparatiõe dicit̃ principiũ ſcd̃m reſpectu cordis,quod eſt principium primum,ſicut ſupra oſtẽſum eſt.
Sed, vtrũ , & qũo cerebrũ principiat ſenſum & motũ poſt cor oĩbus mẽbris participãtibus illis,hic oſtẽdamus.
Dico ergo primo,ꝙ Ariſto.in lib.de part.aĩalium dicit,ꝙ natura cõdidit cerebrum ad totius ſaluationẽ. Oportet 2.d̃ pti.c.7.
enim aĩal habere quendã caloris fontẽ , maxime enim(ſicut dicit)deſeruiẽs aĩæ operibus eſt corpus , quod calidũ:
nutrire.n.& mouere aĩæ opera ſunt,hæc aũt maxime p calorẽ fiunt.Sed oĩa vergentia in alterũ extremũ indigẽnt
cõtraria inclinatione,vt ſortiant̃ cõtraria mẽſuratũ & mediũ,& mediũ eſt illud,quod maxime habet & ſaluat ſub
ſtantiã,ſicut dicit:quare oportuit aliquod frigidũ fieri,cordi oppoſite collocatum,quod adequet eius exceſſum in
calore:collocari aũt ſurſum,qa motus caloris maxime ſurſum,plus.n.calefacit ignis in ſurſum,q̃ à dextris vel à ſi-
niſtris ꝓpter hoc idẽ: hoc aũt eſt celebrũ , ſicut dicit. Et ꝓpter hoc oĩa ſanguinẽ habẽtia habẽt cerebrũ,aliorũ autẽ
nullũ:hoc aũt ideo,qa ſanguinẽ habẽtia,magis ſunt excedẽtia ĩ calore nõ habẽtibus,ꝓpter qd̃ magis indigẽt adę-
quari:& ꝓpter hoc idẽ dicit hoĩem hr̃e maius cerebrũ reliqs aĩalibus,vt ad ſuã magnitudinẽ,quia plus habet calo
ris:ſignũ huius(vt dicit)eſt aĩal erectũ eẽ:inualeſcẽs.n.calidi natura facit incremẽtũ ſm ꝓpriam calidi lationẽ,hoc
aũt eſt in ſurſum. Oſtẽdit aũt eius frigiditatẽ à duobus,à reumate phlegmatis & liquoris,ſilr̃ factũ pluuiarũ ge-
nerationi.Cum.n.exhalauerit à terra vapor,& delatus fuerit à calido in ſuperiorẽ locũ,rurſum conuertit̃ in aquã F
ꝓpter loci frigiditatẽ:ſilr̃ ibi vapor à cibo p calorẽ reſolutus,& ſurſum delatus,in reuma cõuertit̃ à cerebri frigidi-
tate.Oſtẽdit ẽt hoc à ſomno , nã & ipſum eſt de principalibus cauſis ſomni : infrigidãs.n.vaporis efflũetiã,quæ ab
alimẽto cõſurgit,calorẽ & ſanguinẽ fugat deorſum : ipſum quoq; calorẽ cõpingẽs & ſpũm,& aditũ eis præcludẽs
ad organa ſenſus & motus,dormire facit. Sed hoc ei cõceſſo nõ concedit̃ ei,quod dicit,ipſum nõ eſſe aliquo mõ
principium ſenſus.Dicit.n.ꝙ nullius ſenſus põt eẽ cauſa,quod inſenſibile:cerebrũ aũt eſt inſenſibile ſm ſeipſum.
Adhuc aũt dicit,ꝙ oportet principiũ ſenſus hr̃e cõtinuitatẽ ad ſenſitiuas particulas:ſed cerebrũ(ſicut dicit)neq;
vnã cõtinuitatẽ habet ad eas,quod dicit eẽ manifeſtum p viſum. Sed hoc dictum inſtãtiã habet nõ paruã. Si.n.
nõ põt eẽ principium ſenſus,quod ĩſenſibile,nõ poterit pari rõne principium viſus eẽ,quod inuiſibile eſt:& tunc
cor ſm eum nõ erit ꝑncipium viſus,cum ipſum nõ videat:hoc autẽ diſſonat dictis eius,volẽtis vlr̃ principium oĩs
ſenſus eẽ cor. Adhuc manifeſtum ẽ,ꝙ cor eſt principium primum & cã oĩum virtutum animę , ſicut organum
primum ſubſtãtię aĩę principalr̃ deputatum. Si ergo ſilr̃ dicat̃ nõ eẽ principium primum & cãm voluntarij mo-
tus,quod nõ eſt voluntarie mobile,nõ erit cor illius virtutis principium primum,cum nõ ſit voluntarie mobile:
hoc autẽ diſſonat à dictis eius. Adhuc autẽ cõtinuitatẽ vr̃ hr̃e ad ſenſitiuas particulas,primo quidẽ ad eius vela-
mina,ſecundo ad neruos ipſos,quos eẽ organa tactus,nec ipſe põt diffiteri,carnem eẽ medium in tãgẽdo confitẽs.
Adhuc autẽ eſt manifeſtum,ꝙ ſenſus ſm actum eſt alteratio q̃dã à ſenſibilibus.Cum ergo oẽs ſenſus particula-
res rñdeant ſenſui cõi,oportet ſenſum cõem hr̃e organum facile alterabile:tale autẽ eſt,quod molle,nõ quod du- G
rum:difficulter autẽ paſsibile,qd̃ durum:q̃re organum illius magis apte erit cerebrum,q̃ cor. Adhuc autẽ cere
brum ipſum magis ſm anterius , q̃ ſm poſterius,mollius.n.anterius. Et hoc eſt,quod Gal.dicit lib.de iuuamẽtis lib. 9. ca.3.
mẽbrorum,ꝙ cerebri ſubſtãtia eſt ꝓpinquiſsima inter oẽs res aſsimilatiõi neruorum ꝓpter indigẽtiã originis eo-
rum ab eo.Sed dixit,ꝙ eſt magis mollis,hoc ipſo ſcilicet,quia,cum recipiat id,quod reddunt ei oẽs ſenſus,& ima-
ginet̃ & formet res oẽs ĩtellectas,fuit ei mollities aptior,qm̃(ſicut dicit)iſtę opationes nõ fiunt niſi p inſtr̃m,ĩ quo
facile fuit alteratio & mutatio:ſed huius naturę magis ẽ res mollis,q̃ dura : ſed manifeſtum ẽ,ꝙ cor eſt multum du
ræ ſubſtãtię : quare ineptum,vt ſit primi ſenſus organum. Adhuc autẽ(ſicut ipſe Ariſt.dicit in eodẽ libro)robo 2.d̃ pt. c.4.
ris quidẽ factiuus magis,ẽ groſsior ſanguis & calidior:ſenſibilior autẽ & magis intelligẽs,qui ſubtilior & ſubfrigi
dior: propter quod dicit,ꝙ apes & aĩalia alia talia prudẽtiora ſm naturã ſunt multis habẽtibus ſanguinẽ:& habẽ-
tium ſanguinẽ,frigidum habẽtia & ſubtilẽ & purum prudẽtiora cõtrarijs:optima autẽ(ſicut dicit)calidum habẽ-
tia & ſubtilẽ & purum , ſimul.n.talia & ad virilitatẽ & prudẽtiã habẽt bene.Sed manifeſtum ẽ,& ipſe in eodẽ di-
xit,ꝙ circa cerebrum ſanguis ſubtilior & purior & frigidior eſt : ait.n.de cerebro loquẽs, Vt autem hęc particula
ſortiat̃ moderatã caliditatẽ,ab vtraq; vena,ſ.magna & aorti, ꝑtingunt venę in miringã eã,quę circa cerebrum:vt
autẽ nõ lædat̃ caliditate,ꝓ magnis quidẽ & raris crebrę & ſubtiles venæ ambiunt ipſum,ꝓ turbido autẽ & groſſo
ſanguine ſubtilis & purus & frigidus:ꝓpter quod & reumata ĩ corporibus exiſtunt,& magis,quibuſcunq; fuerint
ea,q̃ circa cerebrum,frigidiora cõmẽſurata cõplexione. Adhuc autẽ guſtum & tactum tẽdere dicẽs ad cor,oſtẽ H
dit auditum,odoratum,& viſum in capite collocari ꝓpter organorum naturã. Adhuc autẽ quia dicit hos ſen-
ſus pſpicaciores eſſe ꝓpter ſpiritualr̃ magis cõprehẽdere:ſed neceſſarium eſt(ſicut dicit)pſpicaciores fieri ſenſus p
habẽtes puriorẽ ſanguinẽ partes,aufert enim(vt dicit)motus caliditatis,quæ in ſanguine , ſenſitiuã operationem:
quare organa horum trium ſenſuum nõ ſunt circa cor,ſed circa cerebrum. Ex his ergo ipſius dictis manifeſte
cõcludit̃ opportunius & dignius cerebrum eſſe organum primum ſenſus,quã cor,quod tum duritie ſubſtantiæ,
tum ſanguinis feruore,tum ipſius craſsitie primo ſenſui ĩeptum exiſtit. Adhuc autẽ ꝑncipale organum oĩs ſen-
ſus eſt neruus(ipſe.n.Philoſophus in eodẽ libro oñdit,ꝙ oĩs ſenſus fit p partẽ homiomerã,quia quilibet ſenſus eſt
vnius gñis,organum autẽ cuiuslibet ſenſus ẽ ſuſceptiuum ſenſibilium ipſius,patit̃ autẽ exiſtẽs potẽtia,ab actu en-
te:quare oportet patiẽs eẽ idẽ gñe cum actiuo:q̃re,ſicut illud vnum,& hoc vnum erit,ergo & homiomerꝝ:id autẽ
magis vnum,quã cõpoſitum : ſed nihil tale ꝓprie niſi neruus. Licet.n.mẽbrum cõpoſitum,vt muſculus,& ocu-
lus,& auris,& lingua ſint inſtr̃a propria ſenſuum,tñ ſm ſententiam Gal.quędam ſola in ipſis particula principalis 1.de acci.&
eſt operationem faciens , reliquæ autẽ ſunt iuuamẽtales , quod de tactu & guſtu primo eſt manifeſtum. Oſtendit mor. ca. 8.
enim Ariſto. carnem mediare in his ſenſibus,organum autem eſſe intus : ſed quid erit illud niſi neruus? Si enim
illud velit cor eſſe per hoc,quod dicit,ꝙ ĩtẽdit ad cor,tunc nõ erit organum ſenſus homiomerũ,ſicut dicit. Sin aũt

A cor non eſt per ſe illorũ organum,ſed per cõſimilia eius,tunc dicemus,ꝙ nõ per partẽ carneã,qa illa mediat apud eum,ergo p nerueam. Quare videt̃ oĩ modo,ꝙ neruus ſit organum tactus & guſtus,ẽt apud Ariſt. Adhuc autẽ & ipſe ponit organũ ſenſus cõis eſſe cor. Sed impoſe eſt vnũ idẽ organum eſſe ſenſus cõis,& proprij.ſ.tactus,quia tũc cõtingeret in organo ſenſus tactus recipi alba & dulcia,quod eſt ĩpoſe. In auditu aũt niſi motus factus in aere quieto,qui eſt in aure, contingat neruũ expanſum in ſuperficie oſsis petroſi, nunq̃ fiet auditus:quare neruus ille principaliter eſt organũ auditus,& ſiľr eſt in odoratu. In viſu aũt licet formatio coloris & vľr rei viſibilis ſit in cryſtallino,tñ pfectio viſus non ſit niſi in loco cõi,vbi interſecant ſe duo nerui optici duabus formis vtrinq; venientibus in ſpũ deferente,tendẽtibus in vnã,propter ſpirituũ in illo factã vnionem,ſicut dicit Gal.& Princeps:aliter.n. duobus videre oculis nõ eſſet vnum videre. Sed nulli mẽbro oẽs nerui continuant̃,prǽterq̃ cerebro,oẽs enim cõtinuantur aut per ſe aut per mediam nuchã:cui aũt omnia organa ſenſuum cõtinuantur,illi ſenſibilia oĩa reddũtur:circa ergo illud dignius eſt organũ primi ſenſus,ſ.ſenſus cõis. Adhuc aũt nõ,ſicut venę oẽs ſunt vna vena,i. ab vna ramificatę,ita oẽs nerui ſunt vnus neruus,non.n.ramificantur ab vno,ſicut per viſum patet. Et cauſa huius eſt,qa nõ eſt operatio neruorũ cõiter vna,ſicut & venarũ: alij.n.ſunt,quibus fit motus:alij,quibus ſenſus fit: alij aũt,quibus fit vtrũq;. Illorũ quoq;,quibus ſenſus fit,alij ſunt,quibus fit ſenſus tactus:alij,quibus guſtus:alij, quibus auditus,& ſic de alijs. Quare,ſicut ſunt diuerſarũ operationum,diuerſorũ generum,& diuerſorũ ſenſibi-

B lium ſuſceptibiles,ita & diuerſarum naturarũ eſſe oportuit,quare nec decuit ab vno ramificari. Si ergo redditus ſenſibiliũ ꝓpriorum fit p neruos,vt ſupra oſtenſum eſt,hi aũt neq; inueniunt̃ ramificati ab vno,cuius principiũ ſit à corde,neq; oẽs continuati cũ corde,impoſe eſt organum ſenſus cõis eſſe cor,in quo.ſ.eius operatio pficiatur.

Sed diceret aliquis,ꝙ principiũ primum ſenſus eſt cor,ſicut cęterarum aĩę poteſtatũ,per modum,quem ſupra diximus:vnde aũt & vbi eſt principiũ primũ virtutis vnũ,ibi & inde eſt principiũ primũ & progreſsio inſtrumenti,ſicut dicit Princeps libro ſuo de aĩalibus,cõtra Gal.hoc aſſumens. Sed nos dicemus ad hoc,nõ eſſe iſtud verũ abſolute. Manifeſtũ eſt.n.ꝙ oẽs virtutes mẽbrorum,i.quorũ ſingula mẽbra ſunt inſtrumẽta vel organa,primo ꝓgrediuntur à corde p modum,qui dictus eſt,& tñ non oĩum illorum ꝓgreſſus eſt ab ipſo,ſicut per ſe patet. Propter quod dicemus,ꝙ inſtrumẽta virtutũ duorũ ſunt modorum:quædã.n.ſunt ſicut vehiculum,vt ſpũs:quædam vero ſicut ſemite,quibus illę influunt p ſpũs mẽbris oĩbus, vt arteria vel vena,& de iſtis verũ eſt,ꝙ ꝓgrediuntur & principiant̃,vnde & virtutes:quędam aũt ſunt organa,quibus illarũ operatio exercet̃,& taliũ progreſſus nõ eſt neceſſario à loco,vnde ꝓgredit̃ primo virtus. Sed nerui non ſolũ ſunt inſtrumẽta,quibus influit ſenſus & motus, ſed ſunt ẽt ea,quibus fit ſenſus & motus,ſicut ex p̃miſsis patet: nullum.n.mẽbrum ſentit & mouet̃ principaľr niſi neruus:quæ aũt videnť ſentire,nõ entia neruus,mediãt in ſenſu tm̃:chorda ẽt non cõtrahit vel relaxat mẽbrũ,cui cõtinuat̃,niſi cõcomitans contractionẽ vel relaxationẽ neruí. Quare nõ eſt neceſſarium ꝓgreſſum neruorũ eſſe à

C corde:ſi.n.eſſet à corde,cũ nobis manifeſtũ ſit p ſenſum non oẽs neruos ab vno ramificari,nec ipſos oẽs cordi cõtinuatos,ſequeretur aliquos neruos nõ eſſe neq; ſemitam vectionis ſenſus aut motus,nec organũ,quod manifeſte diſſonat his,quę videmus,& oẽs dicũt. Adhuc,ſi neruus dat̃ à corde,quare oportuit ipſum cõtinuari cerebro, ſi nihil ei exhibeat,& cerebrũ eſt inſenſibile?nullã.n.poſt talẽ ſuppoſitionẽ rõnabilẽ cauſam eſt fingere. Poſſunt itaq; influere virtus ſenſibilis & motiua p arterias à corde in cerebrũ,exiſtẽtes quidẽ & ipſę adhuc indiſtinctæ non ſolũ à ſeipſis,ſed ab alijs,cũ adhuc ſolũ in organo cõi vehant̃, quod eſt ſpũs:diſtinctio.n.virtutis non accidit niſi p organũ ꝓprium. Signũ aũt eas p arterias ꝓgredi primũ à corde ad cerebrũ,eſt,ꝙ,ſi arterię quædã,quæ in collo ſunt,cõſtringant̃,accidit fieri inſenſibiles & ĩmobiles,ſicut dicit Philoſophus: cuius cã nõ eſt alia,quã ꝓhibitio ꝓgreſſus illarũ virtutũ ĩ organa ꝓpria. Ortus aũt neruorũ à cerebro & nucha ſignũ ẽ (ſicut Gal.dicit)mollities eorũ circa cerebrũ,atteſtãs ſuę radici,& eorũ ĩduratio poſt elongationẽ ab ipſo: ipſorũ quoq; craſsities iuxta cerebrũ & nuchã,& eorũ ſubtiliatio,cũ elongant̃ ab eo,ſicut arboris ſtipes ẽ groſsior iuxta radicẽ,ſubtilior aũt in ramis,cuius ſiľe ẽ videre ĩ ortu arteriarũ & venarũ à corde:adhuc aũt & cõtinuatio oĩum ipſorũ cũ ipſo p ſe vel p aliũ. Sed hęc & hmõi ſigna nõ ſunt neceſſario illud oſtẽdẽtia,etenim durities & groſsities & ſubtilitas fiũt à virtute ĩformatiua, & non à materia. Adhuc autem quia hęc virtus informatiua, ſicut diſcernit materiam cerebri & cordis,ſic poteſt diſcernere materiam neruorum & nuchę,& applicare hãc,cui expedierat. Sed,quicquid de ortu ipſorum à cerebro ſit,applicationẽ tamen ipſorum omnium ad ipſum videntes,& maxĩe ſenſibilium,nullo modo dubitamus

D cerebrum habere aliquem principatum ſuper ſenſum & motum.

SED SPINALIS medulla,quæ dicitur nucha(ſicut dicit. Ariſt.in libro de partibus aĩalium)non eſt ſĩlis alijs medullis. Eſt.n.medulla(ſicut dicit)ſanguinei alimenti diſtributi in oſſa interceptũ ſupfluum digeſtum.dico aũt nõ ſuperfluum eijciendũ,ſed continẽdum ad refectionẽ oſsis. Sicut.n.dicit Princeps,ex mẽbris quædã ſunt,quorũ cõplexio à ſanguinis cõplexione multũ eſt remota:quare oportet ſanguinẽ ipſa nutrire debentẽ,multis cõuerſionibus in ea cõuerti:& talibus factũ eſt foramẽ,in quo longo tpe ĩmoret̃:quęcũq; aũt ſunt talia(ſicut dicit)neceſſe eſt,vt nutrimẽto ampliori,q̃ eis tũc ſit neceſſe,repleant̃. Signũ aũt ipſum eſſe ſupfluũ digeſtũ ſanguinei alimẽti diſtributi in oſſa,eſt,qa inuenimus medullã oſsiũ embryonis ſanguineã,augmẽtato aũt & digeſto pmutare colorẽ,ſicut & oẽs partes. Sed ſpinalis medulla nõ eſt ſanguinoſa vel ſepoſa,quẽadmodũ aliæ,ſed(ſicut dicit)neruoſa & viſcoſa,habẽs colligare ſpinã,quę ꝓpter diſtinctionẽ ſpondylũ colligatione indiget,debuit eſſe nõ frangibilis,ſed potẽs hr̃e tenſionẽ in flexiõe dorſi,ſicut dicit Philoſophus. Nos aũt dicemus ſpinalẽ medullã nõ aſsimilari alijs medullis in eſſendo ſupfluũ nutrimẽti diſtributi in oſſa. Nõ.n.eſt ſupfluitas nutrimẽti ſpinę,ſed eſt genita ex p̃ma materia totius,ſicut & ſpina & alię particulę corporis,exiſtẽs qdẽ ſemita,q̃ deſcẽdit virtus motiua in neruos:cuius ſignũ ẽ,ꝙ eius abſciſio,ſiue durities abſcindit motũ ĩ oĩbus partibus,ad q̃s pueniebat neruus à loco eius,q̃ eſt poſt reciſionẽ vel duritiẽ. Fuit aũt neruoſa,nõ vt colligaret ſpõdiles,q̃ ligamẽtis à ſeipſis ꝓdeũtibus bñ colligant̃,ſed vt ĩ emiſsiõe neruorũ à ſeipſa,eẽt vicaria cerebri,& vt iterior ſubſtãtia medullaris ſit meli⁹ ſaluatã p pãniculũ nerueũ

li. de nat. aĩ ũ ca.8.

d pti.aĩ.

ña.1. doc. ca.de mẽ ris circa ſi ĩ capitis.

d prt.c.7.

circũſtantem ad imaginem medullaris ſubſtantiæ cerebri velaminibus ſuis contextę. Propter quod videt̃ & ipſa E quędã pars cerebri, nullo mõ exiſtens vt ſupfluum, vel alterius nutrimẽtũ : nutrit̃.n.& auget̃ ipſa, ſicut & reliquæ partes, nutrimenti aũt nõ eſt nutritio, & oĩno nec cibi cibatio. Nec ẽt eſt calida, ſicut reliquæ medullę, ſed frigida, cuius ſignũ eſt neruoſitas & frigiditas totius dorſi: qđ manifeſtãt rigores inde incipiẽtes. Quare nõ erit ſpinalis medulla cõiuncta cerebro, vt adęquet eius frigiditatẽ (ſicut dicebat Philoſophus) paris ſecũ frigiditatis exiſtens. 2. de parti. capite 7.

Ant. Eędem vero in anterioribus capitis partibus ſignorum eorum, quæ ſecundum frontem, determinationes, his, quę ſecundũ poſterius, ad paruitatem & magnitudinem eius reſpicientibus nobis, & figurã, & qui in his ſunt ſenſus, viſum, guſtum, & odoratum. Mutuæ.n.ſunt cognitiones, & inuicem ſibi atteſtantur, à principio nata principij virtuti & vitio: & principium his, quæ ab eo nata ſunt.

Leo. Eędem quoq; diſtinctiones adhibendæ ſunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinentes, quę etiã ad poſteriores, earundemq; paruitatẽ & magnitudinem inſpicere oportet, atq; itidẽ figuram, & ſenſus ibi collocatos, viſum, guſtum, atq; odoratum. Hæc enim ſe inuicem indicant atq; atteſtantur, & quę à principijs oriuntur principij virtutem & vitium, & principium ea, quæ ab ipſo naſcuntur.

Cõ. 16. Cum dedit cognitionẽ cerebri p totius capitis diſpoſitionẽ cõprehẽſam in magnitudine & figura totius: cum dedit ẽt cognitionẽ cõplexionis eius p diſpoſitionẽ occipitij, cõprehenſam ſilr in magnitudine & figura illius, ex F quo extrahit ſigna cõplexionis cerebri ſumpta à virtute & vitio motiuorũ, dat cognitionẽ cõplexionis eius p diſpoſitionem ſincipitis, cõprehẽſam in magnitudine & figura illius, ex quo extrahet ſigna ſumpta à virtute & vitio ſenſibiliũ, & dicit, EAEDEM VERO &c.i. determinationes eorũ, quę ₣m frontẽ in anterioribus capitis, i. determinationes ſincipitis ad cognitionẽ cõplexionis cerebri, ſunt eędẽ his, quæ de occipitio dictę ſunt: & hoc volebat, cũ dixit, Sunt eędem his, quę ₣m poſterius, hoc.n. dicit̃ occipitiũ, ſincipitiũ aũt, quod ₣m frontẽ, frons aũt in anterioribus, anterius aũt, in quo fit nobis ſenſus, vt diximus. Patebit aũt eſſe eaſdẽ, i. cõſimiles, reſpicientibus nobis ad magnitudinẽ & figurã eius, ſ. ſincipitij, & ad organa ſenſuũ trahentia originẽ ab ipſo: & hoc vult cũ dicit, Et qui in his ſunt ſenſus, i. in anterioribus. Deinde exponit ſenſus, q ſunt in anterioribus, & dicit viſum, guſtũ, odoratũ, quorũ quilibet eſt in anteriori parte, ſicut p ſe manifeſtũ eſt. Nã organũ viſus eſt oculus, & huius maxime cryſtallinus, adhuc aũt magis neruus opticus (ſicut dictũ eſt) cuius ortus eſt ab anterioribus cerebri ventriculis. Ab his ẽt & in his eſt ortus duorũ additamẽtorũ mamillariũ cũ ſuis neruis, quæ ſunt inſtrumẽta odoratus. In anteriori parte capitis eſt ẽt lingua, cuius nerui molles pprium guſtus organũ exiſtẽtes, à pfundo duorũ anteriorũ ventriculorũ oriunt̃, ſicut ex anatomia patet. Et tacuit duos ſenſus, ſ. auditũ, & tactũ: auditũ quidẽ, qm̃ organi eius pgreſſus & ſitus eſt in lateribus capitis, & nõ in anterioribus: tactũ aũt, quia, licet pgreſſus organi eius ſit ₣m plurimum ab anterioribus, tñ ſitus illius nõ eſt magis in anterioribus, q̃ ĩ poſterioribus, cũ vbiq; corporis hoc ſenſu ſentiamus. G Quare p hos duos nõ eſt ſignificare principaliter ſup cõplexionẽ anterioris partis cerebri, ſicut p tres nominatos.

Dicit aũt determinationes eſſe eaſdẽ, qa eminẽtia ₣m ſincipitiũ minori exiſtẽte, q̃ ea, quæ ₣m naturã eſt, nõ erit hoc neceſſariũ ſignũ prauę cõpoſitionis illius partis cerebri, ſed erit recipiẽs diſtinctionẽ per conſiderationẽ ortorum ab ipſo, ſicut oculorũ, & frontis, & linguæ, & naris, & vlr totius faciei, ſicut in occipitio p cõſiderationẽ neruorum & colli cũ alijs oſſibus: his.n. in virtute exiſtẽtibus, i. operationũ pfectionẽ habẽtibus erit paruitas ſincipitij non qdem ſignum prauę cõpoſitionis anterioris partis cerebri, ſed ſignũ paucitatis materię. Et, ſi eminẽtia fuerit maior naturali, vt dicat̃ hęc naturalis cõplexio, quæ circa tẽperamẽtũ eſt (natura enim, cũ à nulla rerũ impedit̃, talem efficeret) nõ erit neceſſariũ ſignũ bonę, ſed recipiens diſtinctionẽ per cõſiderationẽ figuræ & ortorũ ab ipſa parte. Si.n. figura fuerit arcualis, & orta ab ipſa fuerint in virtute, ſ. viſus, odoratus, & guſtus, erit ſignũ nõ ſolius multæ materiæ, ſed eucratæ, & cũ illa fortis virtutis informatiuæ, quare & bonæ cõpoſitionis illius partis cerebri. Magnitudo aũt cum horum oppoſitis erit ſignũ ſolius multæ materiæ, quare & prauæ cõpoſitionis cerebri. Sicut aũt cõſimiles ſunt determinationes, ſic & cõſimiles cauſæ, ideoq; nõ oportet ĩmorari. Deinde, cũ dedit, ꝙ anterioris capitis eminentia maior & minor naturali iudicatur eſſe ſignũ tũ bonę cõpoſitionis cerebri, tum prauæ ₣m naturam ortorũ ab anteriori cerebri parte, ſubiunxit ſicut cãm hmõi, & dixit, MVTVAE ENIM &c.i. quia orta ab aliquo principio atteſtantur virtuti & vitio ſui principij, & principium virtuti & vitio exortorũ ab ipſo, & ſup H ſe inuicem ſignificãt, ſicut cauſa & cauſatum. Semper enim erit aliquod veſtigium cauſæ in cauſato, quo ſignificatur cauſa ipſa: & cauſa, cum ſit influens ſuper ſuum cauſatum, ſignificabit diſpoſitiones apud ſe inuentas inueniri poſſe in cauſato, ſed qñ diſpoſitiones radicis & cauſæ cognitiores eſſe accidat his, quæ ſunt in cauſatis & ramis, vt per illas in his aliquid eſſe oſtendamus. Vocauit autem orta à cerebro non ſolum prædictos ſenſus, ſed ipſorum organa, gratia. ſ. neruorum, ſenſus ad ipſa ferentium.

SED DVBITABIT aliquis contra hunc canonem, dicens aliquos à natiuitate ſurdos & mutos & cæcos natos, eſſe optimæ imaginationis & memoriæ & optimi intellectus. Adhuc autem & aliquos acuti viſus & auditus ingenio hebetes eſſe, quare ſibi inuicem non atteſtari. Aut non eſt illud ſimpliciter verum. Surdi enim & cæci à natiuitate ₣m ſe plerũq; male diſpoſiti ſunt ₣m cerebrum, ſed accidit eos valere in imaginatione & memoria, ſicut minus diſtractos ab exterioribus ſenſibus, ex quo magis ad ipſas formas conuertuntur, eaſq; plus conſeruant, quãuis fortaſſe aliquando hoc contingat propter naturã fuiſſe magis ſolicitam circa principiũ, q̃ principiatum, ſicut circa nobilius, virtute formatiua non valente ob materiæ defectum vtriq; ſubuenire. Sed acuti viſus & auditus non contingit inuenire cum ingenij hebetudine, cum impoſsibie ſit naturã in vilioribus abundare, deficere autem in melioribus, vt dictum eſt. Niſi fortaſsis aliqñ viſus & auditus acuitas comitetur ſitum oculi & auris profundum, & non ipſorum eucraſiã & puritatem: dicitur enim acuitas viſus & auditus multipliciter, ſicut

A pôst ostendemus. Adhuc quæret aliquis, quare per tertiam innaturalem figurã capitis, in qua.s.vtræq; capitis
eminentiæ sunt amissæ capite quidem perfecte sphęrico existẽte, non docuit significare super cerebri cõplexione.
Dicendũ, ꝙ ideo est, quia partes huius figuræ rotundę capitis, sunt figuræ, q̃ dictæ sunt supra, s.ea, in qua est emi-
nentia occipitij diminuta, & ea, in qua est diminuta eminentia sincipitij. Positis ergo partibus illis nõ est difficile
deuenire per hanc, sicut & per illas, in cognitionem cõplexionis cerebri. Adhuc aũt & capitis longitudo, in qua
vtraq; eminentiarum maior est naturali, intellecta est per partes illius distinctim positas.

SED OSTENDAMVS hic in generali, quatenus nõ lateat medicos, quid sit sensus, & qũo sit sentire, quot &
De anima quæ sint sensus maneries. Dico ergo, ꝙ sentire accidit (sicut dicit Philosophus) in pati aliquid & moueri ab alte
textu 51. ro, videt.n. alteratio quædã esse. Sensitiuũ ergo est, quod est in potẽtia, ad hoc alterans & mouens, nõ.n. sensitiuũ
ẽ actu ipsum, s. à se ipso, sicut cõbustibile nõ cõburit ipsum à seipso sine cõburẽte. Quare, sicut cõbustibile oĩo, vt
cõburat actu, indiget igne in actu, silr & sensus ad hoc, vt actu sentiat, ĩdiget, vt aliqd actu sit mouẽs. Sed, qm̃ non
quodcũq; agẽs ĩfert passionẽ certã in quodcũq; passum, sed oportet aliquã eẽ naturę cõicationẽ iter ꝓpriũ agẽs, &
ꝓpriũ patiẽs, nõ erit passio sensitiui à quocũq;, sed ab eo, qđ põt depingere formã suã in sensu, hoc aũt dr̃ sensibile:
quare potẽtia sensitiuũ est sicut sensibile actu. Patit itaq; sensitiuũ à sensibili, sicut dissimile: passum aũt iam quo-
dãmodo assimilatũ est, sicut sigillatũ ab illius forma: dico aũt quodãmodo, qa non est ꝓprie patiẽs sensus à sensibi
libus, neq; sicut ꝓprie alteratus suscipit ipsorũ species. Non.n. dicit albatus, cũ suscipit albedinẽ: nec factus dulcis,
B cũ suscipit dulcedinẽ: neq; factus grauis, cum percipit grauitatẽ, sed assumit species sine materia, nõ tñ factus oĩno
De anima materia speciei (sicut dicit Themistius in paraphrasi de aĩa) eo ꝙ species intẽtionalr se tm̃ figurat in illo, & nõ sicut
per t. 62. educta de potẽtia materię p qualitates actiuas & passiuas, à qbus est ꝓprie actio & passio: si.n. sic educeret, tunc, cũ
De anima susciperet formas lapidis, fieret lapis. Hoc ergo intendebat Philosophus, cum dixit, ꝙ sensus est susceptiuus formæ
tex. cõ. 121. sine materia, i. ita suscipit formã, ꝙ nõ fit materia formę, qa suscipit eam intentionalr tm̃, sicut cera recipit signum
anuli sine auro vel ferro: recipit aũt aureũ vel ferreũ signum, inquãtum fuit signũ materię existẽtis, nõ inquãtum
aurũ vel ferrũ (sicut dicit Philosophus). i. nõ ꝼm illud esse, quod habet in auro vel ferro, s. nõ ꝼm esse reale, sed ꝼm
esse intentionale. Et silr vnusquisq; sensus patit ab habẽte aut colorẽ, aut saporẽ, aut sonum, aut hmõi, nõ ꝼm ꝙ
vnũquodq; illorũ dicit, i. nõ ꝼm illud esse, quod forma sensibilis habet in materia extra, qa tunc, cũ visus reciperet
colorẽ, fieret coloratus, & nõ esset eius receptio cõprehẽsio: sicut neq; materia exterior cognoscit colorẽ, cũ genera
tur in ipsa, sed recipit intẽtionẽ eius tm̃, cuius ꝓprietas est nõ materialiter disponere, sed facere notitiã de re, cuius
est intẽtio. Quare sensus recipit hmõi formã, sicut formalius determinatũ p minus formale, quod qdem facit co-
gnitionẽ determinãtis in determinato: materia.n. sine ꝑceptione & iudicio existit, sensus aũt speciẽ percipit, sicut
dicit Themistius. Ergo sensus est potẽtia & actu, potẽtia.n. existens dicit aĩæ virtus in organo: actu vero existens dr̃
illius virtutis operatio. Adhuc aũt potẽtia existens, est vt habitus quidã, quo qs agit, qñ voluerit, nisi aliqd ĩpediat,
C existens sicut sciens, & sciam habẽs: actu vero existẽs sile est ipsi cõsiderare, quod in sciẽte. Et in hoc solo differẽtia
De anima intelligit (sicut dicit Philosophus) ꝙ motiua sensus sunt extra, eo ꝙ sensus est singulariũ & cũ materia pendentiũ,
tex. cõ. 59. quę qdem extra sunt: motiua aũt sciẽtis sunt intra: scia.n. est vliũ, quæ (sicut dicit) quodãmodo in aĩa sunt: & ꝓ-
pter hoc intelligimus, qñ volumus, non aũt sentimus, nisi ad presentiã sensibilis: sed, qm̃ forma sensibilis est pen-
dens cum materia, quãtitati & situi cõplicata, impoĩe est eam nisi in organo describi. Quare oportet hanc virtutẽ
organicã esse, coassumere aũt passionẽ cum organi passione. Sed sensibile duplex est, s. sensibile p se, & sensibi-
le per accidens. Sensibile aũt per se est illud, quod ex seipso agit in sensum: hoc aũt est duplex, quia quoddam est ꝓ
prium vniuscuiusq; sensus, quoddã aũt cõmune oĩum. Est aũt ꝓprium, quod non contingit altero sensu sentiri, &
circa quod nõ contingit errare sensum, vt color est ꝓpriũ visus, & sonus auditus, & odor olfactus, & sapor gustus,
& tactus plura genera, quasi pluris existentiæ, circa quæ apud nullum horũ est deceptio medio & organo bene di-
spositis, penes. s. esse, quod habẽt in abstractione, nõ penes esse, quod habent in ꝓprio subiecto. Cõmune aũt est,
quod ab oĩbus aut pluribus contingit sentiri, & hoc est quincuplex, s. motus, quies, numerus, figura, magnitudo,
ꝓpria.n. sensibilia oĩa sunt in magnitudine sicut in subiecto: &, quia determinata magnitudo est figura, ideo sunt
ẽt in figura: quia vero numerus cognoscibilis est in diuisione magnitudinis, sunt ẽt in numero: quia ẽt magnitu-
do non solũ diuidit essentialiter, sed quodãmodo p motũ, ideo ẽt sunt in motu, & in eius opposito, quod est quies.
Propter quod hæc oĩa, sensibilia sunt cõia, quæ cũ ipsis ꝓprijs ĩprimunt intẽtiones suas in sensibus, non qnidẽ pri-
D mo, sed secũdo. Sensibile aũt per accidens est illud, à quo, inquantũ tale, nõ patit sensus, sed sentitur per hoc, ꝙ acci
dit ei, quod per se agit in sensum: vt, si album sit dyarius, sentitur dyarius per accidens, quia accidit albo dyarium
esse, inquãtum. s. albũ est sensibile, nõ aũt absolute, sed potius ecõuerso albũ accidit dyario: & circa tale p accidens
sensibile frequẽs est deceptio apud sensum, sicut per se manifestũ est.

SED DICERET aliquis, ꝙ sensibilia cõmunia silr sentiunt per accidẽs, eo ꝙ videantur accidere albo, alijsq;
ꝓprijs, inquãtum sensibilibus, sicut & dyarius. Nisi esset, ꝙ nõ est verum hoc vllo modo, ꝙ accidant eis, inquan-
tum sensibilibus, sed insunt eis per se: albedo.n. & caliditas nõ est separabilis à quãtitate, nec ab alijs cõmunibus,
sicut à Socrate. Propter quod illa dicunt sensibilia cõmunia, quia à pluribus propriorum nõ separant: per se autẽ
dicuntur sensibilia, quia semp simul cum ꝓprijs imprimunt intentiones suas in sensibus. Cum enim visus sentit
magnitudinem, ibi imprimit magnitudinis character, & similiter de figura, motu, & quiete, & numero: abstra-
hit enim horum species nõ minus, q̃ coloris. Socrates autem, ꝼm ꝙ Socrates, non ĩprimit intentionẽ suã in sensu,
sed ꝼm ꝙ coloratus vel q̃tus. Sed, qm̃ cõia nõ agerẽt in sensibus, si sola essent, dicunt ꝓpterea apprehẽdi medianti-
bus ꝓprijs, nõ tñ ꝓpterea apprehẽdunt p accidens. Nõ.n. quicquid est mediãte alio, est p accidẽs: qđ.n. inest per se
hoĩ, nõ inest p accidens aĩali, licet mediãte hoĩe ĩsit ei, eo ꝙ nõ accidit hoĩ aĩal esse, sed est ei p se. Silr, si q̃tũ mediãte
colorato sentit, nõ sentit p accidẽs, eo ꝙ nõ accidit colorato, inquãtũ est sensibile, q̃tũ esse, sed inest ei p se. Sunt aũt

omnes ſenſus quinq; diuulgati, cuiuslibet quorum eſt iudicare de ſuo proprio actiuo: ſed, qm̃ de his longum eſt diſſerere, dimittamus modo, tantũ ad hoc adiungentes, ꝙ, quia inuenimus nos iudicare & diſcernere, ꝙ dulcia differũt ab albis, oportet de neceſsitate, cum ſint ſenſibilia, ꝙ & ſenſu illud diſcernamus: ergo oportet aliquẽ ſenſum eſſe, qui patiatur ab vtroq;. Sed, quia non eſt aliquis prędictorum quinq;, oportet neceſſario eſſe aliquem ſenſum cõmunem, cui oẽs particulares noĩati reddunt ſua ſenſibilia: & hic eſt ſicut eorũ prima radix, & dr̃ ſenſus interior, cuius poſtea diſtinctiones aſsignabimus ſm ipſius operationes: nunc autem de his in tantum dictum ſit. E

Principalium tamen operationum virtus & vitium ſunt ipſius principij ſolius ſecundum ipſum cognitiones. Voco autem principales operationes, eas, quæ à ſolo principio fiunt. Facilis igitur intellectus, ſubtilis ſubſtantiæ cerebri cognitio eſt: tarditas vero intellectus, pinguioris: facilitas diſcendi, mollis: memoria, permanentis. Sic vero & difficultas diſcendi, durę: obliuio vero, fluentis: & bene mobile in opinionibus, calidæ: manens vero, frigidæ. Ant.

Earum autem operationum, quæ obtinent principatum, virtus ac vitium ſunt ipſius principij ſeorſum tantummodo indicia. Voco autem operationes principatum obtinentes, quæ à ſolo principio proueniũt. Ingenium quidem igitur ſubtilem cerebri ſubſtantiam indicat: tarditas vero intellectus craſſam: diſcendi vero facilitas formarum facile ſuſceptiuam: memoria autem ſtabilem ac firmam: Sicuti & diſcendi difficultas formarũ non facile ſuſceptiuam: & obliuio fluidam: Mobilitas quoq; in operationibus calidam: ſtabilitas autem frigidam. Leo. F

Cum dedit cognitionem cõplexionis cerebri in cõmuni per diſpoſitionẽ totius capitis, & per virtutem & vitiũ ſenſibilium operationũ & etiam motiuarum, dat eam per virtutem & vitium operationũ principalium, & dicit, PRINCIPALIVM &c. i. ſed virtus & vitiũ principalium operationũ ſunt cognitiones ſolius eiuſdẽ principij ſm ipſum. Dicit aũt, SOLIVS SECVNDVM IPSVM. i. ſolius & nõ alterius, ad dr̃iam ſignorũ ſumptorum à ſenſu & motu, quæ non ſunt ſigna ſolius cerebri, ſed mẽbrorum, q̃bus exercent̃ ſenſus & motus, imo ĩmediate & principalr̃ illorũ, mediate aũt & ſecũdario cerebri, à quo eſt ipſorũ progreſſus: neq; ſunt ſigna ſm ipſum, ſed ſunt aſſumpta ab altero ſuper ipſum. Et vult p cognitiões hic & vbiq; in hac ſumma de ſignis, ſigna, q̃bus fit cognitio: p principium aũt vult cerebrũ, quod dictũ eſt principiũ ſenſus & motus, reſpectu aũt harum virtutũ, quas vocat principales, nõ ꝓprie dicit̃ principium, cum nulli mẽbro principiet illas, ſicut principiat ſenſum & motum, ſed eſt ipſarum ꝓprium organũ, quo illarũ operationes pficiuntur: ex quo ſibi principales dicuntur, ſicut ſibi reſeruatæ, & nõ alteri cõmiſſæ, ſicut cõmittit ſenſum & motũ. Propter quod ſubiunxit, exponens, quid velit per principales operationes, & dicit, VOCO AVTEM &c. i. voco per principales operationes, illas, quæ fiũt à ſolo principio, organice. ſ. ſeruiente: hæ aũt ſunt duæ in gñe, ſ. ſenſitiua ſiue apprehenſiua deintus, & appetitiua, quæ. ſ. eſt motiua velut imperãs motum. Sunt aũt hæ duæ, idem ſubiecto, & rõne differũt, appetibile enim apprehenſibile eſt. Fieri aũt hoc modo à principio, ſ. cerebro, nõ eſt cerebrum earũ eſſe principiũ: viſus enim fit ab oculo, q nõ poteſt vnq̃ dici virtutis viſiuę principiũ, ſuperiori expoſitione de principio ſalua exiſtente. Vnde & recte inquit à ſolo fieri, quia nõ principiat eas alteri: ſenſus aũt & motus fiũt ab eo, ſed nõ ſolo, nã ab eo q̃dem, ſicut à principiante: ab alio aũt, ſicut exercente. Vocat aũt alia translatio nõ principales, ſed q̃bus fit regimen aĩalis: & recte q̃dem, nã principium q̃dem oĩum motuũ, q̃bus mouet̃ aĩal ad repellendũ vel amplectendũ, eſt appetitus, hic aũt cum phantaſia & imaginatione idem eſt ſubiecto, rõne aũt differẽs. Ex quo videtur ẽt, ꝙ alia intentione dicãtur principales, ſ. quia ſunt principium regiminis aĩalis: ſicut dicit alia translatio, ꝙ virtus & vitium actionũ, q̃bus fit regimẽ, ſunt ſigna ſolius radicis, ita ꝙ nõ aliorũ. Non habemus exponere apud eã, quare dicantur principales, ſed, cum dicit, ꝙ ſignificat per actiones, q̃bus fit regimẽ, ea, quę ſunt ipſius radicis ſolius, exponemus p radicẽ, quod in noſtra diximus intelligi p principium, & fieri ab ipſa organice, ſicut dictũ eſt. Deinde, cũ docuit, quid velit per operatiões principales, oſtẽdit per eas cognitionẽ cõplexionis cerebri. Et, qm̃ virtutes cerebri principales apprehenſiuæ ſunt in genere tres, ſ. ſenſus cõmunis, imaginatiua, cogitatiua, & rememoratiua, ſm tres ipſius ventriculos, ideo primũ adhuc à triplici genere operationũ prędictarum virtutum naturã cerebri conatur oſtendere, ſ. à facilitate ſiue difficultate diſcendi, à facilitate vel difficultate intelligendi, à memoria vel obliuione perceptorum. Cõ.17. G

SED NOS, anteq̃ textum exponamus, diſtinguemus has virtutes abinuicẽ per ipſarũ operationes, vt nõ lateat, ꝙ operationes, quas dicit in textu, ſunt prędictarũ virtutum. Dico ergo (ſicut dicit Philoſophus in libro de ſomno & vigilia) ſenſibilia ſm ſingulũ ſenſitiuum afficiunt nobis ſenſus: vnde diffinita ſunt ſenſibilia per eſſe motiua ſenſuum. Paſsio aũt, quæ ab eis fit in organis, remanet in illis, non ſolũ dum ſenſibilia agunt in ſenſum, ſed ẽt dum abeũt: quod oſtẽdit paſsio facta à Sole in oculis, cum. n. poſt viſionẽ ſolis cõuertunt̃ ad tenebras, accidit nihil videre, ꝓpter adhuc ſubſiſtentẽ motũ in oculo à lumine. Eſt aũt hæc paſsio, quæ eſt alteratio ſenſitiuorũ facta à ſenſibili, ſimilis paſsioni eorũ, quæ ꝓijciuntur: non. n. vlterius cõtingente eo, quod primo mouit, mouent̃ ꝓiecta: illud enim, quod primo mouit impulit aerem quẽdam, & hic alium, donec ſtet violentia. Similiter eſt & in oĩbus alterationibus: calidũ enim, vt ignis, ꝓximum calefacit, & hoc aliud, donec durat violentia calefactionis. Ita ergo ꝓcedit alteratio facta in ſenſibus: cum. n. ſenſus mouent̃ à ſenſibilibus, mouent alias intus virtutes cum ſuis organis, & hę alias, donec à talibus accidit pati virtutẽ aĩe non organicã, ſ. intellectũ. Et, ſicut in proiectis accidit primo mouente quieſcente ſcd̃m moueri, & poſt hoc tertium, & accidebat proiectũ ferri, ſilr̃ & in his nõ præſente ſenſibili accidit virtutes motas alias mouere. Ex quo ẽt accidit formam rei ſenſibilis ſemper magis vlterius aſpici, magiſq; cõſiderari & enucleari: alterationẽ quoq; ſemper fieri magis ſpũalem, & minus organicam, donec attingat H

virtutem

A virtutem nõ organicam per vlteriorem semper abstractionẽ à materia,& eius appendicijs,quæ sunt quantitas,locus,& situs,& hmõi. Sensus.n.primo sigillatur à sensibili,sicut cera à sigillo,recipiunt aũt formam sine materia, sicut & cera,materia tñ præsente:sigillati aũt sensus sigillant alias intus virtutes.Sicut aũt sensus elicit formã sensibilis à sua materia,sic adhuc vlteriores intus virtutes formã aliam eliciunt à prædicta forma, qbus prima est quasi materialis,vt semp sit verum virtutes apprehẽsiuas esse susceptiuas formarũ sine materia, sicut sub forma Socratis elicere,quod amicũ(amicitia.n.est alia forma à forma Socratis)& sicut sub forma Socratis elicere formã hominis, forma.n.cõmunis alia est quodãmodo à forma singulari. Prima ergo virtus,quã sensus exteriores mouent,& cui oẽs reddunt,est sensus cõmunis,q est radix oĩum eorũ.Huius aũt operatio est discernere inter sensibilia diuersorum sensuum, vt ꝙ dulcia alia sunt ab albis,quæ tñ aliqñ coniungunt in eodem subiecto. Discretio.n.horum, cum sunt sensibilia,nõ põt esse nisi apud sensum,&apud vnã virtutem,& nõ plures,qm̃ oportet ea esse coniuncta apud discernentẽ:apud eã quoq;,cui oẽs sensus particulares reddant,ex quo dicta est cõmunis. Et hac virtute excitatur aĩal ad inquirendũ dulce,cum videt colorem,q cõsueuit esse in dulci:& cognoscit homo per eã,ꝙ hic homo albus,est,qui est iocularis,per hoc,ꝙ audiuit eũ canentem,& hmõi: per albedinem.n.cognoscit,ꝙ est albus:& p causatum,ꝙ est causator:hoc enim & similia iudicia sunt sensus cõmunis. Sicut aũt vna est virtus,qua iudicamus album & nigrũ differre,sic & vna est,qua iudicamus differre dulce à calido.Si enim separatis potentijs & distantibus abinuicem hoc iudicaremus,esset quasi hoc quidem ego,illud aũt tu sentires: non.n.per hoc sciret illorum diuersorum diuersitas apud alterum nostrum.Oportet ergo vnum existere,quod ambo sentiens dicat vnum nõ esse alterum. Sicut autem & in tempore vno indiuisibili iudicat ea esse diuersa, sic oportet & ambo sentire in eodem indiuisibili tempore:sicut enim nunc dicit,qm̃ altera sunt,sic & nunc sentit altera,vt dicit Philosophus.

B

.de anima textu 146.

SED TVNC videt impoſe,s.ꝙ aliquid vnũ & indiuisibile simul moueat pluribus motibus diuersis. Fortassis aũt à cõtrarijs motibus vnũ & non diuisibile simul moueri accidit:non.n.pupilla sola & lingua nunciat illi flauũ & dulce,sed pupilla sola occurrens libris scriptis,simul ei nunciat album & nigrũ,quæ sunt contraria:sentimus.n. tunc simul ambo. Nisi esset,ꝙ possumus dicere potentiam sensitiuã, ad quam oẽs nunciationes particularium sensuum transmittunt,vnũ qdem esse numero & subiecto, rõne aũt plures:quare aliqualiter diuisa sentit diuersa & cõtraria. Sed nec istud sufficiens videtur.Nam idẽ esse potentia diuisum & indiuisum nihil mirũ,sicut idem potentia est calidũ & frigidum,sed idem actuari simul ẜm ambo cõtraria est ipoſe.Quare non videbit simul suscipere contrarias species neq; sensus neq; intellectus,sed oportet simul eas suscipere,si simul iudicat eas diuersas aut contrarias. Quare rõnabilius existimabit aliquis potentiã sensitiuam assimilari puncto,magis aũt cẽtro circuli, ad quod oẽs lineæ ex circũferentia terminantur. Tale.n.punctum simul est vnũ,& plura,vnũ quidem,sicut centrum circuli:plura aũt,quia plurium linearũ est terminus:quare tale punctum est simul diuisibile,& indiuisibile. Nam ẜm se est vnũ & indiuisibile:ẜm vero ꝙ cõparatione pluriũ in ipsum terminantiũ accidit pluries sumi,fit diuisibile,& plura.Similiter & potentia sensitiua vna existẽs,est terminus pluriũ organorum. Secũdum ergo ꝙ vna est & indiuisibilis,erit vnũ,quod diuersa iudicat & simul:ẜm aũt ꝙ est terminus diuersorum,vna fit multæ.Et,qa pro duobus vtit vno termino,duo iudicat sicut diuisa,cũ ẜm se indiuisa sint.Ergo ẜm ꝙ est virtus passiua,est plures,sicut à pluribus patiens:ẜm aũt ꝙ est virtus iudicatiua,est vna,sicut dicit Auer. Neq; ipsa simul albat & nigrescit(hoc.n.inconueniens erat)sed nunciat ei vnũquodq; sensiterium ꝓprias differentias sensibilium,ipsa aũt existens incorporea ratione, & fundata in spũ primo sensitiuo,ex quo oĩa sensiteria,sicut à fonte,expirant,& in quã oẽs concurrunt,quæ à sensibilibus,nunciationes,ꝓnunciat alterum esse albũ à nigro,& albũ à dulci,non sicut patiens cõtraria, sed sicut speculans cõtraria. Huiusmodi.n.formæ non sunt contrariæ,nisi in materia:intentiones aũt contrariorum in aĩa acceptæ nõ sunt cõtrariæ. Manifestum est ergo ex his,ꝙ visus primus nõ est in pupilla, neq; primus auditus in auribus,& sic de alijs,sed sunt in spiritu primo sensitiuo.Cũ ergo dicimus quinq; esse sensus,nõ dicimus nisi esse quinq; sensitiua,& quinq; esse spũs sensitiuos,sicut ex fonte vno canales quinq; deriuatos, quasi vnus sit Rex,quinq; aũt nũcij.Sicut.n.ibi multi sunt nuncij,vnus aũt,qui iudicat, sic & hic multa sunt nunciatiua organa,vnum aũt,quod de oĩbus pronunciat.Non ergo visu iudicamus,quia videmus,nec auditu,qa audimus,sed hoc sensu cõmuni sentimus,quia videmus & quia audimus : quo.n.differẽtias actuũ,hoc & actus ipsos sentimus (sicut dicit Themistius) sensus aũt ille mouet phantasiã.Est aũt phantasia motus à sensu ẜm actũ factus, sicut dicit Philosophus.Virtus aũt hoc modo mota dicit phantasia vel imaginatiua seu informatiua:& huius operatio est formã à sensibus abstractam detinere in seipsa & cõseruare ad tps,et recedẽtibus sensibilibus:ꝓpter quod dicit Princeps,ꝙ est thesaurus formarũ sensibilium,nõ differens à sensu cõmuni subiecto,sed sicut retinens ab apprehendente. Themistius aũt in paraphrasi de aĩa dicit, ꝙ phantastica differt à sensitiua,quia hæc quidem cessat operans,illa aũt formas,quas suscepit,adhuc detinet:ꝓpter quod præsente sensibili,& ipso ambas euocante,difficile est tunc(vt dicit)inuenire illarũ potẽtiarum differẽtiam. Qm̃ aũt & hæc virtus adhuc circa sensibile est,sensitiua dicitur,sicut & prior,sed dicit Princeps,ꝙ ad hanc virtutem nullũ sequitur iudicium, sed repræsentatio sola.

C

..de anima comẽ. 149.

.de anima capite 8.

..de anima textu 161.

.de anima capite 14.

D

oco alleg.

Sed hoc non est verum. Nam Aristo.dicit,ꝙ phantasia aliqñ est vera,aliqñ est falsa,sicut & sensus:recte.n.aut non recte phantasiare à sensu sibi aduenit,cũ sit motus à sensu.Sicut ergo sensus circa obiectum ꝓprium,vt coloris,& soni,& huiusmodi semper est verus,aut q̃ paucissimũ habens falsum,similiter & illorũ phantasia.Et,sicut circa cõmunia,vt magnitudinẽ,& figurã,& hmõi,adhuc aũt circa sensibilia p accidẽs accidit frequẽter deceptio, similiter & phantasie:non.n.mentit,si album,sed si albũ sit Socrates. Adhuc aũt(sicut dicit Arist.)phantasia,cum fuerit ꝓprij & præsentis,semp est vera:cõmunium aũt & accidentaliũ,tam præsentium,q̃ absentiũ contingit esse falsam. Videtur ergo phantasia esse absentium ꝓpter ĩmanere simulachra similia sensibilibus (sicut dicit)non tñ ꝓpter hoc minus est quoq; præsentiũ:videtur ẽt esse aĩæ iudicatorium quoddam, sicut & sensus. Sed hæc imaginatiua seu phantastica ẜm Arabes mouet distinctiuã,quam Princeps vocat existimatiuam,cuius est distinguere intentionẽ

.de anima textu 161.

intentionem formæ ſibi oblatæ ab imaginatiua: in formis enim ſenſibilibus(ſicut dicit Auer.) eſt aliquid quaſi ſubiectum, ſicut lineatio & figura: & aliquid quaſi forma, & eſt intentio illius figuræ. Virtus imaginatiua cõprehẽdit de ſermone vel pictura id, quod ſcriptor ſcribit in pariete: diſtinctiua aũt cõprehendit intentionẽ illius picturę. Eſt aũt hæc virtus(ſicut dicũt) qua, cũ ouis videt lupum, fugit ſicut inimicũ: & vĺiter qua aĩal diſcernit amicum & inimicum, cõferens & nociuum, & hmõi intentiones. Et differunt in hoc bruta ab hoĩe, quia bruta nõ percipiunt intentiones hmõi niſi quodã inſtinctu naturæ, homo aũt per quandam collationem intentionum indiuidualiũ, quaſi ſit ratio quædam particularis: ꝑpter quod in brutis dicit̃ exiſtimatiua, in hoĩe dicitur cogitatiua. Theſaurus aũt iſtius virtutis eſt virtus memorialis(ſicut dicit Princeps) quæ eſt cõſeruatiua intentionum illarum, quarum illa eſt diſtinctiua, non differens ab illa ſubiecto, ſed ſicut retinẽs ab apprehẽdente: & hæc ipſa(ſicut dicit Auer.) eſt vna ſubiecto, & duo ſ̃m modum & rõnem. Si.n. continue feratur ſuper aſpectũ formarum ꝑceptarum, dicit̃ conſeruatiua: ſi aũt cum abſciſione, dicitur rememoratiua, quaſi ſit rememoratio cõſeruatio abſciſa, conſeruatio aũt rememoratio continua. Eſt aũt & præter has alia virtus(ſicut videtur) quæ circa has formas & earũ intentiões exercetur cõponendo & diuidẽdo, quam Princeps aliqñ vocat imaginatiuam. Sunt igit̃ hæ apud ita diſtinguentes tres virtutes in genere, ſ. virtus, quæ facit præſentari imaginẽ rei: virtus quæ facit p̃ſentari intentionẽ illius imaginis: & virtus, quæ cõponit imaginem cũ intentione, & imaginationẽ cum imaginatione, & intentionẽ cum intentione, & diuidit has ab illis. Et oportet ſ̃m hanc poſitionem, ꝙ rememoratio cõpleat̃ apud aggregationẽ triũ virtutum, quarum adunatio aut ſit à rememoratiua, ſicut à principaliori inter eas: aut ſit per obedientiã earum ad rõnalem, vt in ſolitarijs cogitationibus, in q̃bus aĩa vacat ab occupationibus ſenſuum exteriorum: talis.n. adunatio & cogitatio videt̃ quaſi plurium coadunatio. Cum ergo rememoratiua præſentauerit intentionẽ formæ, tunc imaginatiua præſentabit formã, cuius eſt intentio, & cõponet eam cũ illa, & tertia virtus inde accidet(ſicut dicũt) rememoratio rei oblitæ. Sed iſte modus rememorationis oĩno diſſonat ab eo, quẽ ponit Ariſto. Etenim rememoratio apud eũ eſt operatio vna ſimplex: prædicta aũt eſt ex multis cõpoſita. Adhuc autẽ hæc poſitio duplicẽ fingit rememorationem, ſ. vnam intentionũ, & alteram formarũ: quod nihil eſt, ſicut patebit. Adhuc aũt dicit, ꝙ quædam operatio rememoratiuæ eſt cõtinue cõſeruare: ſed hoc nõ eſt verum, nã memoria nõ eſt niſi oblitorũ, continue enim aſpectorũ non eſt memoria, ſed phantaſia. Adhuc aũt apud Ari. nulla fit mentio de virtute, quã diſtinctiuam vocant. Tales enim intentiones, ſ. amicum & inimicũ, cõferens & nociuum, & conſimilia vident̃ eſſe de ſenſibilibus per accidens, ſicut Cleonis filius: ꝑpter quod nõ videt̃, ꝙ perceptioni ipſarum ſit alia virtus ponenda, q̃ ſenſitiua vel phantaſtica. Adhuc aũt ouis nõ timet lupũ apud eius viſionem, ſicut diſcernens inimicitiam in forma lupi ab aliquo aĩæ iudicatorio collationẽ faciente, ſed ſicut perterrita quodam inſtinctu naturæ: propter quod nec accũbit ſuper eius corium. Abiectis ergo in hoc ſentẽtijs Arabum dicemus ſ̃m Ariſto. ꝙ hæ ſunt tres virtutes alterius modi ab eo, quem dicunt, ſ. phantaſtica, ad quam ita ſe habent ſ̃m actũ ſenſus, ſicut ſenſibilia ad ipſos: ꝑpter quod dicit Philoſophus, ꝙ phantaſia, quæ eſt operatio illius, eſt motus q̃dam à ſenſu ſ̃m actũ factus. ſ. à ſenſu ſentiente. Cum enim ſenſus ſigillatus à ſenſibili mouet̃ ſuper ipſum ſenſibile, quod habet apud ſe, detinendo & conſiderando ipſum, dicit̃ hæc phantaſia & virtus phantaſtica. Cum aũt hæc ipſa cõponit & diuidit̃ formas, quas habet apud ſe, & cõfert ad intẽtiones, dicẽs hoc eſſe vel nõ eſſe, dicit̃ hæc cogitatio, vel virtus cogitatiua, eadẽ ſubiecto cũ prima, ſed differens ſ̃m modum. Dicitur aũt cogitatiua quaſi coactiua, cogit.n. ipſius operatio continuas ſibi eſſe operationes phantaſiæ, & memoriæ, ſicut ſubiectũ ſuum, circa quod verſatur ipſa. Adhuc ẽt, quia cogit aĩam exterioribus nõ vacare: & hãc ipſam vocat Ariſt. noĩe phantaſiæ, ſicut & primã. Tertia vero eſt memoratiua, cuius opus eſt reuocatio formæ impreſſæ hactenus in phantaſtica poſt eius obliuionẽ ſiue deletionẽ. Obliuio aũt eſt illius amiſſio apud phantaſticã. Reuocatio aũt intentionũ nõ eſt, niſi quia eſt formarũ, quibus illæ accidũt, & ita per accidens, ſicut eſt & illarũ ſenſus & phantaſia per accidens. Ex quo patet, ꝙ memoria nõ eſt virtus receptiua, ſed reuocatiua hactenus recepti poſt eius deletionem. Si enim eſſet virtus receptiua, tunc, qñ reciperet formam, haberet cogitationem de illa: quare memoria nõ eſſet præteritorũ & oblitorũ, ſicut nunc eſt, ſed præſentiũ, quæ ſigillarent illã: quod conſtat eſſe falſum, quia taliũ non eſt niſi ſenſus & phantaſia. Nec ẽt eſt conſeruatiua: nã cõſeruare nõ eſt niſi detinere phantaſma, & continuo aſpicere, quod q̃dem eſt phantaſiæ, ſed eſt virtus reuocatiua paſsionis factæ in ſenſu & phantaſia, poſtq̃ deleta fuit, quaſi eius operatio ſit reformatio iterati aſpectus, quem habuerat ſenſus & phantaſia in p̃terito &c. Qm̃ ergo memoria nõ eſt niſi eorũ, quæ nobis obtulit phantaſia, erit memoria eiuſdẽ partis aĩæ, cuius eſt phantaſia: phantaſia aũt eſt, cuius eſt & ſenſus. Primi ergo ſenſitiui neceſſarię hę ſunt virtutes, vt ſit memorabile, quod eſt phantaſiabile: phantaſiabile aũt eſt, q̃d eſt ſenſibile, ſicut dicit Philoſophus. Sunt ergo memorabilia p ſe, quorũ q̃dẽ eſt phantaſia: ſ̃m accidens aũt, quæcũq; apprehendunt̃ ſine phantaſia, vt intellectualia. Dicemus aũt poſt hoc, ꝙ actus virtutis memoratiuæ eſt præſentare formam poſt eius obliuionẽ, & iudicare ipſam eſſe illius, q̃d prius ſentiebatur. Quare videtur memoratio eſſe motus ab aĩa ad res, ſicut ſenſus motus à rebus vſq; ad aĩam: paſsione enim præſente(ſicut dicit Philoſophus) rememoratur rem abſentem, quę fecit eã: hoc aũt fit non per aſpicere eã, vt formã, ſed ſicut imaginem ab altero factam. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ rememoratio nõ eſt niſi poſt factum tempus: ſicut enim ſenſus eſt præſentis, ſpes futuri, ita memoria eſt præteriti. Vnde aĩalia, quæ nõ percipiunt tẽpus, neq; memorãtur, neq; ſperant, paſsio enim, quæ fit, nõ inſit, ſicut dicit Philoſophus: cũ enim prius addiſcãt aut patiãtur, nõ memorant̃: oportet.n. ante factã eſſe paſsionẽ, & ab illa auerſum eſſe, & poſt hoc accidit memoratio: ꝑpter quod nõ fit de facili à ſemel pati, ſed à frequenter. Efficit ergo frequẽtia paſsionis rememoratiuam ꝑpter habitualiter ineſſe primo ſentienti, iſto modo motus moueri, & ſic formari & figurari, vt prius. Recte ergo inquit Philoſophus in tractatu de reminiſcentia, ꝙ memoria eſt habitus phantaſmatis: quod q̃dem dicit, nõ quia memoriæ ſit ſuſcipere vel ſeruare, ſed reuocare: quod q̃dem Philoſophus innuit in libro de reminiſcentia, cũ dicit, Semper enim, cũ ſ̃m memorari agat, †ſicut in aĩa, dicit, ꝙ hoc prius audiuit, aut

ſenſit,

in paraphra ſi d̃ memo. & reminiſ.

E

prĩa 1. do. 6. ſum. 1. ca. 5. in li. de me. & remini.

F

G

vbi ſupra.

H

trac. de memo. & re.

li. d̃ memo. & reminiſ.

circa libri medium.

†tacite ſecũ

A ſenſit,aut intellexit.quod qdem nihil aliud eſt,q̃ reuocatio ante factæ paſsionis. Sed,quia nõ erat poſsibilis reuocatio,niſi prius fieret habitus de phantaſmate,ideo dixit,ꝙ virtus rememoratiua eſt habitus de illo:eſt enim habitus,quo quis agit,qñ voluerit: nõ fit aũt habitus de illo niſi apud id,quod recipit ipſum:&,quia reuocatio non eſt niſi apud habentẽ habitũ,fit ex hoc,ꝙ memoria & phantaſia ſunt virtutes vnius ſubiecti. Adhuc aũt & recte inqt, ꝙ cogitationes memoriã ſaluant. Cum.n.operatio cogitationis ſit ferri ſup imaginationẽ,accidet,cũ frequenter fecerit id,impreſsionẽ eius magis habitualiter inhærere,adeo vt præſto ſit reuocatio poſt auerſionẽ. Sed,qm̃ reuocatio formæ oblitę ſæpe eſt difficilis aut ꝓpter malitiam inſtrumẽti, in quo deſcribit̃:aut ꝓpter paucitatem motus aĩę ſuper formã:aut quia forma multæ eſt ſpiritualitatis,erit hæc alia virtus aĩæ naturalis nõ differens ſubiecto à prædicta,cuius actio eſt venatio quædam rememorationis,& dicit̃ reminiſcitiua,& eius actio reminiſcẽtia apud Philoſophum:& hæc eſt ſolius hoĩs,& nullius alterius. Reliqua.n.animalia, ſi memorãt,memorant tm̃,ſi autem nõ memorant,memorare nõ deſiderant,neq; cogitant de hoc,hic enim appetitus & hęc inquiſitio eſt ſolius hoĩs. Accidit aũt reminiſcentia per moueri aliqbus motibus inducẽtibus vſq; in eum,q eſt à re quæſita:hoc aũt fit, qm̃ actus eſt hic poſt hunc nõ ſicut ex neceſsitate(per quod differt ab addiſcere) ſed ſicut ex quadam cõſuetudine. Mouetur aũt ad illum aliqñ per eum,qui fit à ſimili,aut ꝓpinquo:aliqñ per eũ,qui fit à cõtrario:à ſimili qdem,vt à lacte in album,ab hoc aũt in aerẽ,à quo in glaciẽ,à quo meminit hyemis,hanc horã quærens. Talis ergo venatio B formarũ eſt reminiſcentia,exiſtẽs qdem vt ſyllogiſmus qdam,ſicut dicit Philoſophus.Sunt aũt oẽs hæ virtutes organicæ,quia ipſarum operationes ſunt circa phantaſmata,quæ ſine dubio in organis deſcribunt̃ ꝓpter dependentiam eorũ cum materia. Sed,quod ſit organũ harum virtutum dubiũ eſt.Sicut enim ex ſupradictis patet, Gal. ponit cerebrum eſſe ꝓpter id,quod diximus:Ariſto.aũt vult organum iſtarum virtutũ eſſe cor:dicens enim cerebrum factũ eſſe,vt adęquet cordis calorẽ, ſubiunxit,ꝙ,ſi amplius debito calefiat vel infrigidetur ipſum cerebrũ, nõ faciet ꝓprium opus,quod eſt adęquare cordis calorẽ,ſed(ſicut dicit)aut non infrigidabit,aut coagulabit,vnde aut dementias faciet,aut mortes:quod enim in corde calidũ(ſicut dicit)velociter ſimul paſsiuum eſt patiente eo,q circa cerebrum,ſanguine.Ergo videt̃ velle,ꝙ demẽtia fiat ꝓpter pati cor,ſicut organũ mentis,pati aũt propter nõ ęquari à cerebro. Sed,ſi ita eſſet,tunc oporteret oẽm cordis diſtẽperantiam eſſe cauſam dementiæ: cuius cõtrarium videmus in multis febribus,in quibus calidũ cordis actuatum valde vſq; in mortem dementiam nõ efficit, quod ob aliud non fit,niſi quia cerebrum nõ eſt paſſum.Ergo nõ eſt dicendũ cor eſſe illarum organum, ſed cerebrum, quod manifeſtat dementiarũ ſanatio per medicinas illi appoſitas,& nõ cordi : quod qdem diſtinctum eſt per tres ventriculos,ſicut & tres ſunt in genere virtutes,quorũ primus attribuit̃ ſenſui cõmuni & phantaſiæ:ſecũdus vero cogitatiuæ,vel cõpoſitiuæ,vel exiſtimatiuæ in brutis:tertius vero rememoratiuæ:cuius ſignũ eſt,has operationes lædi per læſionem harũ partium cerebri,ſicut manifeſtat ſanatio & reſtitutio harũ operationũ per àppoſitionẽ medicaminũ in his locis. Quare poterit p has cognoſci aliquid de cõplexiõe ſuorũ organorũ. Fortaſsis C aũt,cum prædictæ virtutes ſint primi ſenſitiui(vt oſtenſum eſt)videtur,ꝙ operationes earũ poſsint per idem organum exerceri:cuius.n.eſt recipere formas ſenſibiles,illius eſt detinere in ſe ipſo,& conſiderare abſentibus ſenſibilibus extrinſecis,quæ eas ĩprimunt. Eſt ẽt componere illius,& diuidere eas adinuicem & abinuicem,& cõferre ad intentiões:eiuſdẽ quoq; reuocare oblitas ꝓpter factum fuiſſe habitũ de illis apud cõſiderantẽ eas,& cõponentem,& diuidentem:cuius præcipuum videt̃ ſignũ,ꝙ velociter diſcentes ĩmemores ſunt:& bene memores male diſcentes ſm̃ Philoſophum ſm̃ plurimum:ꝓpterea diſcentes qdem oportet eſſe humidos,illos ſiccos,quod quidem non oporteret ſic accidere,ſi organũ ſenſus cõmunis,& phantaſię,& memorię eſſet diuerſum.Propter quod,ſicut tactus plures exiſtens ſenſus ꝓpter eſſe plurium contrarietatũ,vno & eodem organo pcipere põt ſuas diuerſas operationes,diuerſę quoq; operationes nutritiuæ vno & eodem cõplentur organo,ita & ſenſitiui primi videntur cõpleri. Quare,ſiue illud ſit cor, ſiue cerebrũ(quod magis puto ꝓpter ſubtiliores & clariores ſpũs habere ipſum, q̃ cor)erit ĩmediatum ipſarũ organum ſpiritus vnus & continuus,& mẽbrum,in quo ſpiritus redditur eis aptus.

Si tñ inter eas eſt aliqua inſtrumẽti diuerſitas,tũc videtur,ꝙ apprehenſio & inſpectio ſit in ſpũ anterioris partis cerebri,ſicut in ꝓprio organo ſenſus cõmunis & phantaſiæ:cõpoſitio aũt,& diuiſio,& collectio,quæ cogitatio dicitur,fit in ſpũ mediæ partis cerebri:in eo vero,qui eſt in poſteriori,fit reuocatio obliti,& rememoratio(quod memoratio dicitur)ſicut in loco,vbi maior eſt quies ſpũs. Sed,qm̃ Gal.hic non docet per has virtutes cognoſcere ſuper cõplexione determinatarũ partium cerebri,ſed ſuper cõplexione totius in cõmuni,manifeſte videt̃ innuere D totũ ſpiritũ cerebri eſſe illarum ꝓprium organũ,& nõ partem partis. REDEAmus aũt poſt horum pręmiſsionem ad textus expoſitionem,in quo dixit, FACILIS ERGO &c.i.facilis intellectus eſſe eſt ſignum ſubſtantiæ ſubtilis cerebri,maxime tñ medij ventriculi,cui attribuit̃ hæc operatio:& volebat per intellectum non operationem virtutis rõnalis,quæ eſt ſine organo,ex qua nihil eſt diſcernere de cerebri cõplexione ſm̃ ſe,ſed operationem virtutis,quã diximus cõponere,& diuidere,& conferre:hanc enim qdam intellectũ vocauerunt. Poteſt aũt fortaſsis per intellectum intelligere operationem virtutis rõnalis,quæ dicitur apta vel inepta,facilis vel difficilis per aptitudinem vel ineptitudinẽ phantaſticæ,diſtincte & clare oſtendẽtis ſibi formas,à quibus abſtrahit ſuum obiectum,ſ.vniuerſale,quare erit iſto modo per illius virtutis operationẽ deuenire in cognitionẽ cõplexionis cerebri per accidẽs.Eſt aũt facilitas operationis apud cogitatiuam,aptitudo cõponendi & diuidẽdi phantaſmata,& cõferendi ea ad intentiones ſine multo ſcrutinio.Apud aũt aĩæ rationalis particulam facilitas intellectus ſolertia dicit̃: hęc aũt eſt facilis quædã cõiecturatio medij in nõ perſpecto tẽpore,ſicut ſiquis vidẽs,ꝙ Luna ſemper habet ſplendorem cõuerſa ad Solẽ,ſtatim intellexit hoc contingere per illuſtrari ab illo:aut cognoſcens de aliquibus,ꝙ ſunt amici,ſtatim perpendit,ꝙ ſunt eiuſdẽ inimici,videns.n.oẽs cauſas medias,cognouit & vltimas. Hic aũt talis habitus,cum nõ fuerit acquiſitus ab exercitio vel doctrina,ſed fuerit connatus alicui,eſt ſignũ ſubtilis ſubſtantiæ cerebri.Et vult per ſubſtantiam ſubtilem,peruiam & claram,ſicut dicit Hali,nam ex peruietate ſequitur facilem eſſe

penetrationẽ

[Margin: ..de pti.c.7] [Margin: ..poſt. tex. vltimo.]

penetrationem virtutis & ſpũs porrigentis formas:ex claritate autem diſtinctiuam formarum apparitionem,ex E
qbus conſequit̃ facilem diſcretionem perceptorum. Eſt aũt ſubtile effectus humidi,magis,q̃ ſicci, ſicut dicit Ariſ. tex. cõ. 10.
in 2 de gener. humidũ.n.repletiuum eſt per nõ eẽ bene terminabile termino proprio:tale aũt(ſicut dicit)ſubtiliũ
eſt partium : quare ſubtile humidum eſt. Deinde dixit, TARDITAS VERO &c.i.ſed tarditas intellectus eſt
ſignum ſubſtantiæ pinguioris,i.groſſæ & turbidæ,quare & ſiccæ & propter cauſas contrarias, ſicut per ſe patet.
Sciendum eſt aũt,ꝙ cerebrum(ſicut dicit Hali)eſt medulla capitis,cui ſunt in genere tres vẽtres,quorum ante-
rior in duos diuiditur. Sunt aũt oẽs ſpumoſi propter copioſe effundi ſpiritum in illos ex rete mirabili,ex arterijs
cõtexto,ac ſi multa retia ſibi inuicem cõnecterentur,inter quæ ſit impletio ex ſubſtantia medullari. Non fuit aũt
cõplicatio illa retium ex ipſis arterijs,niſi vt ſanguis in eis ꝓpinquus naturæ vaporis melius digerat̃, & plus ſubti-
lietur,& pſpicuus fiat,vt ex eo repleret̃ & repararet̃ in ventriculis cerebri ſpũs multus & ſubtilis & pſpicuus,quo
indigetur ad operationes cõprehenſiuas & motiuas:& vt ẽt plus aptetur ad ſubeundum ſtrictos neruorũ meatus,
ſicut Gal. dicit in libro de vtilitate pulſus. Non eſt aũt cerebrum dictũ medulla niſi equiuoce cũ alijs,cum ipſum
ſit natura frigidum,medulla aũt calida : cũ ipſum ẽt non ſit ſupfluum ſanguinei alimenti diſtributi in oſſa,nec ad
ipſorum oſſium nutrimẽtum,ſicut reliquæ medullæ:ꝓpter quod negauit Ariſt. ipſum medullam eſſe. Deinde, 2.ð pt.c.7.
cum dedit cognitionẽ cõplexionis cerebri per opationes cogitatiuæ vel diſtinctiuæ,quæ eſt operatio medij ventri
culi,dat cognitionẽ eius p operationẽ ſenſus cõis,q̃ eſt operatio anterioris,& dicit, FACILITAS VERO &c.i. F
ſed facilitas diſcendi eſt ſignum ſubſtantiæ mollis,quare & humidæ,mollities enim eſt effectus humidi. Vult aũt
per facilitatem diſcendi,bonitatem ſenſus cõis, phantaſiæ,vel informatiuæ operationis : eſt.n.facile diſcere facile
imprimi ab obiectis,ſeu facile informari:hęc aũt facilitas cauſatur à mollitie cerebri,maxime tñ anterioris partis,
molle.n.facile impreſsibile. Deinde dixit, DIFFICVLTAS &c.i.ſed difficultas diſcendi ſignum eſt duræ &
ſiccæ propter cauſas cõtrarias. Deinde,cũ dedit cognitionẽ cerebri per operationẽ ſenſus cõis,& phantaſiæ,dat
per operationes memoratiuæ,dicens, ET MEMORIA.i.bonitas memoriæ eſt ſignũ ſubſtantiæ permanentis,ha
bentis fixionem & firmitudinẽ:talis aũt eſt,quæ eſt ſicca,nõ adeo tñ,ꝙ omnẽ impreſsionẽ fugiat,& à nullo ſigille
tur,ſed cũ temperamẽto. Obliuio vero eſt ſignũ fluentis ſubſtantiæ:talis aũt eſt,quæ eſt multum humida,nullum
tenẽs idolum, quare nec faciens ſibi habitũ de illo:eſt.n.memoria(ſicut ex prędictis patet)habitus phantaſmatis.
Paſsio enim,quæ præceſsit,à phantaſmate facta,non fit habitus niſi per impreſsionẽ eius ſtabilem fieri,& non de
facili deleri:hoc aũt accidit ꝓpter organũ eius eſſe magis ſiccũ,q̃ humidũ,magiſq; fixum,q̃ fluidum, ꝓpter quod
huic operationi ſiccior ẽ partem cerebri pro organo attribuunt,ſ. poſteriorem:in tali enim licet difficulter impri-
matur,poſt impreſsionem tñ non eſt facilis deletio. Tenax ergo ſeruatio facit habitũ ſic figurari,vt præſto ſit reuo
catio eius poſt auerſionẽ. Et eſt hic attẽtione dignum,ꝙ,ſicut obliuio eſt amiſsio formæ apud phantaſiã,ita faci
litas obliuionis eſt ſignum ſubſtantiæ fluentis organi phantaſiæ:tenax aũt ſeruatio formæ eſt ſubſtantiæ pmanen
tis eiuſdẽ organi phantaſiæ ſignum. Et,qm̃ hoc facit bonitatem memoriæ per habitũ facere de phantaſmate,ideo G
dicit,ꝙ bonitas memoriæ eſt ſignum ſubſtantiæ pmanentis,nõ ꝙ memoriæ ſit retinere,ſed reuocare,quod qdem
non accidit niſi per phantaſiã tenaciter aliquãdiu ſeruaſſe. Ergo idem erit organũ phantaſiæ & memoriæ,quia,cu
ius eſt obliuiſci,illius eſt memorari. Si aũt obliuio nõ eſt amiſsio formæ & auerſio ab ea,ſed eſt quædam impoten
tia reuocationis formæ amiſſæ(dicitur.n.quis oblitus,cum reuocare non põt)tunc ẽt talis impotẽtia non accidit,
niſi propter nõ eſſe factum habitum de phantaſmate : quod qdem accidit ex fluenti ſubſtantia organi phantaſiæ.
Dicit aũt Ariſt.ꝙ pueri & ſenes ĩmemorabiles ſunt ꝓpter fluere vtroſq; , hos qdẽ propter augmentũ,illos vero de memo.
propter decremẽtum. Adhuc aũt veloces in diſcẽdo,& multũ tardi,ĩmemores ſunt,hi quidem ꝓpter eſſe humi & re.ĩ fine.
diores opportuno,& nõ immanere eis phantaſma , ſicut nec in aquis figuras:alij vero ꝓpter duriores eſſe opportu
no,neq; tangi à phantaſmate,neq; ſigillari ab illo. Adhuc aũt reminiſcibiliores ſunt,qui velociter diſcentes, ꝓ-
pter hos de facili moueri ab vno in aliud:memorabiliores aũt,qui tarde,propter fieri apud hos magis habitum de
perceptis. Deinde,cũ dedit ſigna cõplexionis cerebri ſumpta ab operatione principali apprehenſiua,dat ſigna
ſumpta ab operatione principali motiua,quæ eſt operatio appetitiuæ motũ imperantis,& dicit, ET BENE MO
BILE &c.i.eſſe bene mobile in opinione eſt ſignum calidæ ſubſtantiæ cerebri:figi vero & permanere in illa, eſt
ſignum frigidi. Et vult per mobilitatem in opinione, velocitatem permutationis in conſilijs & in voluntatibus;
qualis eſt ĩ infantibus,quod alia tranſlatio declarat,cũ dicit, ET MVLtitudo opinionum & permutationis in vo
luntatibus &c. Contingit aũt & hoc à caliditate organi phantaſiæ,cum qua appetitus idẽ eſt ſubiecto,& ꝓpterea H
idem organum:calidũ.n.bene mobile & bene venabile ab omni appetibili,facile faciens perſuaſibile à quocũq;,
& maxime ſi iunctum fuerit humiditati,nõ diu tñ retentiuum: frigidum vero econuerſo. Fortaſsis autem vult
per opinionẽ,conceptionem de vero aut falſo,ſed de contingenti aliter ſe habere:& hoc fit per acceptionẽ media-
tæ ꝓpoſitionis,& nõ neceſſariæ:& per hoc differt à ſcientia. Opinans enim,ita hominem vult eſſe aĩal,vt cõtingat
aliter ſe habere:& ſilr̃ vult hoĩem non eſſe aĩal ita,vt contingat aliter ſe habere. Eſt ergo opinio per rõnem nõ ne-
ceſſariã, ꝓpter quod diuidit̃ per veram & falſam. Talis aũt exiſtimatio venatiua eſt ſupremæ veritatis:donec.n.in
tellectus nõ cognoſcit,quia nõ contingit aliter ſe habere , nunq̃ quieſcit: ꝓpter quod accidit moueri de opinione
in opinionẽ,donec incidat ſcire,vbi quieſcit. De facili ergo moueri per hunc modũ venationis,i.eſſe bene perſua-
ſibilem,ad quodcũq; & per quodcũq; ſignum videatur illud inferre,ſignum eſt caliditatis cerebri,calidum.n.be-
ne mobile. Cum enim hæc oĩa fiant in phantaſmatibus,ſi fuerit phantaſia in organo calidiori,erit bene tranſmu-
tabilis ab vno in alterum,& proinde intellectus:hæc aũt tranſmutatio fit per velocem cõpoſitionem & diuiſionẽ
formarũ & intentionum , cauſatam quidẽ à cerebri & ſpũs caliditate. Difficile aũt ſic moueri eſt ſignum frigidæ
ſubſtantiæ cerebri & ꝓpter cauſas cõtrarias. Sed,qm̃ rectius videt̃ exponi per mobilitatem in opinione,mobi-
litatem in appetitu,aliter.n.derelinqueret cognitionem cõplexionis cerebri ab operatiõe principali motiua,ideo
& de

A &de virtute ista,quæ est motus imperatrix,& vtr qualiter fiat motus ab illa,pauca differendum ; vt ex hoc appareat ita cerebrũ esse principiũ motus,sicut & sensus. Dico ergo,ꝙ in motu oportet cõsiderare,qd sit mouẽs,& id, quo mouet,& qd est illud,quod mouet. Est aũt mouẽs duplex,s.imobile,& quod mouet. Mouẽs imobile est appetibile extra,hoc aũt est actuale bonũ,quod est vel videt bonũ : mouẽs vero,qd mouet,est appetitus,hoc aũt nõ est sine phantasia,idẽ subiecto cũ illa existẽs:phantasia aũt est iuncta rõni,vel nõ,qa appetibile aut est imaginatũ tm̃, aut ẽt intellectũ.Id aũt,quo mouet,est organũ. Hoc aũt,quod mouet,est aĩal,siue pars eius:est aũt pars appetitus siue species, ira , & concupiscẽtia. Et est ira appetitus repellendi,cõcupiscẽtia vero amplectendi:volũtas quoq; appetitus est cũ ratione,s.rõni subiectus. Quod ergo mouet,est iunctura,& per hanc totũ aĩal:mẽbrum aũt,quo appetitus mouet iuncturam,est chorda:chordam aũt mouet per musculum,hunc aũt per neruum,sed hunc ꝑ spiritum,& hoc ideo,quia opera motus sunt pulsio & tractio. Quare oportet ĩmediatum organũ motus augeri & breuiari posse,& talis est spiritus natura,etenim sine violẽtia corripit & augetur,& trahit & expellit, sicut in libro de motu aĩalium dicit Philosophus. Dubitabit aũt aliquis,quia,cũ appetitus sit cum phantasia idem subiecto,huiusmodi aũt organum sit determinata pars cerebri,nõ videt,ꝙ appetitus in cerebro habẽs organum posſit mouere oẽs corporis iuncturas,non puenien ad illas. Nisi esset,ꝙ spũs influens à cerebro per neruos motiuos cũ ipsis neruis & chordis exequit motũ per particulares virtutes motiuas,quæ in eo sunt correspondentes appetitui, sicut oĩs sensus correspondet sensui cõmuni:quo fit,vt ex crasſis & fortibus neruis fortes sint motus,ex tenuibus autẽ B & debilibus debiles. Non solũ aũt hęc est cã fortis & velocis motus,sed multitudo spũs,& eius caliditas,signũ cuius est,ꝙ retentio spirationis facit fortitudinem propter prohiberi exitum spiritus,& eius infrigidationem.

Ant. Adhuc vero mihi videntur duo deesse genera cognitionum,quæ à principio suscepi dicere,vnum quidem naturalium actionum:alterum vero extrinsecus accidentiũ.Erit autẽ de vtrisq; cõmunis ratio.Nam, si eucraton cerebrum existit secundum quatuor qualitates,omnia hæc,quæ dicta sunt,habebit cum modo : & superfluitatum quæcũq; per palatum,aut nares,aut oculos,aut aures expurgantur , & has habebit moderate:& minime lædetur ad omnia,quæcunq; extrinsecus calefaciunt,infrigidant,siccant,& humectant. Talibus,infantibus quidem existentibus capilli subrufi:pueris vero subrubei:perfectis vero fiunt rubei,medij quodam modo existentes crispórum & simplicium,neq; calui fiunt facile.

Leo. Adhuc autem duo iudiciorum genera mihi videor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturũ pollicitus,quorum alterum ad operationes attinet naturales : alterum vero ad ea,quæ extrinsecus occurſant. Erit autem in vtrisq; sermo cõmunis. Si quidem cerebrum sortiatur bonam quatuor primarũ qualitatum temperaturam,omnia,quæ diximus,habebit moderata : & excrementa, quæ vel per palatum,vel aures,vel nares,vel oculos expurgantur, hæc quoq; modice se habebunt:atq; ab ijs,quæ extrinsecus occurC sant,minime lædetur,quę scilicet vel calefaciunt,vel frigefaciunt,vel humectant,vel exiccant. Talibus igitur capilli capitis,cum adhuc sunt infantes,subrufi:cũ vero pueri,subflaui:cum iam adoluerint,flaui fiunt, medijq; sunt inter eos,qui omnino sunt crispi & simplices:non tamen facile caluitium patiuntur.

Cõ.18. Cum dedit cognitionem cõplexionis cẽrebri ex quatuor generibus signorũ superius nominatis,s.totius capitis dispositione,& virtute & vitio sensibiliũ operationum,& virtute & vitio motiuarũ,& virtute & vitio principalium,quia remanserãt ei adhuc duo alia genera signorum ex numeratis, ex quibus cognoscibilẽ dixit esse cerebri cõplexionem,incipit nunc ostẽdere cognitionem illius ꝑ illa duo,& dicit, ADHVC & c.i.sed adhuc mihi videntur deesse duo gña signorum ex illis sex generibus,qbus supra dixi cõplexionẽ cerebri cognosci, quorũ quinq; dixit esse innata,sextum aũt extrinsecus accidere:quorũ duorum vnum est virtus & vitiũ naturalium operationũ:scdm vero est alteratio ab his,quæ sibi accidunt extrinsecus:de quibus vtrisq;(vt dicit)cõmunis erit rõ,idest declaratio: & cõiunxit ẽt determinationem de ipsis,ꝑpter ambo ĩmediate significare sup cerebri cõplexionem,& nõ per mediam cõplexionẽ,sicut prędicta:adhuc autẽ ꝑpter scdm à primo dependere,& ẽm illius exigentiam accidere,sicut patebit. Deinde,ꝓcedens ad declarandũ cõplexionem cerebri per illa,primo præmittit quoddã signũ sumptũ ab oĩbus his,quæ dicta sunt super cõplexionẽ cerebri tẽperatam,quod qdem signum per mediã cõpositionem significat super cõplexionẽ,& dicit, NAM, SI EVCRATON & c.i.nam,si cerebrũ sit bene tẽperatũ ex quatuor D qualitatibus primis,tunc habebit oĩa,quæ dicta sunt, ẽm æqualitatẽ:& volebat per modum,æqualitatẽ. Sunt aũt ea,quæ dicta sunt,& dispositio capitis,& opatio sensitiua & motiua,& ea,quę dicitur opatio principalis. Aequalitas.n.dispositionis capitis in magnitudine & figura,& operationis sensibilis & motiuæ,& principalis(sicut ex prędictis patere potest)causat principalr ab æqualitate cõpositionis:hæc aũt ẽt à tẽperantia cõplexionis cerebri: ergo talis tẽperantia in illis dignoscet. Cum aũt dicit cerebrum temperatum , intelligendum est tẽperamẽto à iustitia,s.ꝙ caliditas,frigiditas,humiditas,& siccitas sunt in ipso nõ pariter,sed ẽm mensuram ꝓportionis ipsorum ad opus cerebri,ad quod ĩpariter ordinant. Non puenit aũt à suo tẽperamento à iustitia ad tẽperamentum à iustitia, quod est carnis vel cutis,quod vicinum est æqualitati certę,sed dicitur cerebrũ temperatum,quia sortitum est cõplexionem non parum declinantem ad frigiditatẽ & humiditatẽ:huius enim cõplexionis esse oportet,vt adęquet capite 7. excessum caloris cordis(vt dicit Philosophus)& vt sit molle & lene(vt dicit Gal.)& ex hoc impresſibile propter ha 2.de ptib°. bere virtutes apprehensiuas,quæ ab altero pasſiuæ dicuntur , & vt ex exercitio spirituum ipso tempore cogitatio9.ď iuuamentis mẽbroꝝ capite 7. num non accendatur,& superflue exiccetur,vt addimus nos.

SED DICET aliquis,ꝙ non posſit habere oĩa,quæ dicta sunt,ẽm æqualitatem. Cum.n.operationes illarum virtutũ,quæ cerebro attribuuntur vel sicut principio,vel sicut organo,non indigeant eodẽ temperamento ad suã perfectionẽ,

perfectionem,impoſſe eſt cerebrum per aliquod vnum tēperamentum ſortiri oēs operationes illas ſm̄ equalitatem.Senſibilis.n.operatio magis perficitur p cōplexionem declinantē ad modicam frigiditatē & humiditatem, vt ex ſupradictis patet:mo tiua aūt,declinātē ad modicā caliditatem & ſiccitatem:cuius ſignum eſt confortari eam aliqñ in phreniticis, vt teneri non poſſint. Adhuc aūt & velociter diſcentes īmemores ſunt ſm̄ Philoſophum ꝓpter informatiuā qdem in digere plus humiditate,memoratiuam vero ſiccitate:quare impſſe videt cerebrū conſequi poſſe vtriuſq; operationem ſm̄ æqualita tem. Niſi eſſet,ꝙ ſine dubio non eſt poſſe aliquod corpus habere optimas operationes vniuerſas,ꝓpter cauſam,quæ nunc dicebat,& quæ dicta eſt ſupra capitulo de corpore ſemp ſano,ſed pōt habere eas ſm̄ meliorem equalitatem,quæ poſſibilis eſt naturæ,cum ſortitur temperamētum optimum,quāto amplius eſt poſſe reperiri:ideoq; & cerebrum ſortitū optimum ſui tēperamentum poterit habere oēs operationes ſuas cū modo,ſ.alteri cōpoſſibili. Hic tñ addendū,ꝙ predictæ operationes nō cōplentur nec principiātur ab eadem cerebri parte:ꝓpter quod nec eſt impoſſe cerebrum ſm̄ diuerſas ſui partes ſortiri cōplexiones vtriq; cōuenientes,vt ſit anterior pars humidior ſm̄ congruitatem ad ſenſum & imaginationem, poſterior vero ſiccior ſm̄ congruentiam ad motum & memoriā. Deinde declinans magis ad dandum cognitionem cōplexionis cerebri per virtutem & vitium naturalium operationū dixit, ET SVPERFLVITATVM &c.i.habebit ſuperfluitates,quæ purgātur per palatum,& aures,& nares,moderatas:dico aūt moderatas in quātitate & qualitate. Et cauſa huius eſt,quia cerebrum,ſi ſortitū eſt optimū tēperamentum à natura,de neceſſitate erit habens virtutes naturales,quæ tēperantia complexionis, vt inſtr̄o vtuntur optimarum operationū,quæ ſunt attractiua,digeſtiua, retentiua,& expulſiua,quas medicis cōſuetum eſt vocare virtutes miniſtrantes nutritiue,augmentatiue,& generatiue,quas ēt naturales, vocant medici. Mihi aūt non vident eſſe niſi de ipſa eſſentia nutritiuæ virtutis. Virtutis enim nutritiue eſt has operationes efficere oēs,ſm̄ oē mēbrum,ſ.attrahere,digerere,retinere,& expellere,digeſtione dicta de omni gradata tranſmutatione nutrimenti,donec in ſubſtantiam conuertat nutriti. Sed,quia viderunt operationes earū effici in ſtomacho & hepate ad vtilitatem cōmunem totius corporis,arbitrati ſunt eas non eſſe de eſſentia nutritiuæ, cum p eas nondū aliquid corporis nutriat,ſed ſubſeruientes illi. Sed non erat hoc opportunum,cum operationes nutritiuæ circa nutrimētum gradatas eſſe oporteat:ex quo indiguit organis quibuſdā cōibus,quibus adiuuentur ſpecialia.Sicut ergo nutritiuæ operationes dicunt apponere,vnire,& aſſimilare,ita & prędictas eius eſſe operationes cōcedere poſſunt:&,ſicut,qñ apponit,poteſt dici poſitiua : qñ vnit,vnitiua:qñ aſſimilat,aſſimilatiua,ita,qñ digerit,digeſtiua:qñ attrahit,attractiua:qñ expellit,expulſiua:qñ retinet,retentiua:ab oībus.n.his operationibus diuerſa ſortit nomina,& eſt vna virtus quaſi multę virtutes:queādmodum ēt vegetatiuū eſt triplex,ſ.nutritiuū,augmentatiuum,& generatiuū:& nutritiuum eſt multiplex,ſicut patuit. Si vero nutritiuū vellent dicere ab vltima ſui operatione,quæ eſt aſſimilatio nutriētis cum nutrito,tunc reſtaret dicere,cuius partis aīæ eſſent prædictæ operationes, & eſſet difficile fingere,cuius alterius. Adhuc autē & oīs præcedens digeſtio eſt quædam aſſimilatio ſemicōpleta:& attractio,quædam ꝓportionalis appoſitio : retentio vero, quædam ꝓportionalis vnio ſeu vnitio,&(vt eſt ſimpliciter dicere)operationes eius precedētes imitantur ſequētes,vt poſſe.Si ergo cerebrum perfecte digerit ſuum nutrimentū,erunt ſuperfluitates eius digeſtionis moderatæ,non excedētes menſuram,quæ eſt decens,ſicut qñ digeſtio non cōpletur,vt in catarrhis & corizis accidit. Adhuc aūt & bene digereret ſm̄ qualitatem per habere quandā mediocritatē inter tenuitatem & ſpiſſitudinem,neq; participare colore vel odore præter naturam,quales ſæpe videmus in catarrhis & corizis. Aut fortaſſis erunt moderatæ per cōparationē ad eas,quæ ſunt frigidi & humidi cerebri,in quo fiunt excedentes in quātitate,& diminutæ in ſpiſſitudine:& eas, quæ calidi & ſicci,in quo fiunt dimi nute in quantitate,& excedētes in ſpiſſitudine,ſicut poſtea patebit. Propter habere aūt hoc mēbrum nutritiuam debiliorē alijs ex diminutione caloris in illo:adhuc aūt & ꝓpter totum corpus in ipſum vaporare,fuit habēs & ipſum plures ſuperfluitates quocūq; alio membro: vnde & plures ei canales, vnde ipſas excernat,natura contribuit.Phlegmaticas.n.magis per palatum & nares,cholericas vero per aures expellit,melancholicum autem non habet aliquid,de quo ſit curādum propter nutrimētum eius eſſe ſubtile valde.

Ex oppoſito vero intelligēdum,ꝙ,ſi cerebrum nō fuerit eucraton,aut per diminutionē digeſtionis in eo abundabunt ſuperfluitates īmoderatæ ſm̄ qualitatem & quantitatē:aut per ſuperexceſſum digeſtionis diminuentur & qualitate mutabūtur. Et eſt hic notabile,ꝙ velit virtutem & vitiū oīum naturalium operationum apparere in ſuperfluitatum moderātia vel īmoderātia,ꝓpter tres earum ordinari ad quartam,cuius eſt cōuerſionē facere: moderantiam vero ipſarum ſignificare conuerſionem bonam, immoderantiam vero malam. Eſt autem hic attentione dignum,ꝙ,licet dixerit ſupra in initio huius capituli,ꝙ ex ſignis corporis ægri ſimpliciter,erunt reliquæ duæ latitudines manifeſtæ, non recuſat tamen aliquando interponere ſigna corporis ſani vt multum,quod etiā eſt ſimpl̄r ſanum & optime eucraton ſecundum ſenſum(vt manifeſtum eſt)hic apponens ſigna cerebri temperati,vt nō lateat,ꝙ ex his illa,ſicut econuerſo,coniecturare facile eſt. Aut fortaſſis ſigna,quæ ponit cerebri temperati,ſunt tantum ſigna ſani ſemper, ſumpta penes cerebrum:quæ ideo intermiſcet,vt ſigna corporum lapſorum ad ipſa collata facilius intelligantur. Deinde,cum docuit cognitionē complexionis cerebri per virtutē & vitium naturaliū operationū,docet illā per alterationē ab his,quæ ſibi accidūt extrinſecus,& dicit, ET MINIME &c.i. &,ſi cerebrum fuerit eucraton,minime aliorum lædetur ab his,quæ extrinſecus calefaciunt,& infrigidant,& humectant,& exiccant:& cauſa huius eſt,quia tēperamentum in medio extremorum exiſtens non eſt facile deducibile in aliquod illorum,ꝓpter diſtare ab eis,niſi à forti impreſſione:calidū autem facilius à calefacientibus calefit, & frigidum ab infrigidātibus infrigidatur,& ſic de alijs. Manifeſtum eſt ergo,ꝙ penes eucraſiam & diſcraſiam ipſius,ſm̄ quam principaliter ineſt ei bonitas & malitia naturalium operationū,accidit ei parum vel multū lædi ab alterantibus extrinſecus.Propter quod de his ſignis determinationem cōiunxit,vt videt. Adhuc aūt coniunxit prædictis ſignum ſumptum à capillis, recōpenſans per hoc, ſuperius omiſſum de totius capitis diſpoſitione,quā dixerat

E

trac. de me mo. & re.

F

G

H

A dixerat accipi ĩ magnitudine,& figura,& capillis,& dixit, TALIBVS &c.i.talibus eucraton cerebrũ habẽtibus, dum quidem ſunt infantes,capilli ſunt ſubrufi:qñ autem pueri fiunt,ſubrubei:quando vero perfecti,ſ.poſt finem augmenti,ſ.quæ dicitur ætas ſtatus,tunc capilli fiunt rubei. Et diuiſit totum tempus adolendi in infantiam,& pueritiam,volens per infantiam tempus vicinum magis ad natiuitatis principium,q̃ ad finem augmenti:per pueritiã vero vicinum ad finem augmenti magis,q̃ ad natiuitatis principium.

SED HIC VIDENDVM eſt de cauſa & modo gñationis capillorũ,& vlr omnium pilorum:adhuc autem & de cauſa dictorum colorum in capillis in prędictis ętatibus. Dico ergo,ꝙ pili gñantur in poris cutis ex vapore, pite 5. qui à corpore reſoluitur. Sicut nãq; dicit Gal.in 2 de cõplexionibus,pili pendent à cute,& procedunt ab ea,ſicut herba à terra,in hoc ſolo differentes,ꝙ non nutriunť,ſicut herbæ. Sicut ergo in terra extremæ ſiccitatis,qualis eſt arenoſa,& in fine æſtatis nõ oriuntur herbæ nec creſcunt,ſed,quæ fuerint,exareſcunt,ſic nec in cute corticali,vel teſta,qualis eſt cancrorũ,& teſtudinis,& ſerpentũ, & ſquamoſorum piſcium,naſcitur pilus. Et ſicut in terra ſuperfluæ humiditatis,qualis eſt paludoſa,& in medio hyemis non oriuntur herbæ nec creſcunt ẜm plurimũ,ſic nec in cute vltimæ humiditatis oriuntur pili, vt vlr in piſcibus non ſquamoſis,& in cute humidioris ex hoĩbus. Quando ergo incipit ſupfluum humiditatis terræ cõſumi,tunc oriunť & creſcunt in ea herbæ,tanto amplius augmentum ſuſcipientes,quãto amplius ſiccitas terræ augetur:quare fit earũ augmentũ ęquale in medio veris:in principio aũt B æſtatis ſuſcipiunt augmentũ velociter,donec in breui cõſequantur finẽ,qui ex augmento poſſibilis eſt. Ex hac igitur ſilitudine oſtẽdit Gal.ꝙ oportet cutim,ex qua pili ꝓcedunt,eſſe tẽperatæ ſiccitatis,nõ penitus priuatã rore, ſicut terra in fine veris & in initio æſtatis. Nam cutis humida nimis, mollis ſicut caſeus humidus,nõ habet poros ſtantes,ꝑ quos tranſeat vapor,q̃ à corpore reſoluiť,ſed,cum ſeparanť partes,apud tranſitũ eius reconiunguntť iterũ ꝓpter mollitiem,donec vniunť:ex quo fit abſciſsio continuationis vaporis. Adhuc aũt nec in tali põt vapor conſiſtere qui ex ſiccitate tm̃,ꝙ dureſcat in pilum. Cutis aũt dura ad ſilitudinem caſei diu coagulati,perforať ex caliditate rei penetrantis in eã,&,cũ ſeparatę fuerint partes,remanẽt ſic,vt nõ coniunganť ꝓpter duritiẽ. Si ergo tranſiens ꝑ hos poros fuerit vapor ſubtilis,nulla ei erit mora in poro,vt cõdenſari poſsit in pilũ,ſed erit ei tranſitus velociter à poris cutis:Si aũt fuerit humiditas, multoties ꝓhibetur pertranſire ꝓpter ſtricturã pori,vt cogatur redire ad interiora ipſam ꝓpellentia:Si aũt fuerit vapor fumoſus,& groſſus terreſtris,nõ erit ei poſsibilitas de facili penętrandi per exitus ſtrictos,donec eleueť ex profundo corporis vapor alius illi cõſilis,qui ꝑcutiat primũ illic,& ꝓpellat ipſum ad exteriora:& poſt alius,q̃ percutiat hunc:& iterũ alius,donec fiat cõplicatio ipſorum in poro,vt ꝑueniat ab eis corpus vnũ coniunctum,oppilans totũ porum: & hoc ipſum eſt radix pili ꝓportionata radici herbæ. Cum ergo ſurrexerint vapores illi de genere prædictorũ, percutiẽtes ipſum illuc,& non inueniẽtes exitum ꝓpellunt ipſum ad exteriora,cogentes ꝓdire ex cute,iam quodãmodo ex mora ſiccatũ & factum velut quædam corrigia,& ꝓportionatum herbæ. Manifeſtum eſt ergo,q̃ũo,& ex quo fiat pilorum gñatio:ſed efficiens eſt caliditas,quæ corpo- C ris humiditatem reſoluit in fumũ,& ſiccitas cutis,qualis dicta eſt,adiuuans ad cõdenſandum ipſum. Multiplicanť aũt pili in capite ex multis ſupfluitatibus fumoſis tam à capite,q̃ à toto corpore venientibus ad ipſum, ꝓpter caliditatẽ mouere vaporẽ in ſurſum magis,q̃ ad dextram & ſiniſtrã: ex quo contingit caput fieri ſicut caminũ oĩum vaporum corporis: Adhuc aũt ꝓpter mẽbrum,in quo fit ipſorum ꝓductio,eſſe ſiccum valde,ſ.craneũ,cuius cutis,quę ipſum circũdat,ẽt ſuperfluit in ſiccitate & duritie cuti,quæ eſt ẜm reliquum corpus. Poſt hoc aũt dicamus de cauſis prædictorũ colorũ. Dico ergo,ꝙ in pleriſq; aĩalibus(ſicut dicit Philoſophus quinto de generatione apite 5. aĩalium)color pilorũ eſt ẜm colorem cutis:ab alba enim fiũt albi,à nigra vero nigri,& à rufa rufi. In hoĩbus autẽ (ſicut dicit)nulla cauſa coloris pilorũ eſt cutis,ſæpe.n.valde albi ẜm cutem,nigros habẽt pilos. Cauſam aũt huius eſſe dicit,ꝙ eius cutis nihil põt ſuper ꝑmutatione pilorum ꝓpter ſubtilitatem & imbecillitatẽ ſui,tñ ipſa ꝑmutať frequenter in colore à Sole & ventis,& tñ pili non ꝑmutantur. In craſsitie aũt & ſubtilitate imitanť ſine dubio naturam cutis(vt dicit)craſsi nãq; ex craſſa,& ſubtiles ex ſubtili pelle fiunt,ꝓpterea ꝙ pili,qui in capite hoĩbus,craſſiſsimi ſunt ꝓpter cutim ibi eſſe craſsiſsimã eorũ,quæ in corpore ſunt. Adhuc aũt & ſenibus craſsiores propter cutim in eis craſsiorẽ fieri. Si ergo cutis fuerit rarior & craſsior,erit pilus craſſus ex largitate pororũ & terreſtritate cutis:ſi vero ſubtilior & ſtrictior,erit pilus ſubtilis ex cauſis contrarijs. Adhuc aũt & cum cauſa huius eſt(ſicut dicit)humidi euaporantis natura,craſsi.ſ.vel ſubtilis. Comitatur ergo color capillorũ diſpoſitionem materiei,& ef- D ficiẽtis virtutem. Qñ.n.caliditas cerebri & totius corporis fuerit fortis,vt adurat illũ vaporem,& fiat fumoſus,tũc capillus ab ea generatus erit niger:&,cum caliditas fuerit debilis,vt ſit aduſtio vaporis ab ea minor, tunc capillus erit attinens albedini. Habentes ergo cerebrũ temperatum, cũ fuerint infantes,habent capillos ſubrufos:& cã huius eſt,quia,cum color ſubrufus, qui aliàs dicitur flauus,ſit cõmiſtus ex albo & nigro, nõ poterit comitari niſi vaporẽ minimę aduſtiõis,qualis fit ex calore modicę acuitatis:talis aũt eſt maxime,q̃ infantis,ꝓpter cerebri ipſius tẽperiem,& ꝓpter obtundi ſub humido ex natiuitate adhuc vicina poſſeſſo. Cum aũt fuerint puberes,habent capillos ſubrubeos:& cauſa huius eſt,quia color ſubrubeus comitatur vaporem paulo maioris aduſtionis, qualis fit à calore maioris acuitatis, q̃ ſit in infante:talis aũt eſt in pubere,ꝓpter ipſum ab humido iam minus ſuffocari.

Cum aũt fuerit in ætate perfectionis, quæ diciť ætas ſtatus,tunc habet capillos rubeos:& cauſa huius eſt,quia hic color comitatur vaporẽ multæ aduſtionis,& vno ſolo gradu potentẽ plus aduri,ſ.vt nigreſcat:talis autem fit à calore exacuto,qualis nequaq̃ eſt in eucratis cerebris. Non põt igitur in talibus fieri color capillorum albus,aut niger,qui ſunt extremi colores comitantes cerebri frigidã cõplexionem,& calidam,cum ſint habentes cerebrum tẽperatum,licet fiant in eis colores medij,permutabiles & ipſi ẜm aliquam permutationem cõplexionis ab ætatis variatione, vt ſit ab initio augmenti color capillorum vicinior albo, in fine aũt vicinior nigro. Deinde dixit, MEDII QVODAMMODO &c.i.& ſunt habentes capillos medios inter criſpos & rectos:& volebat per ſimplices rectos,recta.n.linea ſimplex eſt,curua aũt non ſimplex. Sunt aũt in talibus ideo ſic medij ꝓpter euaporationẽ

in eis

in eis mediam esse inter humidam & siccam. Si.n.euaporatio fuerit fumosa, calida existens & sicca, aliquid terrestritatis admistum habẽs, facit pilum crispum (sicut dicit Philosophus) eo ꝙ flectitur ꝓpter ferri duobus motibus, terrestre quidẽ deorsum, calidum aũt sursum. Bene aũt flexibilis est tota euaporatio ꝓpter debilitatẽ: adhuc aũt & ꝓpter prohiberi sic in rectũ ꝓcedere à cutis duritie, & hinc accidit crispitudo. Addidit aũt sicut cõcausam crispitudinis, desiccationẽ factam à continente, dicens, ꝙ crispitudo est cõtractio quædam pili ꝓpter indigentiã humidi à circũdante caliditate: flectitur.n.rectum, si euaporauit, & contrahitur, queãdmodum (sicut dicit) in igne vstus pilus. Signum aũt & huius esse dicit & crispos pilos duriores esse, & in calidis & siccis regionibus abundare. Sed Gal. in lib. de cõplexionibus addit pro causa crispitudinis, torturam pori, vnde ꝓcedit pilus: hanc aũt torturã pori efficit (sicut dicit) euaporatio ipsa, aut quia nõ procedit ẽm rectitudinem, sed flectiẽ propter debilitatem, & accidit formã pori ẽm flexionem eius fieri: aut quia, si fuerit fortis, accidit cutem duriorẽ esse, & inde ꝓhibetur, ne in rectum ferat: quare reflectiẽ, & dirumpit sibi viã oblique, & accidit pilũ fieri ẽm figurã, qua radix eius figurata est. E li.5.de gen. aialiũ ca.3. li.2.ca.5.

Sed tortuositas pori in veritate nõ est ponẽda causa crispitudinis, cũ pori tortura simul causeẽ cum crispitudine pili: illud enim, quod est prima causa crispitudinis pili, est causa tortuositatis pori: potest tñ & postea poni sicut cã conseruans crispitudinem. Si aũt euaporatio fuerit multam habens humiditatẽ, nihil terrestritatis per viã adustionis admistum habens, facit pilos rectos ꝓpter ferri vno motu tm̃: adhuc aũt propter non esse contrahibilẽ humiditatis indigentia. Deinde dixit, NEQVE CALVI & c.i. & tales de facili nõ fiunt calui. Alia translatio habet, ET FORtasis nõ aduenit eis caluitium. & causa huius in promptu erit scrutantibus, vnde caluitiũ causetur. F

Dico ergo (sicut dicit Philosophus in 5 de gener. aĩalium) ꝙ caluitium est cõis quædam passio aĩalium & plantarum. Maxime aũt inter aĩalia hoĩes caluescunt, & aues ẽt quædam latitantes, abijciunt plumas: similiter quædam plantæ semp sunt foliatæ, plurimæ aũt folia proijciunt: accidit aũt hæc passio (sicut dicitur) ꝓpter defectum humiditatis calidæ, talis aũt est, quæ pinguis: propter quod pingues plantę semper sunt foliatæ, vt oliuæ. Signum autem huius est nõ accidere hanc passionẽ ante luxuriã, sed post tm̃, propter calidi humidi in coitu amissionem: cuius ẽt signum est mulieres nõ caluescere, sicut neq; pueros & eunuchos, ambo.n. sunt agona, i. expertia spermaticæ emissionis. Fit aũt hæc passio plantis maxime in hyeme ꝓpter defectum calidi attrahentis humidũ, hoĩes vero suis ætatibus agunt hyemẽ & æstatem, vt dicit. Vnde & ꝓpter hoc maxime accidit in ætate, quæ assimilatur hyemi, toto qdem anno diuiso in tempus calidum & frigidum, & fiẽr tota ætate in calidã & frigidam. Propter quod & circa cerebrum ait illud accidere ꝓpter defectum caloris in eo: magis aũt in anteriori parte capitis propter magis ibi cerebrum esse, vt dicit. Gal. aũt in li. de cõplex. dicit caluitium accidere ꝓpter cutim fieri superflue aridã & siccã. Ait enim, ꝙ, cuius cutis ab initio natiuitatis fuerit decliuior siccitati & duritiei, cũ peruenerit ad senectutẽ, in qua mẽbra oĩa infrigidantur & siccanẽ & ethicanẽ, postea fiet cutis testea, in qua nõ est possibile, vt nascatur pilus, sicut ex præmissis patet. Signum aũt huius esse dicit, ꝙ interiora manuũ & inferiora pedum pilis sunt priuata propter siccitatem & spissitudinẽ cutis, quæ in interioribus eorũ est. Adhuc ẽt & caluitium accidit in parte caluarię tm̃, quæ est siccior oĩbus partibus capitis, & hoc ideo (sicut dicit) quia cutis illic est annexa ossi. Quare accidet apud ipsum mulieres & eunuchos & pueros nõ caluos fieri ex corporis totius & cutis ipsius humiditate copiosa, non de facili siccabili ꝓpter senectutem. Videtur ergo, ꝙ horum duorũ sententiæ simul coniunctæ sufficientem exhibeãt causam caluitij. Manifestum est ergo ex his, ꝙ tales ꝓpter cerebri temperiem nec sunt de facili cõsequentes immoderatam cutis siccitatem, nec de facili pinguis humidi defectum habentes, quare non de facili caluitium incurrentes: sunt enim minus incurrentes calidis & siccis, magis autem frigidis & humidis. Sunt etiam habentes mediocritatem facilitatis incurrendi canos, sicut infra patebit, cum canorum causam indagabimis in his locis, vbi p eos super frigidam cerebri complexionem significare docebit. cap.3. lib.2.ca.5. G

Audire vero oportet, quæ dictæ sunt cognitiones, & quæ dicendæ sunt, vt in bene temperatis habitationibus: quæcunq; vero secundum capillos, non in regionibus tantum, sed & in humorum temperantia, proportionem habente temperantiæ eorum, quę secundum cerebrum. Ant.

Quæ vero dicuntur, ac posterius dicenda indicia sunt, accipere oportet vt in bonam habẽtibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinent non ad locorum tantum, sed ad humorum quoq; tẽperaturam, qui cerebri temperaturæ proportione respondent, sunt referenda. Leo. H

Cum dedit simul & in cõi cognitionẽ temperantiæ & distẽperantiæ cerebri per sex genera ꝓpositorũ signorũ, dat canonẽ coarctantem prædicta signa, ne accidat decipi circa illa, & dicit, AVDIRE VERO & c.i. sed oportet intelligere signa, tàm quæ dicta sunt, q̃ quæ dicenda sunt super cognitione cõplexionis cerebri, verificari tm̃ in bene tẽperatis regionibus. Et volebat per signa, quæ dicta sunt, non solũ illa, quæ sumpta sunt à capillis super eucrasiam cerebri, sed (sicut videtur) quæcũq; ẽt sumpta sunt ab operibus virtutũ eius: qđ manifestũ est ex hoc, ꝙ aduersatiue postea subiunxit, QVAEcũq; vero ẽm capillos & c. Per dicenda aũt signa vult, quæcũq; est propositurus super cognitione discrasiæ cerebri. Nam, quãuis maxime sequantur naturam regionis, quæ sumpta vel sumenda sunt à capillis & cute, ex eo ꝙ continens aer plurimũ potest super immutatione eorum, quæ in exteriori corporis sunt, s. cutis & capillorũ, nihilominus tñ vult per cognitiones dictas & dicendas, sumpta ẽt ab operationibus prædictarum virtutum. Videmus.n. & ẽm distẽperatas regiones, ẽt quãtũcũq; temperatum cerebrum peiores omnes operationes habere, vt sit fere dicere hoĩes temperati cerebri in regionibus valde frigidis stultos per cõparationẽ ad sibi similes in regionibus temperatis, & ẽm mores naturales etiam intemperatiores esse. Cõ.19.

DICEMVS tamen, ꝙ (sicut dicit Hali) aer continens regionis valde parum potest super ĩmutationem intrinsecorum mẽbrorum à naturis suis, nisi vehemẽter excedat in aliqua qualitatum, reliqua diæta cõueniente seruata.

Propter

A Propter quod in omni fere regione signa sumpta ab operationibus prædictarum virtutum verificantur, regione distẽperata nihil aut parum valde operatiões tẽperati cerebri alienare potente, aut calida frigidi, aut frigida calidi. Quòd si ſm aliquid alienauerit eas, hoc erit ex via accidẽtis, s. superflua quadam constrictione caloris intrinsecus, vt in regionibus frigidis, aut expiratione & ꝑeminentia eius superflua, vt in calidis. Facta aũt ĩmutatione caloris ẽt operationes, quæ calore perficiuntur, accidit ĩmutari, in frigidis quidem impetuosiores factas, in calidis autem quietiores. Quòd si regio faceret illud p se, tunc frigida ĩmutaret potius ad quietem, calida vero magis ad impetũ. Recte ergo dicit, ꝙ signa dicta & dicenda sumpta à capillis & reliquis super cerebro tẽperato & distẽperato audiẽda sunt in regiõibus tẽperatis: simile cuius ẽt admonuit infra cap. de signis cõplexionis totius, sumptis à musculis.

Sicut enim dicit ipse Gal. in lib. de cõplexio. capilli Aegyptiorum, Arabum, & Indorũ, & omnium calidas & siccas regiones inhabitantium fere indifferenter sunt nigri, tardi augmenti, duri, crassi, crispi, asperi, velociter scissibiles: Inhabitãtium vero regiones oppositas, s. frigidas & humidas, vt Turcorum, Scytarum, Sclauorũ, & Germanorum, indifferenter fere omnium capilli sunt flaui, velocis augmenti, subtiles, recti, & molles: Inhabitantiũ vero regiones medias inter prædictas sunt medij inter prædicta extrema. Habentes ergo cerebrum eucraton, non habebunt in extremis regionibus capillos, quales dictum est habere eos: nec habẽtes cerebrum frigidum habebunt in regione Indorum capillos sibi proprios, vel quales Sclaui habent: nec habẽtes cerebrum calidum habebunt in

B regione Sclauorum capillos sibi proprios, vel quales habent Indi, intermiscente se complexioni cerebri complexione regionis ad causandum capillos. Cum fuerit ergo regio frigida, effectum frigidæ complexionis augebit, calidæ autem diminuet: calida autem regio econtrario: Cum vero fuerit æqualis, consonabit eius effectus effectui complexionis cerebri temperati, effectum autem distemperatæ complexionis non poterit refrangere refractione, de qua curetur. Quare maxime verificantur signa dicta & dicenda in bene temperatis regionibus. Tales autem regiones (sicut Princeps dicit cap. de complexione) sunt, quæ sunt sitæ sub æquinoctio, maxime si nulla de rebus terrenis obuiando impedierit, sicut sunt maria, & montes, & huiusmodi, sicut dicit. Adiungit etiam, quòd opinio tenens, ꝙ excessus caloris accidit regioni propter rectitudinem Solis super capita, falsa est, & ad hanc sententiam affirmandam dicit se fecisse librum. Propter quod dicit, ꝙ rectitudo Solis super capita minus ibi malum operatur, q̃ apud nos, qui non habemus eã veram, & q̃ apud habentes maiorem, q̃ nos. Propter qd̃ est sententia eius, ꝙ excessus caloris non accidit ex rectitudine Solis super capita, sed ex mora rectitudinis. Ait enim. cap. de accidentibus aeris, ꝙ terra, quæ est sub circulo æquationis diei, est circa æqualitatem, quia causa cœlestis calefaciens ibi, est causa vna, quæ est Solis oppositio capiti: & ꝙ oppositio sola non magnam efficit impreſsionem, sed durabilitas oppositionis: cuius signum dicit esse, ꝙ calor horę octauæ maior est, q̃ in medio diei, quãdo Sol magis opponitur capiti, & ꝙ etiam maior est, cum Sol fuerit in postremo cancri & principio leonis, q̃ quando est in fine suæ declinationis, s. in postremo geminorum, quando maxime nobis opponitur, qui sumus in quinto vel sexto climate. Prę

C terea dicit, quòd in linea æquinoctiali non opponitur Sol capiti nisi paucis diebus, postea cito elongatur: & ꝙ hęc elongatio augetur citius & plus, versus quãcunq; partem Sol procedat, quàm apud duos tropicos. Apud hos enim non operatur motus trium aut quatuor dierum impreſsionem sensu perceptam, sed ex eo ꝙ Sol ibi moratur in vna latitudine, aut circa, longo tempore, primo declinando, deinde recedendo semper cum vlteriori mora rectitudinis, q̃ in ęquinoctio. Post æquinoctium autẽ temperatior regio est in climate quarto (sicut dicit) eo ꝙ ipsum positum est in medio climatum calidorum & frigidorum. Dicit ergo, ꝙ calidiores regiões sunt illæ, quę sunt sub vtroq; tropicorum, æstiui scilicet, & hyemalis, post quas sunt istæ, quæ elongantur à lateribus ad partes duorum polorum per quantitatem latitudinis quindecim graduum: frigidiores autem sunt, quæ in septimo sunt climate, aut extra ipsum versus arcticum polum. Hæc est ergo sententia Principis ex libris extracta medicinæ. Sed hic est sciendum, ꝙ rectitudo Solis super capita (sicut ipse dicit) est causa caloris, quia radius eius cadens perpendiculariter super illa super ipsorum terra, reflectitur super se ipsum ad pares sibi angulos, ex quo accidit sibi duplicari, & ex hoc magis illuminare & plus incendere: signum cuius est clariorem esse diem æstatis, q̃ diem hyemis. Adhuc etiã, quia sic cadens cadit ab axe siue à centro Solis, cui aduenit virtus à tota eius circunferentia. Sed hæ causæ supponere vidẽtur, ꝙ radius per hoc, ꝙ est radius, aut ad minus per hoc, ꝙ est radius Solis, proprietatem habeat calefaciendi: quod & nos proculdubio credimus esse ita, cũ videamus Solem, & Martem, & Iouem proprietatẽ ha-

D bere calefaciẽdi: Lunam autẽ, & Venerem, & Saturnũ infrigidandi. Dicemus tñ, ꝙ radij Solis absq; proprietate sua habent ẽt vim calefaciendi multo magis per refractionem suam in se ipsis factam à solidis corporibus, q̃ propter ipsorum duplicationem, quæ nequaq̃ potest esse causa, nisi radius per hoc, ꝙ est radius, aut ad minus radius Solis, sit calefaciens, sed (sicut dicit Simplicius in cõmento de cœlo) per hoc, ꝙ interceptus ab ipsis aer, & simul motus, & ad se ipsum detractus, propter conquassationem incalescit: & hoc maxime in locis, in quibus radij maxime ad se ipsos refracti intermedium aerem magis comprimunt, & magis inspissant: Cuius signum esse dicit, ꝙ montibus campestria calidiora sunt, quia radij apud refractionem sunt ibi aggregati, ideoq; magis aerem conculcant: ꝓpter quod etiam apud æstatem videmus aerem apud planitiẽ esse spissum, nõ qdem à multitudine vaporũ, qui tunc exuruntur & in aerem exterminanť, sed ab hoc tñ, quod dictum est. In montibus autem sunt magis diffusi, sicut apud ortum, & apud occasum, & apud hyemem, & minus refranguntur, & plus diffunduntur, ideoq; minus aerẽ intercipiunt, & minus conculcant & detrudunt ipsum ad se ipsum. Si aũt Solis radius haberet ab hoc tñ, ꝙ est Solis radius, vt calefaceret, principio calefaciẽdi adueniente sibi desuper tñ, tunc montes essent calidiores campestribus. Adhuc autem aer superior, vbi & nubes ꝓpter loci frigiditatẽ densanť & cõgelantur, esset calidior, q̃ q est apud nos, quod totum manifeste falsum videmus. Videtur ergo ex hoc, cũ oĩs radius cuiuslibet cœlestis corporis per hãc refractionem intercipiat aerem, & comprimat ipsum, & detrudat ad seipsum, ꝙ poſsit calefacere iuxta sui magnitudinem, magis aũt quæcũq; illorũ præter emiſsionem radij ꝓprietatem habent calefaciendi, sicut Sol

Plus q̃ Cõ. G & Mars

Marginalia: caте 5. | 1.do.3. | 1.do.2. | 1.ca.8.

E & Mars & Iuppiter. Hęc autem talis refractio radiorũ,quantacũq; ſit,non excellenter multum calefacit,niſi caliditas primo inducta præueniat à ſecunda,quæ reditu Solis ſuper eundẽ locum efficiatur:deliteſcit.n.prima,ſi non manſiue inhæreat ex longitudine ſuæ moræ:propter quod recte ait Princeps,ꝙ rectitudo non magnam facit impreſsionem,ſed mora rectitudinis. Vtraq; ergo iſtarũ cauſarum ſimul iunctarum ſunt vna cauſa fortis caloris:iunguntur aũt in climate ſecundo & tertio magis,q̃ in alijs,adhuc aũt magis in quarto,q̃ in quinto: In ſexto autem & ſeptimo deficit oĩs rectitudo,adhuc aũt magis extra ſeptimũ. Sed nos hic dicemus loca ęquinoctij nõ videri ſumme temperata,cum illa nõ ſint media inter duo cõtraria,ſ.calidiſsimum & frigidiſsimum,ſed inter duo calidiſsima,quæ ſunt ſub vtroq; tropico,quod Ariſt. ſentire videt in tractatu de inundatione Nili. Ait.n.totũ intermedium,quod tropici includunt de terra,inhabitabile eſſe,ꝓpter calorẽ(& hoc ẽt vult in metheorologicis) intermedium aũt inter tropicos & eã partẽ,quã ſemimanifeſtus & ſemiimmanifeſtus circulus deſcribit apud vtrunq; polorum,eſſe habitabile ꝓpter magis tẽperari,& horũ vtrũq; per climata ſubdiſtingui. Hoc ẽt & Virgilius ſentit in geor. dicẽs, Quinq; tenẽt zonę cœlũ &c. Et ſm hoc,cũ ſcdm clima ſit ſub tropico ęſtiuo,& hoc ſit calidiſsimũ: regio aũt,quę ẽſt extra ſeptimũ clima,ſit frigidiſsima:ęquidiſtãs aũt ab his extremis ſit quintũ clima,hoc erit vere tẽperatũ:circa finem cuius Roma ſita eſt: ꝓpter quod & Gal. in lib. de cõplexio. loquens de cute ait,Et cutis quidem in hac noſtra regione æquali, proculdubio ſignificat naturam mẽbrorum,quæ ſub ea ſunt. Manifeſtum eſt aũt,ꝙ non vocat noſtrã regionem,niſi eam,in qua habitabat ipſe. Cum ergo ipſe fuerit græcus,ſit aũt Græcia in eodẽ climate cum Roma,erit ſm ipſum regio quinti climatis vere æqualis. F Rationes aũt Principis non oſtendunt de neceſsitate circa lineã æquatoris diei eſſe temperamentũ, ſed minorem ibi eſſe calorem,q̃ ſub tropicis,& q̃ in vicinia tropicorũ à partibus duorum polorum. Deinde,cum dicit, QVAECVNQVE VERO &c. dicit, quæcũq; dicta ſigna & dicenda ſunt ſm capillos,nõ ſunt audienda tm̃ in regionibus temperatis,ſed cũ proportione humorum ad cerebri cõplexionem,ſiue ſit tẽperata ſiue diſtẽperata:& hoc intendebat,cum dixit nõ in regionibus tm̃,ſed ſi humorum tẽperantia proportionẽ habet tẽperantiæ eorũ,quæ ſm cerebrum. Non enim eſſet neceſſarium cerebrũ tẽperatum habere capillos,quales dicti ſunt,quãtũcũq; regio ſit tẽperata,niſi ꝓportionentur ſibi humores:cum.n.pilus fiat ex humore reſoluto in vaporẽ,accidit vaporẽ atteſtari naturæ humorũ. Propter quod ẽt ſigna diſtẽperantiarum cerebri ſm capillos ſumpta,audienda erunt ſilr non tm̃ in regionibus tẽperatis,ſed cum diſtẽperantia humorũ ꝓportionali diſtẽperantiæ cerebri,ſicut patebit. Videtur aũt mihi,ꝙ ẽt operationes cerebri pro ſigno aſſumptę audiendę ſunt nõ tm̃ in regionibus tẽperatis,ſed cũ proportione humorũ ad cerebri cõplexionem,ſicut ſigna ſumpta à capillis. Iam.n.ſupra diximus,ꝙ ſm ſanguinis naturã fiunt corpora diuerſarũ operationum,quædã magis robuſta,& minus ſenſibilia: quædam econuerſo. Sed non dixit hæc,quia modica eſt ĩmutatio operationum mẽbrorum ex improportione humorũ,quia,cũ humores ſint cibus mẽbrorũ,non ĩmutant, ſed ĩmutantur,niſi poſt lõgum tẽpus:capilli aũt magis fere ſequuntur naturã humoris dominantis,q̃ cõplexionẽ membrorum,aut fortaſsis q̃ regionis naturã. Propter quod dicit Gal. in lib. de cõplexio. ꝙ,ſi ſuperfluitas fumoſa coarctata in cute fuerit ꝓpinquior cholerę nigrę per aduſtionem generatę, fit capillus ex ea niger: G ſi vero fuerit ꝓpinquior cholerę rubeæ,fit capillus ex ea rubeus:&,ſi propinquior phlegmati,fit albus: ſi vero ſupfluitas illa fuerit media inter fęcem phlegmaticã & cholericam,erit capillus ex ea flauus vel igneus. Non ergo ſolũ diſtẽperantia regionis falſificaret ſigna,ſed improportionalitas humoris ad cõplexionẽ membrorum. Notauit aũt per hęc Gal. ꝙ non ſemper corporis complexio generat ſibi proportionales humores,licet vtplurimum faciat illud:aliquando enim ex diuerſitate dietæ continetur in corpore calido humor frigidus,& econuerſo:& omnino in temperato diſtemperatus,& econuerſo:aliquando autem & ex altero accidente,ſicut in ſenibus,qui frigidæ & ſiccæ ſunt complexionis,accidit ex malitia digerendi abundare humorem frigidum & humidum &c.

Ant. Si vero calidius fuerit temperato,& ſecundum alteram oppoſitionem eucraton, ſi quidem plurimum fuerit calidius, fortiora omnia,quæ dicenda ſunt, fient ſigna: breui vero ſuperabundantia exiſtente,lenia, Communis vero hæc ratio in omnibus dicta ſit mihi partibus,quarum in omnibus diſtemperantijs dicendę ſunt cognitiones.

Leo. Si vero calidius ſit,q̃ oporteat,in altera vero oppoſitiõe bonã habeat tẽperaturam,ſi quidẽ in caliditate exceſſerit,oĩa,quę dicẽtur,validiora erũt indicia: ſed,ſi paruus fuerit exceſſus,imbecillia. Cõmunis aũt hęc ratio ſtatuatur in oĩbus partibus,quarum in temperaturis vniuerſis indicia ſumus tradituri.

H Cõ.20. Cum dedit ſimul & in cõmuni ſigna tẽperantiæ & diſtẽperantiæ cerebri,incipit dare ſigna ſolius diſtemperantiæ ſm ipſum,vt adhuc cognitio ſimpliciter ægri corporis, quantum ex ipſo cerebro dependet,melius habeatur. Non continuat aũt Hali bene,cũ dicit,Cum dedit ſigna cõplexionis æqualis cerebri,dat ſigna inæqualis. Non enim dedit ſigna ſolius æqualis,dixit enim,ꝙ facilitas diſcendi eſt ſignum ſubſtantiæ mollis,memoria permanentis,obliuio fluentis,& bene mobile calidæ,manens vero frigidæ,& huiuſmodi:quare continuatio prædicta melior eſt. Volens aũt inchoare à ſignis diſtemperantiarũ ſimplicium præmittit canonem quendam obſeruãdum in ſimplicibus diſtemperantijs omniũ mẽbrorum,& dicit, SI VERO &c. i. ſi cerebrum fuerit calidius tẽperato, fuerit aũt tẽperatũ ſm alteram oppoſitionem,ſ. quæ eſt inter paſsiuas qualitates,ſ. inter ſiccum & humidũ,tunc,ſi fuerit plurimum calidius temperato,oĩa ſigna,quę de ipſo dicentur,erunt fortiora(& vult per fortiora excedẽtia in gradibus ſuarum diſpoſitionum)ſi vero fuerit parum excedens in caliditate ſupra tẽperamentum,tunc omnia ſigna,quæ dicentur de ipſo,erunt leuia:& vult per leuia remiſsiora in gradibus ſuarum diſpoſitionũ. Et eſt hic attendendum,ꝙ per hæc innuit modum cognitionis aliarum duarum latitudinum ex ſignis corporis ſimpliciter ægri. Cerebrum enim multo calidius tęmperato erit ſimplr ægrum:parum aũt calidius tęmperato eſt vt multum

sanum:

Margin notes: lib.2. c.2. (beside "intermedium… metheorologicis"); lib. 1. (beside "in geor. dicẽs"); li.2.c.6. (beside "de cõplexio. loquens"); li.2. c.5. (beside "Propter quod dicit Gal.")

A sanum:mediocriter autē calidius tēperato erit simpliciter neutrum:quare accidet signa illorum esse ad se inuicem in eadem proportione,qua corpora. Deinde dicit, COMMVNIS VERO &c.i.hæc aūt ratio(& vult per rōnem canonem dictum)intelligatur cōmunis in signis,quæ dicent,distemperantiarū non solum cerebri,sed quorūcūq; mēbrorū,nam in oībus est verū,ꝙ multū excedētis qualitatis,multū excedūt signa,parū ēt excedentis,parū &c.

Ant. Deinceps vero signa eius,quę in cerebro,caliditatis,ad ea,quę prędicta sunt,rubicundiora & calidiora,quæ circa caput,sunt oīa:&,quæ in oculis,venę sensibiles.Et capilli his natis citius in capite crescūt: multū vero calidioribus existētibus bene tēperatis nigri & fortes & crispi fiunt:nō multū vero,subrufi quidē primum,deinde nigrescūt. Accedētibus vero ætatibus fiūt calui,& magis plurimū calidi. Superfluitates vero secundū palatū & nares & oculos & aures,breues & digestæ his sunt,qñ irreprehensibiliter sani sunt:repleto vero aliqñ capite(cōtinue enim,& maxime,cū negligēter diætā obseruāt,hoc tale accidit)plurima quidem,sed non indigesta,fiunt eis superflua.Repletur autem & grauatur caput ex calefacietibus cibis,& potibus,& odoribus,& extrinsecus accidentibus omnibus,in quibus est continens nos aer:adhuc autem ma-
B gis,si non solum calida sunt talia natura,sed & humida.Breues somni huiusmodi temperantiæ dominantur,adhuc nec profundi ipsi fiunt.

Leo. Deinceps igitur signa caliditatis cerebri præter ea,quę nuper diximus,sunt,ꝙ ea,quæ circa caput,oīa rubicūda & calida magis:&,quæ in oculis,venæ magis sensui patēt. Capilli quoq; in his statim in lucē æditis habēt in capite ortū:&,cū plurimum in caliditate à mediocri tēperatura recesserint,nigri,& robusti,& crispi fiūt: cum vero nō multū,subflaui quidē ab initio fiūt,deinde nigricāt. Ac progredientibus ætatibus caluitiū patiūtur,atq; eo magis qui plus modico sunt calidiores.Excremēta vero,quæ p palatū,& nares,& oculos,& aures,pauca & cōcocta ipsis existunt,cū integram habuerint sanitatē:cū vero eis caput repletur (cōtinuo enim,ac tum præsertim,cum nullā victus seruauerint rationē,tale quid eis accidit)plura quidē in ipsis excremēta,sed nō inconcocta,gñantur: implēturq; atq; aggrauantur eorū capita à calidis cibis,& potibus,odoribus,atq; hisce oībus,quæ extrinsecus occursant,in quorū numero est,& qui nobis circūfunditur aer,sed pręterea magis,si nō solum natura calida,sed ēt humida,talia corpora extiterint.Breuibus autē somnis huiusmodi temparaturę contentæ sunt,neq; admodum profundis.

Cō.21. Cum præmisit canonem,incipit dare signa distemperantiarum cerebri simpliciū,& primo caliditatis,& dicit, DEINCEPS VERO &c.i. sed deinceps sunt & alia signa caliditatis cerebri cū his,quæ dicta sunt(dixerat enim
C supra quædam signa caliditatis cerebri,quibus adiungit & ista)hæc scilicet,ꝙ habētes cerebrum calidum,habent oīa,quæ sunt circa caput,s.superficiem totā capitis,& faciei,& colli,rubicundiora ad visum,calidiora ad tactum. Et causa huius est,quia cerebrū habens caliditatis excessum adiacentia sibi mēbra calefacit tum contactu,tum aliqua influentia super illa:&,cum calidū sit motiuū à centro ad circūferentiam,fit caliditas cerebri propulsiua sanguinis ad superficiem:quare accidet per illud exteriora rubicundiora fieri,& per hoc calidiora,nisi obueniat aut regio,sua frigiditate sanguinē coercens intrinsecus:aut humor,improportionalis existens distemperantiæ:& sunt ambo signa sumpta à casibus.Quāuis enim caliditas cerebri sit substantialiter inhærens cerebro calido,tñ caliditas exteriorū sibi adiacentium non est substantialiter inherens ei,vel diffinitionem eius ingrediens,ſm ꝙ sani vel ægri,sed cadens à substantialiter inhærente caliditate,sicut & rubicūditas. Nisi quis dicat,ꝙ hæc caliditas sit illius eiusdem,cui exteriora cōmunicant. Deinde dixit, ET, QVAE IN OCVLIS .i.& venæ in oculis talium sunt manifestæ & apparentes:& causa huius est,quia sunt magnæ,latæ,& sanguine plenæ,caliditate cerebri eas dilatante,& sanguinem ad ipsas propellente:& hoc est similiter signū sumptum à casibus. Deinde dicit, ET CAPILLI &c.i.& talibus post eorū natiuitatem ꝑducuntur capilli citius,q̄ ab alijs: & vult per capillos maxime capitis pilos,non aūt pilos superciliorum,generatos a natura ſm intentionem primam,sicut reliqua membra: nō enim fiunt post natiuitatem,sed connascūtur.Pilorum autē barbæ velox ortus post natiuitatē non comitatur solū cali-
D ditatem cerebri,sed quorūdam aliorū membrorum,s.cordis,& testium. Dicemus ergo,ꝙ pueri parui nō sunt lenes & nudi pilis,nisi quia nōdum generatur in eis vapor neq; superfluitas fumosa,quare nec pilus,propter calorem adhuc nimis obtundi sub multitudine humiditatum: cum autē humidū incipit diminui,& calor exacui,apparent in eis caliditates seu superfluitates fumosæ,perforantes cutim,& pilum ibi generantes. In quorūcūq; ergo cerebro excessus est caliditatis ab initio creaturæ,generabitur in capite eius post ipsius natiuitatem hæc superfluitas fumosa citius valde,q̄ in quibus est temperātia,propter velocius dominari calidum humido. Deinde dixit, MVLTVM &c.i.& tales aut habebunt magnū excessum in caliditate,aut paruū: Excedētibus quidem multum, capilli erunt nigri,& fortes,& crispi,nigri quidem propter vaporem aduri & denigrari plurimo excessu caloris: crispi autem propter contrahi quidem ipsos humiditatis indigentia,quæ ab adustione fit:fortes autē propter duros esse magis propter hoc idem,& quia ēt crassi sunt,propter cutim bene perforabilem esse calori,& materiam eorum habere plus terrestritatis admistam,q̄ qñ non est tantus calor resolutionem multiplicans:Excedētibus aūt parum,capilli primo fiunt rubei propter nō sic fortiter aduri vaporem,vt denigretur,sed vt rubeat: deinde postea nigrescunt,cum.s.iuuenescunt,propter calorē magis acui dominante iam siccitate. Meminisse aūt oportet,ꝙ audienda sunt hęc signa in regionibus temperatis,& in humoribus distemperantiam proportionatam distemperantiæ cerebri habētibus. Humoribus enim dominātibus eis,s.phlegmaticis,non erunt ipsis oīno tales capilli,cū pilus non solum efficientis virtutem,sed materiæ naturā comitetur: agit.n.omne agens ſm materiæ exigentiam.

Deinde dixit, ACCEDENTIBVS VERO &c.i. sed procedentibus ætatibus(& vocat ætates, quæcūq; post primam fuerint,s.post pueritiam & omnino adoleſcētiam,i.ætatem status & senectutem: & est hic alia translatio planior dicens, ET CVM ostenditur ætas & c.est enim ætas spacium tēporale vitæ, continuū & vnum,quāuis ei distinguantur partes)fiunt calui,& magis & citius,habētes plurimum caloris excessum:& causa in promptu est, velociter enim in talibus finitur pingue humidū,& arescit cutis capitis,& durescit,vt non posśit in ea produci pilus,sicut nec herba in terra circa finem æstatis,& maxime si caliditas associetur siccitati. Deinde dicit, SVPERFLVITATES &c.i.& talibus superfluitates excernēdæ à cerebro per palatū,nares,oculos,& aures,sunt paucę & digestæ,quādo sunt irreprehensibiliter sani,i.quando habent sanitatē sibi connaturalem conuenientē,non impeditam ab inconuenienti vsu sex rerū non naturalium:& notauit per hoc,ꝙ cerebrum simpliciter ęgrum,est sanū, quod multi negant imprudenter:sed non est sanū simpliciter:ergo vt nunc,sicut dicebamus.Paucæ quidem,quia nō habet cerebrum superfluitates plus oībus alijs membris,nisi quia frigidum existens natura,deficit in transmutatione sui nutrimenti,cuius calor est dominus. Si ergo cerebrū non fuerit adeo frigidū,consecutum à primæua generatione plus caloris cerebro tēperato,transmutabit nutrimētum suū plus & melius:quare superfluitates erūt pauciores,& magis digestæ ꝓpter hoc idem,superfluitas enim bene digesta digestionē perfectam in nutrimento præcesśisse ostendit.Et possunt dici hæc signa sumpta ab effectibus naturalium virtutū,sicut per se manifestū est. **E**

Deinde,quia cōtingit cognoscere cerebrū calidius tēperato à superfluitatibus per emūctoria eius exeuntibus, non solum qñ est in sua sanitate,sed ēt quando labitur parū versus morbū,subiunxit,REPLETO VERO &c.i. sed repleto aliqñ capite talium(quod continue videmus multis accidere,maxime tñ eis,qui negligenter obseruāt diætam,superflue comedendo & bibendo,& simul inordinate)ꝓpter caliditatē cerebri attrahere ex toto corpore humiditates ad caput magis in ipsis,tunc eis reprehensibilem sanitatē iam ex hoc habētibus superfluitates per dicta emunctoria non descendunt paucæ, sed plurimæ: sed tñ in hoc ab illis significatur cerebri caliditas,quia ipsæ sunt ēt bene digestę,sicut & quando sunt irreprehēsibiliter sani. Deinde,cum dedit signa super cerebro calido, cum accidit ex negligenter obseruata diæta repletū esse caput,non pigritatus est subiungere,quibus rebus magis accidat tale cerebrum repleri,sicut & in signum hoc ipsum assumens,quod qdem est genus signi,quod dicit alteratio ab his,quæ ei accidunt extrinsecus,reductū ad casus,& dicit, REPLETVR AVTEM &c.i.repletur & grauatur caput ab oībus calefacientibus,siue sint cibi,siue potus,siue odores,siue alia extrinsecus accidentia,de quorum numero est aer,& similiter exercitium,& balneum,& huiusmodi. A calefaciētibus quidem cibis & potibus, quia talia vaporosiora sunt,ideoq; ad caput festinantia,quare & ipsum replentia,& per hoc aggrauantia,& generantia extensionem quandā & calefactionem ipsius: A b odoribus aūt calefaciētibus,ideo,quia odor est aut fumalis euaporatio,aut sine illa non est,sicut quibusdā videt:hęc aūt per nares attracta in vnaquaq; respiratione ascendit in anteriorem partem cerebri,vbi est odoratus instrumentum,quare fit cerebri repletiua. Adhuc autem,& si non cum fumali euaporatione,eo ꝙ est odorare in aqua,in qua non contingit eam fieri,sed fit tm̄ passio,facta in humido ab enchyma siccitate,sicut dicit Philosophus,cum sit oīs odor virtute calidus(sicut dicit) calefaciet & grauabit caput,& magis cum cerebrum fuerit multo calidius temperato:multo autē magis,cum processerit odor ab odorabili virtute cali do,qualia sunt aromatica,talia enim ꝓprie vocat calefacientia:quod Hip.innuit illo aphor. cum dicit, Muliebria educit ex aromatibus calefactio:multoties vero & ad alia vtilis esset,nisi capitis grauedinem faceret.Sunt enim aromata multum odoris emittētia,& maxime in vaporē resoluta per calefactionē: adhuc autē & pleraq; virtute calida:quare & eorū odor ꝓportionalis existens illis,plus erit calefaciens,ideoq; plus aggrauans caput. Est aūt & hic sciendum,ꝙ Arist.in libro de sensu & sensibi.dicit odorem esse adiutorium quoddam sanitatis. Existente.n.cerebro natura frigido cibi fumositas infrigidata propter locū, freqūeter infirmantia facit reumata: ascendentibus aūt odoribus ad cerebrum propter leuitatem caloris,quæ in ipsis,sanius habent(sicut dicit) quæ circa locum hunc,eo ꝙ odoris virtus natura calida est.Ideoq; ingeniata est natura,vt instrumētum odoratus locaret in cerebro. Extrinsecus aūt accidentia,quæ cerebrū calefaciūt,& illud replent & aggrauant,vocat,quæcūq; ex rebus nō naturalibus calefaciunt ipsum, aut replent vaporibus,de quorū numero est aer,sicut potentior in hoc, cum fuerit calidus, ꝓpter īmediate ad ipsum ꝑuenire per aures & nares.Adhuc aūt & exercitium, & balneum,& vigilia,& hmōi oīa calefaciunt illud. Deinde dicit, ADHVC &c.i.adhuc magis repletur & grauatur caput ab his oībus,quæ dicta sunt,si cū caliditate sua ēt sint humida,vt si aer sit calidus & nubilosus:& cibus & potus humidi & calidi:talia.n.pluris vaporis existentia amplius repletiua sunt. Deinde dixit, BREVIBVS &c.i. & tale distemperamentū cerebri,s.versus calorem,non facit multum somnolentos neq; profundos somno.

F

G de sensu & sen.cir. medium libri.

p.5. aph.28

post mediū libri.

H

AD CVIVS causę cognitionem plene habendam scire oportet,quid sit somnus,& vnde causetur.Dico ergo, ꝙ(sicut dicit Philosophus in libro de somno)Somnus est passio primi sensus,sicut vinculum & impotētia seu immobilitas quædam:Vigilia aūt solutio ipsius ad actum & opus.Qm̄ aūt & appetitus idem est subiecto cum sensu (appetibile.n.est sensibile)accidit de necessitate ad vinciri sensum,vinciri & motū voluntariū:& ad solui sensum, solui & illum. Non est aūt somnus oīs impotētia primi sensus(nam in syncopizantibus est defectus sensus & motus,q tñ non est in somno)sed ex vaporatiōe circa nutrimētū fit hæc passio,quæ vocat somnus,vt dicit. Ideoq; maxime fiunt somni post cibū assumptū,calor.n.in cibū agēs,tunc maxime subleuat corpulentum vaporē,quēadmodū ignis lignis primo suppositus.Hic aūt vapor sui leuitate ad superiora natus est ferri,s.ad caput:cum autē fuerit ibi multus simul,iterū reuertit ferturq; deorsum, sicut ꝓcella,& reuertēdo calorem ꝓpellit ad principiū,s. cor:pellit aūt,eo ꝙ ipsum infrigidat,iam infrigidatus & ipse p cerebrū:hic aūt fugiēs suū cōtrariū cōtrahit versus originē suā. Adhuc aūt & pars vaporis ibi loci frigidate densat,oppilās viam caloris naturalis,& spūs in venis, & neruis,& vl̄r in vijs medijs inter cor & cerebrū:quare ꝓhibet spūm ferētē virtutē sensus ad cerebrū,sicut nubes ꝓhibet trāsitū lucis Solis ad terrā: nō.n.transit ad ipsam copiose,sed ea quātitate tm̄,qua necessarius est ad vitam.

nō longe à principio.

Adhuc

A Adhuc autem vapor ille tum ascendendo à loco digestionis sursum:tum descẽdendo à cerebro deorsum totum occupat cor,& ipsum infrigidat,& spiritum incrassat,& calorẽ pigrum reddit ad expansionem. Coarctatus ergo sic calor non transit ad organa sensus:&,cũ non sit sentire sine calore & spũ ferẽtibus ad illa virtutẽ,accidit vinciri sensum,& sic aĩal dormire. Est ergo in vigilia motus caloris & spũs à corde ad cerebrũ:in somno aũt econtra,à cerebro ad cor. Quare videt̃ vnũquodq; istorũ mẽbrorum aliqd pati in somno:sed cerebrũ magis est cã somni per infrigidare & densare vaporẽ. Signũ aũt horũ est,somnifera oĩa aut esse vaporosa,vt vinũ:aut frigida,calorem naturalẽ obtundẽtia,& ꝓhibẽtia motus,s.à centro ad circũferẽtiam,sicut opium,mãdragora,lactuca,& hmõi. Et huius signũ ẽt,qa à laboribus colliquatiuis accidit somnus:colliquatus.n.humor,est sicut nutrimẽtum indigestũ, quare & vaporẽ corpulẽtum emittẽs. Adhuc ẽt,& quòd in ęgritudinibus qbusdã accidit somnus multus,sicut in fientibus à superfluitate calida & humida p putrefactionẽ vaporosam,sicut in qbusdã febribus & lethargis. Signũ ẽt horum est,ꝙ pueri in prima ętate multũ somnolẽti sunt,ꝓpter multũ in eis vaporẽ fieri à calore & humido dominante,& ꝓpter omne nutrimentũ ferri in eis magis ad supiora,in qbus tũc maxime fit augmẽtum. Videt̃ ergo somnus cõuentus qdã caloris intrinseci,& naturalis quędã reciprocatio,ꝓpter prędictã cãm. Adiuuat aũt ad hanc reciprocationẽ eius,infrigidatũ esse,ꝓpter spũs sparsionẽ in vigilijs,& diminutũ ꝓpter ipsius resolutionẽ in operationibus sensus & motus,ex quibus accidit ei naturalis quædã retractio & naturalis fuga,vt se ipsum saluet. Quare

B motus eius ad centrũ est naturalis ex suppositione,ex centro aũt simpl̃r naturalis. Cum aũt iterũ auctus fuerit p nutrimẽti digestionẽ,& obtinuerit caliditas,quę impacta fuerat in angusto,vaporẽ corpulentum, qui circũstabat,expergefacit,liberũ habens motũ ad organa sensus & motus. Sunt ergo somni amatores,quicunq; habent cerebrum frigidius temperato,& quicunq; angustas venas & de facili obstructibiles à vapore prædicto:in talibus enim plurima est caloris repressio,& hebetatio motus eius,q à corde,& vaporis infrigidatio & densatio,neq; facilis refluxio deorsum. Habẽtes aũt calidius tẽperato,& venas,quę ad cerebrũ,latas valde,breuibus somnis occupãtur,ꝓpter causas cõtrarias:adhuc ẽt nec habẽt eos ꝓfundos. Est.n.ꝓfundus,q difficulter est excitabilis:Difficulter aũt excitabilis est,ꝓpter calorẽ multum obtũdi & cõprimi,& obstructiões fortes fieri in meatibus,q sunt à corde ad cerebrũ:hoc aũt in habẽtibus calidũ cerebrũ ĩpoſe est fieri,sicut ex prędictis patet. Sciẽdũ est ẽt,ꝙ hoc signũ sumptũ est ab effectibus virtutis sensitiuę:est.n.somnus quędã ĩpotẽtia effectus illius,sicut dictum est &c.

Ant. Frigidioris aũt,q̃ oportet,cerebri cognitiones superflua plura secundum proprias effluxiones:& capilli recti,& rufi,& manẽtes sunt,& post multum tẽpus nascẽtes,subtiles,& exiles:& facile à frigidis causis læduntur,& secundũ id tẽpus læsionis catarrhis & coryzis cõsumũtur:neq; tangẽtibus,calida sunt,quę circa caput,neq; inspiciũtur rubea:& oculorum venæ inuisibiles:& sunt somnolentiores quodammodo.

Leo. Frigidioris vero,q̃ oporteat,cerebri indicia sunt,plura in proprijs meatibus excremẽta:& capilli recti,

C & rufi,& stabiles,& qui longo post natiuitatẽ tẽpore nascũtur,tenues,atq; ab initio male nutriti:& facile à causis frigidis offendũtur,atq; hoc ipso offensionis tẽpore destillationibus & grauedinibus capiũtur:neq;, si tetigeris partes ad caput attinẽtes,admodum calidæ sentiũtur,neq;,si inspexeris, rubicundæ apparent:& oculorum venæ omnino visum effugiunt,& somnolenti quodammodo sunt.

Cõ.11. Cum declarauit signa distẽperantiæ cerebri in caliditate,declarat signa distẽperantię eius in frigiditate,& dicit, FRIGIDIORIS VERO &c.i.sed signa cerebri frigidioris,q̃ oportet(oportebat aũt tẽperatũ cerebrũ esse tẽperamẽto ad frigiditatem declinantẽ)sunt hæc,s.ꝙ habet supflua plurima per ꝓpria emũctoria,quę dicta sunt:adde aũt & male digesta,in contrarium cerebro calido,& ꝓpter causam cõtrariam. Deinde dicit, ET CAPILLI.i. & pili capitis eius sunt recti in figura,& rufi vel flaui vel ignei in colore,& manẽtes p priuationem caluitij,& post multũ tps nascentes ab exitu à ventre matris,& exiles plurimũ & tenues in substãtia,& in his oĩbus ꝓpter causas cõtrarias his,quæ de cerebro calido dicta sunt,audiẽtibus nobis semp hæc signa in regiõibus tẽperatis,& sub proportionali distẽperantia humorũ,sicut supra diximus. Ignoro aũt,& quare nõ dixerit horũ capillos cito canescere,cũ illa cõplexio(sicut paulo post ostendã)sit cã maximę velocitatis canorũ. Deinde dicit, ET FACILE.i. & facile à frigidis causis lędunt̃, sicut in aere frigido,& cibis & potibus frigidis,& hmõi,qa inclinata in frigidum facile cõuertunt̃ p ipsas ad frigidius:quorũ.n.maius est symbolũ,facilior est trãsitus. Hoc.n.est cõmune oĩs distẽ-

D perantiæ partis,lędi à similibus suæ crasi,sicut dicturus est infra,quod nos ibi latius exponemus. Deinde dicit, ET SECVNDVM.i.& ẽm idẽ tẽpus lęsiõis,hoc est in quo lędunt̃ à causis frigidis,incurrũt catarrhos & coryzas.

Est aũt Catarrhus defluxus humoris à cerebro ad guttur,ad cuius humoris sonitum,qñ cũ rascatione screat̃,fortassis ĩpositum est hoc nomẽ à græcis:Coryza aũt est defluxus eius ad nares,cui ẽt hoc nomẽ est impositũ fortassis ab ipso sonitu emũctionis à naribus. Est autem idẽ catarrhus & coryza cerebro,quod fluxus ventris stomacho & intestinis(sicut dicit Gal.in fine libri de mor.& acci.)cum.s.ex debilitate digerendi cõtingat. Infrigidatum igitur amplius tale cerebrũ ab extrinsecus accidẽtibus debilitat̃ valde in digestione sui nutrimẽti,quare & abundans tũc magis superfluis,hæc ad guttur,hæc ad nares expellit. Est aũt & hic sciendũ,ꝙ,sicut ĩpoſe est in mundo maiori nõ fieri pluuiam,sic & in mũdo minori,quod est humanũ corpus,nõ fieri aliquid de catarrho. Nam,sicut exhalatio,quæ à terra fit per Solis caliditatẽ,cum delata fuerit à calido in frigidã aeris regionẽ,cõprimitur,& ibi densata rursus in aquã mutatur,ꝓpter loci frigiditatẽ,& fluit deorsum ad terrã,ita in hoĩe alimento per calorem in vaporem extenuato & sublimato per venas ad caput,accidit ibi à cerebri frigiditate vaporem densari & cõprimi,& in phlegma & liquorem redigi,& deorsum reumatizare ad modum pluuiæ. Sicut aũt & in frigidiori regione maior est talis densatio,& maior & frequentior pluuia,ita & in homine plus catarrhi,cũ ea,quæ circa cerebrum,fuerint frigidiora mensurata complexione: econtrario autem à prædictis in calidiori regione, & calidiori cerebro.

Deinde dicit, NEQVE TANGENTIBVS, apparent calida, quæ circa caput tanguntur:neq; inſpicientibus E
apparent rubea,quæ circa caput inſpiciuntur.& hoc propter cauſas cõtrarias his,quæ de cerebro calido diximus.
Deinde dicit,ET OCVLORVM.i.& oculorum venæ ſunt inuiſibiles, ſimiliter propter cauſas contrarias his,
quæ ibi. Deinde dicit, ET SOMNOLENTIORES.i.& ſunt ſomnolentiores quodãmodo propter contra-
rium eius,quod nuper dictum eſt,de ſignis calidioris cerebri determinantibus nobis.Comparat autem,cũ dicit,
ſomnolentiores,non ad habentes calidũ,q nequaquã ſomnolenti ſunt,ſed ad habentes tẽperatũ,q mediocriter ſe
habẽt ĩ illo.Nõ habet aũt alia trãslatio, quodãmõ,ſed dicit,ꝙ habẽs hãc cõplexionẽ ẽ dormiẽs parũ.Et vr̃ dixiſſe,
quodãmõ,ꝑ cõparationẽ ad hñtes frigidũ & humidũ,qa adhuc multo ſomnolẽtiores ſunt habẽtibus frigidũ tñ.

Sicciores vero cerebri cognitiones non ſuperfluum in effluxionibus,& ſenſuum perfectio. Vigilan- Ant.
tes vero ſunt, & capillos fortiſsimos habent,& citiſsime producunt nati,criſpos magis,quam rectos. In
breui vero calui fiunt.

Siccioris autem cerebri indicia ſunt paucę ſuperfluitates effluentes,& ſenſuum perſpicacitas.Sunt autẽ Leo.
ad vigilias prompti,& capillos habent robuſtos,& qui celerrime eis genitis innaſcuntur. Criſpi autem po
tius ſunt,quàm recti.Cito autem calui fiunt.

Cum dedit ſigna diſtẽperantiarum cerebri in qualitatibus actiuis, dat ſigna diſtẽperantiarum eius in paſsiuis, F Cõ.23.
& primo in ſiccitate,& dicit, SICCIORIS VERO &c.i.ſed ſigna cerebri ſiccioris tẽperato ſunt carere ſupflui-
tatibus per emunctoria: & hoc intendebat,cũ dixit, NON ſuperfluum in effluxionibus. quod alia translatio pla-
nius habet,cũ dicit, MVNdatio meatuum cecebri à ſuperfluitatibus.Nec vult dicere,ꝙ ſit habens in effluxionibus
nõ ſuperfluum in quãtitate,ſed tẽperatum,qm̃ hoc erat ꝓprium tẽperati cerebri & nõ ſiccioris,ſed ꝙ ſit nõ habẽs
ſuperfluitatem emundandã:& cauſa huius eſt,quia tẽperantiam habẽs in actiuis,bene digerit: ſiccũ vero exiſtens
ſuperflua conſumit. Deinde dicit, ET SENSVVM PERFECTIO. & vult per pfectionẽ ſenſuum, bonitatẽ
operationis eorũ,& ſil'r oĩum operationum apprehenſiuarũ & motiuarũ:& cauſa huius eſt claritas ſpirituum in
illo,& priuatio humiditatũ perturbantium,& ſuperfluitatum obſtruentiũ ab organis eorũ,cerebro atteſtantibus
per eſſe ſil'r ſicca, ſicut manifeſtum eſt per hoc,quod docuit ſignificare ſuper principiũ per orta ab ipſo. Sed di-
cet aliquis ĩpoſ'e eſſe per ſiccitatem organorum eſſe ſenſus pfectos,cum ſentire ſit ab altero quoddam pati,patiaꝭ
aũt difficilius humido ſiccum. Niſi eſſet,ꝙ nõ eſt dictum ſenſus eſſe perfectos in talibus ꝓpter organa ſicca eſſe,
ſed ꝓpter magis eſſe depurata ex ſiccitate,ex quo ſequiꝭ euidentior perceptio ſenſibilium: efficit ergo illud ſiccitas
per accidẽs. Deinde dicit, VIGILANTES VERO SVNT.& cã huius eſt vapores cauſantes ſomnũ in talibus
conſumi,& ad ſiccitatẽ quandã cõuerti & tenuitatem,vt minus oppilent vias ſpiritus,& calorẽ minus obtundant
& pellant. Deinde dicit, ET CAPILLOS fortiſsimos habent.& cauſa huius eſt ipſorũ durities comitãs ſicci-
tatem vaporis,q eſt materia capillorũ,& ſiccitatẽ cutis capitis,quæ ambo ex cerebri ſiccitate ſequunꝭ. Deinde G
dicit, ET CITISSIME producunt nati capillos.& cauſa eſt huius moderata ſiccitas cutis capitis eorũ circa nati
uitatem,hoc enim (ſicut prius diximus) coadiuuat ad pili generationẽ. Deinde dicit, ET CRISPOS magis,q̃
rectos.ſupple, ꝓducunt.& cauſa huius eſt ipſos cõtrahi circa radices eorũ humiditatis indigentia. Deinde dicit,
CALVI VERO fiunt in breui.i.ante magnã extenſionem ætatis:& cauſa huius eſt eis citius finiri pingue humi-
dum,& cutim eorũ in proceſſu ætatis nimis areſcere,vt non poſsit extra eam pilus produci &c.

Humidioris vero cerebri capilli plani:& non oĩno calui fiunt. Et ſenſus eorum hebetes ſunt,& ſuper- Ant.
fluitatum multitudo,ſomniq; multi & profundi.Hæ vero ſimplices diſtemperatię ſunt.

Humidioris vero cerebri indicia capilli plani:& nequaq̃ calui fiunt.Senſus aũt turbulenti,& excremẽ- Leo.
torum multitudo,ſomni multi atq; profundi.Et hæ quidem ſimplices ſunt intemperaturæ.

Cum dedit ſigna diſtemperantiæ cerebri in ſiccitate, dat ſigna eius in humiditate, & dicit, HVMIDIORIS Cõ.24.
VERO &c.i.ſed ſigna cerebri humidioris tẽperato ſunt hæc,ſ.capilli plani:& vult p planos rectos. Nã recti ſunt
plani ſiue lenes per habere ſupficiem ęqualẽ,eo ꝙ mediũ non exit ab extremis:criſpi vero ſunt aſperi per habere
ipſam inæqualem ex exitu medij ab extremis: & cauſa huius ex ſupradictis nota eſt. Deinde dixit, ET NON H
oĩno calui fiunt.& ſil'r huius cauſa pręcognita. Deinde dixit, ET SENSVS hebetes.i. obſcure diſcernentes:
& cauſa ſil'r eſt perſpicua ex iam dictis. Deinde dicit, ET SVPERfluitatum multitudo. cuius ẽt cauſa pſpicua
eſt in cauſa cõtrarij. Deinde dicit, ET SOMnolenti ſunt.cuius quoq; cauſa non latet prędicta memorantem,
& contrariorum cauſam contrariam eſſe ſcientem. Deinde epilogat dicens, HAE QVIDEM ſunt ſimplices
diſtemperantię. Meminiſſe aũt oportet,ꝙ & prędicta ſigna diſtemperantiarũ cerebri audienda ſunt in regioni
bus temperatis,& in proportionali diſtemperantia humorũ. In diſtemperatis enim regionibus,& in non ꝓpor-
tionali diſtemperantia humorũ,diſtemperantiæ cerebri non ita verificanꝭ propter illud,quod dictum eſt.

Cõpoſitę vero,calida & ſicca prima,ſecundũ quã nõ abundãt ſupfluitates:& perfecti ſenſus,& vigilan- Ant.
tiſsimi.Et calui fiunt cito,prima tñ generatio capillorũ citiſsima eſt,& pleniſsima:capilli nigri fiunt & cri
ſpi.Et apparent calidi tangentibus caput,& rubei ſunt vſq; ad ſtatus tempora.

Compoſitę aũt primum calida & ſicca,ſecundũ quam & ſuperfluitatibus carent; & ſenſibus vigent,& Leo.
plurimum vigilant,& cito calui fiunt.Et prima quidem capillorum generatio celerrima eſt,ac plurimo
abundans alimento.Capillos vero habent nigros,& criſpos.Et tangentibus caput calidi ſentiũtur,& ſunt
rubicundi vſq; ad ætatem conſiſtentiæ.

Cum

Cõ.25. Cum dedit ſigna diſtemperantiarum cerebri ſimplicium,dat ſigna diſtemperantiarum cõpoſitarum,& primo
A diſtẽperãtiæ in caliditate & ſiccitate,& dicit, COMPOSITAE VERO &c.i.hæ qdem ſimplices diſtemperantiæ
ſunt,ſed cõpoſitę ſunt iſtę,ſ.calida & ſicca,ſm quã cerebrum(vt dicit)non eſt habẽs ſupfluitates defluentes per ſua
emũctoria:& cã huius nota eſt in ſignis diſtẽperantiarũ ſimpliciũ. Deinde dicit, ET PERFECTI ſenſus,& vi
gilantiſsimi, & calui fiunt citius. quorum oĩum cauſa ex ſuperioribus in promptu eſt. Deinde dicit, PRIMA
TAMEN &c.i.&,licet ipſi cito calueſcant,prima tñ generatio capillorum citiſsima eſt in eis,& abundantiſsima.
Et cauſa citiſsimę generationis capillorũ in talibus iam ex ſupradictis manifeſta eſt:multitudinis autẽ horum,cau
ſa eſt,copioſa reſolutio humiditatũ in vaporẽ ex caloris exceſſu:& humiditatũ adhuc conſtãtia circa viciniam ſui
ortus,quæ ſunt materia vaporis:& ſiccitas cutis,plusq̃ in humidis,non dum tñ immoderata,ſicut in proceſſu ęta-
tis,in qua calueſcunt. Deinde dicit, ET NIGRI capilli & criſpi.cuius etiã ex prædictis in propatulo cauſa eſt.
Deinde dicit, ET APPARENT calidi tangentibus caput,& rubicundi videntibus.quorũ cauſa non eſt igno-
ta,ſi non pigeat prædicta reminiſci. Sed addit vſq; ad ætatem ſtatus,ita vt,vſq;,includat etiam hanc ætatem, quæ
poſt augmentum inchoans finitur circa.35.annum. Non enim poſsibile eſt,donec adhuc ſtant in eo,in quo poſiti
ſunt,augmento,deficere in eis caliditatem & rubicũditatem: poſtea vero deferueſcente iam calido non ſunt
tales:quare nec ab his duobus ſignis vlterius cognoſcendi. Eſt autem hic attentione dignum,ꝙ hæc eſt diſtem-
B perantia peſsima diſtẽperantiarum cerebri naturalium,quia magis recedit à tẽperamento eius,quod oportet de-
clinare ad frigiditatem & humiditatẽ,vt diximus:propter quod dixit Hali,ꝙ non diu remanet ſuper ipſum ſani-
3ui°.cõ.2 tas ſua:ex quo poteſt patere,ꝙ dicitur vere ſanum vt nunc. Iam autem diximus,quare oportet temperamẽtum ce
m.18. rebri ad frigidum & humidũ declinare:nec eſt propter cauſam,quam dicit Hali Galenũ dixiſſe,ſ.ne ſuperflue cale
fiat ab accidenti,ſ.arterijs & venis ipſum intrantibus: potius enim factus eſt introitus earum in ipſum,ne frigidũ
nimis exiſtens ineptum ſit vitæ,vt iam ab Ariſt.innuimus ſupra:nec ꝓpter cauſam,quã dicit dixiſſe Ariſt.ſ.ne ſæ-
piſsimus motus ipſum incendat, quia tunc oporteret ſimiliter cor eſſe frigidum & humidum, quod nihil eſt:hic
enim motus non incendit,ſed potius refrigerat euentando & reſpirando. Sed nos hos viros nequaquam vidimus
hęc dicentes,ſed quæ dicta ſunt magis.

Ant. Si vero humiditas accedat caliditati,parum quidem ſupergredientibus vtriſq; mediocritatẽ,bonus co-
lor,& caliditas,& in oculis venę magnę,& ſupfluitates plures mediocriter digeſtę,& capilli recti & ſubru
bei,& non calui fiũt facile:repletur aũt & grauatur caput à calefaciẽtibus.Si vero humectantur,multo ma-
gis ſtatim abundantiã habẽt ſupfluitatum.Qñ vero ad plurimũ humiditatis & caliditatis veniunt,ægrum
his caput eſt,& ſupfluitatibus plenũ,& facile à calefaciẽtibus & humectãtibus læditur. Notus vero cõtra-
C rius his ſemper,optime vero in Borea degũt.Sed neq; vigilare poſſunt vſq; ad multũ,& ad ſomnũ cõuertẽ
tes ſe ipſos,ſimul & dormiẽtes grauiter & vigilãtes ſunt,& phantaſias vident in ĩſomnijs:& viſiones tene-
broſæ,& ſenſus impfecti Si vero multũ ſit tẽperato calidius cerebrũ,parũ vero humidius,retinebit calidę
craſeos cognitiones,miſcebũtur aũt eis leuiter humiditatis cognitiones:velut & ſi multo ſit quidẽ humi-
dius,parum vero ſit calidius,manifeſtę quidẽ erũt & vehemẽtes humiditatis, leues vero caliditatis cogni-
tiones.Cõmunis vero hæc ratio eſt in oĩbus ſecundũ complexiones diſtemperantijs.

Leo. Si vero humiditas adiungatur caliditati,parum vtriſq; qualitatibus ſuperãtibus mediocritatẽ,color bo
nus,&,quæ circa oculos,calidiora,venæ magnæ,& plura excremẽta & mediocriter cocta,& capilli recti,
ſubflaui,& nõ facile calui fiunt:implentur vero atq; aggrauantur eorũ capita à calidis. At,ſi humectentur,
tũc multo magis excrementorũ habẽt multitudinem. Et,ſi plurimũ caliditas atq; humiditas creuerit,his
caput ægritudinibus eſt obnoxiũ,atq; excremẽtis abũdans,& quod facile à calefaciẽtibus atq; humectanti
bus offendatur.Hauſter vero ſemp eis aduerſatur,atq; optime in Aquilone ſe habẽt:nõ tñ diu vigilare poſ-
ſunt,&,cũ ſe ad ſomnum conuerterint,ſimul graui ſomno tentantur & vigilant,& ſomnia habent imagi
nationibus plena:viſus eis turbulenti,neq; ſatis ſenſibus vigent.Quod ſi plurimum in caliditate cerebrum
D à mediocritate receſſerit,paululum aũt humidius extiterit,calidæ tẽperaturæ indicia quidem ſuperabũt,
cum quibus leuia quædam humiditatis ſigna coniungentur:veluti ſi longe quidem humidius,paululum
vero calidius,vehementia quidem erunt ac manifeſta humiditatis indicia,debilia autem caliditatis.Cõmu
nis vero hæc ratio in omnibus compoſitis intemperaturis exiſtit.

Cõ.26. Cum dedit ſigna diſtẽperãtiæ eius in caliditate ſimul & ſiccitate,dat ſigna diſtẽperantiæ eius in caliditate & hu
miditate:&,quia p hoc poteſt eſſe in diuerſis gradibus,ſ.parui & magni lapſus,primo dat ſigna parui,& dicit, SI
VERO &c.i.ſed,ſi cerebrũ diſtẽperatũ fuerit in caliditate & humiditate(& hoc intẽdebat,cũ dixit,Si vero humi-
ditas accedat caliditati)tũc,ſi paruus fuerit exceſſus ipſius à tẽperamẽto ſm vtraſq;(& hoc intẽdebat,cũ dixit parũ
qdem &c.)ſigna tale diſtẽperamẽtum habentiũ erunt hęc,ſ.bonus color,& caliditas.Nõ dixit aũt,ꝙ ſint rubicũ-
di,ſicut calidum & ſiccũ habẽtes,ꝓpter caliditatẽ obtuſiorẽ eſſe ſub humido,q̃ ſub ſicco,quare nec eſſe ita ꝓpulſi-
uã ſanguinis ad ſupficiẽ,ſicut in calidis & ſiccis,ſed dixit,ꝙ eſt in eis bonus color:& vult p bonũ colorẽ rubeum,
parum miſtũ albo,qui comitatᷣ aut tẽperamentũ,aut modicũ lapſum ad caliditatẽ et humiditatẽ.Dixit ẽt,ꝙ calidi
ſunt tangẽtibus,cuius cã iam dicta eſt. Deinde dixit, ET IN OCVLIS venę magnę.cuius ẽt cauſa dicta eſt.
Deinde dicit, SVPERFLVITATES plurimę mediocriter digeſtę.Sunt aũt plurimę pp cerebri lapſum in hu
miditate,nõ aũt ſimplr bñ digeſtę,ſicut ĩ lapſis in caliditate tm̃,tẽperamẽtũ aũt hñtibus ĩ paſsiuis,ſed mediocriter

digeftæ, nam propter eas effe plurimas non dominatur eis perfecte calor, ficut in illis, qui tantas non habent. E
Deinde dicit, ET CAPILLI RECTI, fubrubei:& nõ calui fiunt:& repleť & grauať caput à calefacientibus. quorum oĩum caufa coniecturabilis fatis eft ex prioribus, nec oportet ĩmorari. Sed tñ, cum fubiungit, SI VERO humectantur &c. intelligit, ꝙ, qñ repletur caput & grauať à calefacientibus, fi illa calefacientia fuerint humectantia, tunc multo magis, fupple, replenť, & grauãtur, & ftatim confequuntur maiorẽ abundantiam fuperfluitatum: & caufa ẽt huius nõ eft ignota, cũ humectatio fit ẽt magis repletiua, & fupfluitatum augmentatiua. Similis ẽt huic fermoni eft, quem dixit in fignis cerebri calidi, ait.n. Repleť & aggrauať caput à calefacientibus cibis & potibus, adhuc aũt magis, fi nõ fint talia tñ calida natura, fed ẽt humida. Deinde, cum dedit figna cerebri parũ calidioris & humidioris tẽperato, quod poteft dici in gradu vt multũ fani, dat figna plurimum ẽt calidioris & humidioris, quod pot dici in gradu fimpľr ægri, admonens p hoc in oĩbus diftẽperantijs intelligi poffe hos gradus, & facile ab vno in alterum transferibilia effe figna per augmẽtum & diminutionẽ fignorum, ficut & diftẽperantiarum, & dicit, QVANDO VERO &c. i. fed, qñ cerebrum fuerit plurimũ calidius & humidius tẽperato, tunc fic habẽtes habent caput ægrum, i. ægrotatiuum, ꝓpter minime aliorũ repugnare ægris caufis ex vicinia lapfus naturalis ad præter naturã. Ex quo innuit, ꝙ, qñ cerebrum eft parũ lapfum in his qualitatibus, non pot vere dici ægrum fimpliciter, fiue ęgrotatiuũ, fed vt multũ fanum: in medio vero magni & parui lapfus exiftens dicetur neutrũ fimpľr.

Sed quæret aliquis, cum hic oftẽdat figna fimpľr ægri corporis, fumpta à cerebro, quare non ẽt dixit in alijs diftemperantijs cerebri, maxime in magnis lapfibus à temperamento, ꝙ caput in illis fit ægrum, ficut dicit in hac. F
Sed dicendum, ꝙ fortafsis magis in hac, quia hæc diftẽperantia multis fupfluitatibus abundare facit, ficut cõtinue adiungit, cum dicit, Et fupfluitatibus plenum, calore ad illud attrahẽte, & humiditate eas conferuante, quas ẽt hęc diftẽperantia difpofitas reddit ad putredinem: vnde tales de facili incurrunt reumatifmos à cerebro in inferiores partes, ex qbus multas ęgritudines incurrunt. Propter quod & recte Hippo. in apho. ait, Quibus natura nares humidæ, & femen humidũ, cito infirmanť: quibus vero cõtraria, falubrius. humiditas.n. facile pafsibile facit, & maxime qñ cum ea eft fupfluitatum abundantia, in qbus calor occumbit innatus. Quare hæc diftẽperantia ægrotabilius facit caput, q̃ cæterę. Deinde dixit, ET FACILE AB humectantibus & calefacientibus læditur. cuius eft caufa non latens. Deinde dixit, NOTVS VERO eis femper contrarius: optime vero in Borea degunt. & vult per Notum ventum auftralem, qui eis contrarius eft propter calidũ effe & humidũ & vaporofum, & ideo capitis repletiuũ. Boreas aũt fanus eft eis pp effe frigidũ & ficcũ & ferenũ, & ideo inclinatiuũ eorũ in cõtrariũ fui lapfus. pti.5.aph.2

DICAMVS AVTEM & medicis aliquid manifeftius de his ventis. Dico ergo (ficut dicit Philofophus in meteoro.) ꝙ duę funt exhalationes à terra p Solem, & vľr per cælum totũ fuper terrã motum, Quarum vna eft humida, & dicitur vapor, principium exiftẽs pluẽtis aquæ, & vľr nubium, & niuium, & grandium, & roris, & pruinæ, & fitium ſm diuerfas pafsiones fibi accidẽtes à calido in frigidũ in aeris regione: Alia aũt eft ficca, & dicitur fumus, principiũ exiftens ventorũ, & tonitruũ, & corufcationum, & cometarũ, & terręmotuũ, & fimilium. Eft ergo Ventus (ficut dicit Philofophus) multitudo quædã ficcæ exhalationis ex terra, mota circa terrã, cum tñ in rectũ fiat exhalatio: hoc eft fignum, ꝙ, q̃uis principium materiæ & generationis eorũ fit de fubtus, principiũ tñ lationis eorũ eft defuper, ficut dicit Philofophus. Flant aũt oẽs debiliter à loco, vnde incipiunt, exhalationes hæ: cum aũt longe ꝓceſſerint, conuenientibus iam multis exhalationibus, ficut ex multis fontibus, aqs in fluuiũ, fortiter flant. Quod aũt ventus fit exhalatio ficca, fignum eft, ꝙ ceffant venti pluuia facta, & ceffantibus ipfis pluuia fit. Ceffantibus quidem ventis, quia calidũ fegregať femper, & furfum ferť in fuperiorem locũ, vapor conftat infrigidatus, ꝓpter hoc, & fit aqua, quæ infrigidat & humectat ficcã exhalationem, ceffare faciens eã. Plurimi aũt ventorũ funt ab Vrfa & meridie, Boreas fcilicet, & Aufter: cuius caufam effe dicit, ꝙ poft pluuiã ventus fit. Nam, cum pluit, rurfus exiccať terra tum ab eo, quod in ipfa, calido, tum ab eo, quod defuper: ꝓpter hoc exhalat ab ea, quod eft venti corpus. Sed Sol fola hæc loca nõ fupergrediť, fed ad hæc, & ab his, accedit, & recedit: fuper alia aũt occidens & oriens femp fertur, quare exhalationes exterminat ampliori calido, & peruenit exiccans, anteq̃ fimul multa facta fuerit, ficut fi in multum ignẽ inciderit modicũ exuftibile: ꝓpter quod nubes confiftunt in lateribus tñ. Accedente.n. Sole fit humidi exhalatio: accedente aũt ad cõtrarium locũ fiunt aquæ: & breuiter ꝓpter lationem eius, quæ ad tropicos, & à tropicis, æftas fit, & hyems: non.n. excedunt fe regiones in frigore & æftu ſm longitudinẽ cõparatæ, fed ſm latitudinem, ficut dicit Philofophus. Plurimã ergo oportet fieri aquã in his locis, in quę vertiť, & à quibus: vbi aũt plurimam aquã terra fufcipit, ibi plurimam neceffe fieri exhalationẽ, fimili modo, vt ex viridibus lignis fumũ: hæc aũt exhalatio ventus eft: rõnabiliter ergo plurimi & principalifsimi venti fiunt ab his locis. Sunt aũt Boreæ crebri & fortes apud nos, quia maxime de ꝓpe impetus ipforũ eft ꝓpter hanc totã regionem fupponi Arcto, ideoq; & ferenifsimi funt. Sui enim fortitudine oẽs alios repellunt ventos, & efflantes confiftẽtes nubes faciunt ferenitatem, & maxime quia nubes ꝓpellunt verfus loca tropici æftiualis, vbi caliditas exterminat illas: nifi fuerint fortafsis aliquando magis frigidi, q̃ magni, tunc.n. præueniũt citius coagulantes, q̃ propellentes. Frigidi aũt funt oẽs & ficci, frigidi qdem ꝓpter diftare à Sole, & pertranfire ad nos p loca niuofa: ficci aũt propter expellere humectantes vapores: adhuc aũt propter tranfitum facere per loca gelu arefacta. Sicut aũt impetuofi & magni funt inchoantes, fic debiles & parui cõfummantes ad imaginem torrentis nõ valde de longe fluentis. Auftrales aũt debiles funt inchoantes, fortes aũt cõfummantes ad imaginẽ magnorum fluuiorum de longe fluentium. Non veniũt tñ hi ab altero polo, qm̃, qui ab illo veniunt, funt proportionales his borealibus, cũ proportionalia fint & loca: hi aũt nec illuc perueniũt, à Sole qdem prius exufti & exterminati. Flant ergo auftrales à locis aduftis, qui funt fub tropico æftiuali, & ꝓpterea oẽs æftuofi funt. Nubilofi aũt funt oẽs non ꝓpter frigidos effe, ex quo conftare faciunt vapores in nubes, fed magis propter vndiq; adunare vapores à longo ipforum defluxu & pellere ad frigida loca. Adhuc autem ẽt funt humidi, nõ quidem ꝓpter effe omnem ventũ exhalationem ficcã, fed propter ipfos facere trãfitum

lib.1.cap.1.

G

2.met.c.4.

H

fuper

A super maria ad nos,qui in hac regione,vnde vapores humidos colligunt & huc propellunt. Orientales autem oẽs calidi sunt,ꝑpter vt plurimum inchoare cum ortu Solis,& pluri tpe stare sub Sole. Occidentales aũt frigidi ꝑpter inchoare plurimũ in eius occasu,& velociter ab eo derelinq. Deinde dicit, NEQVE EXCITARI possunt vsq; ad multum sic à somno.& vult per excitationẽ non quãcũq; euigilationẽ,sed perfectam somni excussionem,qm(sicut paulo post patebit)hi continuos habent somnos:propter quod subiunxit,ꝙ sunt ad somnum conuertentes se ipsos. Et causa horũ est,cerebrum ipsorũ semper multis vaporibus plenũ esse,non solũ his,qui à toto corpore,sed à se ipso surgentibus,& frequenter in eo renouari,cũ superfluitates in eo sint multæ,neq; calidũ desit extenuans. Deinde dicit, ET GRAVANTVR &c.i.&,quãuis ipsi se ipsos ad somnũ conuertant,sicut vigilare nõ potẽtes,tñ ipsi nõ habent cõtinuos somnos,sed grauanẽ,nũc vigilantes,nunc dormiẽtes cũ apparitione phantasiarum,sicut patiẽtes subeth euigilatiuam : quod alia trãslatio suo textu magis declarat,ait enim,Et,cum quærit somnum,accidit ei in eo subeth cũ vigilijs & imaginationibus &c.& causa huius est calor,qui in eis est,quasdam qñq; adaperiẽs obstructiones,oĩno aũt nõ potens. Volebat aũt per phantasias,somniales visiones:est.n.somnium (sicut dicit Philosophus) quædã in somno phantasia. Nam simulachra sensibiliũ conseruata in phantasia,iterum agũt in sensum cõmunem,& in sensiteria alia,sicut speculũ formam reflectit in speculum,quã recipit ab illo. Exterminanẽ aũt in vigilijs,ꝑpter maiores esse motus ipsorũ sensiteriorum à sensibilibus extra , queadmodum iuxta

de som. 1. ca. de somnio.

B magnũ ignem,qui minor:& tristitiæ & oblectationes magnæ secus paruas:Quietatis aũt sensiterijs de his,quæ extra,per somnũ apparent simulachrorũ motus magis parui,vt videaẽ quis videre,quod non videt,& audire,quod nõ audit.Sicut accidit talis deceptio cataractas habẽtibus,& vigilantibus ipsis,ꝑpter apparere sensiterium moueri ab extra , cũ intrinsecum sit,quod mouet,vt vapor aliquis sensiterio interclusus,quod freqũẽter dicunt muscã esse volãtem. Sed in talibus cerebris,ꝑpter nimis humida esse,plurima figurantur idola:& ꝑpter multam esse in eis cõturbationem,& motum vaporum,queadmodũ in pueris,& vinolẽtis,& febriẽtibus,distorta apparent idola & monstrosa. Deinde dicit, ET SENSVS ĩperfecti.Eius ex his,quę dicta sunt,in prõptu est causa. Deinde, cum dedit signa magni & parui excessus à temperamento ẜm ambas simul qualitates pariter excedentes,ostendit signa excessus ẜm illas impariter excedentes , & dicit, SI VERO MVLTVM &c.i.sed,si cerebrũ fuerit multum calidius tẽperato,parum vero humidius,retinebit signa calidę distẽperantiæ,ꝑmistis leuiter ei signis humidæ:ecõ uerso autẽ,si fuerit multo humidius,paulo vero calidius:& causa in promptu est,nec oportet ĩmorari. Addit tñ,ꝙ hæc rõ cõmunis est ẜm omnes distemperantias compositas non solum cerebri,sed omnium aliorum.

Ant. Frigidæ vero simul & siccæ crases cerebri frigidum & sine colore perficiunt caput,quantum in ipsis est. Semper enim oportet meminisse eius,quæ in principio,determinationis,considerantem,quantum ex hu-

C morum crasi alterantur,quæ circa illud.Statim vero huiusmodi crases sine venis circa oculos sunt,& à frigidis causis cito læduntur,& ideo inęqualiter sani sunt,aliquando quidem leuissima capita,nec superfluas habent effluxiones:aliquando catarrhis & coryzis in paruis causis facile consumuntur.Sensus vero eorum in pueritia quidem perfecti , prouectis vero emarcescunt citius. Et(vt breuiter dicam)cito senes circa caput omnes sunt,ideoq; canescunt citius. Capilli vero eis natis veniunt vix,exiles,& rufi.Accedente vero tempore,dominante amplius frigiditate , q̃ siccitate,non calui fiunt : econtrario vero,si accidit siccitatem quidem amplius dominari humiditate,frigiditatem vero caliditate,tales parum calui fiunt.

Leo. Frigidæ vero & siccæ cerebri intemperaturæ frigidum & minime coloratum sui ratione caput reddũt. Semper enim memoria repetenda,quæ à nobis ab initio est distinctio posita,vt pręterea aduertamus,quãtum ex humorum temperatura alterentur,quæ circa ipsum consistunt.Protinus autem huiuscemodi temperaturæ venis carentes habent oculos,& à causis frigidis facile lædũtur.Quare & inæquali sanitate fruuntur,quoniam nõ nunquam leuissima habent capita,& excrementorum moderatos effluxus : non nunquã vero & grauedinibus & distillationibus minima ex causa capiuntur.Sensus autem eorũ in iuuentute quidem omnes vigent,atq; omni vitio carent,sed progrediente ætate cito marcescunt. Et(vt summatim dica

D tur)omnes celerrimam circa caput senectutem ostendunt:quare & cito cani fiunt. Capilli vero ipsis quidẽ genitis vix exeunt,& male nutriũtur,& rufi sunt. In progressu aũt ætatis superante magis frigiditate caliditatem,q̃ siccitate humiditatem,multum non caluescunt:contra vero si contigerit siccitatẽ quidem plurimum dominari humiditati,frigiditatem vero caliditati,parum calui fiunt hi.

Cõ. 27. Cum dedit signa calidæ & humidæ distẽperãtiæ,dat signa frigidæ & siccę,& dicit, FRIGIDAE VERO &c.i. sed frigidæ simul & siccæ distemperantiæ cerebri discernuntur per hoc,quoniã,quantum in ipsis est,faciunt mẽbra circa caput discolorata:nec vult dicere,ꝙ oĩno sint sine colore,quia hoc ĩpõsse,sed ꝙ non sint habentia colorẽ viuidum,qui calori sanguinis attestatur,qualis est rubeus:& causa huius ex præmissis manifesta est. Deinde, quia dixerat, Quantum est in ipsis. subiunxit, SEMPER ENIM OPORTET meminisse determinationis di-

19. huius. ctæ à nobis in principio.vbi dixit,Audire vero oportet,quæ dictæ sunt,& dicendę sunt cognitiones &c.& considerare per hoc,quantum alteranẽ ea,quæ circa caput,ex cõplexione humorũ ibi dominãtium. Si.n.humores fuerint in cõplexione sua ꝑportionales cõplexioni cerebri,tunc verificabitur signum prędictum,& reliqua,quæ sequuntur:Si aũt contingat humores nõ esse tales,tunc,quãtum est ex ipsa cõplexione cerebri,talia fient in eo accidentia:quãtum aũt est ex humore,parũper variabunẽ,humore quidem habente ingressum in causando illa,sicut habet cerebri cõplexio:ꝑpter quod ẽt dixit Hippo.ꝙ color corporis humorum dominiũ ostendit,si non in ꝑfundo latuerint.Dico aũt,ꝙ ostẽdit,quales sunt,qui dominanẽ humores,& non minus,q̃ quæ in mẽbris dominetur cõplexio.

complexio. Deinde dicit, STATIM VERO huiusmodi crases sine venis circa oculos sunt.& non vult dicere ꝙ omnino,sed ꝙ insensibiles eas habent:& causa non est difficilis cognitu prædicta recolenti. Deinde dicit, ET A FRIGIDIS cito leduntur.cuius ēt causa p se conspicabilis est. Deinde subiunxit, ET IDEO PROPTER velociter lędi à frigidis, sunt inæqualiter sani.i.modo habētes sanitatē sibi ꝓpriā,modo paulo peiorē. Hoc.n.est ꝓprium oīs corporis simpl'r ægri,cum ipsum per habere sanitatē multum lapsam ab optima,quæ dicitur sanitas vt nunc tm̄,sit de facili alterabile & passibile,ēt à paruis causis:magis aūt & talis cerebri,ꝓpter id,quod continuo subdidit, ET ALIQVANDO quidem leuissima & c.i.inequaliter sani sunt,qa aliqñ habent caput leuissimum, & nō superfluas effluxiones per eius emunctoria (& hoc est,qñ habent ꝓpriam sanitatem illæsam ab extrinsecus accidētibus:& causa huius est supfluitatibus aggrauantibus nō abundare ꝓpter siccitatē cōsumentem)aliquando vero à paruis causis,supple,infrigidantibus,incurrunt catarrhos & coryzas(& causa nota est)ex qbus tunc supflui tatum abundantiā habentes grauissimum habent caput: quare inæqualiter sani sunt. Deinde dicit, SENSVS VERO IN pueritia perfecti, prouectis vero emarcescunt citius.& causa huius est,qm̄ in pueritia adhuc calore natiuo participantes,& organa ex siccitate depurata habētes,& nunq̄ supfluitatibus humidis in pueritia abundātes sensibilia clare discernunt. Cum vero ꝓuehunt̃ in ætate,deficiente iam magis calido naturali,& digestione in eis circa cerebrum peius fiente supfluitatibus replent̃,ex qbus organa sensus emarcescunt,cerebro cōpatientia,i. extinguunt̃ & debilitant̃, vt peius discernant extincto calore,& spiritu ingrossato. Deinde subiunxit, ET VT BREVITER &c.i.& vl'r, cito oēs fiunt senes circa caput: hoc aūt dixit breuiloquus esse volens. Cum.n.ad eos multa festinent accidētia senilis ætatis, suffecit ei dicere,ꝙ cito senes fiunt circa caput. Non aūt oportet hoc fieri circa reliquum corpus, nisi alterius corporis cōplexio fuerit capiti homogenea:& causa huius est,quia,cum ætas sit mensura alterationis naturalis corporis viui de calido & humido in frigidum & siccū ab initio vitæ vsq; in finē eius,sit autem hoc caput modicum habens calidi & humidi, accidet illud citius in oppositum alterari. Cum autē pars ætatis,quæ dicitur senectus,sit mēsurans illius alterationis finem,recte inquit tales senescere cito circa caput: ꝓpter hoc adiecit,Ideoq; canescunt citius.hoc.n.est de præcipuis accidentibus senectutis.

ET DICAMVS hic nunc,causam huius inquirentes,primo vnde cani nascunt̃. Dico ergo,ꝙ canities est quidam languor pili,sicut dicit Philosophus in fine libri de gener.aīalium.Non est tñ oīs albedo canities: si.n.fuerit cutis alba,vt in morphea alba,fient pili albi:non tñ conuertit̃, si pili sint albi,ꝙ cutis sit alba,quia nō est sola cutis causa dealbationis. Vera aūt canities est,quæ fit à corporis senectute: corpore.n.declinante iam ad frigiditatē fit senectus,frigida existens & sicca.Cum ergo digerēs vniuscuiusq; alimentū sit ꝓpria & innata caliditas, extranea aūt putrefaciens & corrūpens,accidet dominante frigiditate nutrimentū fieri aquosum & phlegmaticum & putrescibile ab ea,quæ in cōtinente,caliditate. Vapor ergo,q est materia pili,à tali alimēto surgens,ꝓpter sui viscositatē & caloris pellētis debilitatem non de facili pertransit. Ex longitudine ergo morę in poro putrefit à caliditate cōtinētis,&,cū putrescit,dealbat̃,ꝓpter plurimū habere aeris interclusum ex sui viscositate,sicut dicit Philosophus:quare accidit ab eo capillus canus: Et breuiter,quæ in corporibus indigestio,facit canos,vt dicit:signum cuius est ex continuis languoribus aliqñ canos nasci: vt sit qdem dicere languorē esse senectutē acquisitam:senectutem vero languorem naturalē:sed curatis qdem & sanitati restitutis corporibus cani pmutant̃,seniles aūt nequaq̄. Signum aūt putrefactione quadā vaporis contingere canos,est,tectos pilos pileis & operculis citius canescere ꝓpter non perflari,impediente coopertura: pflatio.n.prohibet putrefactionē. Canescunt aūt oēs citius in tēporibus,tardius aūt in posterioribus ꝓpter humidiora esse tēpora oībus partibus capitis ex duobus magnis lacertis apud ipsa:posteriora aūt vacua esse humiditate ꝓpter minus ibi esse de cerebro,adhuc aūt & siccius.Cum ergo hanc cerebri distemperantiam habētibus,citius calidū naturæ deficiat,rationabiliter citius canescēt. Deinde dicit, CAPILLI VERO &c.i.& capilli vix eis ꝓducuntur,& cum difficultate,post ortum ipsorum:& causa nota est ex prædictis.

Adhuc aūt dicit,ꝙ EXILES sunt,& rufi.exiles quidem ꝓpter vaporis tenuitatem priuatione caloris multum resoluentis,adhuc autem propter pori stricturam priuatione caloris elargantis:rufi autem propter id,quod scitū est ex præmissis. Deinde dicit, ACCEDENTE VERO &c.i.&,cum ꝓcedunt in tēpore,si frigiditas dominet̃ amplius siccitati,non fient multū calui, humiditate adhuc in eis constante:si vero victoria siccitatis super humiditatem sit multū,victoria vero frigiditatis super caliditatē sit,parum fient calui propter causam contrariam.

Humidæ vero & frigidæ crases cerebri grauiter dormientes faciunt & somnolentos,& inutiles sensibus,& humiditatibus abundantes,& facile patientes fiunt à frigore,& facile replentes caput,& facile patientes catarrhum & corizam:neq; calui fiunt huiusmodi. Ant.

Humidæ vero & frigidæ cerebri tēperaturæ faciunt hoīes graui somno tentari,& ad somnū facile conuerti,sensibus quoq; minime vigentes,atq; excrementis redundantes,& qui caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium,ac destillationibus & grauedinibus facile tentantur,neq; tamen hi calui fiunt. Leo.

Cum dedit signa frigidæ & siccæ distemperantiæ cerebri, dat signa frigidæ & humidæ, & dicit, HVMIDAE VERO &c.i.sed distēperantiæ frigidæ & humidæ faciūt grauiter dormientes,i.profunde, ꝓpter corpulentos vapores,q sunt causa somni,multum circa ipsorū cerebra infrigidari & densari,vt fortes oppilationes faciant,& calorem ex corde venientē multum obtūdant,vt nō nisi difficulter & post tempus obtineat illas,& penetrare possit ad organa sensuum. Deinde dicit, ET SOMNOLENTOS & inutiles sensibus.somnolētos quidē ꝓpter multum reprimi calorem cordis cerebri frigiditate,vt ex centro pigrescat extendi,& ꝓpter abundare cerebrum ipsorum multis superfluitatibus tum ex digestionis malitia,ꝓpter diminutū in eis calorem:tum quia vapores cōtinue ad ipsum eleuati non exhalant ad extra,nec refluunt deorsum nisi difficulter,prohibente meatuum strictura,quę Cō.28.

A frigiditatẽ comitatur:quare continue in somnum flectuntur,grauati quidem ab illis & oppilati.Inutiles aũt sensibus sunt,ꝓpter hoc idem,habentes quidem spũs turbidos,& organa sensuum neq; mũda neq; ꝑspicua. Deinde dicit, ET FACILE PATIENTES à frigore,& facile replẽtes caput,& facile patiẽtes catarrhum & corizã:neq; calui fiunt hi.quorũ oĩum cã iam ex præmissis ꝓmpte coniecturabilis nos amplius indigne moraretur.

Ant. Hæc igitur sunt signa eorũ,quæ in cerebro,crasiũ. Ex his vero tendens ad vnũquodq; organum sensus, scies cognitiones,transferens te de alio ad aliud.Sufficiet vero tantum de oculis dicere.

Leo. Hæc igitur indicia sunt cerebri temperaturæ,à quibus si progrediaris,ad vnũquodq; sensorium dignotiones transferre licebit.Sed sufficiet de oculis facere mentionem.

Cõ.29. Cum dedit signa distemperantiarũ cerebri,tàm simplicium,q̃ cõpositarum,vtitur epilogo,addens q̃dem,ꝙ ex ipsis traducibilia sunt signa oĩum organorum sensuũ à cerebro pendentiũ,& dicit, HAEC IGITVR &c.i.hæc, quæ diximus ĩ capl̃o precedenti,sunt signa,q̃bus habetur cognitio vniuscuiusq; cõplexionis cerebri,s.tẽperatę,& distẽperatæ:& fuerunt in summa sex genera signorũ,aut ad illa reducibilia(sicut diximus)verificata quidẽ semp cũ adiectione cõditionis regiõis tẽperatę,&,ꝓportionalitatis in humore. Deinde dicit, EX HIS VERO &c.i. sed ex his signis,q̃bus cerebri cõplexiones cognoscimus, poteris traducere signa cõplexionis vniuscuiusq; organi
B sensus.Hæc.n.organa colligata sunt cerebro p neruos ortos ab ipso,& ferẽtes ad ipsa sensum,quare oportet cerebro esse ꝓportionabilia in natura & signis:ꝓpter quod ẽt supra dixerat,ꝙ alterutrũ sunt cognitiones, & adinuicẽ sibi attestant̃,& à principio nata principij virtuti & vitio,& principiũ his,quę ab eo nata sunt.Sunt aũt hæc,organa,sicut oculi visus,aures auditus, nares odoratus,lingua gustus,& vniuersi corporis musculi tactus.Incedentes ergo via,qua incesimus in cognitione cerebri, & transferentes hæc ad quodlibet illorũ non erit difficile cognoscere cõplexionem vniuscuiusq;. Deinde dicit, SVFFICIET VERO.i. sed,qm̃ hic modus doctrinæ est abbreuiatio quædam,sufficiet nobis hanc traditionẽ facere in oculis tm̃,sicut in his,qui cerebro certius sunt ꝓportionati ꝓpter ei magis vicinos esse,& horũ tẽperamẽtũ declinare ad frigiditatẽ & humiditatẽ,sicut ẽt cerebri. Erit ergo trãsferre cognitionẽ à cerebro in oculis fere ex oĩbus prędictis sex gñibus signorũ(sicut patebit)& nõ absolute ex oĩbus(sicut credit Hali)quia non ex virtute & vitio principalium,quorum principia non sunt in oculis.

Ant. Quicunq; igitur tangentibus manifeste sunt calidi,& mouentur facilius & frequenter,& venas latas habent,omnes calidi sunt:frigidi vero,qui his contrarij.Et humidi quidem,molles simul & multæ humiditatis sunt:sicci vero,qui duri simul & aridi.Et lęduntur quidẽ à similibus causis crasi facile: iuuantur vero à cõtrarijs,moderato vsu.Sed hoc cõmune signũ esse in oĩ cognitione craseos oĩs partis meminisse oportet.

Leo. Quicunq; tangentibus quidem manifeste calidi existunt,& facili ac crebro motu cientur,& venas latas habent,hi calidi omnes sunt:frigidi vero his contrarij.Et humidi quidem,molles simul,& multa humi
C ditate pleni:sicci vero duri simul & aridi.A similibus aũt suę temperaturæ causis facile offenduntur:iuuantur autem à modico contrariorum vsu.Sed hoc quidem commune in omni cuiuscunq; partis temperaturæ dignotione oportet meminisse.

Cõ.30. Cum dedit,signa cõplexionis organi cuiuslibet sensus traduci posse ex signis cõplexionis cerebri,& sufficere,ꝙ ostendatur hoc in oculis tm̃,incipit declarare signa distemperantiarũ oculi,per hoc intendẽs breuiter expositionẽ signorũ corporis ægri simpl̃r,sumptorũ ab his,q̃ oriunt̃ à ꝑncipalibus,& dicit, QVICVNQVE IGITVR &c.i. quicũq; oculi sunt manifeste calidi ad tactum,& mouẽtur facilius & frequentius,instabiles quasi existentes,& habent venas latas & apparentes,oẽs hi sunt calidiores temperato. Et cõditionauit per hoc cognitionẽ distẽperantiæ oculi in caliditate à tribus, Primo à manifesta caliditate,quæ ad tactũ apparet.Et vult per caliditatẽ,nõ qualis tangit̃ apud omne corpus humanũ,ex quibus nihil est nisi calidũ actu,sed vlteriorẽ,q̃ quæ tangit̃ apud corpus tẽperatum:ꝓpter quod nõ dixit solũ,Quicũq; sunt calidi.sed, Quicũq; sunt manifeste calidi.& est hoc signũ à substantialiter inhærentibus sumptũ.Si.n.oculus lapsus à tẽperamento in caliditate diffiniatur,sicut simpl̃r ægrum, cadet distẽperantia in caliditate in eius diffinitione:hæc aũt non solũ ẽm oculum,sed ẽm quodlibet exterius me-
D brum est tactus impresiua,& per hoc sui ipsius edoctiua. Secundo aũt à facilitate & frequentia motus ipsorum. Non debet̃ aũt hic motus oculis ex se ipsis,nõ enim sunt organum motus,sed sensus visus,sed debet̃ eis ex musculis ad ipsos colligatis,q(sicut dicũt anatomici)sunt sex,quorũ quatuor in vtrisq; lateribus existunt,sursum scilicet, deorsum,ante,retro,siue dextrorsum,& sinistrorsum,& vnusquisq; mouet ad suam partem:duo vero alij sunt incidentes ex transuerso,& hi mouent oculũ ẽm rotũditatem.Est aũt & quidam alter posterius,qui sustentat neruũ concauum,& eleuat̃ ipsum,& prohibet ipsum à lapsitate,qua oculus prominet exterius,& retinet ipsum,cũ intente intuet̃. Fuit aũt hic motus oculis opportunus,vt sine motu & cõuersione colli possent ad dexteram & sinistrã, sursum & deorsum spectare visibile,exponentes quidem se per illos sub rectis lineis ad rem visam,sine q̃bus oculus nõ patit̃ à visibili:visibile.n.non generat intentionẽ suã in diaphano nisi sub rectis lineis. Si ergo oculi fuerint calidiores tẽperatis,tunc redundabit ẽt ipsorum caliditas super hos musculos,& fient ex hoc aptiores ad mouendum,virtute q̃dem motiua sortita apud eos leuitatẽ & agilitatem mobilis ex spiritus in eis caliditate. Et sunt hæc signa sumpta ab effectibus virtutis motiuæ musculorũ,quibus oculi mouentur. Tertio aũt à latitudine venarũ, quã ipsa caliditas operat̃ apud informationẽ primam,habẽs singula dilatare, cũ naturalior quidem motus ipsius fit magis à centro,q̃ ad centrũ.Quauis.n.latitudo venarum principaliter comitet̃ caliditatẽ principij, à quo ipsæ sunt,adiuuatur tñ latitudo earũ ex caliditate mẽbrorum, per quæ fit transitus earũ,vt in calidioribus temperato mẽbris

membris sint ipsæ latiores,ꝗ principium earum operetur:in frigidioribus vero econuerso. Etiam est hoc signum sumptum à casibus distẽperantiæ,ſm enim exigentiã cõplexionis fit prima mẽbrorum creatura. Deinde dixit, FRIGIDI VERO .i.sed frigidi oculi sunt,quicunq; supradictis cõtrarij sunt ſm signa,in non ostẽdere videlicet manifestam caliditatẽ ad tactum,sed potius frigiditatẽ quãdam,& in esse qdem graues ad motum,& in habere venas strictas:cõtrariarũ.n.cõplexionum contraria sunt signa,ꝓpter signorum causas silr esse contrarias. Deinde dixit, HVMIDI QVIDEM &c.i.& humidi oculi sunt,quicũq; fuerint simul molles,& multæ humiditatis:molles qdem ad tactum,multa vero humiditas ad tactũ & visum. Et sunt qdem molles ꝓpter esse humidiores tẽperatis,est.n.mollities effectus humidi,sicut supra diximus:& est hoc signũ sumptum à casibus distẽperantiæ in humiditate. Multæ vero humiditatis sunt ꝓpter abundare in multis superfluitatibus hanc cõplexionem,complexio.n. humida est humiditatũ conseruatiua,sicut & sicca ipsarũ consumptiua : nec enim volebat hic per humiditatẽ,eã, quæ est qualitas,sed eam,quæ est substantia,apparens qdem in angulis lachrymalibus oculorũ in vigilantibus,resudans qdem apud somnũ penes pilos palpebrarũ:& est hoc signũ sumptum ab effectibus virtutum naturalium: ꝓpter quod tales multarum sunt lippitudinum,& de facili incurrũt ægritudinem,quæ lachryma dicit. Adhuc aũt,si à tristitia ipsos qdem propter retractionem caloris exprimente qñq; lachrymentur,copiosius effundunt lachrymas,sicut in pueris & mulieribus contingere videmus,quibus copiosior est humiditas,ꝗ prouectis & viris. **E**

Deinde dicit, SICCI VERO &c.i.sed sicci sunt,quicũq; sunt simul duri & aridi:& volebat per aridos priuatos prædictis humorositatibus & lippitudinibus,quales in multũ vigilantibus videmus. Et est qdem non difficile ex supradictis conuincere, qua de causa oporteat hoc in siccis apparere:contrariorũ.n.effectuum contrariæ sunt causæ,& econuerso. Deinde dixit, ET LAEDVNTVR &c.i.& signũ cõmune cuiusq; dictarum cõplexionũ est,ꝙ facile læditur vnusquisq; talium oculorũ à silibus causis suæ crasi,vt calidæ cõplexionis oculus à calidis : frigidæ aũt à frigidis:humidæ ab humidis:siccæ à siccis:& iuuatur à causis contrarijs sub moderato vsu,sicut calidæ à frigidis,& sic de alijs. Et est hoc signũ sumptũ ex alteratione ab his,quæ extrinsecus accidũt,reductum ad casus. **F**

Deinde dixit, SED HOC &c.i.& hoc oportet memoriter habere,sicut signum cõmune,in cognitione craseos oĩs membri:vt per lædi à calidis cognoscamus esse calidũ:per iuuari vero ab illis cognoscamus esse frigidũ. Et volebat per craseos distẽperatã crasim:tẽperata.n.crasis sola est(sicut ipse dixit in cõmento aphorismorum)quæ suis silibus bene disponitur. Non docuit aũt cognitionem alicuius prædictarum distẽperantiarum oculi à bonitate vel malitia visus,expectans illud docere in genere,cũ subsequenter docebit signa sumpta à magnitudine & paruitate oculorum. Videtur.n.bonitas & malitia visus ĩmediatius significare super bonitatem & malitiam cõpositionis,ꝗ cõplexionis,sicut bonitas & malitia oĩum operationum aĩalium , sicut ex supradictis patet. Compositarũ autem discrasiarum oculi signa supersiluit,sicut ex simplicibus manifesta. pti.3. cõ.4.

SED HIC VIDENDVM est,vnde accidat vnaquaq; distemperantiarum lædi facile à silibus suæ crasi , iuuari vero à contrarijs sub moderato vsu,maxime ne sibi contradicere videat,cum in summa de causis admonuerit similia silibus offerre oportere,volẽtes crasim,qualẽ accepimus,cõseruare:vnde quoq; accidat iuuari à contrarijs moderato vsu:quid ẽt per moderatum vsum intelligat. Dico ergo,cum cõseruatio sit ex rebus nõ naturalibus, quæ sunt aer,cibus potus,somnus vigilia,motus quies,& huiusmodi,istarũ autem rerũ non sit dare oĩno veram silitudinem cũ corpore,quadam existente calida,vel frigida,vel humida,vel sicca,potentia tñ:adhuc aũt effectiue magis,ꝗ passionaliter,vt cibo vel potu:quadam vero nullo modo passionaliter existente,sed effectiue tñ,vt motu & quiete,somno vel vigilia,corpore aũt passionaliter existente tali:adhuc aũt & actu calido vel frigido existente, vt vocet frigidũ diminute calidũ,accidet de necessitate,cũ ab eo infra dicit corpus similibus cõseruari,ꝙ silia corpori ex his rebus sint , quæcũq; corpori approximata cuiuscũq;,non ĩmutant ipsum à ꝓpria natura,ĩmutatione, de qua curet,vt quæcũq; corpori calida oblata nõ calefaciunt ipsum vltra corporis caliditatem,nec ẽt infra illam: minus.n.calefacere esset infrigidare:talia.n.ſm intellectum Gal.sunt corpori vere similia,quibus conseruat,sicut post dicturi sumus. Sed talium similiũ electio difficilis est apud medicũ,& potius experientia,ꝗ ratione,concipit. Cum ergo hic dicit oẽm distẽperatam crasim à similibus lædi,distinctione dignũ est de simili,in simile,quod excedit,vel deficit,vel quod ęquat:vt calido simile id,quod minus calidum:& id,quod plus:& id,quod æque. Quod ergo est minus calidũ,nõ simplr nec oĩmode est lædens,cũ sit retẽperans & reducens:nec quod ęque,cũ sit conseruans:quod aũt plus,simplr est lędens,quia distẽperantiam in caliditate coaugens. Dixit aũt non absolute à talibus lædi,sed facile lædi,nõ ob aliud,nisi ꝙ calido pronior est lapsus ad calidius à quocũq; ipsum amplius calefacere potente,ꝗ ad frigidum:& frigido silr ad frigidius à quocũq; ipsum amplius infrigidare potẽte,ꝗ ad calidũ:maior enim est cõtrarietas calidi ad frigidũ,& econuerso , ꝗ calidi ad calidius:inter quæ aũt maior est contrarietas,inter ea difficilior est trãsmutatio. Propter quod,si calidũ vel frigidum est,quod ægrum,tẽperatum aũt,quod sanũ,aut non lædet calidum à frigidis,nec econuerso:aut non facile,imo ab eis iuuabitur,cũ gradatim ad medium,& non vltra,deducetur. Et ꝓpterea facile lædi à calidis est signũ ꝓprium cõplexionis calidæ,& nunq̃ frigidæ,quæ nõ potest lædi à calidis,nisi difficulter:iuuari vero à calidis est semp signum frigidæ cõplexionis,& ecõuerso. Nam,si cõtingat calidũ calidis conseruari,non tñ contingit iuuari:conseruari.n.in malis nõ est iuuari absolute. Sed attendendũ est,ꝙ dicit nõ iuuari distẽperatam cõplexionẽ à contrarijs nisi moderato vsu:ꝓpter quod videndũ est,quid velit per moderatũ vsum. Dicit aũt Hali,ꝙ vsus moderati sunt duo,vnus eorũ est,qui est rerum tẽperatarũ inter quatuor qualitates:& alter est rerũ,quarum declinatio ad partẽ contrariã est ęqualis declinationi cõplexionis:& ꝙ cõplexio distemperata iuuatur à primo,sed tñ minus,ꝗ à secundo. Sed ista moderantia vsus nõ est sumpta à qualitate & modo ipsius(sicut Gal. videt intẽdere)sed à rebus vsualibus. Propter quod nõ est multum appretiãda distinctio,ĩmo nec recta,qm̃ errorem subducit in opere:contrariorum.n.vsus æqualiter declinantiũ, si continuetur,repentine alterabit,& fiet causa ægra,& nullo modo iuuatiua. Quare dicemus,quoniam hæc reductio,facta à contrarijs,

G li.3. cõ.20. H c.58.2. ptis de signis.

A contrarijs,horida eſt naturæ:omnis.n.ſua alienatio inimica eſt illi,ſe ipſam ſaluare ſemper appetenti. Ideo contrariorum vſus tunc maxime acceptabitur à natura,cum non continuus erit,ſed cum aliquo interuallo,interpoſitionem habente ſimilium,quibus gaudet:continuus enim vſus nimis ſubito alterat:à ſubita autem alteratione fiens diſpoſitio non eſſet ſanitas,ſed ægritudo. Cum enim ſanitas ſit diſpoſitio naturalis,nulla adueniens diſpoſitio poteſt eſſe ſanitas,niſi ſubintret & quaſi innaſcatur:propter quod non ſimpliciter calida iuuatur à frigidis,neq; ſemper,ſed cum vſu,qui dictus eſt,quem ipſe volebat moderatum.

Ant. Magnitudo vero oculorum cum proportione quadam & operationum virtute multitudinem ſubſtantiæ eucratam,ex qua facti ſunt,oſtendit:quæ vero ſine his,multam quidem ſubſtantiam, ſed non eucratã, declarat.Paruitas vero oculorum cum proportione quidem & virtute operationum paruam quidem,ſed eucratam,ſubſtantiam demonſtrat, ex qua facti ſunt:cum non proportione vero quadam & vitio operationum paruam ſimul & inutilem eſſe ſignificat ſubſtantiam eorum.

Leo. Magnitudo oculorum quidem,vbi concinnitas adſit,& operationum virtus,multitudinem bene temperatę ſubſtantię oſtendit,ex qua ſunt conformati: quæ ſi deſint,multam quidem ſubſtantiã,non tñ bene temperatam,oſtendunt.Paruitas vero oculorũ adiuncta quidẽ concinnitate ac virtutum operatione paucam quidem,ſed bene tẽperatam,ſubſtantiam oſtendit,ex qua ſunt conformati:ſi vero ſociam habuerint
B inconcinnitatem quandam atq; operationum vitium,tunc paucam ſimul ac vitioſam materiã oſtendunt.

Cõ.31. Cum dedit ſigna cuiuslibet quatuor diſtẽperantiarum oculi,ſumpta qdem ab his,quæ tangunť & videnť circa oculum,adhuc aũt & à motibus ipſius,deficiebat autem adhuc & illarũ cognitio ſumpta à magnitudine & colore oculi,ſubſequenter dat ſigna,quæ ab eis ſumunť,& dicit, MAGNITVDO &c.i.magnitudo oculorũ proportionalis eſt magnitudini capitis in ſignificando. Sicut enim magnitudo capitis nõ eſt ſignũ bonæ cõpoſitionis cerebri,& per illud ipſius eucraſiæ,niſi qñ figura eius decens exiſtit,& operationũ bonitas in ortis ab ipſo,ſignificans qdem tunc fortitudinẽ virtutis informatiuæ operantis circa multã & bonam materiã, aliter vero ſolam materiæ multitudinẽ ſignificat,ex qua factũ eſt, Ita magnitudo oculorum,qñ eſt cum ꝓportione quadam(& volebat per hoc ꝓportionem oculi ad viſibile debitã,qualem oportet habere actiuũ ad paſsiuũ,quæ cõſequiť ex figura & ſitu decentibus,& diaphaneitate perfecta,& diciť oculi harmonia:aut fortaſsis qñ eſt cum ꝓportione quadã totius cõpoſitionis in reliquis naturis ad magnitudinem,ſ.forma,numero,& ſitu,& vult per,quadam,eã,quæ eſt decens: adhuc aũt & qñ eſt cum debita operationũ virtute,& volebat,per hoc bonitatẽ viſus,& aliarum operationum,ſ. naturalium oĩum) ſignificat oculos factos eſſe in prima ſui creatiõe ex multa & eucrata materia:Aliter vero,ſ.qñ fuerit ſine his cõditionibus,ſignificat factos eſſe ex multa tñ & non eucrata materia,quaſi velit,ꝙ virtus informa
C tiua efficiat oculũ ſeu organum bene vel male diſpoſitum ſm exigentiã materiæ,cum tñ,ſi virtus informatiua ſeminis nõ eſſet fortis, nequaq̃ ſufficeret eucraſia materiæ,vt bene crearetur organum:ꝓpter quod ſupra de capite magno diciť,ꝙ,qñ comitatur virtutis fortitudinẽ, circa multam materiã & bonam operãtis,eſt ſignum bonum: & nõ dixit ſolum,qñ comitatur multã & bonam materiã.Et volebat per eucraſiã, non qualem conſecuta eſt caro vel cutis,ſed declinantẽ ad frigiditatem & humiditatẽ,ſicut ea,quæ cerebri,cum dominetur in eis aqua, ſicut dicit Philoſophus de ſenſu & ſenſato.Et manifeſtũ eſt p hoc,ꝙ oculorum magnitudo prædictis aſſociata cõditionibus ſignificat eucraſiam ipſorũ:diſſociata vero ab his ſignificat diſcraſiã,diſcernendam poſtea qdem ex prius dictis ſignis.Eucraſia.n.materiæ,ex qua facti ſunt,cauſa eſt prædictę ꝓportionis per obedientiã eius ad formationem primam,maxime ſi virtus informatiua nõ ſit debilis:adhuc aũt eſt cauſa bonitatis viſus per ęqualem oculi cõplexionem,& pſpicuam in eo diaphaneitatem,quæ illã comitantur,ſicut oſtendemus,cũ paulopoſt de viſus bonitate loquemur:Diſcraſia vero illius per cõtrarium eſt cauſa cõtrarij. Deinde,cum dedit ſigna cõplexionis oculorum ſumpta à magnitudine ipſorũ,dat ſignũ ſumptum à paruitate ipſorum, & dicit, PARVITAS VERO &c.i.ſed paruitas oculorũ non eſt ꝓportionalis paruitati capitis in ſignificando. Paruum enim, à quo nihil alteri tribuiť, ſed eſt ſibi tm̃ principiũ vnius operationis,non põt ęquari in malitia paruo,quod eſt multorũ radix,habens mul-
D tis tribuere,multiſq; operationibus deſeruire:propter quod paruitas oculorũ diſtinguẽda eſt,ſicut & magnitudo. Si enim fuerit cũ proportione prædicta,& bonitate operationũ,ſignificabit materiam,ex qua facti ſunt,fuiſſe eucratam,nihilominus & paucam,cum tñ diſtemperata paruitas oĩs organi inepta ſit ad opus ſm plurimum,ſicut ſupra diximus:Cum corruptela vero ꝓportionis,& cũ defectu operationum,cũ hoc,ꝙ ſignificat materiæ paucitatem,ex qua facti ſunt,ſignificat ẽt eam fuiſſe inutilem ꝓpter diſconuenientiam ex diſcraſia ad primam formationem,& ad ſequentem viſionẽ.Et videtur hoc ſignũ,quod ſumiť à magnitudine & paruitate oculi,ſumptum à ſubſtantialiter inhærẽtibus organicis:ſed,cum hic nõ det ſigna cõpoſitionis oculi,ſed cõplexionis eius:comitetur aũt bonitas compoſitionis bonitatem cõplexionis,erit hoc ſignum ſumptum à caſibus complexionis &c.

SED OSTENDEMVS, quid ſit viſus bonitas, & vnde cauſetur,ante aũt hoc & quid ſit viſus,& qd viſibile, & quid videre. Dico ergo,ꝙ viſus eſt pars aĩæ,quæ eſt in potentia ad viſibile,cuius ſubſtãtia apta nata eſt à viſibili pati. Viſibile aũt eſt duplex,quoddã eſt viſibile in lumine,& quoddã in tenebris. Viſibile aũt in lumine eſt color,& hoc eſt ſm ſe viſibile nõ illo modo dicẽdi per ſe,quo prædicatũ eſt in ratione ſubiecti,qui eſt primus modus,ſed illo modo,quo ſubiectũ eſt in ratione prędicati,qui eſt ſecũdus,qm̃ in ipſo eſt cauſa,ꝙ aliquid ſit viſibile,
[D]e anima [co]men. 72. non aũt videtur ſine lumine,lux.n.principalius videť(ſicut dicit Auer.)ſed color mediante luce:& propterea,quę in tenebris videnť,ſunt illa,quæ modicũ lucent,ſicut ſquamæ piſciũ,& noctilucæ,& hmõi,quæ in die à maiori lumine ſuperatæ videntur ſub ꝓprio colore,& non ſub luce. Vniuſcuiuſq; igitur proprius color in lumine videť:eſt
[D]e anima [t]e.73. enim oĩs color(ſicut dicit Ariſ.)motiuus eius,quod ſm actum,diaphani:actus aũt diaphani lumẽ eſt,diaphanum

enim

enim non est actu diaphanum nisi per lumen:huiusmodi autem actus influitur ei à corporibus luminosis,qualia sunt ignis,& stellæ. Habet aũt se lumen,quod est actus diaphani,ad lucem,quæ est forma corporis luminosi,sicut intentio coloris generata in diaphano ad colorẽ,qui est in superficie colorati,in hoc tñ differẽs(sicut volunt Peripatetici) ꝙ lumẽ est forma nobilior,potens perficere diaphanũ ad actum,quod color non potest: tenebra autẽ est priuatio actus huiusmodi in eodẽ subiecto. Potentia ergo diaphanũ est corpus peruium,quod ẽm se non est visibile,quia nullũ habet colorem, sed videt per lumen,quod est sicut color diaphani:tale corpus est aer,& aqua,& cœlum. Talium aũt in actu diaphanorũ motiuus est color de sui natura,& per hoc continuationẽ habens ad sensiterium visus,fit motiuus visus:hoc aũt mouere,est diaphanũ alterare & visum,id est formare se intentionaliter in illis,vt in speculis. Quare superuacanee & importune dicitur à Platonicis visum fieri per extra missionem,cum ipsius coloris natura sit hoc modo mouere diaphanum,& sensiterium visus,vt dictum est. Si enim fieret visus per exitum alicuius corporis ab oculo ad visam rem,tũc,si in illo corpore esset virtus visiua,fieret visio extra animal, quare animal non videret: si aũt non esset virtus in eo,nõ posset fieri visio per illud nisi per retractionẽ corporis: sed retractio illius corporis est impossibilis: quare illius emissio non cõfert ad visum. Emissio aũt radiorum non est opportuna nisi ad manifestationẽ coloris,& ad dandum ei actũ,quo mouere possit,aut ad exhibendũ diaphano intermedio actum suum,sine quo nõ videt moueri à colore: sed hoc fit melius à corpore magis luminoso,q̃ sit oculus. Quare nõ expedit quicquam exire ab oculo ad hoc,vt videamus, sed magis vt actionem alicuius ab extra suscipiamus:hæc aũt actio(vt diximus)fit à colore. E F

Sed quaeret aliquis,vtrum lumen in hac actione coloris sit necessarium,ꝓpter colorem ipsum,cuius est agere,aut ꝓpter diaphanũ intermedium,cuius est pati. Videtur enim Arist. dicere in 2 de aĩa,ꝙ color est motiuus eius diaphani,quod est in actu,i. illuminati:quare videt,ꝙ indigeatur lumine,ꝓpter diaphanũ non posse à colore moueri sine illo:videt.n. Aristo. dicere,ꝙ color sit per se visibilis. Et ex his eius dictis credit Auer.ꝙ lumen nõ sit necessarium,nisi quia color non põt mouere diaphanum non illuminatũ:cuius cõtrarium videmus,quia color illuminatus mouebit ẽt oculũ positũ in obscuro,& non ecõuerso oculus in luce positus videt colorem in obscuro. tex.66. cõ.67.

Nos aũt dicemus,ꝙ color(sicut dicit Philosophus)est extremitas ꝑspicui,non tñ cuiuscũq; perspicui,sed determinati,s. corporis solidi,per quod non fit transductio visibilis ad visum. Duplex aũt est ꝑspicuum siue diaphanũ: est.n. quoddam ꝑspicuum peruium,quod per se nõ terminat,sed per se transducit visum,vt aer,aqua,vitrũ,crystallus,& hoc in toto est ꝑspicuum: quoddam est nõ peruium,quod est terminans visum,& hoc nõ est in toto,sed in superficie,ꝑspicuum. Quod ergo in toto est ꝑspicuum recipit lumen in supficie & in profundo:quod aũt in toto nõ est ꝑspicuũ nõ recipit lumen nisi in superficie,in qua color,quãtum est ex ipsa,nõ est nisi materialiter & dispositiue. Manifestum est ergo ꝙ ꝑspicuum cadit in diffinitione coloris: ꝑspicuum aũt in actu non est,nisi per lumẽ: ergo & lumẽ ingredit diffinitionẽ coloris:ex quo videt,ꝙ formale esse coloris à lumine sit:Et hoc est,quod Arist. dicit in 2 de aĩa,ꝙ lumen potẽtia colorem,efficit actu colorẽ:non.n. est actu color,nisi per habitũ luminis diffusum in superficie corporis terminati. Ergo,cum dicit,ꝙ color est motiuus diaphani,quod est in actu diaphanum, intelligit,ꝙ hoc facit color silr,qñ est in actu color,nihilominus tñ oportet mediũ ad aliquod spaciũ esse illuminatum iuxta colorẽ,quia,cũ color sit lumen alligatũ materię corporis terminati,nõ põt mouere mediũ nisi actu illuminatũ,qa ꝑ hoc magis disponit ad coloris silitudinem recipiendã:quare lumen requirit ad vtrunq;. tex.73. G

Dvbitabit etiam adhuc aliquis de hoc,ꝙ duplex videt visibile,s. color,& lux: sed oĩs sensus est vnius generis,vt auditus soni,gustus saporis,olfactus odoris,tactus.n. non ob aliud dicit plures sensus,nisi quia tangibilia nõ sunt reducibilia ad vnũ cõmune genus: sed lux & color nec sunt reducibilia ad vnũ cõmune genus,nec etiã vnum ad alterũ,vt videtur:quare videbit,ꝙ visus sit plures sensus. Nisi esset,ꝙ vnum illorũ reducit ad aliud procul dubio: sed,cum lumen nõ diffiniatur ꝑ colorem,sed color per lumen,oportet,ꝙ color reducibilis sit ad lumẽ: est.n. color lumen quoddã corporis terminati,quãtũ ad esse formale vel actuale coloris. Erit ergo visus principaliter lucis,coloris aũt sicut cuiusdã lucis. Sed,qm̃ oportet esse ꝓportionem passiui ad suũ actiuum(actus.n. actiuorũ sunt in patiente disposito)&,quorũ maior est silitudo, facilior est vnius ad alterũ transmutatio,oportuit oculum esse parũper luminosum. Propter quod Gal. sapienter dixit in lib. de iuuamẽto mẽbrorum,ꝙ sensus luminosus alterat à coloribus,sicut à silibus sibi. Et hæc est causa,quare oĩs superfluus splẽdor cito destruit visum,quia nimis transmutat oculũ ꝓpter silitudinem,& valde citius,q̃ supflue obscurum:cuius signum est,diu remanere in oculo impressionem ab eo factã,nõ aũt eam,quæ ab obscuro,nisi per diuturnũ tp̃s efficiatur:remanente aũt impressione splendidi nihil videtur alterũ. Et propter hoc oportuit oculum esse sine vllo colore,de facili tñ imprimibilẽ ab omni:si.n. vllum haberet,aut difficulter pateret ab alio,aut reciperet alterum ẽm exigẽtiam illius,quẽ habet tm̃, sicut oculus multum icterici iudicat oĩa citrina esse. Manifestum est ergo,ꝙ necessarium fuit oculũ cõponi ex peruijs,& politis,& incoloratis,spiritum copiose recipientibus tanq̃ lumen:est.n. oĩs spiritus & maxime visibilis, substantia lucida;ꝓpter quod vocatur aliqñ à medicis radius & lux. Ad quod quidẽ ingeniata est natura facere in eis humores cõgelatos ad modum crystalli,& tunicas in eis politas circũdantes illos: neruum quoq;, ferentem eis virtutem visus,faciens concauum,vt copiosus refundatur in eo spiritus lucidus per ipsum. Non alteratur autem oculus à colore nisi per medium diaphanum primo ab illo alteratum: signum cuius est,ꝙ,si coloratum ponitur super pupillam,non videbitur. Similiter quoq; videtur Philosopho nullum sensibile agere in sensum nisi per medium,quia,si ponatur supra sensiterium,non faciet sensum,vt dicit:de quo nos postea inquiremus. li.9. ca.4. H 2. de anima tex.cõ. 75.

Sed dicet aliquis,ꝙ omne vnum visibile debeat videri duplex,quia formatio eius fit in duplici oculo,& dextra rei visæ debet videri sinistra,quia,cum dextra rei visæ in se sit contra sinistram partem oculi,& econuerso, sigillabitur dextrum eius in sinistra parte oculi,& econuerso. Nisi esset,quia perfectio visus(sicut dicit Princeps) nõ est in crystallino vtriusq; oculi,sed in angulo pyramidali,vbi se cancellant nerui optici,qui ferũt ad oculos virtutem ca.8. ptis 3. de anima.

A tutem sensus visus. Ibi.n. vniũtur formæ visibiles, quæ fuerunt formatæ in crystallino vtriusq; oculi, relatæ qdem ad illum angulum per spiritum visibilem, qui discurrit in vtroq; neruo, & in vnicam redactæ per spiritus in illo factam vnionem: aut in vnicam redactę propter alterationem factam à visibili, pariter ab vtroq; oculo veniente, continuate ꝓcedere vsq; ad prædictũ angulum, in quo, sicut in puncto, vniuntur. Cuius signum est, quia, si aliquis digitum supponens exprimat parũper oculum, vt accidat vni neruorum contorsio, nõ fiet par discursio spũs deferẽtis formã per vtrũq;, aut par ipsius informatio, sed antecedet, quæ peruenit ad alterã partium, quare non fiet vnio formarũ, & apparebit vnũ duo. Et vniuersaliter, ex quibuscũq; causis parilitas velocitatis motus spũs vndiq; discurrentis, aut alterationis ipsius ab oculis vsq; ad prædictum angulum impeditur, videbiť vnum duo. Quãuis quoq; dextrum rei formetur in sinistro oculi, non tamen peruersum fit iudicium de re visa, quoniam ad rem terminatur, sine cuius præsentia non mouetur visus.

ADHVC AVTEM dubitabit aliquis, quõ, si color mouet diaphanum, & per diaphanum continuũ cum oculo mouet oculũ & visum, pòssit quantitas colorati videri maior ipso oculo, in quo formať. Ad quod oportet scire, ꝙ color nõ mouet visum sine præsentia materiæ: materia aũt non est præsens oculis nisi per directas lineas: quare processus colorati in oculũ fit sub lineis rectis, ab oĩ parte colorati procedentibus in visum: quare ꝓcessus eius est sub figura pyramidis, cuius basis est res visa: cõclusio aũt anguli fit versus oculum. Cum ergo ĩmutatio oculi fit in puncto, in quo cõcluduntur lineę prędictę, fiet iudiciũ quãtitatis rei visæ ẜm quãtitatem anguli conclusi in oculo
B ẜm punctum. Hic aũt angulus est magnus, vel paruus, Primo ẜm distantiam lineę, quę est in summo, ad eam, quę in infimo apud basem: si.n. est magna, tunc angulus fiet obtusior, quare & maior: si aũt parua, tunc erit acutior, quare minor: Secundo aũt penes distantiã ipsius anguli à base, quanto.n. propinquior est rei visæ, tanto maior: &, quanto remotior est, tanto minor. Et, quia ꝑdictæ lineæ, quanto plus ꝓcedunt à re visa, tanto magis coeunt, si contingat, ꝙ concludantur ante, q̃ conueniant ad oculũ, res non oĩno videbiť. Hęc aũt conclusio accidit post, vel ante, ẜm ꝙ oculus fuerit aptior ĩmutari à visibili, vel minus aptus. De cuius aptitudine cõsequenter faciemus sermonẽ, vbi ex coloribus oculorum signa sumentur, ex quo patebit, quõ visus bonitas comitetur æqualitatem cõplexionis & cõpositionis oculi: malitia vero inæqualitatem, sicut in textu dicebatur. Tanta autem de his accidentaliter hic adiecta sint, copiosius autem à naturalibus & perspectiuis quærenda sunt &c.

Ant. Ea vero, quæ sunt secundum colorem, sic oportet determinari. Glauci.n. oculi, splendentes humiditate pura & non multa, luminis splendidi fiunt continentia: nigri vero econtrario: medij vero secundum medias causa. Glaucus igitur oculus aut propter magnitudinem, aut splendorem crystalloidis, aut in summo positionem, aut propter subtilis & aquosi humoris, qui secundum pupillam, paucitatem & puritatem fit. Omnibus quidem simul conuenientibus, glaucissimus: si vero hæc quidem adsint, hęc vero non, magis & minus in glaucitate cõsistit. Niger autem oculus fit aut propter paruitatem crystalloidis, aut propter eius
C in profundum positionem, aut quia splendidum & rutilans perfecte non est, aut quoniam subtile humidũ aut amplius aut non purum est: Aut propter quædam horum, aut propter omnia natum est fieri magis & minus in eis, quemadmodum prædictum est.

Leo. Quę vero ad colores attinent, ita distinguere oportet. Glauci quidem oculi, qui pura humiditate, ac nõ multa præfulgent, tales fiunt ob splendidi luminis abundantiam: cõtra vero nigri: &, qui intermediam naturam seruant, causas quoq; intermedias habent. Glaucus igitur oculus fit vel propter magnitudinem, vel propter splendorem humoris, qui à græcis crystalloides nominatur: vel propter situm prominentem: aut propter tenuis & aquei humoris, qui in pupilla existit, paucitatem & puritatem. Atq; omnibus quidem in vnum conuenientibus fit glaucissimus oculus: quòd si aliqua adsint, aliqua vero non, tunc maior minor've glaucedo contrahitur. Niger vero oculus fit aut ob paruitatem crystalloidis: aut propter profundum sitũ: vel quoniam splendidus ac fulgidus exquisite nõ est: vel quoniam tenuis humor vel superabundat, vel purus nõ existit: Vel propter vnã aliquam ex his, quas ante diximus causas, aut propter omnes fieri consueuit. In ipsis autem magis & minus (vt ante diximus) reperitur.

Cõ.32. Cum dedit signa cõplexionis oculorũ sumpta à magnitudine & paruitate ipsorũ, dat signa illius sumpta à co-
D loribus, sicut à casibus cõplexionis ipsorum. Qm̃ autem colores oculorũ hoĩum sunt in genere tres tm̃, s. glaucus, niger, & medius, inter hos primo ostendit causam istorũ colorum, vt penes eos eliciat postmodum cognitionem cõplexionis ex ipsis, & dicit, EA VERO &c. i. sed signa sumpta à coloribns determinanda sunt hoc modo, s. vt prius cognoscamus, vnde quilibet oculorũ causetur color. Dico ergo, ꝙ oculi sunt glauci coloris per habere multitudinẽ splendoris clari, ꝓcedentis ab humiditate pura grandinea: & hoc volebat, cũ dixit, Sunt splendentes humiditate pura. adhuc aũt per habere humiditatẽ albugineam, quæ turbidior est per naturam, clarã & paucam, ideoq; nec resistentẽ splendori glaucedinẽ causanti, sed potius adiuuantẽ: & hoc volebat, cum dixit, Et non multa luminis splendidi fiunt continentia. i. & fiunt splendidi nõ multũ à continentia luminis: & vocauit lumen humorẽ albugineum, aut verius irradiationẽ ab ipso ꝓcedentem in aerem extrinsecũ. Sic ẽt in cõmẽto ꝓgnost. vocauit, cum
I. cõ.26. dixit se ostẽdisse in libro 7 de sentẽtijs Hippo. & Pla. & in 10 de iuuamẽto mẽbrorum, ꝙ lumẽ visibile, lucidũ est, simile humiditati subtili clarę, simili valde albugini oui: & ꝙ hoc lumen visibile penetrat ex pupilla ad aerem extrinsecum, cũ quo continuať: & ꝙ aer lucidus, cum quo continuať lumen hoc, stat loco instrumenti naturalis, cuius virtus est siĩs virtuti nerui in corpore, quia, sicut sensus cerebri, quo sentit dolorem accidentẽ in digitis, fit mediatione nerui inter ea, siťr sensus visus sentit res visibiles, quæ sunt deforis mediante tali aere. In quibus verbis no

tauit,

tauit, ꝙ lumẽ visibile apud ipsum est aut humor albugineus, aut verius radiatio facta ab oculo sup aerẽ extrinsecũ per medium albugineum : hic.n. existens in pupilla, quam cooperit cornea, vicinior est aeri extrinseco: quare radiatio prædicta procedit ab ipso vel per ipsum. Vocauit autem hoc lumen visibile apud ipsum, quia suspicatur illam radiationem adiuuare in visu, quæ opinio Platonica est. Sed, ꝙ exitus istius luminis siue sub aliquo eius vehiculo, siue non, sit impossibilis: aut, si possibilis est, non sit opportunus ad visum, iam ostendit Philosophus in lib. de sensibus & sensibilibus: quod etiam nos supra satis innuimus. E nõ longe à principio.

Sed sciendvm est, ꝙ, sicut non est videre sine lumine exteriori, ita & sine lumine intrinsecus oculi, sicut Philosophus dicit in lib. prædicto: quare oportuit oculũ esse diaphanum & luminosum, cuius causam iam supra diximus. Dixit autẽ Auer. in tractatu de sensibus & sensibil. ꝙ lux non est in oculo per naturã oculi, sed intrat ipsum ab extrinsecis. Dicit enim, ꝙ, si esset ibi ab ipsius natura, tunc videret in obscuro: & propter hoc dicit, ꝙ, qui claudit oculos, & postea aperit, nõ vere videt continuo, nisi postq̃ visus eius fuerit illuminatus: ideo dicit, ꝙ iratus nõ videt perfecte, quia obscuratur oculus nõ recipiens illuminationem talẽ propter vaporẽ, qui excitatur in oculo à calore iræ. Sed in veritate Ari. vult ipsum esse luminosum, ẽt à se ipso: propter quod, cũ dixisset in libro prędicto, Videtur aũt sicut exterius nõ sine lumine, ita & interius. subiunxit, Perspicuũ.n. oportet esse oculum. Necesse igitur est aquã esse, quia nõ est aer, perspicuitas.n. erat vtriq; cõmunis: dicit enim nõ sufficere, ꝙ sit perspicuum in extremo tm̃ eius: non.n. (sicut dicit) in extremo tm̃ siue in vltimo oculi est aĩa, aut aĩæ sensiterium, sed interius: quare necessario perspicuũ est & receptibile luminis, quod interius oculi. Deinde dicit, Et hoc ẽt ab accidentibus oculi est manifestũ. & ait, Iam.n. quibusdã vulneratis in bello iuxta tempora, ita vt absciderent̃ pori oculi, accidit fieri tenebras in oculis sicut lucerna extincta, eo ꝙ quasi lampas quędã, abscisum fuit perspicuũ, vocatum pupilla. Sed constat, ꝙ ipse nõ vocat poros oculi, q possibiles sunt abscidi ex vulnere tẽporum, nisi neruos opticos, quibus fluit spiritus visibilis ad oculos. Si ergo ab illorũ abscisione accidit fieri tenebras in oculis, sicut ab extinctione lucernæ, manifestum est, ꝙ oculi p illos poros abintra recipiunt aliquod lumen, & non solũ ab extra. Nisi diceret quis, ꝙ ratio talis extinctionis lucernæ ex illo vulnere põt esse ꝑpter abscisionem virtutis visiuæ venientis p illos poros, qua nõ veniente accidit non videre lumen exterius, quod ꝓcedebat in oculos. Sed hoc nõ sufficit: manifeste.n. videmus, ꝙ oculus lucet in tenebris adeo, s. apud quædã aĩalia, ꝙ reuelant sibi ipsis de nocte per lumen suũ colorata, & venantur sibi cibũ: non tñ ꝓpterea videbunt oẽs oculi in obscuro, quia lumen illud, quod ab eis extra graditur ẜm plurium aĩalium oculos, insufficiens est ad reuelandũ visibile. Adhuc aũt neq; oporteret exteriorem lucem recipi intrinsecus oculi ad hoc, vt videamus : videmus.n. positi in obscuro, qñ nullum lumen progreditur in oculos, reuelato nobis tm̃ visibili à remotis. Manifestum ergo est, ꝙ nõ sine causa vocat Gal. prædictum humorem, lumen visibile : lucidum.n. oportet ipsum esse, sicut diximus. Et põt quidẽ & ipsum lucere tum à sui natura, tũ à luce spiritus visibilis in ipsum terminantis, tum à lumine cryſtallini. Deinde dixit, nigri vero &c.i. sed nigri sunt ex causis contrarijs: medij vero inter nigros & glaucos sunt ex causis medijs. Deinde, cũ dedit causam in cõmuni glaucedinis & nigredinis oculorũ, explanat eam magis, & dicit, glavcvs vero &c.i. igitur oculi fiunt glauci ex altera quinq; causarũ, quæ si oẽs conueniunt, fiunt glaucissimi: si aũt adsint quędã ex eis, quędam non, fient glauci magis & minus, ẜm ꝙ plures vel pauciores causæ cõcurrerint. Sunt aũt harum quinq; causarum tres ex parte cryſtalloidis, & duæ ex parte albuginei, ex parte q̃dem cryſtalloidis magnitudo cryſtalloidis, aut ipsius splendor, aut eminentia exterius : ex parte vero albuginei paucitas, & puritas ipsius: & hoc intendebat, cum dixit, Aut propter subtilis & aquosi humoris, qui est ẜm pupillam, paucitatẽ, & puritatem fit. Albugineus enim humor subtilis est & aquosus respectu cryſtallini: ille aũt & siccior & durior per naturã: propter hoc cryſtallo assimilatur. Pupilla aũt est foramen vueæ tunicæ, quod cooperit̃ à cornea. In facie aũt huiusmodi foraminis est situs albugineus, existẽs sicut clypeus cryſtallini, gradatam faciendo delationem luminis extrinseci super ipsum, & sui humiditate defendẽdo, ne ab extrinseco aere nimis exiccetur. Deinde dicit, niger avtem &c.i. & oculi fiunt nigri propter vnã ex alijs quinq; causis cõtrarijs prædictis, s. aut ꝓpter paruitatem cryſtallini, aut ꝓpter priuationem splendoris in eo, aut propter positionem eius in profundo, aut quia humidũ subtile, quod dicit̃ humor albugineus, est aut multũ, aut non purum: Quæ oẽs causę si cõuenerint, fiunt oculi nigerrini: si vero quędã adsint, quædam, nõ fient plus vel minus nigri ẜm causas plures vel pauciores, sicut dictum est in glaucis. F G

Sed dicamvs nos, qũo ex prędictis causis causetur oculorũ glaucedo, & nigredo. Dico ergo, ꝙ (sicut dicit Philosophus) oculus aqueæ naturæ est. Cum.n. oporteat ipsum esse diaphanum, erit aut aeris, aut aquæ: sed seruabilior est aqua aere. Adhuc aũt propter spissitudinẽ est magis impressarum formarum detentiua & cõseruatiua, q̃ aer: quare decẽtius oculus aquæ erit. Propter quod natura cõposuit ipsum ex tribus humoribus, & septem tunicis cõprehendẽtibus eos, & distinguẽtibus inter ipsos, sicut est discernere ex anatomia. Est aũt quilibet humor clarus & diaphanus: quorũ medius dr̃ glacialis seu cryſtallinus, eo ꝙ assimilat̃ cryſtallo, seu aquæ congelatæ, siue grãdini: & in hoc ꝓprie formantur visibilia, sicut in principali particula oculi, cuius est moueri à colore vel luce: Posterior aũt dicitur vitreus, qui est ad nutrimẽtum cryſtallini: Exterior vero albugineus, qui est vt illius superfluitas, situatus q̃dem anterius ꝓpter iuuamenta, quæ diximus. Postq̃ ergo constat oculũ aqueę naturæ esse, oportebit (dicit Philosophus in quinto de gener. aĩalium) penes ipsius naturam diuersificari colores. Hi colores q̃dem plus humidum habent, hi aũt minus cõmensurato, hi autem cõmensuratum. Habẽtes ergo multũ humidum nigri sunt ꝓpter non facile peruiã esse multa, sicut dicit: habẽtes vero modicum, glauci sunt, ꝓpter causam contrariam: habentes aũt cõmensuratum sunt & coloris medij inter prædictos, queãdmodum (sicut dixit) cõtingit & in mari. Quod enim facile peruiũ ipsius existit spectantibus, glaucum videt̃: quod vero minus, aquilũ: quod aũt non determinatum, ꝓpter profundationem, nigrum & obscurum. Penes ergo facilitatem vel difficultatẽ transitus splendoris in humidum (sicut videtur) causat̃ glaucedo, & nigredo: quare sumpsit differentias tum à parte splendoris, tum à parte

l.d' sensu & sen. nõ longe à princ.

H locis alleg.

cap. 1.

A parte humidi. Eleganter ergo ait Gal.ꝙ oculi glauci,ſunt ſplendentes humiditate pura,& ꝙ ſplendidi ſunt ex modici luminis continentia,i.modici humidi albuginei:modicum.n.facile peruiū eſt ſplendori. Adhuc aūt & recte ait,ꝙ glaucus fit oculus aut ꝑpter magnitudinem aut ſplendorem cryſtalloidis,aut ꝑpter ipſius in ſummo poſitionem : ab illo.n.humore maxime prodit ſplendor in totum oculū,ſicut à lucerna.Quare,ſi fuerit magnus quātitate,ſplēdidus vero ex nimia ipſius puritate,fuerit ēt extra prominens valde,vt ſplendor eius iuuetur ab extrinſeco ſplendore,tunc,quātum eſt ex parte ipſius,ſplēdor exauctus cauſa fiet glaucedinis: Si vero ēt cum hoc humidum albugineum fuerit & clarum & purum,adhuc autem & paucum in quantitate,vt facile peruium ſit ſplendori ad glacialem procedenti,tunc glaucedo vincet in oculo ab vtriuſq; natura,ſ.ſplendoris,& humidi,quod peruium eſt ſplendori. Propterea etiam recte ait,Aut propter ſubtilis & aquoſi humoris,qui eſt ſm pupillam,paucitatem & puritatem fit. Adiecit autem & non inconuenienter Ioānitius pro cauſa glaucedinis multitudinē ſpiritus viſibilis,& ipſius claritatem:hic.n.lucidus eſt per naturā,ſicut dicunt Philoſophi: Nigredo vero vincit in oculo ex cauſis contrarijs:Color autem medius,qui dicitur varius & caprinus,vincit in oculo ex cauſis medijs,ſeu cōmiſtis ex his,quæ nigredinis & glaucedinis,ſicut iam ex prædictis patet,nec oportet immorari.

Iam avtem & hic tempus adeſt de bonitate & malitia viſus oſtendere,quid ſint vtræq;,& vnde cauſentur. Dico ergo,ꝙ(ſicut dicit Princeps)oculus omnino medius inter oēs diſpoſitiones,eſt oculus æqualis in cōplexione,ſ.medius inter eſſe facile & difficile mobile,& inter eſſe ſiccum & lippū,& inter lædi & iuuari à calore,& lædi & iuuari à frigore,& huiuſmodi,ſed non medius inter obtuſe & acute videntē,nam ſuperfluus in bonitate viſus, eſt,qui eſt æqualis(vt dicit)nō qui eſt medius in illo.Eſt autē bonitas viſus(vt dicit)videre obiectū alonge,& propinquo ſimul,& bene illud ſecernere : hoc aūt Gal.attribuit maximæ multitudini & claritati viſibilis ſpiritus in oculo,ſicut eſt videre ab eo quarta particula de morbis & accidētibus. Ait enim,ꝙ,ſi ſpiritus viſibilis fuerit multus & clarus,remota & propinqua videbit,& perfecte ſecernet : ſi aūt paucus & clarus,propinqua tm̄ ſecernet,& videbit:ſi aūt multus & turbidus,remota videbit,ſed non bene ſecernet:ſi vero paucus & turbidus,tunc nec propinqua videre poterit,nedū ꝙ ſecernat. Dicit aūt hoc exiſtimans hunc ſpūm oportere exire ab oculo ad rem viſam,ad hoc,vt viſio perficiat. Sed hoc paruipendendū eſt:ſpūs.n.viſibilis eſt ferens virtutē viſus ad oculum tm̄,& ſigillat ēt ipſe à viſibili,& ſigillat ſpūs alios,qui ſunt intus,aliarū vehicula virtutum:ſi quid aūt facit ad viſus bonitatem vel malitiam,hoc eſt per efficere diaphaneitatē & claritatem in oculis plus vel minus iuxta ſui naturam,ex quibus oculus reddit mobilis plus vel minus à colore vel luce. Efficit aūt hoc magis vel minus,ſm ꝙ multus vel paucus,groſſus vel ſubtilis,diaphanus vel turbidus. Non tñ eſt neceſſariū,ꝙ,quāto oculus eſt ſplendidior,tāto ſit videntior,& econuerſo,ſicut pōt aliqs ex prędictis ſuſpicari:nam glauci oculi ſunt ſplendidiores nigris(ſicut Gal. in textu dicit)& tñ(ſicut dicit Philoſophus in 5 de generatione aīaliū)minus acute intuent de die,q̄ nigri:de nocte aūt minus nigri,q̄ glauci:& cauſam eius eſſe dicit,ꝙ glauci oculi ꝑpter paucitatem humidi multū peruij exiſtētes

C mouent & alterantur magis à lumine & viſibilibus ꝑpter ſimilitudinē,vt iam dictū eſt. Mouentur aūt magis,qa non ſolū ſm ꝙ diaphani tm̄, ſed ſm ꝙ humidi,eo ꝙ accidit à forti motu humidū diſſolui,vt & lachrymentur. Erat aūt motus huius particulæ viſio,ſm ꝙ diaphanum tm̄,& non ſm ꝙ humidū,ſicut dicit : propter quod à fortibus coloribus permutati nō vident,ſicut ex Sole in tenebras euntes:fortis enim exiſtens,qui ineſt motus,prohibet eū, qui deforis. Nigri aūt oculi propter cauſam contrariā parum vel nihil mouent de nocte,eo ꝙ debile eſt nocturnū lumē,& modicū reuelans de colore:ipſi aūt īmobiles ſunt niſi à luminoſis valde. Signum aūt horum dicit eſſe,ꝙ paſſio,quæ glaucedo dicit,qua prohibetur oculus videre in die,magis fit in ſeneſcētibus & glaucis. Eſt enim glaucedo ſiccitas quædā,ꝑpter paucitatē humidi: Paſſio aūt dicta noctylopa,qua prohibetur oculus videre deficiente die,magis fit in nigris & iuuenibus,ꝑpter humidi abundantiā,eſt.n.ſuperflua quædā humiditas oculi. Manifeſtum eſt ergo,ꝙ īmediatius & magis eſt attribuēdum acute vel nō acute videre naturæ humidi , mobilis à colore: & totius oculi cōpoſitioni,q̄ naturæ ſpūs in illo:propter quod ēt recte ait Philoſophus,ꝙ oculus medius pauci & multi humidi eſt optimi viſus. Nec enim paucū exiſtens ꝑpter turbari à lumine impedit motum oculorum:nec ꝑpter multitudinem exhibet difficultatē motus:ergo oportet cōmenſuratū eſſe,vt nec accidat nō moueri,nec magis,q̄ vt deceat. Non ſolum aūt humidi natura,eſt cauſa acuti vel hebetis viſus,ſed ēt natura pellis,quæ eſt ante pupillam,ſ.corneæ,hanc.n.(vt dicit Philoſophus)oportet eſſe ſubtilē & albā & æqualē,ſubtilem qdem,vt deforis factus motus facile penetrare poſſit ad cryſtallinū:albā vero ꝑpter nigrā non eſſe diaphanā,nihil.n.aliud eſt nigrū, q̄ nō diaphanizatum : ęqualē,vt non obūbret,rugoſa exiſtens: & propter hoc ſenes nō acute vident,quia fit in eis hęc pellis ſpiſſa & rugoſa,ſicut & totius corporis cutis. Sed,ꝙ qdā,ſicut p̄ſertim ſenes,literas,cū ſibi eæ appropinquant,non vident,ſed tm̄,cum paulo magis à ſe diſtant,cauſa eſt,quia debilis eſt eorū viſus ꝑpter humidi paucitatem,cuius cauſa fortiter mouetur à lumine,ſicut diximus. Cum ergo color in actu exiſtens habeat lumen ſibi cōnexum(vt ſupra patuit)propinquus exiſtēs,nimis eos alterabit,vt nihil alterū poſſit videri poſtea : remotus aūt cōmēſurabitur magis,quare impreſſio erit debilior & nō manſiua. Quòd aūt alij ſunt,qui eminus nihil vidēt, cōminus aūt clare intuentur,nō eſt cauſa poſitio cryſtallini in profundo(ſicut putat Albertus)quæ(ſicut patebit) eſt cauſa cōtrarij,ſ.vidēdi à remotis:ſed eſt cauſa huius(ſicut dicit Philoſophus)ſpiſſitudo tunicæ,quæ eſt ſuper pupillam,& craſſities & multitudo humidi intrinſeci,hmōi.n.nō mouētur niſi à forti motu,talis aūt eſt,qui fit à viſibili,quod eſt prope. Adhuc aūt nō ſolū humidi atq; pellis natura eſt cauſa acuti vel hebetis viſus,ſed ēt ipſius oculi ſitus. Propter quod primū dicemus,ꝙ(ſicut dicit Philoſophus in libro prędicto)acute videre dicitur dupl'r, vnum qdem,quod de longe pōt videre:alterū,quod pōt differētias viſibiliū q̄ maxime diſcernere:& hi duo modi (ſicut dicit)non accidunt ſemper ſimul eidem. Idem.n.homo ſup viſum tenens manum,aut videns per fiſtulam aliquam & canalem,longius videbit,q̄ ſi non hoc modo ſpectet,ſed differentias colorum non magis vel minus diſcernet , ſicut aliqui ex puteis vel profundis foueis vident aſtra : & cauſa huius eſt(ſicut dicit)quia motus factus à

visibilibus non dissoluitur in latum, sed coadunatur in canalem, ideoq; fit fortior. Causa ergo de longe vidēdi E est positio oculi in ꝓfundo, eo ꝙ videt sicut ex canali: causa aūt visibilis bene discernendi est puritas & diaphaneitas oculi. Quemadmodum .n. in vestimēto mundo paruæ maculæ patentes fiunt, sic & in peruio oculo parui motus faciunt sensum. Siquis ergo habet oculum multum positum in profundo: humidum aūt, quod est in pupilla, nō purum nec cōmensuratum motui colorum deforis, pellem ēt non subtilē, nō discernet certitudinalr̄ differentias colorum, sed tñ de longe videbit. Duobus ergo modis dictis acute videre, vnius causa est positio oculi in ꝓfundo: alterius vero humidi est puritas & diaphaneitas, & cōmensuratio eius ad motum, qui deforis ex temperata ipsius quantitate & qualitate: quæ omnia comitantur fortitudinem virtutis informatiuę, circa eucratam materiā operantis: contraria autem in omnibus sunt causa contrarij.

Subtile igitur humidum, aquosius & amplius factum, humidiorem demonstrat oculum, quemadmodum & si spissius & minus fiat, sicciorem. Crystalloides vero, si quidem durius sit, sicciorem operatur oculum: si vero mollius, humidiorem. Ita vero, & si insuper addat contemperatię subtili, sicciorem: si vero deficiat, contrarium. Ant.

Tenuis igitur humor, quo magis ad aquę naturam accedit, & superabundat, humidiorem oculū ostendit, quemadmodum, si crassior ac minor fiat, sicciorem. Crystalloides autem, si quidem durior existat, sicciorē efficit oculum: si vero mollior, humidiorem. Sic, & si plus modico tenuem humorem excesserit, sicciorem: si autem defecerit, contrarium. Leo. F

Cum dedit causam colorum naturalium oculi, ostendit penes ipsos cognitiones complexionis ipsius, & dicit, SVBTILE IGITVR &c. i. humidū subtile, quod albugineū vocatum esse diximus, si sit aquosius in substantia, amplius vero in quātitate (quod ostēdit nigredo oculi comitās illa) significat oculū esse humidiorē, sicut causa, nō sicut effectus: Queadmodum ēt, si fiat spissius in substātia, & minus in quātitate (quod ostendit glaucedo oculi comitans illa) significat oculū esse sicciorē, silr̄ sicut causa: cōplexio .n. ois mēbri organici disponitur ꝯm naturam simpliciū cōponentium ipsum. Ergo, cū humores, quos diximus, sint principaliores partes oculi, oportet ꝯm ipsorum naturā oculum maxime disponi in cōplexione. Sed crystallinus & albugineus maxime in hoc differunt, quia albugineus est aquosior & turbidior per naturā: crystallinus vero spissior & siccior, adhuc aūt & clarior. Augmētum ergo albuginei in quantitate & qualitate facit oculū humidiorē esse: remissio vero sicciorē esse in illis, quātū ab ipso est. Discretio aūt humorū horū est per colorē oculi, sicut dictū est. Deinde dixit, CRISTALLOIDES VERO &c. i. sed crystallinus humor, si fuerit durior & splendidior (quod ostēdit glaucedo) facit oculū sicciorem: si vero fuerit mollior, & minus rutilans (quod ostēdit nigredo) facit oculū humidiorē, q̄tum ab ipso est. Deinde dicit, ITA VERO &c. i. & silr̄, si crystallinus superaddat in quātitate quantitati albuginei, nō absolute, quia hoc est īpoſſe, cum semper crystallinus minor sit in quātitate albugineo fere ipsum amplectente, sed ꝯm cōparationem ad debitā proportionē, in qua ꝯm naturā debent esse (quod ostendit glaucedo vincens in ipso) facit oculū sicciorē: & hoc intendebat, cum dixit, Si quidem superaddat cōtemperantię subtili. Deinde dicit, SI VERO &c. i. sed, si deficiat in quātitate similiter proportionali ab albugineo, vt ꝙ albugineus supra debitum vincat (quod ostendit nigredo oculi) facit cōtrarium, s. oculū humidiorē. Et innuit per hoc manifeste, ꝙ crystallinus est natura siccior albugineo: albugineus vero humidior illo, sicut dixeramus. Propter quod augmentū quātitatis vtriusq; eorū facit in oculo dominium cōplexionis suæ: ex augmēto .n. substātiæ in quātitate ꝓuenit augmentum virtutis in robore suo, sicut dicit Princeps. Cuiuscūq; ergo ipsorū quātitas vincat in oculo, vincit ipsius complexio. Cō.33. G

De cordis vero crasibus deinceps dicatur, prius hæc cōmemorantibus nobis, ꝙ vnamquāq; partem aut calidiorem, aut frigidiorem, aut humidiorem, aut sicciorem se ipsa factam dicimus, non ad aliam aliquam comparantes. Quantumcunq; .n. cor fiat quadam natura frigidissimum, multo calidius secundum crasim est cerebro calidissimo. Ant.

De cordis autem temperaturis deinceps dicendū est, si prius hęc in memoriam reuocauerimus, ꝙ vnāquāq; partem se ipsa vel calidiorem, vel frigidiorem, vel sicciorem, vel humidiorem dicimus factam, non alicui rei alteri comparantes, sed ad se ipsam. Sic enim, vtcūq; extiterit cor natura frigidissimum, multo sane calidiorem temperaturam possidebit calidissimo cerebro. Leo. H

Cum declarauit signa corporis ægri simplr̄, sumpta à distemperātijs cerebri & ortorum, sicut oculorū, declarat signa sumpta à distemperantijs cordis. Dicturus autē signa cordis calidioris & frigidioris, humidioris, & siccioris prędocet, ad quid intelligatur fieri cōparatio, cum dicimus, cor frigidius aut calidius, & similiter cerebrum, hepar, & testes, aut quodcūq; aliud membrum, & dicit, DE CORDIS AVTEM &c. i. sed determinato iam de signis cōplexionis cerebri, & ortorū ab ipso dicatur deinceps de signis crasium cordis: & est vt titulus quidā dicēdorum. Cō.34.

Dicamus autem de eis, cōmemorantes primum, ꝙ, cum dicimus vnāquāq; partem esse calidiorē, aut frigidiorem, aut humidiorem, aut sicciorem, non cōparamus eam ad aliquam aliam partem, sed ad se ipsam tm̄: neq; ad se ipsam omni modo, sed ad se ipsam tēperatam temperamēto, quod sibi debetur: nec ad se ipsam tēperatā in gn̄ali, sed in spē, eo ꝙ cor, vel quodcūq; mēbrū, quod naturalr̄ calidius dicitur, nō pōt dici calidius se ipso aliter existenti in præterito, cum nunq̄ aliter fuerit: ergo dicetur calidius tēperato in sua specie, sicut cor calidius tēperato corde.

Deinde dat cām, quare nō oportet ītelligere cōparationē fieri ad aliquā aliā partē, & dicit, QVANTVMCVNQVE .n. &c. i. quātūcūq; cor fiat frigidissimū ī hoīe ꝯm quādā naturā, siue q̄tūcūq; à q̄dā natura cōsequat̄ vltimū

frigiditatis

A frigiditatis in homine,quecũq; fit illa,multo tñ eſt calidius cerebro calidiſsimo. Et ſignificat in hoc,ꝙ vnũquodq; mẽbrum habet cõplexionem ſibi appropriatã,diuerſam à cõplexione alterius:ſicut.n.membra ſunt diuerſorum operũ,aut diuerſorum iuuamentorũ,ita diuerſarũ cõplexionũ eſſe oportuit. Si ergo,cũ dicit aliqua pars calidior, fieret cõparatio ad partẽ diuerſam in ſpecie,accideret cõparationẽ eſſe falſam. Cor.n.quãtũcũq; factum frigidiſſimum in ſua ſpecie,non põt dici frigidius cerebro quãtũcũq; calidiſsimo in ſua ſpecie,imo non põt dici frigidius vlla parte corporis quãtũcũq; cõſecuta calorẽ in ſua ſpecie,eo ꝙ ipſum eſt ſemp calidius,quod eſt in corpore,propter fontẽ eſſe caloris. Ecõuerſo aũt ẽt poteſt dici de cerebro. Quãtũcũq;.n.fiat à quadam natura calidius,non tñ dici põt calidius corde quãtũcũq; cõſecuto frigiditatẽ in ſua ſpecie,eo ꝙ cerebrũ eſt fere frigidius,quod in corpore eſt,in oppoſito cordi locatũ,vt adęquet ipſius calorẽ,ſicut ſupra dictũ eſt. Eſt aũt hic attentione dignũ,quod dicit,Cõmemorãtibus nobis. Non.n.eſt cõmemoratio niſi habitorũ prius:ſed,cũ in præcedẽtibus huius libri nõ dixerit illud,oportet intelligere ſe docuiſſe in alijs ſuis libris. Ait.n.in primo de cõplexionibus,ꝙ calidũ,frigidũ, humidũ,& ſiccũ dicit primo duobus modis,ſ.abſolute & ſimplr,ſicut in elemẽtis:dicit.n.ignis abſolute & ſimplr calidus,aqua frigida,aer humidus,& terra ſicca:aut nõ abſolute & ſimplr,ſed ſm quid,quia per vincens in re,qua ſic dicit,quod eſt aliquod ex elemẽtis,quod dicitur abſolute tale,vt in cõpoſitis & miſtis: ſicut dicit de ſanguine,& phlegmate,& adipe,& vino,& oleo,& melle,& reliquis his ſilibus,ꝙ ſunt humida:in cõmiſtiõe.n.horũ ex elemẽtis dominat elementũ humidũ,quod eſt aer,vel aqua. Et ſic dicit de lapidibus,& lignis,& cornibus,& pilis,& oſsibus,& chartilaginibus,& hmõi,ꝙ ſint ſicca,quia in ipſa cõmiſtione ex elemẽtis dominat ſiccum,ſ.ignis,vel terra.

B Illud aũt,quod calidũ eſt,vel frigidũ,vel humidũ,vel ſiccũ per vincens in cõmiſtione eius,adhuc dicit duplr,quia Aut dicit abſolute cõmiſtione tm ipſius in ſe conſiderata, ſicut dicimus de oſſe,ꝙ eſt ſiccum p dominari in eo ex ipſis cõmiſcibilibus ſiccũ tm: Aut dicit ita in cõparatione ad aliqd diffinitũ,& hoc dicitur duplr, quia dicit ita per cõparationem ad ęquale in genere aĩalis, vel in ſpecie,ſicut dicit leo calidus per cõparationẽ ad ęquale in genere, quod eſt homo:aut p cõparationẽ ad ęquale in ſpecie leonis,quod eſt leo mediocris ſm oẽs extremitates inuenibiles in ſpecie leonis. Tale.n.ęquale generis vel ſpeciei, licet in ſe conſideratũ poſsit dici calidũ,vel frigidũ,humidũ, vel ſiccum per vincens,tamen ad opus generis vel ſpeciei bene adæquatum,dictum eſt ęquale. Calidum enim vel frigidum,vel humidum,vel ſiccum comparatione illius per lapſum ab illo dicitur,& per vincens reſpectu illius: & iſto modo accipiebat hic partem calidiorem vel frigidiorem : Aut dicitur ita per comparationem,ad quãcũq; rem contingit,ſicut dicitur Socrates calidus reſpectu Platonis,aut alicuius alterius.

Ant. Calidioris igitur,vt ad propriũ modũ,cordis ſigna inſeparabilia quidẽ & familiaria ſunt magnitudo reſpirationis,& pulſus velocitas & frequẽtia,& audacia,& ad actionẽ impigrum eſſe:ſi vero ad plurimũ veniat caliditatis,furor eſt,& maniaca confidentia. Eſt aũt & piloſum eis pectus,& quę circa hypochondria, thorax,& maxime his proxima. In pluribus vero & totum corpus calidũ ex calore cordis fit,niſi maxime

C contra operetur hepar. Dicemus aũt paulo poſterius totius corporis cognitiones.

Leo. Calidioris igitur cordis,vt ad modum,qui ei proprius eſt atq; cõueniens,indicia quidem ſunt inſeparabilia & propria,magnitudo reſpirationis,& pulſus velocitas & frequẽtia,& audacia,& ad actiones natura prompta:ꝙ ſi multum caliditate exceſſerit,tunc furibunda quędam iracundia,& temeritas adſunt. Eſt aũt his thorax hiſpidus, & præſertim pectus,& quæcũq; hypochondrijs partes proximiores. Magna vero ex parte calidi cordis temperatura vniuerſum corpus calidum reddit,niſi hepar vehementius obſtiterit. Dicemus autem paulo inferius totius corporis indicia.

Cõ.35. Cum predocuit,qñ dicimus partem calidiorem aut frigidiorẽ,oportere intelligi cõparationem fieri ad ęquale in ſua ſpecie,incipit declarare ſigna cordis,& dicit, CALIDIORIS IGITVR &c.i.igitur ſigna inſeparabilia & propria cordis calidioris tẽperatõ,nõ quocũq; tẽperamento, ſed vt ad ꝓprium modum ſibi debitum reſpectu ſui operis,in quo tẽperamento ſine dubio dominatur calor(quaſi dicat ſigna cordis calidioris corde tẽperato,ad proprium modũ ſe habente:eſt aũt proprius modus,quẽ natura faceret nulla rerũ impedita) ſunt,quæ ſequuntur. Et volebat per familiaria propria. Non eſt aũt omne inſeparabile proprium,ſed tm quod omni & ſemper ineſt,qua-

D lia ſunt,quæ dicit,Magnitudo reſpirationis & c.hęc enim omni & ſemper inſunt. Et volebat per reſpirationẽ motum pulmonis,& omnino diaphragmatis,& pectoris,qui dilatatione cõficitur,ad quã ſequitur aeris inſpiratio:& depreſsione,ad quã ſequitur ipſius expiratio,hoc.n.totum vocat reſpirationẽ:quã operationem ẽt anhelitum dicimus: Quãuis per reſpirationẽ Ariſtoteles aeris tm ingreſſum intelligat:per pulſum aũt vniuerſaliter motũ cordis & arteriarum ſimul,ex diaſtole & ſyſtole cõpoſitũ m:in quo motu ẽt eſt aeris introitus & exitus, ſicut oſtendemus. Dicitur aũt hic ideo pulſus,qm arteria in ſui diaſtole corpora poſt ſe exiſtẽtia pellit:cor aũt magis in ſyſtole,quia tũc maxime proſilit pectori. Cum aũt cor dilatatur,ſeparatur à pectore, quare non percipitur eius expanſio:ſed,cum in naturalẽ figuram recurrerit,appropinquat ei,quare tunc maxime ſenſibiliter pellit:ex quo accidit hũc pulſum cordis in thorace,& pulſum arterię vbicũq; exiſtẽtis ſimul eodẽ tpe ſentiri,eo ꝙ,qñ cor cõſtringit,arterię dilatant. Magnitudinẽ aũt reſpirationis intelligit à magnitudine quãtitatis aeris inſpirati,& ſupfluitatis fumoſæ cũ aere inſpirãte p dilatationẽ altam & depreſsionẽ ꝓfundam. Velox aũt pulſus apud eũ eſt(ſicut ipſe in ſuis libris de pulſibus oſtẽdit)qñ vterq; motuũ,ex qbus pulſus cõponit,in breui tpe pficit:tardus aũt,cum in longiori,velox.n.& tardus differẽtię motus ſunt reſpectu tpis menſuratis motum. Frequẽtia ſiue ſpiſsitudo pulſus apud eũ eſt nõ in vno ſm ſe motu,ſed in multis ſibi inuicẽ cõparatis reſpectu tẽporis quietis in motibus intercidẽtis. Cum.n.mora intercidẽs motibus fuerit breuis,dicitur pulſus ſpiſſus:cum aũt fuerit longa,dicitur rarus.

SED OSTENDAMVS hic,quõ fiat pulſus & reſpiratio,& cuius virtutis ſit hoc facere:amplius ãt cuius iuua E
menti ſit vtraq; iſtarũ operationum ad vitam aĩalis.Ex his.n.apparebit,qualiter magnitudo reſpirationis,& pul-
ſus velocitas & frequẽtia comitet̃ cor calidius tẽperato. Dicit̃ ergo,ꝙ Gal.& oĩs fere medicorũ ſchola dicit,ꝙ cau 3.d̃virt.aĩa.
ſa dilatationis cordis & arteriarum,quæ dicit̃ pulſus,eſt virtus cordis,profluens ab eo in oẽs corporis arterias,quã cap.140.
(ſicut prius diximus)vitalem dicunt:Et ꝙ hanc dilatationem & conſtrictionem efficit ad regendum ſpiritũ,qui eſt
in corde & arterijs per aerem attractum, ſiue ad conſeruationem caliditatis innatæ in eis: Et ꝙ hoc regimen vel
hæc conſeruatio eſt ex duplici operatione, videlicet euentatione ſequente dilatationem,qua fit aeris refrigeran-
tis attractio: & mundificatione ſequente conſtrictionem, qua fit fumoſæ ſuperfluitatis cum aere eductio.

Dicunt etiam,ꝙ hæc virtus non ſolũ eſt cauſa pulſus, ſed generationis ſpũs & dationis vitæ,& huius per tranſ-
miſsionem ſpũs viuificantis ad mẽbra:& ꝙ hæc virtus eſt virtus aĩæ:& ꝙ pulſus eſt prima operatio,quæ eſt in cor
pore ab aĩa.Nam,cum calor & ſpũs ſit dignius & proprius & vniuerſalius aĩæ inſtrumentum ad oẽs eius opera-
tiones,oportuit primam aĩæ operationem eſſe ad conſeruationẽ eius principalis inſtrumẽti. Acciderent aũt caloris
ſuffocatio ex multitudine fumoſæ ſuperfluitatis in corpore ab eo reſolutæ,& ſpũs per hoc idẽ in cõſtrictionẽ igni
tiuam conuerſio,niſi adeſſet euentatio,ſpũs impulſiua,& caloris refrigeratiua:& mundificatio fumoſitatis educti
ua.Sic ergo videt̃,ꝙ dilatatio & cõſtrictio ſupradictæ fiant à virtute ſm exigentiam caloris indigentis euentatione
& mundificatione magis vel minus,ſm ꝙ fuerit maior vel minor,intẽſior vel remiſsior. Ex quo dixerunt tres eſſe F
cauſas eſſentiales pulſus,quas contẽtiuas pulſus vocauerunt,ſ.virtus,neceſsitas,& inſtrumẽtum:& ꝙ varietas pul-
ſus eſt ſm varietatem iſtarũ trium. Dicunt ẽt,ꝙ eodẽ modo fit reſpiratio & pulſus & ad idẽ iuuamentum,aſsimilã
tes vtrãq; earum operationum folli fabrorum, quem virtus fabri dilatans,& per hoc vacuũ facere conans,ſubin-
gredi cogit aliquid ad replendũ,cum vacuũ non poſsit eſſe in natura. Eſt aũt ſubingrediens,aer,ſicut ſubtilius ex
corporibus vicinis,& facilioris recurſus non ſolũ per os & nares,qñ dilatatur pectus & pulmo,ſed ẽt per inſenſibi
les poros,qñ dilatatur cor & arteriæ.Sed in hoc eſt differentia inter reſpirationẽ & pulſum(ſicut dicunt)ꝙ pulſus
fit à virtute vitali:reſpiratio vero à virtute aĩali,quæ eſt virtus voluntarie motiua. Sed nos iſtis opinionibus non
in totũ conſentimus.Quãuis.n.ab eis ſufficienter apparentium cauſæ demonſtrẽtur,neq; per eas vllo modo ĩpe-
diatur medicus in ſuis operationibus, nihilominus tñ falſitatem habent:ideoq; ipſarũ prius patefactis erroribus,
ab alijs ſuppoſitionibus dictorũ cauſas oſtẽdemus,textum qdem Gal.ſuper hoc magis,q̃ mentem,obſeruantes:
A nullo.n.philoſophorũ adhuc inuenimus dictum,ꝙ aliqua virtus aĩę ſit motiua ſm locum pręter appetitiuam.
Sed diſſonat,ꝙ motus cordis & arteriarum,ſi qdem eſt localis, ſit ab appetitu,cũ non ſit pręcedente imaginatiõe,
ſicut diximus.Fortaſsis aũt neq; eſt localis,cum per ipſum nõ fiat motus corporis vel mẽbri omnino de ſuo loco,
ſicut a dilatatione & cõſtrictione muſculi.Rõnali aũt aut ſenſitiuę ipſum attribuere dementię videtur.Adhuc aũt
vegetatiuæ non recte tribuitur,ſiqdem nõ eſt motus gñationis,nec augmenti,nec alterationis. Oportet aũr,ſi hic
motus eſt à virtute animæ,vni ex his quatuor ipſum attribuere,cũ non ſint plures his principales aĩæ poteſtates. G

Dicet tñ aliquis aliquã dilatationem & cõſtrictionẽ,& vł̃r aliquem motũ localem in mẽbris inueniri à virtute
aĩæ,quæ non eſt appetitus, ſicut ab attractiua,& retentiua, & expulſiua,quæ ſunt partes nutritiuæ. Sicut.n.dicit
Gal.in lib.de natural.virtutibus,ſingulis eorũ,quæ mouent̃,organicorum corporibus ſm poſitiones villorũ in li.3.ca.8.
eis ſunt motiones:quod primũ dicit eſſe manifeſtũ in organis aĩalibus,ſicut in muſculis:deinde in organis natura
libus, ſicut in vẽtre.Ait enim,ſicut in muſculis in vnoquoq; villorũ tenſo,& ad principiũ attracto motiões fiunt,
ſm eandem rõnem & in ventre.Tenſis.n.obliquis villis ſeu rotundis neceſſe eſt ſtomachũ cõtrahi,& ſpacioſitatẽ
fieri minorem,ad quod ſequit̃ continere:cõtractis aũt rectis & in ſe ipſis coactis neceſſe eſt longitudinẽ minui,ad
quod ſequitur attrahere. Videtur ẽt hoc modo matrix ad ſemen ſugendũ longitudinem ſuã tunc in breuius cõtra-
hens,& ad continẽdum iam aſſumptum & contentũ ſemen ſpacioſitatem concauitatis ſuæ circũtrahens & dimi-
nuens,& os claudens:ad expellendum aũt fœtum ſe relaxans,& aperiens:quæ oĩa ſine motu locali partis fieri non
poſſunt.Similiter dicet cor & arterias his generibus villorum dilatari & contrahi,& exteriorẽ qdem tunicã arte-
riæ villos habere obliquos ſiue rotundos:intrinſecam aũt habere villos rectos.Sicut ergo attractiua,& retentiua,
& expulſiua ſunt animæ virtutes, mẽbrum aliqualiter ſm locũ potẽtes mouere,præter quod percipiatur hic mo-
tus,ſicut percipit̃ is,qui ab appetitu,ſimiliter dicet,ꝙ virtus dilatans & conſtringens cor & arterias poteſt eſſe vir-
tus aĩæ homogenea prędictis. Sed nos dicemus adhuc,ꝙ prædicti motus fiunt ſine dubio à prędictis virtutibus H
ſm ibi appropriata genera villorũ:& ꝙ dicuntur naturales,non quia natura ſit ſimpliciter horum cauſa,ſed quia
fiunt ab anima ſponte,ad ſimilitudinem motuum naturalium.Non tamen ꝙ ſit proprium nutritiuæ mouere lo-
caliter membrum, niſi per accidens, ſed potius conſeruare ipſum per reſtaurationem deperditi,ad quod quidem
indigens attractione nutrimenti,& retentione,& digeſtione,& ſuperfluitatis eius amotione,vtitur ad hoc calore
innato,cuius eſt naturaliter tranſmutare id,quod tangit(ad quod ſequitur digeſtio)& expandi naturaliter à radi-
ce ſua,& ad illam contrahi,ad quod ſequitur motus quidam villorum membri,attractionis & retentionis & ex-
pulſionis exiſtens cauſa. Sed motus pulſus,vel cordis & arteriarum continue fiens non proprie eſt localis,ſicut
nec prædicti, cum membrum per ipſum non mutet totaliter locum, ſed eſt motus dilatationis & conſtrictionis
eiuſdem corporis in eodem loco,qui plus participat cum motu augmenti & diminutionis,q̃ cum locali:quod.n.
dilatatur,& conſtringitur,intumeſcit & detumeſcit,ſicut auctum & diminutũ.Sed,quoniam talis tumor & detu-
mitio non eſt ſecundum omnem diametrum,quia non ſecundũ ſpiſsitudinem cordis & arteriæ,adhuc autẽ neq;
per aliquid receptum in ſubſtantia talium,vel ab illa reſolutum,ſed per aliquid exiſtens in concauitate eorum,&
ab illa expulſum, non poteſt proprie dici augmentum vel diminutio. Adhuc nec poteſt talis motus attribui
prædictis virtutibus aĩæ,ſicut nec alicui aliarum,vt oſtendimus. Nam dicere per hoc,ꝙ dilatatiua & cõſtrictiua
cordis & arteriarũ ſint de genere attractiuę & expulſiuę,nequaq̃ eſt conueniens,quia attractio aeris & ſanguinis,

quæ

A quæ fit apud dilatationem,eſt(ſicut oſtendemus)à vacuo inducto,& non eſt à virtute, ſicut eſt ab ea attractio nutrimenti in ſubſtantiã mẽbri. Adhuc aũt attractiua mẽbri operatur ad vtilitatẽ mẽbri ipſius, hoc aũt ad minus in ipſis arterijs nõ opatur ad vtilitatẽ ſubſtantiæ arterię,ſed eius,quod continet in cõcauitate eius,& ad illius vtilitatem expellit. Arteria quoq; alias habet naturales virtutes,qbus ſe ipſam nutrit & regit. Amplius aũt incõueniens videt,ꝙ aliquę virtutes dilatãtes & cõſtringẽtes emanent à corde in ipſas ſubſtãtias arteriarũ.Si.n.arteria haberet intra ſui ſubſtantiã virtutẽ dilatantẽ,quæ emanaret à corde,nulla eſſet indigẽtia cõſtrictionis cordis,ad hoc, vt fieret dilatatio arterię,ſicut nũc eſt(quemadmodũ paulopoſt apparebit)q̃a poſſet accidere dilatari arteriã,cum cor dilatat,ſicut eodẽ tpe accidit nutriri alia mẽbra,quæ virtutẽ nutritiuã ab hepate recipiunt,cũ ipſum nutritur: ſed,qm̃ hoc nõ contingit,nõ poſſumus vnq̃ dicere,ꝙ talis dilatatio fiat à virtute aĩæ,quæ emanat à corde in ſubſtãtias ipſarum. Neq; põt quis dicere, ꝙ in dilatatione cordis impediat emanatio virtutis ꝓpter cõſtrictionẽ meatus arteriæ.Poſſet.n.virtus emanare à corde p ipſam ſubſtantiã tunicarum arteriarũ,cordi ꝯtinuatã,nõ indigẽs cõcauitate,ſicut ſemita,quẽadmodum virtus ſenſibilis & motiua emanat à cerebro p ſubſtãtiam ipſam nerui,nullam habẽtis cõcauitatem. Adhuc aũt,cum nos inueniamus pulſualẽ motum in ſpermate ante omnẽ aĩæ receptionem,nõ erit talis motus rõnabiliter attributus alicui virtutũ aĩę. Adhuc aũt,cũ talis motus ſit paſſio quedã ſilis ebullitioni(ſicut dicit Ari.) ſit aũt inuenire talẽ motũ in quocũq; humido exteriori calefacto,vbi non eſt aĩa, nõ poterimus iuſte nec ꝓprie tribuere aĩę,ſicut attribuimus,motũ attractionis & expulſionis p villos factũ, quorum ſile nõ eſt reperire in nõ aĩatis. Adhuc autẽ actus aĩæ exercent per mẽbra:ſed,ſi huius cauſa eſt ebullitio in humido nutrimẽtali,quod non dum vllum aĩæ participat actũ,non poterit aĩæ attribui. Decentius ergo videt, cũ cauſa huius motus ſit ſpũificatio quedam ſanguinis à calore facta(ſicut ex ſentẽtia Philoſophi eſt ſupra dictũ) attribuere ipſum naturę,q̃ aĩę.Nam,qcqd operationis attribuitur aĩæ,attribuitur alicui ſuę poteſtati:ſed ĩpoſe eſt hũc motũ alicui ſuę poteſtati adaptari,ſicut pmiſimus: derelinqtur ergo naturę. Sed,qm̃ natura in corpore aĩato eſt aĩæ colligata,erit aĩa ſicut illius ſpũificationis pfectio:indigens.n.ipſa ſpũ,regulat & ipſa calorẽ generantẽ eum (ſicut prius diximus)non tñ per aliquã ſui potẽtiam,ſed p eſſentiam tm̃.Cum.n.ſpũs nõ ſit alicuius potẽtię ꝓpriũ inſtrumentũ,ſed cõmune oĩum,oportet aĩam p ſui eſſentiã ſpũs generationẽ ordinare,& ipſius in mẽbra delegationẽ,vt,ſicut eſt emiſsiua virtutũ,ita ſit & ſpũum eas ferẽtiũ.Quare,ſiquis dixerit,ꝙ virtus illa,quã vitalẽ ſeu ſpũalem vocauerũt,ſit aĩæ eſſentia,ſicut imperãs naturę,nõ calũniabimur illũ,cum tñ illius motus primũ principium nõ ſit aliud,q̃ natura caloris,in ſanguinẽ à corde ꝓdeuntis. Dicemus ergo in hoc fere oppoſitũ ei,quod medici atteſtantur in ſuis libris.Ipſi.n.dicũt,ꝙ calor eſt cauſa finalis dilatationis,volẽtes dilatationẽ fieri à virtute animæ, fluẽte à corde in ipſas ſubſtantias arteriarũ ad cõſeruationẽ caloris innati in ſuo tẽperamento. Nos aũt dicimus,ꝙ calor eſt principalr̃ cauſa efficiẽs dilatationẽ,& nõ aĩa,vel aĩæ virtus,niſi ſicut quædã adiecta pfectio:ſubaccidit tñ, & ꝙ ipſe ſit cã finalis,p hoc,ꝙ ad dilatationẽ ſeqtur attractio ſanguinis enutrientis calorẽ,& aeris,exceſſum ipſius adequãtis(ſicut dicemus)cũ tñ nec calor ſit dilatationẽ faciẽs ad hũc finẽ principalr̃,ſed ſecũdario tm̃,ſicut patebit.

lib. de vita & morte.

B

vbi ſupra.

C Quare dicemus,ꝙ humidum nutrimentale,ſicut eſt ſanguis,cum deuenerit in fontẽ caloris ad ipſius nutrimentum & aliorum mẽbrorum,incaleſcit ibi vſq; ad ebullitionẽ,quæ nihil aliud eſt,q̃ ſpirituificatio humidi per calorem:ſed,cum ſanguis ſpũificatur,oportet,ꝙ intumeſcat:cũ aũt intumeſcit,dilatat cõtinentẽ eũ particulã: propter quod dicit Philoſophus,ꝙ dilatatio eſt humidi calefacti ſpũificatio. Cum aũt ſpũs genitus expirat,& feruor obtũditur,concidit particula dilatata:ſi.n.nullo modo expiraret,remaneret tumida & ſemp dilatata,donec rũperetur: quẽadmodum in feruore muſti,ſi ſpiraculũ vegetis pfecte cõcludatur,vt nihil expirare poſsit,rumpitur veges: ſilr quoq; & in feruore ollæ. Continue igitur iſtud fiens per continuã humidi influentiã in cor & arterias continue facit pulſum. Sed,ꝙ huius dilatationis,calor ſit principalius cauſa efficiẽs,q̃ finalis,manifeſtũ eſt ex hoc,ꝙ,cũ aĩæ ſit viuificare corpus,viuificatio aũt ſit ab ea p ſpiritũ emiſſum in totũ(vt ſupra dictũ eſt)erit ſpũificatio principalius intẽta,hæc aũt à calore:caloris aũt adequatio ſubiacẽs ſpũificationi,erit intẽta ſecũdo,ſicut ad durationẽ viuificationis:quod qdem ex ſapiẽtia naturæ factũ eſt,in vnica operatione componẽtis ſeu cõpẽdiantis vtilitates multas.

lib. de vita & morte.

Cum dedit plurima ſigna cordis, addidit vnũ, à caſu ſumptũ, ſ. à q̃titate thoracis, & dicit, EST AVTEM, & c.i. & pectoris latitudo eſt ẽt ſignum caliditatis cordis. Nõ tñ eſt hoc ſignum proprium, cũ cerebro aliqñ contra operante nõ inſit hoc oĩbus: propterea dixit, ꝙ eſt ſignum caliditatis cordis, niſi aliqñ cerebrum contra operetur maximę & hic, i. cõtra operet̃ hic, ſicut ibi in diſpoſitione totius accidit contra opari hepar. Deinde, cum dixiſſet latitudinẽ thoracis comitari cor calidũ, niſi fortiter cõtra operet̃ cerebrũ, docet, qualiter accidat ipſum cõtra operari, & dicit, QVONIAM AVTEM & c.i. qa .n. quãtitas ſpinalis medullę eſt ꝓportionalis quãtitati cerebri ꝓpter trahere ortũ ab ipſo, & eſſe illius vicariã in origine neruorũ (& volebat per magnitudinẽ, quãtitatem) accidit ſpondylia tanta eſſe ſm quãtitatem, quanta eſt ſpinalis medulla, quare & ſpinam totã eſſe ſm illius quantitatẽ, nihil .n. aliud eſt ſpina tota, q̃ oĩum ſpondylium ſimul vnitio: & cauſa eſt huius, qa cõcauitas ſpondylium, per quã nucha diſtendit̃, debet proportionari nuchæ, ſicut cõtinens cõtento. Quare, ſi nucha eſt magna, cõcauitas ſpondyliũ eſt magna, quæ qdem ſine magnitudine totius ſpondylis magna fieri nõ poteſt. Quare tanta erunt ſpondylia ſm magnitudinem, & ẽt ſpina tota, quãta eſt ſpinalis medulla: ſemp enim virtutis informatiuæ naturaliter ſe habentis eſt proportionale facere cõtinens cõtento, ſi materia quidẽ non deficiat. Deinde, cum dixit ſm quãtitatem cerebri eſſe quãtitatem nuchæ, & ſm quãtitatem nuchæ eſſe quãtitatem ſpondylium & totius dorſi, iam ex hoc declarat cõtraoperationẽ cerebri, & dicit, CONIVNGITVR VERO & c.i. & thorax coniungit̃ ad poſteriorẽ partem, i. ſpinã ſeu dorſum, exiſtens in longitudine ęqualis metaphreno, i. habẽs longitudinem vſq; ad phrenon: qcqd .n. eſt ſub ceruice vſq; ad phrenon, thorax dicitur. Antiqui .n. (ſicut Gal. dicit in libro de interioribus morbis) inferiorem pectoris terminũ phrenon appellabant, quod idẽ eſt, quod mens: hoc aũt ideo, quia, dum apoſtema exiſtit in eo, menti nocumẽtum videbant inferri: à tempore aũt Platonis (vt dicit) cœpit vocari diaphragma .i. diuiſio. Ideo aũt dicit, ꝙ thorax coniungit̃ ad poſteriorem partẽ, quia fabricatus eſt ſupra partem dorſi, quæ continet 12 ſpondyles ab eo, quod eſt ſub ceruice: & hæc eſt quantitas longitudinis eius ad diaphragma perueniẽs. Deinde dicit, SECVNDVM VERO & c.i. ſed ſm latitudinem fit cõiunctio ꝓportionalis ſpiſsitudini ſpondylium: ſm .n. ꝙ hæ 12 ſpondyles fuerint craſſæ, fient coſtę ab eis exeuntes longiores, ex quo reſultat latior thorax. Manifeſtũ eſt ergo ex his, ꝙ penes cerebri magnitudinem & paruitatem diſponit̃ latus & ſtrictus thorax. Sciendũ eſt aũt hic, ꝙ (ſicut dicit Ariſt. in lib. de partibus aĩalium) ſilis eſt natura oſsium & venarũ, nam vtraq; ipſorũ (ſicut dicit) ab vno principio orta & continua ſunt. Nulla .n. vena eſt ipſa ſm ſeipſam, ſed oẽs, particulæ vnius ſunt. Si .n. vena aliqua eſſet ſeparata & nõ continua ad principium venarũ, nõ ſaluaretur in ea ſanguis, ſed coagularetur, vel putreſceret, non recipiens caliditatem à principio. Similiter ẽt nullum os eſt ipſum ſm ſe ipſum, ſed eſt aut pars velut cõtinui, aut copulatum & colligatũ ſicut ad partem totius, vt poſsit natura vti ipſo & vt vno & vt continuo, & vt duobus & diuiſis, ad flexibilitatem. Si .n. aliquod eſſet ſeparatum, nõ faceret opus, cuius gratia cauſatũ eſt: non .n. p ipſum fieret reflexio, neq; rectitudo corporis & mẽbrorum. Sicut aũt principium venarum eſt cor, ita & oſsium ſpina Cõ.36. G H li.5.ca.4. lib.2.ca.9.

dorſi,

A dorſi,huic.n.omnia oſſa corporis continua ſunt:quæ ideo principium ponendum,quia longitudinem & rectitudinem continet animalium,ſicut lignum in fundamento nauis poſitũ,à quo fit nauis inchoatio. Sicut autem penes cerebri quantitatem fit latus & ſtrictus thorax, ita penes cordis caliditatem intenſam & remiſſam: propter quod ſubiunxit, CVM VERO &c.i.ſed,cum caliditas cordis fuerit excedens, dilatabit thoracẽ à primæua generatione ſecundum menſuram ſui exceſſus: virtus enim informatiua cum ampliori calore dilatabit plus id,quod informat: caloris enim proprius motus eſt à centro ad circunferentiam, ad quam ſequitur dilatatio.

Deinde volens aptare,quomodo latitudo thoracis ſit ſignum caliditatis,niſi contra operetur cerebrum,dixit, IDEO, ET CVM IN PARVO &c. quaſi dicat,nõ ſemper ad calidũ cor latus thorax comitatur,qa paruo exiſtente cerebro,licet cor ſit calidũ,non tñ poterit omnino caliditas dilatare thoracẽ,materiã dilatãdam paucam inueniens,ſicut magno exiſtente cerebro frigiditas cordis prohibebit dilatari,licet materia non deſit. Adhuc autem paruo exiſtẽte cerebro,neſcimus,vtrum ſtrictura thoracis comitetur paruitatẽ cerebri,an cordis frigiditatẽ:exiſtẽte aũt magno,neſcimus,vtrũ latitudo thoracis comitet̃ cerebri magnitudinẽ vel cordis caliditatẽ. Propter quod,ſi paruo exiſtẽte capite thorax fuerit latus,certiſsimũ ſignum erit cordis caliditatis: Si vero thorax ꝓportionẽ habet cũ capite,videlicet ꝙ ipſius latitudo correſpõdeat illius quãtitati,vt parua latitudo paruę quãtitati,& ecõuerſo,tũc oportebit determinare de caliditate cordis ꝑ alia ſigna,& nihil ſignificatiõis accipere à quãtitate thoracis.

B Ant. In frigidiori vero corde pulſus minores ſunt moderatis,non tñ tardiores ex neceſsitate,aut rariores. Spiratio vero,ſiquidem tantum minor thorax,quantum cor frigidius,pulſibus proportionalis. Si vero maior fuerit,q̃ ſecũdum quãtitatem frigiditatis cordis,nõ minorem tantũ, ſed & tardiorem & rariorem declarat naturam. Tales & timidi ſunt,& curioſi,& pigri,& nudum eis pectus pilis eſt. De paruitate vero thoracis determinandũ,vt prius dictum eſt:ſecundũ vero hęc & de totius corporis caliditate.

Leo. In frigidiore vero corde pulſus minores exiſtunt,q̃ modo naturæ conueniat,non tamen neceſſario tardiores,vel rariores. Reſpiratio autem, ſi quidem tãto thorax minor extiterit,quãto cor frigidius,pulſibus erit proportionalis. Si vero maior fuerit,q̃ pro frigiditatis vehementia, non minor eſt tantum,ſed etiã tardior,& rarior. Tales aũt timidi natura ſunt & ſine audacia,& ſegnes,& nudum pilis habẽt pectus. De eius vero paruitate diſtinguendũ,vt diximus prius:eodem modo & de totius corporis caliditate.

ō.37. Cum deſignauit ſigna cordis calidioris tẽperato,declarat ſigna frigidioris,& dicit, IN FRIGIDIORI &c.i. ſed in corde frigidiori tẽperato ſigna ſunt iſta,ſ.ꝙ in eo ſunt pulſus minores cõpetẽtibus. Et vult per cõpetentes, æquales,i.medios inter magnos & paruos,qui debentur cordi tẽperato,vt ſit dicere minores cõpetentibus,i.minores equalibus,quãtum ẽt ipſum cor frigidius eſt æquali,& non minores cõpetentibus cordi frigido, quaſi cor C frigidum expetat eos maiores,q̃ habeat:& eſt cauſa minorationis pulſus,minoratio caloris ſpirituificantis,& per illud,minus ſm omnem dimenſionẽ cor & arteriã expandentis. Deinde dicit, NON TAMEN &c.i.non tñ in eo ex neceſsitate ſunt pulſus tardiores & rariores:quod qdem dicit,quia ſm intẽtionẽ ſuã,quãuis pulſus in eo ſint parui paruitate neceſsitatis ad hoc inducẽtis,& ꝑ hoc idem debeant eſſe tardi & rari,ſm totum oppoſiti pulſibus calidi cordis,ꝑ viam tñ accidentis cõtingit aliqñ eſſe eos aut tẽperatos in velocitate & ſpiſsitudine,aut parũper addere ſupra tẽperatum. Et nõ eſt qdem hoc accidens debilitas virtutis ſuper cõplexione frigidiori,nõ potens in vna dilatatione ſatisfacere neceſsitati,quantũ illa vice cõpeteret,& ꝓpter hoc recõpenſans in velocitate & ſpiſsitudine dilatationi,quia tunc nõ eſſet hoc accidens,ſed comitans ſemp:quare,ſi ſic eſſet,potius dixiſſet,ꝙ pulſus in eo ſunt minores, ſed velociores & ſpiſsiores. Cum ergo ipſe dixerit,ꝙ pulſus in eo ſunt minores cõpetentibus,non tñ de neceſsitate tardiores & rariores, manifeſte innuit,ꝙ,ſicut ſunt minores cõpetentibus,ſic tardiores & rariores, quãtum eſt à parte neceſsitatis inducentis: ſed hoc nõ eſt ſemp neceſſariũ,eo ꝙ aliqñ impedit̃ per accidẽs. Eſt autẽ hoc accidens apud eũ,cõpoſitio totius corporis denſior & cõpactior & minus trãſpirabilis,quę aliqñ comitat̃ paucitatem fontalis caloris,ex qua accidet apud eũ aut virtutem impediri à dilatatione arteriæ ꝓpter circũſtantium denſitatem corporum,vt nec ſatisfacere poſsit neceſsitati,niſi parũper addat velocitati & ſpiſsitudini:aut aerem refrigerantẽ nõ poſſe apud vnã dilatationem ſubingredi,proportionatũ neceſsitati: propter quod cogit̃ virtus paulo D frequẽtius & velocius dilatare. Et ex hoc videbit̃ fortaſsis alicui,ꝙ,cum dixerit,ꝙ in eo ſunt pulſus minores cõpetentibus,voluerit intelligere,ꝙ ſunt minores cõpetentibus ſuæ naturæ:ſed,qm̃ accidens prædictũ non ſemp cõitatur cor frigidum,melior erit apud intentionẽ ſuã expoſitio prius dicta. Hæc eſt ergo cauſa apud ſuppoſitionem Gal. quare in frigidiori corde pulſus ſunt minores cõpetentibus,non tñ de neceſsitate tardiores & rariores:Et huiuſmodi cõſimile eſt aſsignare apud ſuppoſitionẽ noſtram,dum tñ prius non lateat,ꝙ omnino mihi neceſſarium videt̃ diminuto calore velocitatem & ſpiſsitudinem feruoris diminui proportionaliter ipſius magnitudini,quãtum eſt ab ipſa parte caloris. Sicut.n.calor fortis,multũ & ſubito & indeſinenter ſpũificat,qñ humidum ſpũificabile nõ eſt paucum,neq; ſui viſcoſitate rebellans calori,ſic diminutus & debilis,parũ & tardius & cũ interuallo maiori. Sed ingreſſus aeris obtũdentis feruorẽ ſemp eſt ſm menſurã dilatationis,ſi viarũ non ſit obſtructio, hac enim perſtante cogit̃ natura minus de aere & plus de euacuato vapore retrahere:dilatatio vero eſt ſemper ſm naturã ſpũificationis,cum nõ eſt defectus ex parte organi dilatabilis:ſpũificatio vero ſm menſurã caloris,cũ non eſt defectus ex parte humidi ſpũificabilis. Ergo(ſicut videtur)hac cõditione perſiſtente refrigeratio caloris nunq̃ eſt minor in vna diaſtole,q̃ ei expediat,& quã ei proportionet̃. Quare diaſtole exiſtente parua ꝓpter ſolam caloris debilitatem paruũ tumorem inducẽtis in ſanguinẽ non erit poſsibile,vt ſit caloris proditio iterũ in tumorẽ velocior & ſpiſsior,ſicut debiliter obtuſo per primã diaſtolen: ſiquidẽ ingreſſus aeris refrigerantis proportionat̃ dilatationi,dilatatio vero feruori, feruor vero calori. Poteſt tñ contingere,ꝙ frigidiori exiſtente corde tota corporis

cõpoſitio

cõpoſitio denſior & cõpactior ſit & minus trãſpirabilis,ex quo accidet aut dilatationẽ non proportionari feruori E
impediente cõpactione circũſtantium mẽbrorum:aut(quod magis puto)nõ fieri aeris ſubingreſſum proportio-
natum dilatationi & feruori ĩpediente denſitate & intranſpirabilitate,ſed minorem valde:ex quorũ quolibet ac-
cidet calidũ non ſufficienter obtuſum,iterũ velocius & ſpiſsius intumeſcere,q̃ ſi proportionaliter ſuæ magnitudi
ni obtuſus fuiſſet.Sic.n.pulſum mulierũ minorem eſſe pcipimus eo,q virorum,ſpiſsiorẽ aũt valde,& velociorem
parum.Sed,cũ inſtrumentum propter duritiẽ difficulter eſt dilatabile,humidum quoq;,aut paucum,aut tenuis
exhalationis,tunc,quãtũcũq; calor ſit fortis,ſpũificare & dilatare multũ potens,tñ tunc dilatatio parua fit,quare
& modica caloris obtuſio à modici aeris ingreſſu , quare & iterum velocius & ſpiſsius prodit in tumorẽ,q̃ ſi ſuffi-
cientius obtunderet.Sic.n.pulſus phreniticorũ eſt paruus, ſed velox & ſpiſſus:lethargicorum aũt huic cõtrarius,
ſicut contrariæ ſunt paſsiones : Lethargia.n.ab humore humido multumq; vaporoſo cõtingit,remolliẽte tunicã
arteriæ,& facile obedibilẽ dilatationi reddente,ſicut Phreneſis à ſicco contrarium illi operante.Ex quo contingit
pulſum in lethargia fieri maiorem,q̃ exigat feruor à calore in ea factus,ideoq; & aeris ingreſſum obtundẽtis exce
dere proportionẽ feruoris,quare calidum ꝑpter hoc tardius & rarius iterũ intumeſcere poſſe.Sed,qñ humidum
arteriarum eſt paucũ,tunc,ſi calor multus exiſtat & fortis,bene ſibi dominat̃:ſed,qm̃ à pauco pauca fit exhalatio,
fiet parua dilatatio cordis & arteriarũ,Cuius ſignum eſt,poſt aſſumptũ cibum in oĩbus pulſum augeri ꝑpter fieri
tunc plurem exhalationem ex augmẽto humidi nõdum exhauſti:quare fiet ex hoc modici aeris obtundẽtis ingreſ F
ſus:ex quo ſequit̃,vt calori maior ſit vigor iterum velocius & ſpiſsius in tumorẽ prodeundi. Sic.n.videmus in fe-
bribus,in quibus æger tendit ad mortem,nec adhuc calor deferueſcit,ꝙ adhuc pulſus fit minor,ſed tñ ſpiſsior val-
de,maxime ſi multa ſit inanitio,aut modica ſanguinis attractio in arterias propter naturã abhorrere nutrimẽtum
ex aliqua ſui malitia:vel propter nõ poſſe penetrare in eas ex groſsitie vel viſcoſitate. Sed dicet aliquis,ꝙ pulſus
nõ ſit tunc paruus,ſed frequens propter debilitatem virtutis recõpenſantis illud in frequentia,quod amiſit in ma-
gnitudine.Ait.n. Gal.in ſuis libris de pulſibus,ꝙ,cũ multum minoretur diaſtole ꝑpter virtutis debilitatem,non
põt cõplere,quæ vtilitatis:quare cogit̃ virtus apponere velocitati & ſpiſsitudini,niſi forte qñ neceſsitas fuerit plu-
rimum diminuta,tunc.n.non oportet apponere. Sicut enim dicit,defectio prioris diaſtoles in ſpiſsitudinem con-
uertit pulſum:virtus.n.pulſatiua(ſicut dicit)cum fuerit debilis,operat̃ ad modum debiliũ hominũ,qui,cũ vrgent̃
neceſsitate,& non poſſunt rem magnã ſimul mouere,mouẽt paruam,& addunt velocitati & ſpiſsitudini motus.

Sed hæc ſententia nõ videtur cõueniens,Primo,quia nõ decet hanc virtutẽ operari ad modũ fatigabilium vir-
tutum & voluntarie mouentium. Virtutem vero natura mouentẽ nõ videmus addere velocitati & ſpiſsitudini,cũ
diminuat magnitudini,ẽt ſi magnitudine egeat. Virtus.n.attractiua nutrimenti,qñ propter debilitatem modicũ
eſt,quod poteſt attrahere,nõ propter hoc addit velocitati & ſpiſsitudini attractionis,quãtũcũq; neceſsitas vrgeat:
ſi.n.hoc faceret,nõ accideret propter eius debilitatẽ macreſieri mẽbrum,ſicut accidit. Secũdo ẽt,quia,ſi cauſa mi
norationis diaſtoles eſt debilitas virtutis,nõ potẽtis per vnã dilatationem cõplere refrigerationẽ,qua pro vice illa G
indiget calor,non videtur,ꝙ vllo modo poſsit ei attribui recompenſatio talis.Nam,ſi fortioris virtutis eſt operari
magis velociter & ſpiſſe,q̃ rare & tarde,&c,cum potuit ipſa hoc,debuit fortitudinem ſuã in magnitudinẽ primum
expendere,cũ non ſit eam fatigari propterea,oportebit tunc,ꝙ in ſtatu paroxyſmi,in quo virtus eſt debilior,q̃ in
principio vel augmento,ſit pulſus minor,q̃ in principio vel augmento,cuius oppoſitũ videmus. Nec poſſunt ad
hoc dicere,ꝙ virtus,quam poſuerũt dilatare cor & arterias,nõ ſit debilior in ſtatu paroxyſmi,cũ diſcraſia cordis &
arteriarum ſit tunc intenſior valde:nos ẽt illa hora cæteras corporis virtutes debiliores videamus, licet in ſtatu vl̃i
febrium ſaluandarũ aliter ſe habeat,ſicut alibi(ſi occurret)oſtẽdemus. Non eſt aũt intentionis noſtrę modo,vt
penes hanc noſtrã ſuppoſitionem oĩum generum pulſus cauſas adaptemus:aut oĩum ſuarum ĩmutationum,quas
recipit à rebus naturalibus,& nõ naturalibus,& cõtra naturã,cauſas proprias apponamus:nec ẽt fieret nobis leue
volentibus,cũ huius nouæ ſuppoſitionis adinuentio,ab Ariſtotelis deriuata ſentẽtijs,nõ ſit per eũ,qui adinuenit,
ſine magna inquiſitione & ſtudio applicabilis ad prædicta. Propter quod poſteris relinquendũ eſt hoc, de qbus,
cum ab his,quæ diximus,manuducti fuerint,confido,ꝙ hæc omnia perſeuerando & elaborando complebunt.

Deinde dixit, SPIRITVS VERO &c.i.reſpiratio: & hoc intendebat,cum dixit ſpiritus.Multipl̃r.n.dicitur
ſpũs,ſ.ſubſtãtia incorporea,& vapor ſubtilis generatus ex ſanguine in corde & arterijs,adhuc aũt & ventus & aer
dicitur ſpũs,& ipſa aeris inſpiratio & expiratio: De hac quidem dixit,ꝙ eſt proportionalis pulſibus,ſ.quia minor H
æquali,non tñ de neceſsitate rarior & tardior,ſicut pulſus. Non tñ eſt proportionalis abſolute,ſed cum hac condi-
tione,ſiquidem thorax fuerit tanto minor æquali thorace,quanto cor frigidius æquali corde, vt.ſ.correſpondeat
gradus ſtricturæ pectoris gradui frigiditatis cordis,tunc enim reſpiratio vere proportionalis eſt pulſui:& cauſa hu
ius,quia redundantia caloris à corde ſuper pulmonem & pectus totum eſt ſecundum menſuram caliditatis, quæ
eſt in corde.Quare oportet ſemper motum pulmonis motui cordis proportionari,ſi menſura latitudinis thoracis
correſpondeat menſuræ caliditatis,quæ eſt in co.

SED DVBITABIT aliquis,quõ,& quare reſpiratio nõ ſit de neceſsitate tardior & rarior,ſicut & pulſus,cũ
nihil ſit apud dilatationem pectoris, aeris ingreſſum ĩpediens penes menſuram dilatationis. Niſi forte dicamus
(ſiquidẽ vera eſt hæc ſentẽtia)ꝙ,quia aer inſpiratus nõ attrahitur principal̃r niſi ad refrigerium caloris cordis,cũq;
denſitate meatuũ aliqñ comitante cordis frigiditatẽ prohibeat̃ aerẽ libere penetrare,accidit ſic aliqñ calorẽ illum,
propter nõ ſemel ſolũ proportional̃r ſuæ magnitudini refrigerari,iterum velocius & ſpiſsius cogi. Sed,prędictam
cõditionẽ quare adiecerit,ſubiungit,dicens, SI VERO &c.i.ſed, ſi thorax fuerit maior ſm̃ quantitatem,i.latior
ipſa frigiditate cordis,i.maior,q̃ frigiditas cordis cauſare poterit,vt quia comitet̃ magnitudinẽ cerebri,tũc nõ ſo-
lum erit reſpiratio minor ęquali,ſed rarior & tardior:& cauſa huius eſt,quia,cũ latior erit thorax,ſequetur ad di-
latationem eius amplior aeris ſubingreſſus,quia dilatatio cõtingit magna nõ niſi gratia magnitudinis eius,quod

dilatatur,

A dilatatur,qm̃ in ſe quidem parua eſt paruitate caloris intumeſcentis:ad magnitudinem aũt ingreſsi aeris ſequitur calidũ pulmonis multũ obtundi, adeo vt nõ poſsit velociter nec multũ frequẽter intumeſcere,propter quod rarã & tardã oportere fieri. Deinde dicit, TALES &c.i.& habentes cor frigidius tẽperato ſunt timidi propter cauſam cõtrariam ei,quæ dicta eſt de audacia.Sunt ẽt curioſi.i.obſeruatores attentiſsimi,& cauſa horũ eſt timiditas: propter timorem.n.incurrendi lęſionem,oĩa obſeruãt quaſi boni iudicij exiſtentes,& pręuiſores periculi pręmuniuntur,& ſecurant:Signum cuius eſt aĩalia timida multæ obſeruationis eſſe,vt mus,& lepus. Alia aũt translatio habet,Et neq; eſt eis curioſitas.& eſt corrupta ꝓculdubio, quia,cũ iſti non confidant, ſequit̃ eos multæ eſſe curæ, & nullo modo ſine cura. Deinde dicitur, ET PIGRI &c.i.& in actionibus pigros habẽt motus,ꝓpter oppoſitum eius,quod dixit in habẽtibus cor calidius. Deinde dixit, ET PECTVS &c.i.& pectus taliũ eſt nudũ pilis,cuius cauſa ex ſupradictis patet. Deinde dicit, SED DE paruitate eius &c.i.ſed de paruitate eius,ſ.pectoris determinandũ eſt,vt prius dictũ eſt,ſ.qa pectus eſt ſtrictũ,niſi cõtraoperet̃ cerebrũ:& iam patuit,qũo eſt eius contraopatio. Deinde dicit, SECVNDVM VERO.i.& ſm hæc prius dicta determinãdũ eſt de frigiditate,totius ſcilicet,qa vtplurimum totũ corpus fiet ab eo frigidũ,niſi cõtraoperet̃ hepar:& iã diximus,qualr̃ cõtraoperat̃.

Ant. Siccum vero cor pulſus operatur duriores,& furorem non promptum quidem,ferocẽ tamẽ,& difficile

B placabilem:vtplurimum vero totum corpus eſt ſiccum,ſi hepar non contraoperetur.

Leo. Cor aut ſiccius pulſus efficit duriores,& iram non promptam quidem,ſed feram,& quæ non facile ſedari queat:magnaq; ex parte vniuerſum corpus ſiccius exiſtit,niſi hepar obſtiterit.

5.38. Cum declarauit ſigna naturalis diſtẽperantiæ cordis ſm vtrãq; actiuarũ,declarat ſigna diſtẽperantiæ ipſius ſm vtrãq; paſsiuarum,& primo in ſiccitate,& dicit, SICCVM VERO &c.i.ſed cor ſiccius tẽperato facit pulſus duriores:& cauſa huius eſt durities inſtrumẽti,comitans ſiccitatẽ ipſius, ipſum.n.ſiccum eſt propter ſiccũ eſſe principium,à quo oritur.Quãuis.n.per mediã cutim & carnem arteriæ ſuperpoſitas,ſentiamus arteriã,cum dilatat̃,manifeſtat tñ nobis ipſa ſuas qualitates,ſ.caliditatem & frigiditatẽ,duritiẽ & mollitiẽ,quia,ſicut ſenſus percipit ſolã intentionẽ ſenſibilis,ſic & medium recipit qualitatem ſenſibilis intentionaliter tm̃ per aliquã affectionem ꝓdeuntem ab ipſo in ipſum,& ab hoc in ſenſum. Deinde dicit, ET FVROREM.i.& facit non valde velociter iraſcibilem(& hoc intendebat p furorem nõ promptum)ſed tñ(ſicut ſubiungit)cum fit caſus in iram,efficit eã ferocem & difficile placabilem.Eſt aũt ferox ira,quæ feralis & beſtialis,nõ ſatiata per vindictam,ſed adhuc iterũ ꝓſequens more feræ. Et cã nõ prompti furoris eſt ſiccitas dominans ſup toto,nõ facile imprimibilẽ reddens appetitũ ab eo, quod iniuriam infert. Ferocitatis aũt cã eſt fortis ignitio ſicci:dicit̃.n.ſiccitas legitima caloris,ſicut ei magis eſſen

C tialis exiſtens,q̃ humiditas:exignitum aũt calidũ fortem efficit repulſionem iniuriantis.Sed difficultatis placationis cauſa eſt retentio tenax in ſicco acquiſitæ impreſsionis,eo.n.ipſo,ꝙ difficulter eam ſuſcepit,habitualius hæſit.

Deinde dicit, VT MVLTVM &c.i.& vt multum fiet totũ corpus ab eo ſiccius,niſi contraoperetur hepar.Iam aũt diximus,qũo,& p quid cor aſsimilat ſibi totũ in ſuis qualitatibus: & qualr̃,& ꝓpter qd cõtraopetur hepar:& qũo hepate nõ contraoperante nõ oporteat fieri ſemp,ſed vt multũ,ꝓpter id,quod dictũ eſt,nec oportet ĩmorari.

Ant. Humidioris vero cordis ſigna,pulſus molles,& conſuetudo facilis quidem eſt ad iram,ſed facile placabilis,& totum corpus humidius,niſi ea,quæ ſecundũ hepar,contraoperentur.

Leo. Cordis vero humidioris ſigna,pulſus molles,& mores ad iram quidem procliues,ſed talem,quæ facile ſedari poſsit,& vniuerſum corpus humidius exiſtit,niſi hepar obſtiterit.

6.39. Cũ declarauit ſigna cordis ſiccioris tẽperato,declarat ſigna humidioris,& dicit, HVMIDIORIS VERO &c. id eſt ſigna cordis humidioris temperato ſunt pulſus molles:& huius cauſa ex contrario ſiccæ eſt. Deinde dicit, ET CONSVETVDO.i.& ſignum eius ẽt eſt cõſuetudo facile iraſcendi,& facilitas placationis eius:& vult p conſuetudinem,naturã,quia nõ eſt intentio eius,ꝙ habeat à cõſuetudine,ſed à natura:natura enim cõſuetudini ſimilatur,& econuerſo.Signum aũt tales eſſe humidũ cor habẽtes,eſt facilis iraſcentia puerorũ,& facilis eorũdem placatio:& eſt ſilr̃ huiuſmodi cauſa contraria ſupradictæ. Deinde dicit, ET TOTVM.i.& totum corpus fit ab eo

D humidius,niſi cõtraopetur hepar:cuius ẽt cauſa iam ex his,quæ præmiſimus,ſcita eſt. Eſt aũt de ſignis cuiuſcũq; cõplexionis apud omne mẽbrum,lædi de facili à ſilibus ſuæ craſi:iuuari vero à contrarijs,moderato vſu: propter

ra.de quod & in oĩbus hoc attẽdẽdum pro ſigno,ſicut ſuperius admonuit. Dicit aũt Hali in hoc loco,ꝙ Gal.nõ fuit rememoratus reſiſtentiæ hepatis ad cor in diſpoſitione cordis calidi & frigidi ſuper toto,ꝓpterea quia(ſicut dicit, cor eſt origo caloris innati:quare,ſi eſt excedenter calidũ,calefit ab eo totũ corpus neceſſario,& nõ eſt poſ̃e,ꝙ vllũ mẽbrum poſsit ei reſiſtere in hoc,licet cõſequatur vltimũ frigiditatis, quod põt:Et ſilr̃,qñ eſt frigidũ,ponet frigidum totũ corpus,ĩpoſ̃i exiſtente,ꝙ vllum mẽbrum quãtũcũq; caloris conſecutum poſsit ei reſiſtere in hoc. Sed palã eſt,ꝙ non dicit verũ,ꝙ Gal.nõ fuerit rememoratus illius,cũ ipſe dixerit in ſignis calidi cordis,ꝙ in pluribus totũ corpus calidum ex corde calido calefit,niſi maxime contraoperetur hepar:in ſignis aũt frigidi dixerit,Secundum hoc vero & de totius corporis frigiditate. Vnde aũt Hali ſic amens fuerit,ignoramus. Et adhuc aũt nec cã, quam de hoc aſsignat,vera eſt.Non.n.propterea,quia cor ſit fons caloris,erit ĩpoſ̃e,ꝙ aliud mẽbrum ſibi reſiſtere poſsit in tranſmutatione totius ad calorẽ vel frigus. Non.n.dicitur fons caloris,quia nullũ mẽbrum habeat aliqd caloris niſi ab ipſo,qm̃ mẽbra ẽt ex prima ſui materia,vnde ſunt genita,calorem habent innatũ,licet inſufficientẽ ad vitam:reſpectu menſuræ cuius caloris quædam calida,quædã frigida nominamus:Calor aũt cordis dicitur innatus cordi tm̃,alijs aũt mẽbris dicitur influens eis ab eo.Quãuis ergo nullum mẽbrũ ſit æquipotẽs illi in influentia caloris ſuper toto,tamen ẽt ſunt mẽbra præter ipſum,à quibus ſit redundãtia ſuæ cõplexionis ſuper toto,ſicut

maxime

maxime quæ digestionis nutrimēti pro toto corpore curam habēt, sicut stomachus,& hepar. De stomacho enim mutant cætera mēbra (sicut Gal. dicit) maxime si forte sit eius distēperamentū naturale vel extraneum: multo aūt fortius fiet illud ab hepate, qui præest vltimo omni nutrimento, sanguis autem est extremum nutrimentum, sicut dicit Philosophus. Quare contraoperatio aliorum, licet non sit fortis, tamen est possibilis. E

2. de parti. capite 3. Ant.

Secundum cōbinationem vero primarum qualitatum distemperantiæ cordis sic se habent. Calidi quidem & sicci cordis signa, sunt pulsus duri,& magni,& veloces,& spissi:& spiritus magni,& veloces,& frequentes,& multo magis ad velocitatem tendunt & frequentiam non crescente secundum proportionem cordis, thorace. Omnium hi pilosissimi secundum pectus & hypochondria, ad actiones vero parati,& animosi,& veloces,& tyrānicis moribus,& furiosi,& difficile placabiles. De totius vero corporis crasi, adhuc & de thoracis amplitudine proportionaliter his, quæ prius dicta sunt, determinandum est.

Leo.

Secundum vero coniugationem qualitatum primarum, vitiosę cordis temperaturæ ita se habēt. Calidi & sicci cordis pulsus duri sunt,& magni,& veloces,& frequentes:& respirationes magnæ,& veloces,& frequentes,& multo magis ad velocitatem ac frequentiam vergunt thorace cordi non aucto proportionaliter. Hi vero præ cunctis pectus habent maxime hirsutum & hypochondria, ad actiones autem prompti sunt,& iracundi,& impudentes,& mores tyrannicos habent ad furorem faciles, non facile vero placabiles. De totius autem corporis temperatura,& thoracis amplitudine, his, quæ ante diximus, proportionaliter est distinguendum. F

Cō. 40. Cum declarauit signa simplicium distēperantiarū cordis, declarat signa distēperantiarum cōpositarum. Intitulans autem in primis capitulum, primo declarat signa distēperantię eius in caliditate & siccitate,& dicit, SECVNDVM &c. i. distemperantiæ cordis simplices cognoscūtur, vt dictum est, sed distēperantiæ cordis sēm cōpositionē primarū qualitatum habent se, sicut dicetur: Et incipit,& dicit, CALIDI SIQVIDEM &c. i. signa cordis calidioris & siccioris tēperato sunt, ꝙ pulsus in eo sunt duri,& magni,& veloces,& spissi. Et palam est ex dictis, ꝙ duri sunt ob duritiem & siccitatem arteriæ: magni aūt,& veloces,& spissi propter intensionē caloris, cuius est spirituificationem in tumorē prodeuntē,& maius,& velocius,& spissius exercere. Et est hic attentione dignū, ꝙ durities naturalis in instrumento nō est impeditiua dilatationis, sicut ea, quæ ab ægritudine contingit: propter quod caliditate excessum habente, quāuis ꝑpter siccitatē sint duri, nihilominus sunt magni. Deinde dicit, ET SPIRITVS. i. & respiratiōes sunt magnæ,& veloces,& frequētes: proportionales. n. sunt semper pulsibus ꝑpter id, quod dictum est, quātum est à parte redundantiæ caloris à corde sup pulmonem & pectus. Deinde dicit, ET MVLTO &c. i. & multo magis adhuc augetur ipsorū respiratio in velocitate & frequentia super tēperantia, si impediēte cerebri paruitate non crescat eorū thorax ꝓportionaliter caliditati cordis. Et causa huius apud suppositionem Gal. & sequacium eius est, quam innuimus supra, s. ꝙ defectio prioris diastoles in spissitudinē vertit pulsum & silr respirationem. Cum. n. virtus motiua pulmonis ꝑpter pectoris stricturā nō consequatur in dilatatione, quā facit, aerem sufficiētem ad refrigerationē, recōpensat in velocitate & spissitudine dilatationis. Apud suppositionē aūt nostrā causa huius est, quia, cum parua dilatatione fiente causa paruitatis eius, quod dilatatur, modicus fit aeris ingressus, modica fit obtusio calidi tumescētis: propter quod intumescit iterum velocius & frequētius, q̄ si amplius obtunderet. Deinde dicit, OMNIVM &c. i. & hi sunt pilosissimi oīum circa pectus & hypochondriū: & huius causa iam ex supradictis in promptu est. Deinde dicit, AD ACTIONES &c. i. & sunt in actionibus parati & veloces: & huius causa silr dicta est. Deinde dicit, ET TYRANNICIS. i. & sunt moribus tyrānicis: & vult per mores, naturales habitus, nō à consuetudine acquisitos, sicut significare videt per hoc, quod dicit, moribus: per tyrannicos aūt crudeles & iniustos: Est enim Tyrānus prauus Rex non ad cōmune, sed ad ꝓprium regens cōmodū, & iniuste premens plebē. Est ergo mos tyrānicus iniuste irasci, aduersus quē nō deberet,& quātum, et ꝑpter quod non deberet: & in oībus obtinere velle,& non psuaderi ratione,& huiusmodi. Propter quod, sicut causam huius subiungens dicit, ETENIM &c. i. propterea sunt tyrānicis moribus, quia sunt furiosi, i. fortiter irascibiles,& difficile placabiles: tales. n. à passione iræ ducti,& nō à ratione, frequenter tyrannizant: quorū oīum causa iam ex dictis palam est. Et est hoc signum sumptū ab effectibus appetitus, illius maxime partis, quæ dicit irascibilis: mores enim videnť maxime habitus illius partis aīæ, quę dicit appetitus. H Deinde dicit, DE TOTIVS VERO &c. i. sed de īmutatione totius corporis ad hāc cōplexionē cordis,& de amplitudine thoracis determinandū, silr supradictis, s. ꝙ sēm plurimū totum corpus erit calidū & siccū, nisi maxime contraoperetur hepar: & thorax erit latus, nisi cōtraoperetur cerebrū. Dicit aūt Hali super illo loco, ꝙ, cum dilatatur cor, dilatātur oēs arteriæ simul corporis: &, cum constringit, constringuntur oēs simul, dum pmanet sanitas. Sed hoc est manifeste falsum excepta arteria venali propter id, quod diximus: reliqua aūt arteria, quæ vocatur aorti,& oēs, quæ ab ea ramificantur, dilatantur, qñ cor constringitur tm̄: non. n. calidum intumescit in eis, nisi ad apertionem cordis in ipsas, eo ꝙ tūc maxime inflāmat eas, excitans in sanguine habitū tumescendi, sicut diximus. Hæc aūt apertio fit in ea, quæ vocatur aorti, in cordis constrictione: in ea vero, quæ vocatur venalis, fit in cordis dilatatione. Dicit aūt sic fieri, dum perseuerat sanitas, quasi aliqua ægritudo possit impedire: quod silr nihil est. Non enim variatur, quod diximus, p vllam infirmitatem, nisi ꝙ, dum fuerit aliquod mēbrum calidius phlegmone factū, vel alia ægritudine in ipso, augebitur in illo pulsus adaucta spirituificatione in illius arteria ꝑpter augmentum caloris: nō tñ inspissabitur vllo modo, quia tunc cōtingeret, ꝙ dilatatis alterius partis arterijs quater vel quinquies, arteria illius dilataretur sexies vel septies, quod est īpossibile, qm̄ principalis causa motus earū est cor tm̄: quare oportet toties eas tm̄ moueri, quoties cor mouet. Dicit ēt Hali, ꝙ motus cordis & arteriarum generat per frictionem, eorum calorē innatum,&

cō. 8. tra. de corde.

A euentat ipsum simul:& hoc similiter nihil est,quia nulla est ipsorum frictio ad alterum mẽbrorum. Adhuc aũt,si per hunc motum fieret generatio caloris,sicut ab exercitio quodam membri,tunc peccasset natura,nimis immoderatum imponens exercitium illis membris,quæ deinde post infrigidaret.

Ant. Si vero humiditas obtinuerit cum caliditate,pilosi quidem minus huiusmodi his, qui prius dicti sunt, parati vero ad actiones non minus illis:non tamen feroces furore,sed in ira tantum parati: pulsus vero magni,& molles,& veloces,& frequentes:& spiritus quidem,thorace proportionaliter se habente cordi,similis pulsibus est,minore vero existente thorace,spiritus tanto velocior & frequentior prædictis,quanto & thorax est minor.Multa vero secundum crasim conuersione facta,& maxime si secundum humiditatem hoc accidat,ad ea,quæ dicta sunt,adhuc & putridas ægritudines ex corruptis & putrescentibus in eis humoribus incidunt,& expirationes maiores & velociores inspirationibus,& in pulsibus systole velox.

Leo. Si vero caliditas vnà cum humiditate dominabitur,minus quidem ijs,quos antea diximus,hi sunt hirsuti,ad actiones vero nihilominus prompti:non tamen ferior est animus,sed ad iram procliuis tantũmodo:pulsus vero magni,ac molles,& veloces,& frequentes existunt:& respiratio,cum thorax cordi fuerit B proportionalis,eandem pulsibus formam seruabit,si vero minor extiterit,tanto illis velocior erit & frequentior,quanto & thorax minor extiterit. Si autẽ multa facta fuerit euersio in tẽperatura,ac si hoc præsertim in humiditate contigerit,præter ea,quæ diximus,contingent etiam ex putredine morbi ijs, qui in ipsis fuerint,humoribus corruptis,ac putrefactis:expirationes autem maiores sunt ac velociores inspirationibus,& submissio arteriæ in pulsibus velox.

t.41. Cum declarauit signa cordis calidioris & siccioris temperato,declarat signa calidioris & humidioris, & dicit, SI VERO &c.i.sed, si cor sit calidius & humidius temperato, tũc signa eius sunt illa,s.quòd tales sunt minus pilosi ijs,qui dicti sunt,i.habentibus cor calidum & siccum : & causa huius est,quia vapor,qui est materia pili,cũ fuerit nimis humidus, difficilius condensatur & indurescit in pilum. Deinde dicit, PARATI VERO.i. &, quamuis sint minus pilosi, non tamẽ sunt illis minus parati ad actiones,& motum:& iam diximus causam istius promptitudinis in præmissis. Est tamen hic attentione dignum,ꝙ omnis superflua humiditas organorum motus inepta est ad motum:cuius signum est,in infantibus debiles esse motus, in phreniticis autem aliquando fortes esse:Similiter etiam omnis superflua siccitas, quoniam hæc spasmat: signum cuius est debiles esse motus in senibus,quod etiam attinet frigiditati,sicut & siccitati. Propter quod sciendum est,ꝙ in motu necessaria est flexio & C fixio organorum motus:flexio autem magis humiditate,fixio vero magis siccitate completur. Quare expedit organis motus habere temperamentum inter vtranq;,parumq; ad siccitatem declinare propter sicca habere fortitudinem,quæ ad motum expedit,magis,ꝙ humida.Ex hoc ergo manifestum est hos non esse minus illis promptos ad motus,in caliditate quidem si non dispares. Deinde dixit, NON TAMEN &c.i.& sunt parati & veloces ad iram plus dictis propter humiditatem velociter imprimibilem,sed tamen non sunt ferociores in ipsa propter nõ sic igniri humidum, sicut siccum: & velocius deferuescere, sicut citius assumere. Deinde dicit, PVLSVS VERO &c.i.& pulsus in eis sunt molles,& magni,veloces,& frequentes:quorum causa expedita est. Deinde dicit, SPIRITVS VERO &c.i.sed respiratio est similis pulsibus in magnitudine,velocitate,& frequentia, si latitudo thoracis correspondet caliditati cordis, ita scilicet,ꝙ thorax tanto sit latior temperato, quanto cor similiter calidius temperato:& causa huius nõ latet prædicta recolentẽ. Deinde dicit, MINORE VERO &c.i.sed si impediente cerebri paruitate thorax in latitudine non correspondeat caliditati cordis,tunc erit respiratio tanto velocior & frequentior adhuc super temperantiam,quanto thorax est minor & strictior,quàm caliditas efficere possit: cuius causam supra nuper ostendimus. Deinde dicit, MVLTA VERO &c.i.sed, si multus fuerit excessus caloris in hac distemperantia,& maxime si hic multus excessus accidat in humiditate,tunc præter hæc,quæ dicta D sunt comitari hanc distemperãtiam cordis,erit aliud comitans,sicut signum existens illius,s. ꝙ tales incurrunt de facili putridas ægritudines ex corruptis & putrescentibus humoribus: & vult ꝑ hoc febres putridas. Et causa huius est,quia non prohibente hepate,cum hæc complexio redundauerit super toto,disponet humores ad putredinem propter in tali corpore multas abundare superfluitates,& capnosas resolutiones,quas cum accidit retineri,& constringi,& non euentari,de facili occumbit in eis calor innatus,& insurgit in eis extraneus putrefaciens & corrumpens eas. Maxime autem hæc complexio disponit ad putredinem,si humidum calido dominetur:putrefactio .c.3 enim & corruptio magis accidit in rebus(sicut dicit Philosophus)cum passiuæ qualitates actiuis dominantur,& maxime humiditas caliditati, quia tũc plus fit indigestio & molensis: Cuius signum est,quia oĩa subijcientia humiditatem calori, & ipsam consumentia sunt prohibitiua putredinis, maxime si calorem innatum confortauerint,sicut sal,& aromata. Signum etiam hanc complexionem maxime putrefactiuam esse,est,ꝙ omnia sub Austro magis,ꝙ̃ sub Borea,putrefiunt,& ꝙ putrida omnia secundum plurimum inueniuntur calida & humida,humefacta quidem per dissolutionem humidi,naturali calore terminante corrupto, calefacta vero per extraneum: tandem vero euaporante humido incinerantur, & frigida fiunt & sicca. Et hoc est signum sumptum ex alteratione ab ijs, quæ ei accidunt extrinsecus secundum aptitudinem, quam habet à complexione, quod ad casus reducitur.

SED DICET ALIQVIS ijs, quæ apparent, repugnare, quod dictum est,eo quòd sanguis inter humores calidus existens & humidus minus est cæteris putrefacibilis. Nisi esset,quòd, sicut primo de complexionibus

dicit Gal.de vere,ꝙ non eſt calidum,niſi comparatum hyemi,nec humidum,niſi comparatum eſtati,in ſe autem capite 4.
cõſideratũ eſt tẽperatũ,Sılr dicemus & nos,ꝙ ſanguis in ſe eſt tẽperatus, nõ qdem eo tẽperamẽto,quo fortaſsis aer E
veris,in quo nec calidum ſup frigido,nec humidũ vincit ſuper ſicco,nec econuerſo,quãtũ ad tactũ noſtrum,ſed tẽperamẽto,quo corpus humanũ tẽperatũ eſt,ſicut cõpoſitum & cõmiſtũ,in quo ꝭm ſe calidũ & humidũ dominaṫ ſup frigido & ſicco.Sed,cum ſanguis cõparabiṫ phlegmati,erit calidus,cũ cõparabiṫ cholerę, erit humidus, ſed in ſe qdem tẽperamento ꝑdicto tẽperatus eſt:propter quod minus alijs eſt putrefacibilis, quẽadmodũ ver minus infirmũ eſt alijs tpibus.Et hęc rñſio ſufficere põt ẽt apud tenentes,ꝙ ſanguis ſit vnus ex quatuor humoribus,ſicut quartus & ſimplex. Sed in veritate ſanguis in vena nõ eſt niſi trinitas quędã ſubſtantiarũ,ſicut infra oſtẽdemus. Nec.n.eſt ſanguis in corpore repertus,q ſit ſeparabilis in plures,q̃ in tres ſubſtantias,ſ.in fęcẽ,aquoſitatẽ,& ſpumam,i.melancholiã, phlegma,& choleram,ex qbus debite cõmiſtus exiſtens eſt tẽperatus,licet calidus & humidus reſpectu ipſius aquoſitatis,vel fęcis,vel ſpumæ ſeorſum exiſtẽtis. Et propter hoc cõcedimus,ꝙ iſto modo ſanguis,ſiquidem diſtẽperatus extiterit ex parte alicuius illarũ in eo ſupfluentis,nõ eſt minus putrefacibilis alijs humoribus ſeorſum ab ipſo exiſtẽtibus,oĩs tñ putrefactio eius eſt ſequens vnã illarũ ſubſtantiarũ trium in ipſo dominantium,ſicut poſt declarabimus. Suſpicamur igiṫ falſam eſſe illorũ ſententiã,qui dicũt in ſanguine venarũ quatuor inueniri ſubſtantias, ſ.tres predictas,& quandã aliã puriorem & tẽperatiorẽ,quã proprijſsime ſanguinẽ vocant.Oĩs.n.ſanguis,quãtũcũq; depuratus,adhuc in prædictas tres ſubſtãtias ſeparabiṫ tñ,nihil ex eo remanen- F
te,nec propter hoc falſum erit,ꝙ nõ ſint in corpore quatuor humores:quælibet.n.illarum triũ ſubſtantiarũ ſeorſum exiſtens ab alijs,eſt vna ſpẽs humoris,quartã aũt faciunt,vbi ſunt miſtę,ſ.in vena:Cuius ſignum eſt,lac,quod nihil eſt aliud,q̃ ſanguis dealbatus in mamilla,in plures,q̃ in tres ſubſtantias,ſeparari non poſſe:vt caſeus quidem aſsimiletur fęci,ſerum vero aquoſitati,butyrum aũt aut pinguedo ſpumæ ſupernatanti & choleræ,pinguia enim materia choleræ ſunt.Sed hoc quidem in capitulo de ſignis cõplexionis hepatis latius perſcrutabimur. Deinde cõ.44.hu
dicit, ET EXPIRATIONES &c.i.& habent expirationes maiores & velociores inſpirationibus,& in pulſibus ſyſtolen velocem reſpectu diaſtoles(et intelligit,ꝙ habẽt iſta,dum ſani ſunt,& nõ ſolũ in febribus putridis,qñ eas incurrunt(ſicut videbaṫ dicere Hali)in hoc.n.nequaq̃ differrẽt ab alijs,qñ ſılr eas incurrerent.Non.n.eſt hic intẽ- cõ.13.tra de corde.
tio eius dicere ſigna febrium putridarũ,ſed ſigna cordis calidioris & humidioris tẽperato) Et cauſa huius eſt,reſolutiones capnoſas,magis in talibus abũdare(ſicut diximus)quas natura corporis exprimere à ſe conans, ſicut abominans illas,plus & velocius cõtrahit ea mẽbra,in qbus maxime generantur,ſ.cor,& arterias,& pectus,q̃ diſtrahat,eo ꝙ ſpirituificatio facta à calore iuncto humiditati non eſt tanto velocius dilatans ſupra tẽperantiam per tumorem inductũ,quanto magis ipſi ſpirituificationi aggenitis ſupfluitatibus, natura mẽbri eas abominans,reſultando plus & velocius cõprimit.Propter qđ nõ contrahit illa ſolũ ſicut reuocãs ea in naturalẽ ſui figurã obtuſo ꝑ aerẽ attractũ calido tumeſcẽte & violenter eleuante,ſed ſicut habẽs à ſe depellere plus & magis de ſuperfluo,quod G
ipſa faſtidit:propter quod velocius & ꝓfundius contrahit.Et ſıle huius eſt in febre putredinis,ꝓpter ſuffumigantiã humoris putridi additamẽtum facere in talibus excernẽdis fumoſitatibus. Hali.aũt dicit,ꝙ in febre putrida dilatatio eſt minor & tardior cõſtrictione,quia ꝓpter putrefactionẽ humorũ generatur vapor fumoſus plus,quare fuit neceſsitas expulſionis maior:calor aũt innatus in febre eſt minor,quia extranea caliditas debilitat ipſum,vt dicit:quare indiget introitu aeris minus. Sed hæc eius ſententia de calore innato eſt corrupta.Ipſe enim loquitur de calore innato, ſicut quaſi ſubiecto differat ab accidentali & extraneo: quod nihil eſt,ſubiecta.n.caloris innati, vt mẽbra,& humores,& ſpiritus amplius incaleſcunt in febre à cauſa extranea,vt differãt ſicut albũ natura, factũ albius ab extra:quare ſubiecto ſunt idem,licet differant ſuis cauſis,& ſicut tẽperatum & intẽperatum.Cum ergo dicitur innata caliditas debilitari per extraneã,intelligitur,ꝙ huius debilitatio nõ eſt niſi reſpectu operationis virtutum,quarũ innatus calor erat inſtrumentũ,qm̃ illarum opus peius perficitur,cum calor naturalis per extraneã cauſam incenditur. Sic ergo, ſuppoſito ẽt,ꝙ dilatatio fiat à virtute ad refrigerandum calorẽ,nullo modo verum erit,ꝙ in febre debeat eſſe minor,quia tunc in omni febre dilatatio eſſet minor,q̃ in ſanitate,quod falſum eſt: ſed indigentia refrigerationis tãto eſt maior,quanto calor intenſior, multo enim fortius indiget natura,vt refrigereṫ extraneus,q̃ naturalis,ſicut magis comburens.Magis ergo eſſet iuxta ſententiam Gal.ꝙ in febre putrida conſtrictio eſt maior & velocior dilatatione,quia fumoſitas excernenda caliditatem ſuperat refrigerandam. H

Humidioris vero & frigidioris cordis ſigna ſunt, pulſus molles,& conſuetudo timida & formidoloſa Ant.
& pigra.Sunt autem & nudi pilis hi ſecundũ pectora,& minime iraſcuntur,vt & in iram non parati.Quæ vero circa thoracem & totũ corpus,ijs,quæ dicta ſunt prius,ſimiliter determinandum.

Humidioris vero,& frigidioris cordis pulſus quidem molles,moribus autem nequaquam audaces,ſed Leo.
timidi & ſegnes exiſtunt. Tales etiam glabrum pectus habent,minimeq; iram retinent, ſicuti & ad iram non admodum ſunt prompti.Quæ vero ad thoracem,& vniuerſum attinent corpus,diſtinguere oportet, ſicuti ea,quæ ante diximus.

Cum declarauit ſigna cordis calidioris & humidioris tẽperato,declarat ſigna frigidioris & humidioris tempe- Cõ.42.
rato,& dicit, HVMIDIORIS VERO &c.i.ſigna cordis humidioris & frigidioris tẽperato ſunt iſta,ꝙ pulſus in talibus ſunt molles,vt patet ex dictis:ẽt parui,& tardi,& rari propter cauſam,quam in corde frigido cõmentantes dicebamus,q̃uis ꝓpter breuitatẽ,& ſicut ſubintellectũ,hic taceat. Deinde dicit, ET CONSVETVDO &c.i. etiam in eis eſt conſuetudo timida:& volebat per conſuetudinem,naturam,ſicut & pauloante,tales.n.naturaliter timidi ſunt: & cauſa huius ſatis ſpectabilis eſt in cauſa contrarij, ſcilicet audacię, quæ cor calidum comitatur.

Deinde dicit, ET FORMIDOLOSA.& vult per hoc,ꝙ eſt puſillanimis & inuirilis. Paucitas enim caloris

in talibus

A in talibus centralis est tm̃, & inepta & impotens est sparsioni, ex qua accidit animam se ipsam vilificare,& paruæ spei existere,nullo modo se honore dignificante,sicut ad omne magnũ impotentẽ. Deinde dicit, ET PIGRA. eius et causa ex ipsa cõtrarij causa nota est. Deinde dicit, SVNT VERO &c.i.tales habẽt pectus nudũ pilis:et eius causa ex superioribus plana est. Deinde dicit, ET NON irascunt,& in irã nõ parati sunt.& vult dicere,ꝙ neq; tenẽt iram,cum susceperũt,nec parati sunt suscipere,sicut manifestat alia trãslatio,cũ dicit, Et nõ remanet ei odiũ,neq;ꝓperat ad ipsum ira:quorũ primũ fortiunt ab humiditate:scdm vero à frigiditate(sicut ex præmissis in simplicibus distẽperãtijs discibile est)qm̃ aut nõ irascunt,aut moderatius oĩbus,sicut iniurias illatas paruipẽdẽtes: & vindictam non quærẽtes pij sunt,& misericordes,& cõpassibiles. Deinde dicit, QVAE VERO &c.i. sed de quãtitate thoracis,& de inuentiõe cõplexiõis talis cordis sup hoc toto,determinãdum est fm̃ prius dictis,s.ꝙ pectus erit strictũ,nisi cõtraoperet cerebrũ:& totũ corpus erit frigidũ & humidũ,nisi maxime cõtraoperet hepar.

Ant. Frigidum autem & siccum cor pulsus quidem duros operatur & paruos:spiritum vero,siquidem proportionaliter frigiditati paruus thorax fiat,competẽtem, si vero maior,rarum & tardum. Minimùm vero iracundi omnium sunt hi,coacti tamen ab aliquibus irasci seruant memoria.Sunt vero & non pilosi pectora omnium maxime. De paruitate vero thoracis,& totius corporis frigiditate similiter determinandum

B est,Vnum cõmune in omnibus,quæ dicta sunt,illud cõmemorantes,ꝙ,quæcũq; de moribus aut nunc,aut secundum aliquam aliam scriptum est orationem ad cognitionem craseos,non de bonis aut prauis moribus ex philolosophia exercitatorum,sed de naturalibus vnicuiq; dictum est.

Leo. Frigidius vero cor & siccius pulsus quidem duriores reddit,& paruos:respirationem autem, si quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit,moderatam : si vero maior extiterit,raram ac tardam.Hi vero præ omnibus minime ad irascendum prompti,cum autem coacti fuerint irasci quibusdam,retinent iram. Habent autem maxime omnium nudum pilis pectus. De paruitate autem thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum,Vnum illud cõmune in hisce omnibus memoria repetentibus,ꝙ,quæcũq; de moribus siue nunc, siue quouis alio sermone explicata sunt ad temperaturæ cognitionem,non de optimis moribus,aut vitiosis,qui ex philosophia hominibus adueniunt,sed de insitis vnicuiq; ac naturalibus,nos exposuisse.

Cõ.43. Cũ declarauit signa cordis frigidioris & humidioris,declarat signa frigidioris & siccioris,& dicit, FRIGIDVM

C VERO &c.i.sed cor frigidius & siccius temperato efficit pulsus duros & paruos,duros qdem ex siccitate:paruos vero ex frigiditate,sicut in simplicibus distẽperantijs edocuimus. Deinde dicit, SPIRITVM &c.i.& efficit respiratione cõpetentẽ,si thorax fuerit paruus fm ꝓportionẽ frigiditatis cordis.Et intellexit per cõpetentẽ,nõ tẽperatam siue mediocrem inter magnã & paruam,quæ tẽperantię cordis signũ est(sicut superius intẽdebat,cũ in capitulo de corde frigido dixit,ꝙ pulsus sunt in eo minores cõpetentibus)sed vult hic nõ absolute cõpetentẽ,sed cõpetentem pulsibus,i.pulsibus consimilẽ. Alia aũt translatio habet æqualem:& oportet intelligere æqualẽ,i.proportionalem pulsibus. Semper.n.respirationes sunt similes pulsibus non contraoperante cerebro circa pectoris quantitatẽ,propter causam,quæ à nobis superius dicta est. Deinde dicit, SI VERO &c.i. sed,si ꝓpter cerebri magnitudinẽ thorax fuerit maior,q̃ frigiditas cordis habeat rñdere,tunc ad maiorẽ ipsius dilatationẽ sequentem magnitudinem dilatati,nõ fortitudinẽ calidi tumescentis sequitur pluris aeris ingressus,ad quẽ quoq; maior caloris obtusio,& ad hanc tardior & rarior iterata tumescentia, sicut superius diximus. Deinde dicit, MINIME VERO &c.i.& hi tales minime oĩum irascibiles,ꝓpter siccitatẽ qdem,quæ est minime imprimibilis:ꝓpter frigiditatẽ vero nihil ad vindictam sumẽdã dispositi,sicut palã est ex dictis. Deinde dicit, COACTI VERO &c.i. sed,cum cogunt irasci,seruant memoriter iram suã,non semp sicut irati(memoria.n.iræ nõ facit irã)sed sicut semper odientes,quod iniuriã fecit:& causa huius est tenacitas fixionis in sicco. Et recte qdem,coacti,inquit,nõ enim

D de facili irascunt(vt dictũ est) sed ex magna causa. Deinde dicit, SVNT VERO &c.i.tales sunt maxime oĩum nudi pilis circa pectus : & est causa huius priuatio tã materiæ,q̃ efficientis pilorum : & iam diximus in præmissis, quid sit efficiens,& qd materia pilorum,nec oportet ĩmorari. Deinde dicit, ET DE PARVITATE &c.i.determinandum est de paruitate thoracis,& de frigiditate,& siccitate totius corporis, sicut in alijs cordis discrasijs, vnum tñ(addit)cõmemorantibus nobis cõmunem canonẽ,obseruandũ qdem in oĩbus,quæ dicta sunt,s.ꝙ,quæcũq; sunt dicta à nobis de moribus ante & modo in discrasiarum cordis cognitione,aut fm aliquem alium librũ

ca. 1. ad cognitionem alicuius cõplexionis,sicut in lib.de cõplexionibus,aut in libro de bona habitudine corporis,intelligenda sunt de habitibus naturalibus,qui improprie dicunt morales,nõ infientes à more & consuetudine,sed

5. ma à natura:& non de habitibus acquisitis exercitatione philosophica,qui proprie dicunt morales,à more facti,sicut

imo. dicit Philosophus.Et causa huius est,quia ex acquisitis non est cognoscere cõplexionem naturalem,cum sępe contingat ab exercitatione acquiri mores contra inclinationem naturæ. Attendendum est tamen hic Principis dictum,ꝙ,sicut mali mores,videlicet naturales,malitiæ cõplexionis speciem sunt sequentes,sic,cum ex consuetudine acquiruntur,sequitur eos malitia cõplexionis:& similiter,sicut boni sequuntur temperantiam,sic,cum ex consuetudine acquirunt,sequit eos tẽperãtia : & hoc est dicere,ꝙ,sicut innati sunt signũ cõplexionis,sic acquisiti sunt causa. Sicut.n.sequitur aĩa corpus in suis cõplexionibus,sic & corpus animam in suis meditationibus.

SED DICET ALIQVIS, ꝙ,quãdo dicit non esse dictum hoc pro bonis aut prauis moribus exercitatorũ ex philosophia,videtur innuere,ꝙ philosophia practica, quæ circa opera humana versatur,doceat exerceri etiam in prauis,sicut & in bonis. Nisi esset,ꝙ scientia est vna cõtrariorũ,quæ,quamuis sit vnius scilicet vt amplectẽdi,

alterius vt repudiandi, tamen docet essentiam & modum generationis vniuscuiusq;. Fortasis autem non hoc E
vult, cum dicit, exercitatorum in philosophia, sed intelligit per philosophiā generaliter tàm leges, q̃ disciplinas, &
artes oēs, & quęcunq; alium vitæ modū, ex qbus hoīes diuersimode morigerantur. Mores enim Christianorū alij
sunt à moribus Iudęorū, & Maumeticorū, & Gentiliū: adhuc aūt alij sunt mores Religiosorū, q̃ Seculariū: adhuc
alij sunt mores Studentium in liberalibus ab his, qui in mechanicis versant̃: adhuc aūt alij sunt mores Scriptorū,
alij Mercatorum. Docet aūt hoc in loco Hali discernere mores naturales ab acquisitis per hoc, vt sciatur, q mo-
res debent̃ ei ex lege, seu vita, vel cōuersatione, vel arte: & consideret̃, ad quos mores redeat, cū excitauerit eū forti-
ter aliqua rerum insolitarum, qm̄ illi erunt naturales, ex qbus erit dignoscere de naturali cōplexione ipsius. Dicit
enim, ꝙ homo fuit calidi cordis, q sup domesticos & seruiētes suos habebat mores lupinos, & tn̄ erat ei dilecta reli
gio, & castitas, & opera mansuetudinis & iustitię ex conuersatione & lege, irascebat̃ tn̄ de facili sup illos, & erat sup
eos tyrannizans. Sed in veritate, q de facili dimittit acquisitos, recurrens in naturales, probat eos nondum sibi
habitualiter inhæsisse, nec adhuc ꝑprie posse mores nominari. Dicit. n. Philosophus in primo ethicorū. Circa ni- capite 14.
hil existit sic humanorū operum cōstantia, vt circa operationes, quæ sunt ẜm virtutes morales: pmanentiores. n.
disciplinis & hæ videnť esse, non. n. fit obliuio circa eas, sicut circa disciplinas. Sed est qdē consideratione dignū,
ꝙ aliq sunt mores naturales, cōmunes vni patriæ, & vni regioni, q debent̃ eis ex cōmunitate aeris, à quo degūt:
ꝑpter quod mores vnius climatis diuersi sunt à moribus alterius. Adhuc aūt & alij sunt mores orientis ab his, qui F
occidētis: Imo ēt ex īmutatione stellarū errantium in longitudine & latitudine vitia & consuetudines īmutantur,
sicut dicit Ioan. Damascenus. Ex talibus aūt moribus, licet cōnascant̃, nihil est significare super re speciali de com apho.99.
plexione vnius hominis, sed super complexione cōmuni regionis: propter quod oportet, ꝙ ista sciantur apud vo-
lentem per mores de alterius complexione iudicare &c.

Hepatis calidi cognitiones, venarum amplitudo, rubea cholera multa, in tēpore vero augmasticæ ęta- Ant.
tis & nigra. Calidior ipsis est sanguis, & propter hoc & vniuersum corpus, nisi ea, quę secundum cor, con-
traoperentur. Pilositas eorum, quæ secundum hypochondria & ventrem est.

Hepatis calidioris indicia, venarū latitudo, flaua bilis abundantior, in cōsistenti vero ętate ēt atra. Cali- Leo.
dior ipsis sanguis, atq; eadē rōnę corpus vniuersum, nisi obstiterit cor. His vēter & hypochondria hirsuta.

Cum declarauit signa corporis ægri simplr̃ penes signa distēperantiarū cordis, declarat signa illius penes signa Cō.44.
distemperantiarū hepatis, & primo penes signa distemperantiæ eius in caliditate, & dicit, HEPATIS &c. i. signa
hepatis calidioris tēperato sunt hæc, s. amplitudo venarū: quod qdem est signum sumptum à casibus cōplexionis
eius. Siue. n. origo venarum nō pulsantiū sit à corde, vel hepate, siue neutrū sit horum, semp tn̄ hepar cū sit mem-
brum nobile, præpositū à natura digestioni sanguinis, & per hoc habens influere super toto, siquidem fuerit cali- G
dum, ipsas venas, p quas sanguinē īmittendo influit super toto, latiores efficit: caliditas enim dilatatiua est, sicut fri
giditas constrictiua. Manifestū est enim, ꝙ venæ, p quodcūq; mēbrum calidū transeant, apud ipsum latiores fiunt,
sicut in oculis calidioribus palam est. Quare non est mirum, si mēbrum influens sup toto per venas, disponat ipsas
penes sui cōplexionem non solū apud se ipsum, sed ēt apud totum. Sed in veritate, cū vena sit vas sanguinis, ne-
cessarium est ipsam initiari, vbi & sanguis initiatur: sed sanguis in corde initiatur, qm̄ hoc est & primo nutritum,
sicut & primo genitū: sanguis aūt oībus sanguinē habentibus est extremū nutrimētū, vt dicit Philosophus: quare 2. de pt. c. 3.
initium sanguinis inde est. Cuius signū dicit esse Philosophus, ꝙ apud embryonē inuenitur sanguis in corde, nō-
dum distinctis venis, quod nō cōtingit in hepate: non. n. est in eo sanguis, nisi sicut in vena: in corde aūt est sicut in
vena, & sicut in fonte, dexter. n. ventriculus habet sanguinē non sicut vena, sed sicut fons. Quare origo venarū ne-
cessario est a corde: hoc enim, sicut est inter mēbra primo nutritū, sic & alijs principiū est nutriendi nō solum per
emisionem virtutis in alia, sed ēt nutrimenti. Sed, qm̄ alteratio ciborū, donec in silitudinem cadant cibatorū,
non potuit esse subita, ꝑpter distātiā ipsorū ab illa, oportuit has alterationes gradari. Quia vero nutrimentū debet
vniri nutrito, & in substātiam ipsius transire, siccū vero nō erat de facili per corpus discurribile, vt omni membro
posset præsentari: neq; ēt præsentatum erat facile vniri, & in ipsa cōuerti, oportuit nutrimētum per humidā sub-
stantiam fieri. Quare necessarium fuit ex cibis humidā substantiam assugi, siccā vero separari, hoc autē fit per di- H
gestionem primam resoluentē & liquantem. Si aūt sic assucta subito transmutarentur in cor ante ipsorū iteratam
decoctionem, & vlteriorem depurationem, sui acerbitate & impuritate calorem eius innatū confunderent: quare
oportuit hanc depurationem fieri per digestionem secundā. Sicut aūt primæ natura pręposuit stomachum, sic se-
cundę præposuit hepar. Est ergo hepar in aīalibus digestionis gratia, sicut dicit Philosophus: ipsum. n. chylum as- 3. de pt. c 7.
sumptum primo sanguificat, & depurat, vt sit aptior vlteriori digestioni suscipiendæ in corde, quæ potest dici ter-
tia digestio, sicut vniuscuiusq; postea membrorum quarta. Sanguificat autem ipsum sua carnosa substantia, quæ
est sicut sanguis coagulatus, quasi sanguis sit cibus cōuersus ad silitudinem hepatis. Neq; fuit ei creatum spacium
amplum vnū ad continendū chylū, sed ramosum & dispertitum, vt sit cōprehensio eius totius super chylum vehe
mentior, & pasio dispertiti chyli ex eo cōpletior & velocior. Vena ergo chylis, quæ à dextro cordis descendit in
gibbū hepatis, ramificatur in substātia hepatis, & dispartitur ibi in partes plurimas, vt plurima sit in eis chyli san-
guificandi cōprehensio: inter quas cōtexitur caro hepatis cōprehendēs & digerēs: quæ apud simā iterum in vnum
coeunt, quę dicitur porta. Hęc aūt procedens dispartitur in ramos multos, qui sparguntur in fundum stomachi &
intestina, & dicunt̃ venæ meseraicæ, quarū est chylum ab illis sugere & ad portā ducere. Cum ergo hepar chylum
cōprehēderit, sanguificat ipsum totū, quātū posibile est: humor. n. generatus in hepate p intētionē naturę non est
nisi sanguis: hic enim solus hepati similatur, propter quod supra diximus, ꝙ sanguis videt̃ esse cibus conuersus ad

silitudinē

A ſimilitudinē hepatis. Cui ergo ex humoribus hepar nō ſimilatur, ad illius generationē non eſt ordinatū à natura:
ſed tales ſunt oēs præter ſanguinem: ergo nulla eſt intentio naturæ generare in hepate alios humores à ſanguine.
b.2.cap.3. Adhuc aūt (ſicut dicit Philoſophus in lib. de partibus aīalium) ſanguis eſt extremū nutrimētum oībus ſangui-
nem habētibus, exanguibus aūt, quod proportionabile: nō dicit aūt de aliquo aliorum, ꝙ ſit extremū nutrimētū.
Aſſumo igiť ex hoc, ꝙ id, quod nō eſt ſanguis, nō eſt nutriēs ſanguineū aīal: ergo non expedit naturę ad nutrimē-
tum aliū generare humorē à ſanguine. Adhuc ēt, cū intentio humoris ſit nutrimētum: nō nutriat aūt, niſi dul-
ſē. & ſenſ. ce, ſicut dicit Philoſophus: nō erit de intentione naturę generare aliquid amarū, aut acetoſum, vel inſipidū crudū,
ib.2. ca.9. quæ oīa contriſtantes & male morigeratos humores vocat Gal. in lib. de naturalibus virtutibus. Propter quod ēt
excludit natura eos, & emūdat corpus ab eis, non. n. ſunt de intentione eius, ſed accidētes ei ex natura materiæ nō
vnigeneę, neq; potis ſm omnem ſui partē ſuſcipere actionē caloris æqualē. Huiuſmodi. n. ſapores horribiles ſunt
naturæ, neq; videnť expedire aīali ſm naturam ſe habēti: nos. n. nō videmus, ꝙ guſtui noſtro vnq̄ placeant, dū ſani
i.4.diſti.2. ſumus perfecte, oīs. n. famelicus ſanus deſiderat ſatiari dulci & pingui, ſicut dicit Gal. in lib. de ſimplici medicina:
ap.1. aliqñ tñ propter diſpoſitiones ægritudinales ad illa recurrimus, ſicut ad cōtraria, q̄bus reducimur ad naturā. Inde
ib.1.cap.1. eſt, ꝙ id, quod purgať ex cibis primum, tres habet modos, ſicut Gal. dicit in lib. de iuuamētis mēbrorum: quoddā
enim eorū eſt, vt fęx, quæ eſt quaſi cortex vuarū: deinde fęculentū, quod deſcēdit in vinū: deinde ſpumoſum, quod
B ſupernatat: Primū q̄dem ſeparať in digeſtione prima, quę ſtomachi: ſecūdū vero & tertiū ſegregatur in digeſtione
ſecūda, quæ hepatis, ante ſcilicet, q̄ eleuetur ad cōuexum ipſius. Superfluitas vero aquoſa, quę adhuc ſeparanda eſt
ante, q̄ nutriat, ſ. quæ diciť ab Hippo. deferēs cibū, non debuit ſeparari, donec adiuuaret tranſitū ſanguinis in ve-
nas hepatis ſtrictas: quo pacto diſtinguiť ſicut inutilis exiſtēs: & prima q̄dem ad inteſtina mādatur, ſecūda vero ad
ſplenē, tertia vero ad cyſtim, quarta vero ad renes. Videtur ergo in chylo aſſumpto in meſeraicis triplex diuerſitas
ſupfluitatum. Sed, qm̄ ſuperfluitas atteſtatur ei, cuius eſt ſupfluitas, oportebit, ꝙ triplex ſit remanēs in defęcata ſub
ſtantia. Nam, quia ex chylo aliq̄d eſt vnctuoſum, aliq̄d aqueum, aliquid vero terreſtre, nō erit totus chylus æqualř
paſsibilis à calore: quare oportebit has ſubſtātias in ſanguine inueniri, cuiuslibet aūt illarū eſſe aliquā ſupfluitatē,
īmundiorem videlicet partē, à qua natura defęcans ſanguinē, & ſeorſum ponēs, alios præter ſanguinem humores
videtur generaſſe: q̄bus ēt ita genitis curioſa natura vtitur ad quędā, quæ nō eſt opus hic referre, more boni œco-
nomi, qui ēt ex ſupfluo ſubſtātiæ domus ſuę nihil relinquit ocioſum. Sic ergo verū eſt, ꝙ oēs reliqui ſm naturam
humores ſimul cū ſanguine generātur, quāuis nō de prima intētione naturę: cuius cauſam referimus ad heteroge-
1.primi do. neitatē materię non ęqualř paſsibilis à colore. Quare, cū Princeps & reliqui medici dicūt, ꝙ tēperatus calor gene-
4.ca.2. rat ſanguinē, ſupfluus vero cholerā, & adhuc magis ſupfluus melancholiā, diminutus vero phlegma, nō eſt intelli
gendū, ꝙ in vno hepate tantę diuerſitatis calor exiſtat, ſed ꝙ vnus & idē calor ad heterogeneitatē materię cōpara-
4.de reg. ſa. tus has oēs habet diuerſitates. Sed hoc dictū videtur eſſe contrariū ei, quod Gal. dicit quarta particula ſanatiuæ
verſ.med.l. methodi. Dixit enim, ꝙ in medio ſanguis eſt & cholericorū & phlegmaticorū humorū: illi enim, i. cholerici ſup-
C digeſto p̄ficiuntur ſanguine ſicut ſupdigeſti oīo & vltimo facti ſanguis in īmenſitate caloris: hi aūt, i. phlegmatici
velut ſemidigeſti, p̄ficiūtur nondū facto ſanguine, i. ante, q̄ cibus certiſsime fiat ſanguis. Ex quo videtur ſuppone-
re, ꝙ neq; ſimul generētur humores, nec ēt materia eorū heterogenea ſit, ſed ꝙ calor ſm principium ſuę actionis
apud vnā & ſimilē p totū materiam debiliores faciat trāſmutationes, poſt tēpus vero fortiores, & fortiores: vt ſit
q̄dem dicere, ꝙ vnus humor materia eſt ad alterū, ſicut phlegma ad ſanguinē, ſanguis ad cholerā, cholera ad melā-
choliam. Et eſt ita q̄dem, p̄culdubio (ſicut dicit) apud homogeneitatē materię ſuſcipiētis continuatā actionem
naturalis caloris. Sed, qm̄ melancholię ſpecies, quā naturalē dicunt, nō eſt p viā aduſtionis generata, ſed p viam hy
poſtaticę reſidētiæ: adhuc ēt qm̄ interceptio naturalis actiōis caloris, p̄pter aſsimilationē materiæ noui chyli nihil
p̄hibet ēt ſm omnem diſpoſitionē ex oī cibo vſq; ad quantūlibet digeſto has oēs diuerſitates humorū in corpore
reperiri, licet ſm plus & minus penes materiā & efficiens, Conueniens nobis videtur primam cauſam diuerſitatis
humorū ponere heterogeneitatē materiæ: eſt. n. ſanguis heterogeneę naturę, quod q̄dē oſtendit diuerſitas ſupflui-
tatum ab eo ſeparatarū. Cum aūt dicimus ſanguinē eſſe heterogeneę naturę, nolumus dicere, ꝙ nō ſit res vna,
queādmodū vnum cōmiſtum habēs partes ſm ſenſum aſſumi poſsibiles in totū cōſimiles (quęlibet enim pars ſan
guinis ſanguis eſt) ſed volumus dicere, ꝙ cōmiſtio eſt debilis propter poſſe de facili diſcerni in ſubſtātias diuerſas,
quarum quęlibet exiſtens adhuc cōſimilis quātum ad ſenſum, non eſt expers cōmiſtionis ex elementis.

D VOLVNT AVTEM oēs medici heterogeneitatē eius eſſe ex quatuor ſubſtantijs, ſ. ex cholera, phlegmate, &
melācholia, & ſanguine, aſſerētes ſanguinē dici de duabus ſubſtātijs, ſ. de toto cōmiſto, quod eſt in vena, & de quar
to ſimplici illius cōmiſti, quod q̄dē dicunt eſſe puriorē partē illius cōmiſti, & tēperamēto viciniorē. Propter quod
capite 8. dicit in 2 de nat. virtutibus ſanguinē q̄dē moderati caloris, cholerā vero īmoderati exiſtere germē. Dicūt ēt ipſum
eſſe alias ſubſtātias quātitate ſuperantē, & p̄pter hoc, totū cōmiſtū à ſe denominatū: in oī. n. ſucco bulliēte dicunt
tales quatuor ſubſtātias reperiri, quod in muſto volūt eſſe manifeſtū. Gal. nāq; in 2 de nat. virt. ſcrutās humorū
generationē, talē explicat in ſanguine ſubſtātiarū quaternitatē: vnde cōtra Eraſiſtratū, q̄ genus humoris melācho
lici auferebat, oſtēdit eſſe quatuor cōiugatiōes craſiū in humoribus, ſicut in alijs multis rebus, ſ. calidū & humidū,
in prin.2.li. & calidū & ſiccū, frigidū & humidū, frigidū & ſiccū. Idē ēt in lib. de elemētis oſtēdit elemēta ſecūda eē quatuor,
ſicut prima, ſ. ſanguinē, phlegma, cholerā, & melancholiā, corrñdētia aeri, & aquę, igni, & terrę. Dicit enim, ꝙ oīa
mēbra aīalium ſanguinē habētium fiunt ex ſanguine currēte ad matricē ex matre, & ꝙ cū illo ſanguine admiſce-
tur vtraq; cholera, & phlegma, volens hos tres humores admiſceri ſanguini, ſicut quarto & ſimplici. Sicut enim
ait, ſi ſanguis eſſet res vna, eſſet ſecūdum ſimilitudinem vnam in omnibus diſpoſitionibus, quod non apparet ita.
Aliquādo enim (vt dicit) vincit ſuper ipſum aliquid nigrum terreſtre, ita vt declinet color corporis totius ad ni-
gredinem: aliquando vincit ſuper eum aliquid rubeum clarum: aliquando vero aliquid rubeum profundum, vt

cognoſcatur vtrunq; in colore corporis & capillorum : aliqñ aliquid album,vt cognoſci poſsit & hoc in colore corporis & pilorū. Adhuc aūt ex auctoritate Hippocratis ibidem volens oſtēdere eundē ſanguinē venarum non eſſe rē vnam,puram,ſimplicē, ſed eſſe in eo quatuor ſubſtātias dixit,Inquit enim,ſi dederis hoī in potu medicinā extrahentē phlegma,inuenies eā educere phlegma ſiue vomitu,ſiue ſolutione ventris:&,ſi dederis extrahētē choleram rubeā,inuenies eā educentē illam:&,ſi dederis extrahentē cholerā nigrā,inuenies eā educere illā:&,ſi vulneraueris locū corporis,curret ex eo ſanguis.Dicit ēt adhuc idē,ꝙ,ſi bibaꝛ medicina educens cholerā,euacuabit primo cholerā,deinde,ſi ſupfluat eius virtus,euacuabit phlegma,poſtea vero melancholiā,vltimo aūt ſanguinem,ex hoc viſus oſtēdere,ꝙ,cū medicina hos humores vel plurimos horū educat ex venis,in venis talis ſit humorū quaternitas. Hanc ēt ſententiā(vt puto)tenuit in lib.de hu.qui nondum exijt in latinam linguam. Sed nos ad hāc eius intentionē de ſanguine textū obſeruabimus,& nō mentē,de pręſumptione qdem poſtulantes veniam,ſi diuertendum nobis appareat à ſentētia tanti viri,maxime qñ librum eius explanamus bene qdem ſcientibus,ꝙ oīs cōtradictor in primis,cū eſt ſup veritatē,eſt excuſatus. Dicemus ergo videri nobis heterogeneitatē illius cōmiſti, quod eſt in venis,ex tribus cōſtare manifeſtis ſubſtātijs tm̄,ſ.terreſtri, aquoſa,& ſpumali,quarū vna ꝓportionaꝛ melancholię,reliqua phlegmati,tertia cholerę:ex qbus ẜm ꝓportionē cōmiſtis reſultat ſanguinis tēperamētum. Propter quod aliqñ dicimus ſanguinē cholericū,aliqñ melancholicū,aliqñ phlegmaticū, à dominio vnius eorū in cōmiſto:nō dicimus aūt ſanguinē ſanguineū,ſicut à dominio alicuius quartæ ſubſtātię ꝑter dictas,ſed dicimus eū tēperatum à tēperātia miſtiōis illarum trium ẜm decentē ꝓportionem ad opus naturę:& hoc eſt,quod ſimplr̄ diciꝛ ſanguis ſine hac additione cholericus,vel phlegmaticus,vel melancholicus. Et ex hoc patet,ꝙ nihil eſt dicere,ꝙ phlegma naturale,& cholera,& melācholia naturalis ſint admiſta ſanguini,ſed potius ſanguis ipſe eſt tales tres ſubſtātiæ ſibi inuicē cōmiſtę,quarū quęlibet ꝓportionaꝛ ſuę cōpari ſupfluitati. Quare,cū diciꝛ choleram vel phlegma eſſe in ſanguine,nihil aliud intelligaꝛ,q̄ ꝙ ſanguis ipſe ſit cholericus vel phlegmaticus. Venamur aūt hāc ſentētiam ex pluribus ſignis. Primū.n.quia nullam rōnabilē cauſam eſt fingere,quare natura iſtū humorem quartū ſimplicē,alijs tēperatiorē,& quātitate maiorē nō deſęcaſſet oīo ab alijs,vtens eo vt ſimplici,ſi eſſet ibi. Cōmiſtio.n.eius ad amarū,& acetoſum,& inſipidum debet facere ipſum horribilē naturę:nos.n.videmus,ꝙ guſtui noſtro nunq̄ placet hęc miſtura,dū ſani ſumus. Nec obuiare videꝛ his id,quod dicit Ari.in lib.de ſenſu & ſenſato. Cum.n.ibi dixiſſet,ꝙ aīalia & plantę nutriunꝛ dulci,adiunxit,Commiſcenꝛ aūt & alij ſapores ad cibū eodē modo,quo ſalſus & acutus pro cōdimēto,ꝓpter cōtrahere ipſum,eo ꝙ nutrimētum nimis ſit dulce. Talis.n.cōmiſtio nō ſit niſi ad acqrendū nutrimēto maius tēperamentum,& decentiorē ꝓportionem ad corpus:quod talis quarta ſubſtātia ex ſe ipſa videꝛ habere ẜm medicorū poſitionē. Dicere aūt,ꝙ cholera debuit admiſceri ad nutrienda mēbra calida,& ad adiuuādū penetrationē ſanguinis:& melācholia ad nutriēda mēbra denſa frigida,& ad adiuuādam ſanguinis ſpiſsitudinē,& hmōi,quæ Gal.refert in lib.de iuuamento mēbrorum,nihil eſt.Sanguis enim,quē quartū dicunt humorē,licet ſit apud eos tēperamēto vicinior,calidus tñ eſt & ipſe ẜm medicorum poſitionem,& potēs penetrare,& inſpiſſari p vlteriorē decoctionē, & nutrire hæc & illa:nutrimētum.n.eſt patiens,& nō agens actione,de qua cureꝛ,quare cōuertiꝛ ẜm naturā agentis in ipſum. Videmus nāq; oīa homiomera,tantæ diuerſitatis ad inuicem exiſtētia,ex eodem ſanguine,& ſimilē cōmiſtionē habente uutriri,ſicut & generari,ſicut poſt dicemus. Nutrimētum ēt nō exhibetur ſimile mēbro,ſed mēbrum ipſum ſibi aſsimilat. Quare nō oportuit,ſi ſanguis eſt vnus humor,quartus,& ſimplex,ꝙ natura derelinquat ſibi admiſtos reliquos humores,potens eo vti perfecte depurato ad nutrimētum oīum:aut ad minus deberet eo vti ſimplici ad nutrimētum æqualiū mēbrorū,ſicut carnis:quod nequaq̄ eſt ſpectare factū,nec ēt ipſi cōcedunt,manifeſte aſſerētes nuſq̄ ſimplicē reperiri. Qm̄ ergo natura hoc nō videtur feciſſe,ſeqtur ex hoc,ꝙ in miſto,quod eſt in venis,nulla eſt ſubſtātia quarta,quæ ꝓprie dicatur ſanguis,cui aliæ tres ſubſtātiæ cōmiſceantur. Adhuc ēt ſignū huius eſt,ꝙ ſanguis vere,quātūcūq; melius digeſtus,& magis deſęcatus,magiſq; tēperatus,cū emanat à vena in aliquod vaſorum,inuenitur ſegregari in ſolas tres ſubſtātias pręd ictis cōſimiles,quēadmodum facit vinū quātūcūq; deſęcatum,ſi tranſmutetur in aliam vegetem.

Adhuc ēt ſignum huius eſt,ꝙ lac,quod nihil aliud eſt,q̄ ſanguis iterata quadā decoctione decoctus,nō ſeparatur niſi in tres ſubſtantias pręd ictis cōſimiles,ſ.caſeū,butyrū,& ſerum. Quòd ſi dicat aliquis butyrū nō aſsimilari choleræ,non intellexit ſic dicens,ꝙ maxime vnctuoſum & pingue materia choleræ eſt:ſed deficit efficiens in mamilla propter modici eſſe caloris mamillam:quod.n.eſt vnctuoſum de chylo & ſanguine,ſuperexuſtum cito cholericum ſit,ſicut Gal.dicit in lib.de virtutibus naturalibus. Hoc.n.tale,ſi calorē inueniat excedentē, de facili eſt vribile:propter quod in calidis naturis amplius dominatur hæc ſubſtātia,q̄ in frigidis ēt ab eiſdem cibis,quia plus de chylo ſuperardet in eis. Quòd ſi adhuc ſuperexcedit vſtio,tūc incineratur, & fit abundās ſubſtantia terreſtris. Quare dicemus,ꝙ ſpumalis ſubſtātia duplex eſt,quarum vna materia eſt ad alteram : quędam enim eſt ſicut vnctuoſitas & pinguedo : quædam aūt ſicut res ſuperexuſta & ignita,quæ magis proprie dicitur ſpuma,q̄ prior, vtraq;.n.talium ſupnatare apta nata eſt. Nec pōt quis dicere ꝙ ſubſtātia pinguis ſit illa quarta ſubſtātia, quā proprie medici vocant ſanguinē,cū illa ſit valde pauca quātitate,eo ꝙ eſt ſicut condimētum,hoc aūt debet eſſe paucū in cibo,ſicut dicit Philoſophus:medici aūt dicunt ſanguinem ꝓprie dictum ſuperare alios in quātitate humores.

Adhuc ēt ſignum huius,ꝙ tres tm̄ ſunt ſuperfluitates,quæ ab eo ſecernuntur,ſ.hypoſtaſiua,aquea,& ſpumalis ſeu cholerica,oportet.n.quālibet ſupfluitatē atteſtari ſuę ſubſtantię. Si ergo eſſet in eo quarta ſubſtātia,oporteret illius aliquam fuiſſe ſupfluitatē,ſicut aliarum,non.n.pōt aliquis dicere illas tres ſupfluitates fuiſſe ſanguinis,ſicut quarti & ſimplicis,cū adhuc videamus in illo cōmiſto ſubſtantias remanſiſſe,fæcibus illis proportionales. Ipſe ēt Gal.dicit in lib.de naturalibus virtutibus,ꝙ de melancholia & cholera remanſerunt in ſanguine partes puriores. Si ergo ſunt aliquæ ſuperfluitates phlegmatis,& choleræ,& melancholiæ remanentiū in ſanguine,ſicut impuriores partes illarum, oportebit eſſe aliquam ſuperfluitatem ſanguinis,ſicut quarti; ſi aūt tota cholera,melancholia,

& phlegma

Margin: E (beside line 1); F (beside "in cōmiſto:nō dicimus…"); circa mediū libri. (beside "de ſenſu & ſenſato"); li.5.ca.4. / G (beside "iuuamento mēbrorum"); H / li.2.ca.9. (beside "mamilla … de virtutibus naturalibus"); 2.de virt.natu.c.9. (beside "de naturalibus virtutibus").

A & phlegma ſunt ſuperfluitates ſanguinis,ſicut quarti,& horum adhuc eſt alia ſuperfluitas,tunc ſequeretur,ꝙ eſſet ſuperfluitatis ſuperfluitas,& abiret in infinitum. Adhuc aūt nec vlla iſtarum trium ſuperfluitatum atteſtat̃ ſanguini,ſicut quartæ ſubſtantiæ,cū nihil ei ſimilet̃,quod ꝓprie ſubſtantiam vocant,ſeu ſanguinē:oportet aūt ſuperfluitatem aſsimilari vtili reſiduo. Sicut ergo pars melancholica,& cholerica,& phlegmatica,quę ſunt in cōmiſto venarū,habuit aliquid fęcis,ſic & pars ſanguinea, quā quartā dicunt eſſe ſubſtātiam,debuit habere:quod nos nequaq̃ videmus:quare neceſſariū eſt ſuperfluitates prędictas eſſe ſupfluitates illius cōmiſti,corrn̄dentes tribus ſubſtantijs,quæ in eo. Neq; rōnabiliter finget qs,ꝙ hypoſtaſis vrinæ ſit ſuperfluitas ſanguinis ſicut quartæ ſubſtantiæ,qm̄ nō aſsimilatur ei,quā vocant quartam ſubſtātiam:dicit.n. Gal.ꝙ eſt illud de cibo,quod refugit actionem naturę apud cōuerſionē ſuā ad ſanguinē:ergo eſt illud,quod nō conuertit̃,ſed remanet ſicut chylus:quare eſt ſupfluitas cōmunis tribus ſubſtātijs,quę in chylo. Adhuc aūt ſignum huius,licet debile,videt̃,ꝙ nulla eſt medicina laxatiua,quę ſit principalr̄ & prius eductiua ſanguinis qualitercūq; dicti,nedum ſanguinis ſicut quarti & ſimplicis:eſſet aūt aliqua eductiua quartæ ſubſtātiæ,ſicut & eductiua cuiuslibet aliorū trium:ſed hoc oīo latet medicos:quare īpoſ͛e eſt ob aliud eſſe,q̃ quia talis quarta ſubſtātia nō inuenitur.Sanguis enim,quātūcūq; purus & magis defecatus,ſemper heterogeneę eſt naturę,ex prędictis tribus ſubſtātijs cōſtās nō fortiter cōmiſtis,& in has tres manifeſte ſeparabilis. Non fuit aūt neceſſarium in natura eſſe medicinā,quæ hoc cōmiſtum purget : ſupflueret
B enim,cū poſſet apertione venæ educi cōmodius:quare natura non dedit nobis talium aliquā.Sed,quare quælibet aliarum,qn̄ ſuperflue purgat,educit illud,poſt dicemus. Adhuc aūt certiſsimū ſignum huius eſt,ꝙ nulla eſt febris de putredine ſanguinis,ſicut quarti & ſimplicis:eſſet aūt,ſi hic humor inueniretur,ſicut eſt de putredine aliorum.Quòd aūt non ſit febris ex eo,palā eſt ex hoc,quia,ſi eſſet aliqua ex eo continua , oporteret aliquā eiuſdē generis eſſe interpolatam:ſed nō eſt ex eo aliqua interpolata,ſicut videmus,& oēs confitent̃ : ergo nec cōtinua:quod
o.2.cap.9. Gal.credidit in libro de differentijs febriū,licet ex alia cauſa,quā Princeps nitebatur reprobare.Quòd aūt oporteret ſic eſſe,palā eſt:nā cholera,melancholia,& phlegma,cū putreſcunt extra venas,putreſcunt in medijs regionibus,ad quas refudant ex venis:aut in qbus ēt ex eo,quod in illas influit,nutrimēto generant̃, ſicut paulo poſt patebit:ſed ad eaſdem debet refudare illa quarta ſubſtātia,quā proprie ſanguinē vocant,niſi.n.ad eas refudaret,nō nutriret : quare,ſicut accidit ibi putredo cuilibet illorū,ſilr̄ debet poſſe accidere ſanguini ſicut quarto & ſimplici,ex eiſdē & paribus cauſis : ſed hoc cōſtat eſſe falſum. Nec ſufficeret vnq̃ ad hoc dicere,ꝙ refudat ſemper miſtus alijs tribus,ſicut in venis admiſtus eſt eis,eo ꝙ,ſicut cōfitent̃ accidere ei putredinē in venis,vbi eis eſt cōmiſtus,ſilr̄ neq; poterit denegari,ꝙ accidere poſsit ei extra venas,vbi ſimilem habet miſtionē. Sed dicet aliqs,ꝙ natura expellit alios tres humores ex venis ad medias regiones,cū ſuperfluunt ei,aut alicuius malæ qualitatis exiſtunt,per quam diſponunt̃,vt fiant cauſa ægritudinū aut putredinū:ſanguinem aūt,quē quartam dicūt ſubſtātiam,ſicut filiū,pro theſauro cōſeruat in vena,vt nō refudet à vena,niſi paulatim cōuerſus ad aliud genus humoris,quod dicitur ros, ſicut qdem nutritiuus exiſtens,& nō ægrotatiuus:ex quo dicet nō poſſe fieri interpolatā de ſanguine ſicut quarto
C & ſimplici,quāuis continua poſsit eſſe. Cui dicemus ſicut ſtulte opinanti,quod palā eſt,ꝙ natura non ſecernit illos ex venis ad medias regiones,niſi fuerint qualitatis vel quātitatis præter naturā exiſtentes,& ex hoc diſpoſiti,vt fiant cauſæ ægritudinū & putredinum. Si ergo aliqua pars ſanguinis,quā quartū vocant,eſt ex vlla ſui malitia diſpoſita ad putredinem,nō eſt verſimile naturā,qn̄ ſuper eā prędualuerit,ſemp eam conſeruare in venis loco theſauri,cum facta ſit incōueniens ad nutrimentū,ſed,ſicut aliqn̄ fortem habēs expulſiuam expellit ad ignobiles partes vnūquodq; aliorum,ſegregans ab alijs,ſic & illam quartā ſubſtantiā debet expellere,mūdans ab eo venam,& nō ſicut paulatim conuertens in genus humiditatis,quod dicit̃ ros,ſicut conuertit eū,quo vtit̃ ad nutrimentū. Quare nullo modo videtur ex hoc,ꝙ nō debeat eſſe interpolata de illius putredine,ſicut eſt cōtinua:ſed non eſt interpolata de illo,ſicut oēs dicunt:ergo non continua : quod nō poteſt eſſe ob aliud,niſi quia quartus nō eſt inuenibilis.

Adhuc aūt,qn̄ huic quartę ſubſtantiæ accideret putredo ſiue in venis,ſiue extra venas,periodicaretur ſm̄ aliquē vnum modū diuerſum ab alio,ſicut phlegma deinceps per diē,cholera vero per tertium,melancholia p quartum ſed nos non aliā periodicationē videmus præter dictas. Nec eſt adhuc cōueniēs reſponſio,ꝙ putredo de ſanguine,pro periodicatione facit febrem,quę eſt ſicut vna exacerbatio tm̄,& vnus paroxyſmus:opinās enim hoc,igno-
.1.in fine. rat cauſam verā,vnde febris multorū dierū ſit,ſicut vnicus paroxyſmus. Gal.n.in lib.de differentijs febrium dicit
D hoc eſſe,quia in tali febre nullus eſt patiens locus pręcipuus,ad quem,ſicut ad minerā putredinis,reumatizans humor faciat reuolutionē putredinis,ſed eſt diſperſio putredinis in oībus venis & arterijs,& maxime magnis & cordi vicinis,ſicut dicit:& talem febrem dicit eſſe de cholera,quā ſynocham vocāt. Sed nō eſt neceſſarium putredinē huius quartæ ſubſtantiæ eſſe ſemper cōmunem oībus venis,ſicut nec choleræ, maxime cum apoſtemata ab eis cōcedantur fieri de hac quarta ſubſtantia,in qbus apoſtematibus hic humor alligatus eſt vni mēbro: ergo nec febres ex illa eſſe ſemper,ſicut vnicum paroxyſmum. Nulla ergo eſt putredo ſanguinis in vena,ſicut quarti & ſimplicis, ſed ſicut cōmiſti ex prædictis tribus ſubſtantijs tm̄:hoc.n.vere eſt,quod dicitur ſanguis,& non illud,quod putant, cuius putrefactio ſequitur in proprietatibus dominium vnius illarū trium ſubſtantiarum. Cum enim illius cōmiſtum,quod in venis eſt,ſuperflue calidum eſt,tunc dominatur in eo ſubſtātia cholerica,& dicitur ſanguis cholericus,& erit in eo putrefactio ſequens proprietatē ſubſtantiæ cholericæ:& ſimiliter de alijs.Si enim in vena cholera,& melancholia,& phlegma non ſunt per ſe,ſicut ſeorſum exiſtētes,ſed ſunt partes cōmiſti alteratæ,& confractæ in miſto,non poſſunt ibi putreſcere eo modo,quo putreſcunt in medijs regionibus,vbi ſint ſegregatæ, ſed putreſcit miſtum,ſic habens intemperātiam ex parte vnius illarum,& illius naturam tenet. Quare iſto modo omnis febris continua erit de ſanguine,& nulla eo modo,quo opinantur,non quidem propter cauſam,quam Gal.exiſtimabat,ſed propter non inueniri ſanguinem ſicut quartum.Sunt autem hic & aliæ dubitationes,quas Deo volente tractatu de cauſis exequemur,vbi de febre pauliſper differemus.

11. quarti tra a.2. c.44.

AD INDVCTA ergo pro tali opinione medicorum reſpondemus,& dicimus nō oportere elemēta ſecūnda E
corrñdere primis in numero,ſicut nec tertia corrñdere ſecundis vel primis.Non.n.ſunt quatuor mēbra cōſimilia
tm̄,ſed decē:elementū aūt ſecūdū nō eſt niſi vnū cōmiſtū,ſ.ſanguis menſtruus. Huius aūt eterogeneitas ex tribus
tm̄ conſtat ſubſtantijs ſupra notatis : nec.n.oportet omne humidū cōmiſtum diſcerni poſſe in ſubſtantias,ſimiles
quatuor elemētis,quarū quęlibet ſit adhuc ex elementis,ſicut nec alia miſta.Caulis.n.non diſcernitur niſi in duas
ſubſtātias:roſa aūt in tres:conſilr de alijs,quæ virtutes dicunť habere contrarias ex cōtrarijs ſubſtantijs , debiliter
ſibi inuicē cōmiſtis.Quædam vero fortis cōmiſtionis exiſtentia in nullas alias partes toti diſsimiles,præter elemē-
ta,diſſoluunť,vt oleum:fortis.n.miſtio maiorē facit vnitatē in cōplexione & forma,& ꝓpter hoc in virtute.Neq;
ēt oportet,ꝙ color rubeus profundus ſignificet dominiū quartæ ſubſtātiæ,ſed cōtēperantiam miſtionis ex tribus,
qua ſanguis eſt ſimplr ſanguis. Adhuc aūt nec oportet quatuor coniugationes craſium adaptari quatuor tēpo-
ribus anni,ſicut Gal.ipſe oſtendit in primo de cōplexionibus:aut,ſi oportet illud in humoribus,nullū eſt incōue- cap.4.
niens dicere,ꝙ miſtū ex illis tribus ſubſtātijs,quod dicitť ſanguis , eſt calidus & humidus reſpectu cuiuslibet trium
ſubſtantiarū per ſe conſideratarū,aut ſeorſum exiſtentiū. Apertio aūt venæ nō educit niſi cōmiſtū,nullam ha-
bens virtutem diſcernendi cōmiſtum in ſimplicia,ſicut habet medicina. Quod aūt medicina ſupfluens in pur-
gatione,cū purgauerit oēs tres,vltimo purgat ſanguinem,non accidit illud,quia medicina adhuc diſcreuerit à ſan
guine ſicut quarto & ſimplici , qcqd ei admiſcebatur de tribus:aut quia vltimo purget quartum & ſimplicē ſicut
vltimo reſeruatū , tanq̄ magis dilectum naturæ ex ſuo tēperamento,ſed purgat eū non ſicut quartā ſubſtantiam, F
ſed ſicut adhuc miſtā ex tribus:nec qdem ſicut ſui ꝓprietate attrahens ipſum,ſed ſicut laxans orificia venarū meſe-
raicarum,vt ſanguinem cōtinere nō poſsint,& ſicut mordicans & ſtimulans:cum.n.ſupfluerit,tunc cōmiſtū ſicut
indiſcretum attrahitur,quēadmodum à dolore & calore ſtimulante. Laxo itaq; tunc exiſtente orificio venarū ef-
fluit foras.Si.n.hoc nō fieret,& duraret vita , fortaſsis medicina cōmiſtum totū diſcerneret in ſimplicia,& accide-
ret tunc nihil euacuari de ſanguine. Poſt hoc dicemus,ꝙ hepar,ſicut chylum ſanguificat,ſic ēt ſanguificatum
defęcat à fęcibus , quæ in oī humido bulliente videnť eſſe , ſ.ſpumali,hypoſtatiua,& aquea:ſeu cholerica,melan-
cholica,& aquoſa,hanc qdem ad cyſtim fellis,hāc ad ſplenē,hanc vero ad renes excernens. Eſt ergo hepar ſangui
nis & ſuarū ſupfluitatum principiū,primo operās,non tñ virtutē deputatam operationi primo habens,cū ipſum
non ſanguificet ſola ſui virtute caloris,ſed à corde fluentis:ꝓpter quod penes hepatis cōplexionem oportet in ſan-
guine hanc ſubſtātiā vel illā dominari:ideoq; ſubiunxit, ET RVBEA &c.i.& de ſignis hepatis calidi eſt abundā
tia choleræ rubeæ:& volebat per abundantiā choleræ rubeæ in ſanguine illā,quam medici vocant cholerā rubeā
naturalem. Conſtat.n.ex prędictis,ꝙ generatū in hepate eſt ſanguis,cui ſunt ſuperfluitates,quæ dictæ ſunt,&
quæ ſegregatę,& ſeorſum exiſtentes ſortiunť nomen ꝓprium. Cum ergo hepar fuerit tēperatum,i.habens calorē
ęqualē,fiet,quātum eſt ex ipſo,de chylo ſanguis bonus & ęqualis,in quo nulla prædictarū ſubſtantiarū ſuperfluet
vltra ꝓportionem,quā in eo debet habere. Si aūt fuerit calidum,tūc abundabit in eo ſubſtātia cholerica,dicta
rubea,ſeu rufa,quę eſt calidior trium ſubſtantiarū ſanguinis,ꝓpter ſuperexceſſum eius,cuius materia maxime eſt G
dulcius & vnctuoſius,quod de chylo,hoc.n.de facili vribile modicā caloris ſuperfluitatē inueniens:& ex hoc ama
rum fiet,ꝓpter aduri in eo partem humidā , quemadmodū accidit in melle, ſi ſuperflue coquatur.Erit itaq; per eā
totus ſanguis calidior & rubicundior,ex quo ēt totū corpus erit calidius,niſi contra operetur cor : ſecundū.n.ſan-
guinis diſpoſitionē totū corpus oportet diſponi,ſiquidem ſanguis ad totū perueniens,totius corporis eſt materia.
Et ſignum ab abundantia cholerę,ſumptū eſt ab effectibus virtutis digeſtiuæ hepatis:quod aūt ſumitur à calidita
te totius,eſt ſumptū a caſibus cōplexionis mediantibus effectibus. Eſt aūt hæc ſubſtantia cholerica,quę eſt pars
ſanguinis,rufa in colore,tenuis in ſubſtantia,leuis in motu,& amara in ſapore:illa aūt,quæ eſt illius fęx,eſt ſubſtā
tia craſsior,colore declinans ad citrinū:cuius ſignum eſt citrinari corpora ictericorum,cū prohibentibus oppila-
tionibus ſuperfluitas illa nō excernitur à ſanguine:aut cū ex malitia cōplexionis calidæ plus eſt,quod ex eo gene-
ratur,q̄ quod excernitur. Sunt aūt præter has aliæ cholerarū maneries,quæ cōmiſtione ſeroſæ ſuperfluitatis cū
priori quadā alteratione & vſtione conficiuntur. Si vero hepar multū ſuperfluat in calore,aduretur in eo ſan-
guinis materia,ſ.chylus : aut ipſa ſubſtantia cholerica vicina exiſtens aduſtioni : & augebitur per hoc in ſanguine
ſubſtantia terreſtris nigra per viam aduſtionis:ꝓpter quod ſubiunxit, IN TEMPORE &c.i.& in tpe augmaſticæ
ætatis abundat in eo cholera nigra:& cauſa huius eſt,quia hæc ætas eſt finis adoleſcētiæ,& dicitur ætas ſtatus,quā
medici iuuentutem dicunt,in qua calor innatus iunctus ſiccitati eſt adurentior. Non lateat aūt nos,ꝙ non ſolū H
apud hepar in venis ſanguis phlegmatizatur,& cholerizatur,& melancholizatur iuxta hepatis cōplexionē , ſed in
ipſis ēt mēbris,quod Gal.manifeſte innuit vltima particula de morbis & accidentibus,aſsignans accidentia in vir- li.6.ca.1.
tute digeſtiua.Cum.n.dixiſſet,ꝙ triplex eſt in digeſtiōe ſtomachi nocumentū,ſ.ablatio,minoratio,& corruptio:
& ꝙ ablatio eſt,qñ cibus in ſtomacho nullo modo mutatur:minoratio vero,qñ cibus tarde digeritur : corruptio
vero,cū in malā qualitatē cōuertitur,adiunxit continuo,Silr quoq; in venis intelligimus. Qñ.n.humores natura
crudos deſerit,nullā habentes concoctionē,ablatio digeſtionis vocatur:Minoratio vero eſt,cum media fit conco-
ctio:Corruptio vero,qñ in venis mali humores generanť.Poſtea quoq; ſubiecit,Eodē modo ītelligimus in tertia
digeſtiōe,quæ fit in toto corpore:tūc.n.eſt illius Ablatio,qñ crudi humores in mēbris generātur:Diminuta vero
digeſtio,cū fiunt ſemicocti:Corruptio vero ipſius eſt,qñ peſsimi & mali chymi in mēbris procreantur,ex quibus
in eis heriſipelas,cancer,mēbrorū mortalitas,farſa,carbones,formica,& alia naſcuntur ſimilia

SED DICERET aliquis cor non poſſe contraoperari hepati calido. Quātūcūq;.n.cor ſit frigidius tēperato,
ſemp tñ fons exiſtens caloris,calidius eſt oī mēbro corporis:ꝓpter quod videtur,ꝙ nō poſsit contraoperari hepati
calido,ſed potius cooperari,& tanto magis,quāto calidius. Niſi eſſet,ꝙ influentia caloris, à corde remiſsioris eo,
quod influit tēperatū cor,dicitur infrigidare,nō abſolute per abſentiā calidi,ſed per abſentiā caloris debentis ex
fonte

A fonte prodire,quaſi remiſsio calefactionis ſit infrigidatio. Adhuc etiã,quia,cũ hepar non influat ſuper toto niſi per ſanguinẽ,& nõ digerat ſanguinẽ ſolo ſuo calore,ſed à corde prodeunte,ipoſsibile eſt corde exiſtẽte frigidiori hepar quãtũcunq; calidius poſſe generare ſanguinem nimis excedentem in caliditate:ex quo patet,ꝙ contraoperatio vnius iſtorum principiorum ad alterum facit corpus ad temperamẽtum inclinari, niſi fuerit alterius eorum ſuperfluus exceſſus. Deinde dixit, ET PILOSITAS .i. & ſignum eius eſt etiam piloſitas partium exteriorum adiacentium hepati,ſ.hypochondriorum & ventris, in quibus redundans caliditas hepatis multiplicat materiam pilorum,quæ eſt vapor.

SICVT AVTEM hepar eſt aliquod principiũ nutrimenti, ſic eſt aliquod principium virtutũ,quæ circa nutrimentũ operanť,per modũ,qui ſupra dictus eſt,de quibus nunc incidẽter ſpeculãdum. Sunt aũt hæ duæ in genere,vna ſcilicet,quæ operať circa nutrimentũ,vt remaneat indiuiduũ:altera vero,quæ operať circa illud,vt remaneat ſpecies. Illa aũt,quæ opatur,vt remaneat indiuiduũ,vnam habet principalem opationem,quæ eſt reſtaurare, quod ex illo cõtinua reſolutione deperdiť,quod qdem facit per aſsimilationẽ nutriẽtis cũ nutrito:ex qua operatio ne dicta eſt vegetatiua,ſeu nutritiua. Sed hæc opatio nõ eſt ſemp vno modo,qa aliqñ ſuperaddit ad reſtauratũ,per hoc qdem augens ꝓprium ſubiectũ,& dicitur augmentatiua: aliqñ diminuit de reſtaurato,ꝑ hoc diminuens corpus,& diciť diminutiua:aliqñ nec addit,nec diminuit,& diciť æquatiua:& ſm has tres opationes,tres diſtinguuntur ætates aĩalis. Illa vero,quæ operatur in nutrimẽto,vt remaneat ſpecies,vnã habet in genere operationẽ,ſ.decidere partẽ,quæ ſuperfluit ex digeſto nutrimento,& ex illa generare tale alterum,quale id,à quo decidiť,& dicitur generatiua:de qua poſtea dicemus. Sunt aũt virtutes,quæ præſunt his opibus,poteſtates vegetatiuæ partis aĩæ: nullum.n.inanimatorum hoc habet:ſine his aũt nullũ exiſtit aĩatum,quia(ſicut dicit Philoſophus de vegetatiuo loquens)ſeparari qdem hoc ab alijs poſsibile eſt,alia aũt ab hoc ipoſe eſt in mortalibus,perfectiones.n.ſecũdę nõ ſunt ſine primis,habẽtes qdem & primas in ſe ipſis. Impoſe eſt.n.moueri & ſentire nõ ſaluatis organis:ſaluanť aũt ab hoc principio,ꝓpter quod oĩbus eſt viuere,cuius opera ſunt generare & alimento vti:quorum vnum ſaluat in ſpecie,reliquũ in indiuiduo. Qm̃ aũt à fine appellari oĩa iuſtum eſt,ſicut dicit Philoſophus:finis aũt viuentis eſt generare tale alterũ,quale ipſum,totũ hoc principium, ſm quod eſt viuere,generatiuũ vocabitur:propter quod incipit à nutrire,& finit in generare,cum.n.nutrierit,& ad finẽ augmenti perduxerit corpus,excitat generationẽ: quare nutritiua & augmentatiua generatiuæ deſeruiunt,& ad ipſam ordinantur. Quòd aũt finis viuentis ſit generare,manifeſtum eſt ex his,quæ dicit Philoſophus,ꝙ oĩa appetunt eſſe diuinũ & ĩmortale,& illius cauſa agunt oĩa,quæcũq; agunt,ſm naturam. Sed,qm̃ non poſſunt cõmunicare illo in ſingulari,ꝓpter corruptibilia eſſe ſingularia:nullum aũt corruptibilium pmanere põt vnum & idẽ numero:ſm ꝙ participare põt vnumquodq;,ſic & cõmunicat:poteſt aũt participare vnũquodq; in ſpecie,manens qdem non idem,ſed vt idẽ. Adhuc autem generatio faciens ſuccedere inuicẽ ſingularia eſt neceſſaria: quare naturaliſsimũ operum viuentibus eſt,& principalius intẽtum,quæcũq; perfecta & nõ orbata ſunt,generare alterum,quale ipſum,quatenus participet ipſo ſemp diuino & ĩmortali eſſe,ſm quod poſſunt. Adhuc aũt nutritio generatio quædã eſt,ſicut oſtendemus. Qm̃ aũt priores potentijs ſunt operationes,his aũt obiecta,quantũ ad cognitionẽ noſtram,primo de obiectis videndum debentibus operationes & potẽtias cognoſcere. Eſt aũt alimentũ obiectum earũ virtutum, non ſicut agens in virtutes,quemadmodum obiectum ſenſus,ſed ſicut patiens ab eis:hoc aũt eſt corpus,de cuius natura eſt poſſe ſimilari nutrito ad reſtaurationẽ eius,quod de illo diſſoluebatur:nihil aũt nutritur,niſi quod eſt aĩatum,inquãtum aĩatum,& nõ ſm accidens. Qm̃ aũt & hoc eſt ad reſtaurationẽ,non erit nutricatio niſi patientis diſſolutionẽ: conſtat.n.corpus noſtrum omniſq; viuentis continue diſſolui tum calore ꝓprio,tum mundano. Si ergo nutrimentum reſtaurare debet,quod diſſoluitur ex nutrito,oportet,ꝙ reſtauretur in formam nutriti:quia vero oĩs tranſmutatio eſt ex cõtrario tranſmutantis,erit tota hęc operatio aſsimilatio ad tranſmutans,inchoans qdem à diſsimili,& terminans in ſimile. Tranſmutans qdem & conuertens eſt corpus aĩatum,& quælibet eius pars homiomera:anomiomera autẽ non aluntur,niſi quia & illę alunť:non tranſmutat aũt niſi per calorẽ ꝓprium,agentior enim eſt calor inter qualitates,& magis viuificus. Quare oportet aĩatum habere calorẽ:alimentum aũt poſſe decoqui. Patitur ergo alimẽtum aliquid ab eo,quod alitur, ſed nõ hoc ab alimento,ſicut nec artifex à materia. Sunt ergo hæc tria,ſ.quod alitur,& quo alitur,& alens. Sed alens duplex eſt,ſicut & gubernans nauim:nam hoc qdem eſt mouens motum,vt clauus:hoc vero mouens tm̃,vt manus:Et ſilr ibi hoc quidem mouens motũ, vt calor:hoc aũt mouens tm̃,vt aĩæ potentia,mouet enim animæ virtus calorem, vtens eo vt inſtrumento,& regulans eius actionem ad terminatum finem. Hic autem calor diuerſificatur penes homiomerorum diuerſitatem:& ſimiliter hæc animæ potentia,cum ſit in quolibet animali vna ſecundum genus, ſuſcipit diuerſitatem penes organum & ſubiectum: Quod vero alitur,eſt corpus hanc habens:quo vero alitur,eſt alimentum.

SED HIC ADVERTENDVM eſt,ꝙ,cum alitio ſit tranſmutatio alimenti in ſubſtãtiam aliti:tranſmutatio aũt in ſubſtantiam ſit generatio,videtur alitio generatio quædã eſſe:vnde Ariſt. qñq; vocat nutritionẽ,eam,quæ deforis,generationẽ. Eſt aũt ſimilis ei,quæ in igne,qui continuo ſe generat ex vribili,donec durat vribile,ad modum fluuij,ſub cuius vna & eadem forma ſemper renouatur materia. Non eſt aũt alitio ſimplr generatio,nihil.n. ſe ipſum generat,ſed alit & ſaluat:generatur ẽt,quod nõ eſt,quod aũt alitur,iam exiſtit. Inquãtum ergo ex potẽtia carne fit actu caro,illo corrupto generatio eſt:inquãtum vero hoc nõ ſeorſum fit,ſed ſub altero,quod exiſtit,non generatio,ſed nutritio dicitur:alimentum.n.non accipit formã nouã ſm ſe ipſum,ſed ſub altero, cuius qdem eſſe ſm formã ſemper eſt manens,materia aũt influens & effluens eſt,donec viuit. Adhuc aũt & id,quod proprie dicitur generari,debet manere idem ſm materiam, ſm formã nõ idem:ſed nutritũ manet idem ſm formã tm̃,materia aũt ſemper renouatur. Ex quo ſciendũ eſt,ꝙ vnũquodq; mẽbrum eius,quod nutritur,eſt duplex,i.ex duobus cõſtat(ſicut dicit Philoſophus)ſ.materia & forma. Ipſum ergo dictum ſm formã,nutritur & augetur,nõ vero

ſm

2.de anima tex.cõ.15.

2.de anima tex.cõ.49.

2.de anima tex.cõ.34.

secundum materiam: vnicuiq;.n.minimæ ſm ſenſum particulæ,eius,quod nutritur,oportet aliquid aduenire de cibo,non aũt aduenit cuicunq; minimæ particulæ materiæ carnis vel oſsis & aliorum,de potentia carne,ſed hoc qdem de materia effluit,hoc aũt aduenit:formæ aũt ſpeciei cuiuſq; minimæ particulæ aduenit aliquid,queãdmodum ſi eadẽ menſura menſuremus aquã,continue aliã & aliam ſuperinfundentes. Et oportet hic intelligere per formã,figuram ipſam organicorũ,quæ dicuntur mẽbra formalia,quia forma,quæ eſt aĩa,maxime in eis cõſiſtit, vt cap̃.de corporibus oſtenſum eſt. Illud aũt,quo alitur,& quo augetur,idẽ eſt ſubiecto,ſicut & alens,& augẽs, ſed differunt ſm eſſe.Inquãtum.n.eſt aliquod quãtum,augmẽtatiuum eſt:inquãtum vero hoc aliquid & ſubſtantia,alimẽtum eſt:ſm.n.ꝙ aduenit potentia caro,nutrit: ſm vero ꝙ potentia quãta caro,auget. Eſt ergo virtus augmentatiua,potẽtia aĩæ,cuius eſt in omnẽ addere corporis diametrum oĩquaq; facta extenſione ſolidarũ particularum corporis per pluris impacti nutrimenti aſsimilationẽ,q̃ ſit id,quod diſſoluitur. Propter quod augeť corpus in principio,minuiť aũt in ſine,quia in principio plus & velocius poteſt virtus aſsimilare de nutrimento,q̃ expediat ad reſtaurandum,propter plurimũ ineſſe calidum & humidũ corpori,qbus illud cõpletur:tranſmutat.n. fortius maius calidum,ſuſcipit aũt vnitionem ſubintrantis plus & velocius,quod magis humidũ: In fine aũt deferueſcente iam calido,& humido deſiccato difficilior eſt aſsimilatio:quare minus poteſt aſsimilare,q̃ expediat ad reſtaurationem:In medio aũt æquat. Virtus vero nutritiua eſt potẽtia aĩe,potens ſaluare ſuſcipiens ipſam per reſtaurationem deperditi:hoc aũt cõpletur triplici ipſius operatione,ſ.appoſitione,cuius defectus apparet in phthiſi:& vnitione,cuius defectus apparet in hypoſarca:& aſsimilatione,cuius defectus apparet in morphea. Appoſitio autẽ ſine attractione non perficitur,neq; vnitio ſine retentione,neq; aſsimilatio ſine digeſtione & tranſmutatione multiplici & in multis organis. Sicut.n.non ex oĩbus cibarijs omne aĩal nutriri aptum eſt,ſed ex ijs tm̃,quæ quãdam habent cõmunionẽ in qualitatibus cum aĩali,ita neq;,ex qbus poſe eſt nutriri,cõfeſtim nutritur. Vt.n.album fiat rubeum,vna & ſimplici indiget tranſmutatione,ſed,vt album fiat nigrum,indiget oĩbus ijs,quæ in medio,ſicut Gal.dicit in lib.de naturalibus virtutibus. Vt ergo in corpus hominis tranſmutentur cibaria,multiplici indigent conuerſione,in quarum vnaquaq; neceſſaria eſt ſuperfluitatum excretio,ſicut partis non poſsibilis hanc aſsimilationẽ ſuſcipere. Ergo hęc virtus eſt attractiua,retẽtiua,digeſtiua,expulſiua,adhuc aũt appoſitiua,vnitiua,& aſsimilatiua,diuerſa qdem ſortiens noĩa ſm diuerſitatẽ illarũ operationũ. Sed,qa res à fine denoĩare iuſtũ eſt,dicta erit hæc aĩæ potentia nutritiua vel aſsimilatiua,nutritio enim nihil eſt aliud,q̃ aſsimilatio nutrientis cũ nutrito. lib.1. ca.10.

Sed contra prædicta,duo dubitanť,quorũ Primũ eſt,quia conſtat,ꝙ ex qualibet parte corporis ſignabili ſm ſenſum ſemp aliquid effluiť,donec viuimus: propter hoc.n.ſm quãlibet talem partẽ ſemper nutrimẽto reſtauramur,quia ſm eam cõtinue fit aliqua deperditio:ſed,ſicut vna pars materiæ effluit,eadem ratione põt & alia affluere,hoc.n.poſito nihil videť accidere ĩpoſe,quia falſo & nõ ĩpoſi poſito,quod accidit,eſt falſum & nõ ĩpoſe, ſicut dicit Ariſt.ſed ex hoc accidit,ꝙ tota materia,quæ nũc eſt in aliquo indiuiduo, effluere põt,& ꝙ id indiuiduũ ex toto põt effici aliud ſm materiã,& ita forma vna modo erit ſucceſsiue in diuerſis materijs:quod qdem videtur inconueniẽs,quia vnius formæ vnica & determinata eſt materia,qua deficiente deficit forma,quæ erat actus eius. Secundum eſt,ꝙ,ſi cuilibet minimę parti ſignabili ſm ſenſum oportet aliquid aduenire de cibo apud nutritionẽ, & cuilibet tali parti fieri additamentũ apud augmẽtationem,minimo aũt non ſit dare minus,oportebit apud nutritionem cibũ ſemper eſſe mole æqualẽ corpori: apud vero augmentationẽ oportebit,ꝙ omne,quod augeť aliquo toto adueniente,ſemper ad minus creſcat in duplũ:quod eſt incõueniens & falſum. Sed nos dicemus,ꝙ ad primum diuerſę ſunt philoſophorũ ſolutiones,quarũ famoſior eſt eorũ,qui ſoluunt per interemptionẽ,dicentes nõ eſſe verũ,ꝙ tota materia,quæ nũc eſt in aliquo indiuiduo,effluere poſsit:neq; ꝙ vna pars materiæ affluere poſſit,ſicut alia,quia oportet formã ſeruari in propria ſibi & determinata materia,hanc aliũt dicunt eſſe humidũ ſeminale diffuſum in mẽbris,& ex quo formata ſunt mẽbra,in quo qdem licet continua fiat deperditio per actionem caloris,non tñ ex toto cõſumitur,quin durante vita ſemper remaneat diffuſum in membris:cuius ẽt conſumptio hãc,quam videmus,habet dilatationẽ per humidũ accidentale nutrimẽtale,quod in ipſum conuertitur: quod qa non eſt illi æquiualens, accidit ſeneſcere & mori. In hoc humido coagit calor innatus magis,q̃ in ſeminali,quod eſt,ꝓprium ſubiectũ,ſicut magis habẽs cõtrarietatem ad illud,ideoq; ipſum magis cõſumit. Et huius exemplum ponunt in lampade,in qua vnus humor eſt imbibitus & conſubſtãtialis licinio,& alter circũfuſus vndiq; licinio: non.n.poteſt fieri,quin humor ſubſtantialis cõtinuo paulatim conſumatur,ſed aliquãdiu retardatur à circũfuſo ſibi addito:& nutritur flãma,donec durat humidum,quod eſſentialiter ineſt licinio,& nõ donec durat circũfuſus de lampade.Sed hoc exẽplum de lampade(ſicut mihi videtur)non eſt per ſimile. Nam,licet ab humido circũfuſo nutriatur flãma licinij,nõn tñ conuertiť in humidũ imbibitũ & conſubſtantiale licinio,neq; reſtaurat illud,ſicut nutrimentale ſeminale,quãuis faciat differri eius conſumptionẽ per dare aliã materiam flãmę. Nos vero adhuc magis innitentes Ariſtoteli dicẽti,ꝙ mẽbrum dictum ſm formã, nutritur & augeť,& non dictum ſm materiam, dicimus,ꝙ per humidũ ſubſtantiale intelligimus in hoc loco illud,ex quo ſicut ex materia,facta ſunt mẽbra,ſiue hoc ſit menſtruũ mulieris,ſicut vult Ariſt.ſiue ſemen à muſculo & fœmina reſolutũ,ſicut vult Gal.ergo id,quod tranſmutatũ eſt,ſuſcipit formã mẽbrorũ.Sed mẽbrũ diciť duobus modis(ſicut vult Ariſt.)ſ.ſm materiã,& ſm formã:&,cum ipſum dictum ſm materiã patiatur diſſolutionẽ,nõ vero dictum ſm formã,euenit quoddã mirabile (ſicut vult ipſe)ſ.ꝙ ipſum tm̃ dictum ſm formam nutriatur & reſtauretur,& nõ dictum ſm materiã:& cauſa huius eſt,quia nutritũ oportet ſaluari:materia aũt non ſaluatur,ſed eſt in continuo fluxu:forma aũt ſtat ſemper durante vita. Ergo ſentẽtia Ariſt.eſt,ꝙ materia humidi ſeminalis,quę facta eſt ſub forma mẽbrorum,illa nõ manet, ſed loco illius aduenit materia nutrimentalis humidi,quæ ẽt non manet,ſed loco illius ẽt continuo aduenit alia, donec ſtat vita:ſi.n.prima ſaluaretur vſq; in finem,tũc mẽbrum diceremus nutritum ſm materiam,quod eſt cõtra Ariſt. Quare materia nutrimenti nõ conuertiť in materiam,quæ ſuberat formæ mẽbri,hoc.n.eſſet mẽbrum

nutriri

Margin notes: E; F; G; H; 1. priorum capite 13.; 1. de gen.t. cõ.35.; 1. de gen.aĩa cõ.19.; 2. virt. nat. ca.3.

A nutriri ſm materiam,quod Ariſ.negat:non.n.poteſt conuerti in eam,que cõtinuo fluit,ſed ſuſcipit formã,quam prior materia habebat,ſtans loco illius:ex quo accidit formam membri ſemper ſaluari,non aũt materiam,& per hunc modum ſaluatur ſimile:quod Ari.dicere videtur tàm de igne,q̃ de vtre,in quẽ ſemper ſimiliter tenſum con tinue aqua influeret & deflueret. Secundum hoc itaq; formæ membri modo ſubijcitur pro materia humidum ſeminale,modo nutrimentale,& hoc ſemper aliud,& aliud. Quare nihil incõueniens hoc modo,ſi eadẽ forma ſit ſucceſsiue in diuerſis materijs,eo ꝙ talis forma non fuit data niſi materiæ ſic effluenti & influenti: ſimiliter enim, cum fiebat generatio ex ſeminali,fiebat nutritio eius ex nutrimẽtali: Si autem aliqua forma detur materiæ magis ſtanti,& non habenti influxum comitantem ad effluxum,illa nullo modo poterit alterare materiam Hæc vtiq; videtur mihi conuenientior reſponſio ad dubium primum,magisq; attingere Ari.mentem.

x.cõ. 12. SED AD HANC ſolutionẽ accidit dubitatio ex dictis eiuſdẽ in 5 metaphy.ꝙ eadẽ numero ſunt,quorũ materia eſt vna.& vult materiã ꝓpinquam:Sed ſm predictam ſolutionẽ materia nullius indiuiduorũ,quæ nutriunt, remanet vna primo & vltimo:ergo nullũ tale indiuiduũ remanet vnũ numero. Ex hoc.n.textu trahitur id,quod cõmuniter dicitur,ꝙ principium indiuiduationis eſt materia,quaſi de natura formæ ſit eſſe cõmunicabilẽ multis vnã exiſtẽtem,non aũt de natura materiæ. Niſi eſſet,ꝙ nõ eſſet credendũ Ariſtotelẽ velle,ꝙ abſolute materia ſit ſufficiens principiũ indiuiduationis,neq; illud,vnde res principaliter ſortiať vnitatem in numero,Primo qdem,

x.com.3. quia materia nõ dicitur vna,niſi ſicut & ens(nihil.n.eſt aliud vnũ præter ens,ſicut diciť 4 meta.)ſed ipſa nõ eſt ens

B niſi per formã:eſt ergo per formã vna:quare redit dictum eius ad hoc,ꝙ eadẽ numero ſunt,quorũ forma eſt vna.

Adhuc ẽt materia oĩum generabiliũ eſt vna cõmunis,non aũt vna cõmunis forma:quare oportet,ꝙ forma faciat appropriari materiam,& nõ materia formã:ergo forma facit,ꝙ materia ſit hæc materia,& non materia facit, ꝙ forma ſit hæc forma. Et hoc eſt,quod dicit Princeps in prima particula ſexti de naturalibus,ꝙ materia ꝓpria,in qua exiſtit aĩa,non eſt id,quod eſt,niſi ex cõplexione ꝓpria : nõ eſt aũt(vt dicit)remanens cũ illa cõplexione ꝓpria in effectu,niſi quãdiu aĩa fuerit in illa,aĩa.n.eſt(vt dicit)quæ facit eã eſſe illius cõplexionis. Propter quod dicit,ꝙ eſſentia materiæ nõ ſeruatur eadẽ poſt aĩæ ſeparationẽ:ſi.n.ſeruaretur eadẽ,tunc ſequereť,ꝙ aĩa adueniret ſubiecto cõpleto ſicut accidẽs,& non ꝙ ex ea & materia fieret ſubiectũ cõpletũ. Ex quo patet,ꝙ forma appropriat ſibi

x.com.2. materiã,& nõ econuerſo.Et ſimile huius eſt,quod dicit Auer. ſuper 2 de aĩa,ꝙ melius eſt exiſtimare,ꝙ cauſa in di

men.60. uerſitate materiæ eſt diuerſitas formarum,q̃ ecõuerſo. Adhuc etiam Ari.in 2 de aĩa dicit,ꝙ ſubſtantia eſt vnum quoddam genus eorũ,quæ ſunt:huius aũt aliud qdem eſt ſicut materia,quod ſm ſe nõ eſt hoc aliquid:alterũ autẽ forma & ſpecies,ſm quam iam diciť hoc aliquid. Quare videtur ei,ꝙ forma ſit,ſm quam res dicitur hoc aliquid: ſed hoc aliquid eſt indiuiduũ:ergo forma eſt illud,per quod aliquid ſit indiuiduũ,& nõ materia. Adhuc autem indiuiduũ eſt,quod,ſm ꝙ huius,nõ diuiditur:ſed hoc habet à ſola forma(ſm.n.materiam indiuiduum diuiditur, quia ſm hanc eſt quãtum,non aũt ſm formã)ergo forma eſt id,à quo res principalr ſortitur indiuiduationem,&

C nõ materia. Adhuc aũt ĩpoſſe & nequaq̃ intelligibile videtur vnã formam eſſe cõmunicabilem multis materijs ſimul,niſi vnam ſm vnã rõnem ſpeciei,ſicut dicimus,ꝙ collectione ſpeciei oẽs hoĩes ſunt vnus homo.Omnes.n. formæ ſingulariũ hominũ ſunt vna forma ſm vnam rõnem ſpeciei,ſed tñ non ſunt vnum quid ſimplr,quod in-

. 5. ca. 2. ueſtiat multas naturas,ſicut oſtendit Princeps in ſua metaphyſica. Adhuc ẽt,ſi res indiuiduatur à materia,tunc accideret indiuidua eiuſdẽ ſpeciei differre ſolum ſm materiã : quare aĩæ oĩum ſingulariũ hoĩum eſſent vna,quod eſt abſurdum. Adhuc aũt accideret,ꝙ eſſe indiuiduũ eſſet magis à materia,q̃ à forma,quod eſt inconueniens, cum forma dicatur,quod qd erat eſſe rei. Adhuc aũt,ſi indiuiduatio eſt à materia,oportebit omne indiuiduum habere materiam,quod falſum eſt de ſubſtãtijs ſeparatis ſm philoſophos. Quòd ſi dicat aliquis,ꝙ ipſa eſt aliquod principiũ indiuiduationis ad minus in rebus materialibus,dicã illi,ꝙ ipſa nõ habet hoc ex hoc, ꝙ eſt materia,ſed ex eo,ꝙ non eſt participabilis à pluribus ſimul,quod qdem habet à forma,quæ facit ſibi eã propriam:ſed multo magis hoc habet forma,nulla.n.perficit ſimul diuerſas materias.Quare manifeſtũ eſt,ꝙ diuerſitas indiuiduorum eiuſdẽ ſpeciei nõ eſt ab ipſis materijs principaliter,ſed à particularibus formis ſuis,quæ qdẽ diuerſantur ſuis eſſentijs,quas acquirunt ab agentibus diuerſis,aut ab agente vno diuerſimode ſe habẽte,quod qdem propter hanc diuerſitatẽ reducit materiæ potẽtiam in diuerſos actus. Neq; ẽt materia eſt id,per quod aliquid eſt indiuiduũ niſi ſm accidẽs,inquãtum.ſ.acquiſitio formæ eſt in ea.Qm̃ ergo indiuiduũ, videtur indiuiduũ magis à forma,q̃ à ma

D teria,ſi põt contingere,ꝙ ſeruata forma materia varietur,nõ ꝓpter hoc indiuiduum erit aliud,& aliud,qm̃,à quo erat ei eſſe,ab illo eſt ẽt vnitas,hæc aũt eſt forma,quæ ſaluata eſt. Quòd hoc aũt poſsit contingere,manifeſtum eſt in fluuio,qui,cũ ſit vnus ſm formã,materiã tñ ſemp renouat. Sĩle aũtẽ huius eſt videre & in forma alicuius corporis,quæ repræſentatur in aqua fluuij manentis ſicut in ſpeculo:illa.n.forma,cum ſit vna,ſtat ſuper materia diſcurrente.Nullo ergo modo mirandũ formam mẽbrorum ſeruari ſub diuerſis materijs ſibi ſuccedentibus per viã nutritionis,cuius eſt reſtaurare,quod de priore deperditur. Nam,ſicut generatiua prima tranſmutauit materiam,donec induit eã forma membrorum,ſic generatiua ſecunda,ſ.nutritiua,tranſmutat nutrimentum,donec poſsit eandem formam ſuſcipere:ex quo accidit ſecundam materiam ſimilari primæ,procedere tamen ſemper paulatim ad diſsimilius primæ radici,propter calidum & humidum materiæ,cuius virtute ſit tranſmutatio,non ſtare ſub vno modo,ſed tranſire continuo in frigidum & ſiccum:quare pars repoſita loco deperditæ non eſt ex omni parte ſimilis ei,quæ effluxit, propterea accidit & ſenium & mors.

SED DVBITABIT adhuc aliquis,quia videtur,ꝙ vna forma ſimul perficiat diuerſas materias,quod ſupra negatũ eſt.Nam adhuc perſiſtẽte prima materia mẽbrorum & nõdum tota diſſoluta,ſicut iuxta viciniam generationis & ortus,continuatur ſibi materia nutrimẽtalis humidi ad reſtaurationem partis deperditæ,ſuſcipiens formam eandẽ cum illa:ex quo videtur,ꝙ vna forma ſimul pficiat diuerſas materias. Niſi eſſet,ꝙ materia aduenies iam continuata præexiſtenti,ſed fluenti,põt dici vna continuatione cum priori:vnum aũt continuatione dicitur

ſpecies

ſpecies ſiue modus vnius in numero,ſicut vult Princeps in ſua metaphyſica. Quare nõ accidet vnam formam perficere ſimul diuerſas materias,nam ſequens,fit vna numero cũ priori per continuationẽ ſeu mutationem,cum tñ aliter ſit diuerſa. Ad ſm dicendum,ꝙ,ſi cuilibet minimæ ad ſenſum particulæ dictæ ſm materiã aliquid adueniret de cibo,Apud nutritionẽ oporteret ſine dubio ſemp cibũ eſſe mole ęqualem corpori:ſed,qa corpus & vnũquodq; mẽbrũ dictũ ſm formã,nutrit & auget,non tñ dictũ ſm materiã,& vnicuiq; tñ minimę ad ſenſum particulę dictæ ſm formã aliquid aduenit de cibo,& nõ dictæ ſm materiã,nõ oportet molẽ cibi corpori ęquari: Apud vero augmẽtationẽ ex appoſito cuilibet tali particulæ nõ oportet fieri crementũ ſemp ad duplũ,eo ꝙ,ſicut nutrimentum carnis fit ex potentia carne, ſic & eius augmentum fit ex potentia quanta carne:quare tale augmentum non affert ſecum vllam determinatam quãtitatem,ſed aſſumit quantitatem eius,in quod conuertitur,diſtendens illius quantitatem,ſecundum ꝙ materialiter fuerit plus eo,quod diſſoluitur. E

Frigidioris vero,anguſtia venarum,phlegma plurimũ,ſanguis frigidior,& vniuerſa corporis habitudo frigida,niſi ea,quæ circa cor,calida ſunt. Nuda pilis ſunt hypochondria & venter. Ant.

Frigidioris vero,anguſtia venarum,pituita abundantior,ſanguis frigidior,& totius corporis habitus, niſi à corde calefiat. Venter illis glaber eſt,atq; hypochondria. Leo.

Cum declarauit ſigna hepatis calidioris,declarat ſigna frigidioris,& dicit, FRIGIDIORIS &c.i.ſed ſigna hepatis frigidioris temperato ſunt anguſtia venarum , cuius cauſa iam ex pręmiſsis in promptu eſt. Deinde dicit, PHLEGMA &c.i.de ſignis eius eſt,ꝙ in ſic habente abũdat phlegma plurimũ,& ſanguis eſt frigidior,& ſilr totũ corpus frigidius,niſi cor caloris exceſſum habẽs contraoperet. Et volebat per phlegma illam partẽ ſanguinis,quæ indigeſtior & aquoſior eſt ex tribus,quã ꝓprie phlegma naturale vocant,frigida quidem & humida reſpectu aliarum duarum exiſtens. Abundabit aũt hæc ſub frigido hepate,quia in eo ꝓpter caloris defectum diminute digeret chylus: quare nõ ingroſſabit,nec pingueſcet(pingueſcit.n. quod digeritur,ſicut dicit Philoſophus)quare ſanguis remanebit aquoſior & ſubtilior,& ex hoc ẽt frigidior erit,& totũ corpus perinde frigidius, niſi cõtraoperet cor: contraoperatur.n.cor per emiſsionẽ caloris digerentis in totum:adhuc aũt per vlteriorẽ digeſtionẽ ſanguinis,in ipſum aſcendentis. Sunt autem & aliæ ſpecies phlegmatis præter hanc ſpeciem phlegmatis à ſanguine ſeparati,cũ quadam alteratione tum cõmiſtione fientes,vt ſalſum,dulce,& acetoſum:adhuc autem,quæ per nares & palatum decolatur à cerebro ſuperfluitas, phlegma dicitur:ſimiliter autem,& quæ in inteſtinis viſcoſi humoris ſpecies. Deinde dicit, NVDA &c.i.de ſignis eius eſt nuditas pilorum circa ventrẽ,& hypochondria:ſemper.n.frigiditas eſt prohibitiua pilorum,ſicut caliditas eſt multiplicatiua,propter id,quod ſcitum eſt. Cõ.45. F 4.met.18.

Siccioris vero,ſanguis quidem ſpiſsior & paucior,& venæ duræ,& vniuerſa corporis habitudo ſiccior. Ant.

Siccioris aũt,ſanguis quidẽ craſsior & minime abũdãs,venę duriores,& totius corporis habitus ſiccior. Leo. G

Cum declarauit ſigna diſtemperantiarũ hepatis in actiuis qualitatibus,declarat ſigna illarum in paſsiuis,& primo diſtẽperantiæ eius in ſiccitate,& dicit, SICCIORIS &c.i.ſed ſigna hepatis ſiccioris temperato ſunt hæc,ſ.ꝙ ſanguis ſic habẽtis eſt ſpiſsior in ſubſtantia,& paucior in quãtitate,ꝗ ſit ſanguis habẽtis hepar tẽperatum:& cauſa huius eſt ſiccitas conſumens ſanguinẽ aquoſum , terreſtriorem propter hoc faciens ipſum & pauciorẽ. Deinde dicit, ET VENAE &c.i.& venæ totius corporis ſunt duriores,ſilr ꝓpter ſiccitatẽ hepatis & ſanguinis. Deinde dicit, ET VNIVERSA &c.i.totũ corpus eſt etiam ſiccius propter ſiccitatẽ ſanguinis ab eo in totũ influentis. Et tacuit hic rememorationem contraoperationis cordis ad hepar,& cauſa huius eſt,quia ĩpoſſe eſt cor ſibi in hoc cõtraoperari,eo ꝙ,cum origo ſubſtantiæ humectantis corpus,ſ.ſanguinis,ſit ab hepate,de neceſsitate,cũ ipſum fuerit ſiccũ,minorabit humiditas in toto corpore,corde nequaꝗ cõtraoperari potẽte, qa ſanguis iã ſiccus & paucus exiſtẽs nõ eſt rehumectabilis in corde neq; augibilis,maxime cũ cor ipſum quãtũcũq; humidius tẽperato,ſemp ſit valde ſiccũ: Adhuc aũt,cum plurimũ humiditatis eius ꝓpter calorem ſpirituificantem exhalet in corde. Cõ.46.

Humidioris autẽ hepatis ſigna ſanguis plurimus & humidus,venæ vero molliores,ſicq; & vniuerſum corpus,niſi ea,quæ circa cor,contraoperentur. Ant.

Humidioris autem,ſanguis quidem abundantior atq; humidior,venę autem molliores,ita vero & vniuerſum corpus,niſi partes ad cor attinentes obſtiterint. Leo. H

Cum declarauit ſigna hepatis ſiccioris, declarat ſigna humidioris,& dicit, HVMIDIORIS &c.i. ſed ſigna hepatis humidioris ſunt,ꝙ ſanguis ſic habentis eſt plurimus quantitate,& humidus qualitate: & cauſa huius eſt ,qa complexio humida generantis,non eſt conſumptiua humidi generati,ſicut ſicca,imo eſt conſeruatiua:ex quo accidit ſanguinem plurimum eſſe in quantitate , humidum autem in qualitate propter ſimilitudinem generantis. Deinde dicit, ET VENAE &c.i.& venæ totius corporis ſunt molliores propter humiditatem hepatis & ſanguinis,& ſimiliter totum corpus humidius propter humiditatem ſanguinis ab hepate in totum influentis,niſi cor per exceſſum ſiccitatis contraoperetur:& iam patet ex dictis , quis ſit modus contraoperationis. Cõ.47.

Calidi ſimul & ſicci hepatis ſigna piloſiſsimum hypochondrium,ſanguis ſpiſsior & paucior,& amara cholera multa,circa vero augmaſticam ætatem nigra,venarũ amplitudo & duritia,ita vero & vniuerſum corpus. Caliditas ſiquidem ex corde prorũpens vincere poteſt ex hepate prorumpentẽ frigiditatem,quem admodum & frigiditas caliditatem:ſiccitatem vero non poſsibile eſt ad contrariũ à corde humidiori facto Ant.

adduci.

A adduci. Media vero eſt ab hepate humiditas, eorum, quæ dicta ſunt, magis ſiquidem ab ea, quæ in corde, vincitur ſiccitate, q̃ ſiccitas ab humiditate, minus vero à caliditate, amplius autem multo minus à frigiditate: facile enim vincibilis hæc earum, quæ ab hepate prorumpunt, qualitatum. Manifeſtum ergo, quoniam, ſi in idipſum concurrant principiorum vtrorũq; craſes, totum perfecte corpus ſecundum eas diſponetur: dicentur autem eorum paulo poſt cognitiones.

Leo. Calidioris vero ſimul ac ſiccioris hepatis indicia, hypochondria plurimum hiſpida, ſanguis craſsior ſimul ac ſiccior, flaua bilis plurima eſt, conſiſtente autem ætate & atra, venarum aũt latitudo & durities, ſic vero & vniuerſum corpus ſe habet. Nam, quæ ex corde caliditas originem habet, poteſt obtundere eam, quæ ab hepate naſcitur, frigiditatem, ſicuti & frigiditas caliditatem: ſiccitatem vero non poteſt humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media vero inter has, quæ dictæ ſunt, ea, quę ab hepate humiditas oritur: magis enim à cordis ſiccitate ſuperatur, q̃ ſiccitas ab humiditate, minus autẽ caliditate, adhuc vero multo minus frigiditate, hæc enim inter omnes qualitates, quæ ab hepate eueniunt, facillime vincitur. Liquet aũt, ꝙ, cum in vnum conuenerint vtriuſq; principij temperaturæ, totum exquiſite ſecundum illas afficitur corpus; paulo vero inferius ipſius dicentur indicia.

B

Cõ. 48. Cum declarauit ſigna diſtemperantiarũ hepatis ſimplicium, declarat ſigna cõpoſitarũ, inchoans à ſignis diſtẽperantiæ eius in caliditate & ſiccitate, & dicit, CALIDI &c. i. ſigna hepatis calidioris & ſiccioris tẽperato ſunt hæc, ſ. ꝙ hypochondrium ſic habẽtis eſt piloſiſsimũ reſpectu habentiũ quãcũq; aliam cõplexionem hepatis: & intelligebat dextrum hypochondriũ, ad hoc. n. maxime redundat hepatis calor propter in eo locatũ eſſe: & cauſa piloſitatis in hac cõplexione nõ latet p̃dicta memorantẽ. Deinde dicit, SANGVIS &c. i. & ſanguis in eo eſt ſpiſsior & paucior propter reſolui & cõſumi ſub hac complexione ſanguinis aquoſum, & ex hoc inſpiſſari & diminui. Deinde dicit, AMARA &c. i. & eſt in eo abundãtia choleræ amarę, propter vnãquãq; cõplexionẽ adgenerare ſibi ſm plurimum ſanguinem ſimilem in natura, niſi ĩpediatur hoc ex via accidẽtis. Eſt aũt amara cholera calidior & ſiccior ſanguinis pars, vt dictũ eſt: quare ſanguis eius cholericus erit multũ. Et eſt manifeſtũ per hoc, ꝙ cholera nõ eſt in natura ciborũ, ſicut aliqui voluerũt, ſed in natura efficiẽtis. Si. n. haberet naturã cibi, tũc in oĩ corpore ex eodem cibo fierẽt paris naturæ humor, quod falſum eſſe videmus. Ex melle. n. in iuuene multum fit de ſubſtantia

.2. cap. 8. cholerica in ſanguine: in ſene autẽ fit ſanguis æqualis, ſicut Gal. dicit in lib. de nat. virtutibus: nihilominus tñ agit omne agens ſm exigentiã materiæ: & fiet per hoc ex calidis cibis plus de cholera & minus de phlegmate, ex frigidis vero econtrario, ex tẽperatis aũt ſanguis æqualis, quãtum eſt ex aptitudine materię. Propter quod ex calidis cibis in corporibus calidis fiet multũ de cholera, ſed in frigidis fiet ſanguis æqualis: & ſilr ex frigidis fiet in corpori-

C bus frigidis multũ de phlegmate, in calidis aũt ſanguis æqualis. Deinde dicit, CIRCA VERO &c. i. ſed circa ætatem ſtatus abundabit in eo cholera nigra per viã aduſtionis, propter eſſe ſm ætatẽ hanc, acutiorẽ calorẽ & magis adurentẽ. Deinde dicit, VENARVM &c. i. & eſt in eo amplitudo venarũ & duritia ipſarũ propter id, quod ſupra dictum eſt in ſignis diſtẽperantiarũ ſimplicium. Deinde dicit, ITA VERO &c. i. ſimiliter totũ corpus diſponit, ſicut hepar, ꝓpter id, qđ ſcitũ eſt de influentia ipſius ſup toto. Sed, quia põt ei contraoperari cor in calore, & non in ſiccitate, ideo cõſequenter oſtẽdit, quæ qualitas prorũpens à corde quã qualitatem vincat prorũpentem ab hepate, & quã non, cõparãdo inter qualitates hepatis in vincibilitate, & dicit, CALIDITAS qdem &c. i. caliditas qdem prorũpens à corde ſuper toto poteſt vincere frigiditatem prorũpentem ab hepate, imo (ſicut dicit

.3. trac. 1. pite 4. Princeps) magnifice vincit eã, ſicut ẽt frigiditas prorumpens ab eodẽ poteſt vincere caliditatem prorũpentem ab hepate. Et vult per hoc, quod dicit, nõ qualẽcũq; reſiſtentiam in cõuerſione totius, ſed victoriam completam, quæ omnino denigrat influentiã hepatis ſuper toto. Et cauſa huius poſsibilitatis nõ eſt ignota, cũ emanatio caloris à corde calidiori ſit vt plurimũ potẽtior, q̃ frigoris ab hepate frigidiori. Propter quod de frigiditate, quę ab hepate, paulopoſt dixit, ꝙ eſt facile vincibilis hæc, earum, quæ ex hepate prorũpunt, qualitatum propter non poſſe hepar declinare ad multum frigus vita conſiſtẽte, cũ ſanguinis præeſſe habeat digeſtioni: Cor aũt ſemper multi eſt caloris: quanto ergo amplioris, cũ fuerit calidius tẽperato? adhuc aũt quia emanatio frigoris à corde frigidiori poten-

D tior eſt vt plurimũ, q̃ caloris ab hepate calidiori: defectus. n. emanationis aquæ à fonte nõ niſi mediocriter reparabilis eſt à ſtagnis: eſt aũt cor (vt diximus) fons caloris. Deinde dixit, SICCITATEM vero &c. i. ſed ĩpoſsibile ẽ ſiccitatem prorũpentem ab hepate ſuper toto, cõuerti ad cõtrarium, i. ad humiditatẽ, propter cor naturaliter humidius factum, cuius cauſa iam ſupra dicta eſt. Et notauit per hoc, quod ſuperius volebat per contraoperationẽ: non. n. volebat abſolute emanationem contrarię qualitatis, ſed emanationẽ contrarij cum victoria ſuper altero.

Deinde dixit, MEDIA VERO &c. i. ſed humiditas prorũpens ab hepate ſuper toto eſt media in vincibilitate aliarũ trium qualitatũ ab ipſo prorũpentium, quia magis vincitur à ſiccitate cordis, q̃ ſiccitas hepatis vincatur ab illius humiditate, eo ꝙ ſiccitas hepatis eſt inuincibilis, ſed humiditas vinci poteſt. Quare cor ſemp potentiã habet in ſicco, quãto ergo magis, factum ſiccius tẽperato? Deinde dicit, MINVS VERO &c. i. & humiditas prorumpens ab hepate minus eſt vincibilis à ſui cõtraria qualitate in corde, q̃ caliditas ab eodẽ prorumpens hepate, ſit vincibilis à ſui cõtraria in corde: & cauſa huius eſt, quia cor factũ ſiccius non põt tm̃ ſuper toto, quãtum põt factum frigidius, defectus nanq; caloris in eo, & ab eo, non eſt perfecte reparabilis ab vllo mẽbro calidiore facto, ſicut diximus. Deinde dixit, AMPLIVS autem &c. i. adhuc valde minus vincibilis eſt humiditas prorũpẽs ab hepate à ſui contraria in corde, q̃ frigiditas prorũpens ab hepate ſit vincibilis à ſui contraria in corde, eo ꝙ frigiditas facillime vincibilis eſt oĩum earum, quę ex hepate prorũpunt, qualitatũ, ꝓpter id, quod dictũ eſt. Non dicit aũt, qualr qualitates ꝓdeuntes à corde ſint vincibiles ab ijs, q̃ ab hepate, licet ſupra dixerit hoc eſſe poſe, ideo fortaſſe, qa pro-

deuntes

deuntes ab hepate debiliter possunt illas vincere excepta sola siccitate,quæ magnifice vincit cordis humiditatem. E

DVBITABIT aũt aliqs,qa cor sil̃r est principiũ caloris,sicut hepar humiditatis,quare,sicut ĩpoſe est siccitatẽ hepatis superari à sibi cõtraria cordis,sil̃r non est ĩpoſe frigiditatẽ cordis superari à sibi cõtraria hepatis:quod ipse supra nõ dixit,volens qdem ex frigido corde totum corpus fieri frigidum , nisi contraoperet̃ hepar. Nisi esset,ꝙ nõ est oĩo similitudo inter ipsa in principiando,hoc qdem calorem , hoc vero humidum.Nullũ.n.mẽbrum corporis nutrit̃ ab aliqua humiditate,quã nõ predigesserit hepar,& quã nõ sibi transmiserit hepar,sed bene habẽt calorem quendã preter eũ,q influit eis à corde. Quare defectus humiditatis sequens siccitatẽ hepatis nõ est reparabilis,sicut defectus caloris sequẽs frigiditatẽ cordis,quãuis & hic nõ nisi modicũ reparari poſsit. I Deinde ostẽso,ꝙ nõ est poſe totum corpus aſsimilari vlli ex duobus altero cõtraoperante,cõcludit,ꝙ à cõuenientia influentiæ sup toto per silẽm eorũ distẽperantiã totũ corpus pfecte disponet̃,& dicit, MANIFESTVM ERGO &c.i.manifestũ est,ꝙ,si hæc duo mẽbra principalia cõcurrant in eandẽ distẽperantiã,ꝙ totũ corpus ẽm eam disponet̃ pfecte:vt,si ambo sint calida, totũ erit calidũ:&,si frigida,frigidũ:& sic de alijs,nullo alio mẽbro cõtraoperari potẽte.Deinde subiungit,ꝙ paulopost dicentur signa totius corporis,quia non sufficit dicere,ꝙ distemperantia totius est signum distemperantiæ vtriusq; illorum,nisi doceamus,vnde totius distemperantia cognoscatur.

Humidum vero simul & calidũ hepar,minus quidẽ calido & sicco,ea,quæ circa hypochondrium,operatur pilosa:plurimũ vero sanguinẽ,& venas magnas,& habitudinẽ humidã & calidã,si non ea,quę circa cor,contraoperẽtur. Si vero amplius vtrisq; qualitatibus auertatur ab eo,quod secundũ naturã , prompte consumuntur à cacochymis & putrefacientibus ægritudinibus:adhuc vero magis,si plurimum augeatur humidũ,paululũ vero calidũ. Si vero ecõtrario parum quidem humidum,plurimum vero calidum,minime cacochymi fiunt. Ant. F

Humidius aũt ac simul calidius hepar minus quidẽ,q̃ calidius & siccius,hypochondria reddit hispida, plurimũ vero sanguinis,& venas amplas , habitũq; calidiorẽ & humidiorẽ facit,nisi obstiterit cor. Si vero amplius in ambabus qualitatibus à naturæ modo recedat , à morbis , qui ex putredine ac vitiosis humoribus fiunt,facillime capitur:adhuc autẽ magis,si plurimũ augeatur humiditas,caliditas vero non ita. Si aũt contra parũ quidẽ humiditas crescat,plurimũ vero caliditas,minime vitiosis humoribus laborant. Leo.

Cum declarauit signa hepatis calidioris & siccioris temperato,declarat signa calidioris & humidioris,& dicit, HVMIDVM SIMVL &c.i.& si hepar fuerit excedens tẽperamentum humiditate & caliditate,minus efficit pilosum hypochondrium,quã quod excedit in caliditate & siccitate:cuius causa iam ex superius dictis manifesta est. Cõ.49. G

Deinde dicit, PLVRIMVM VERO &c.i.& talẽ hepar operatur plurimũ sanguinẽ:& intelligo per sanguinẽ absolute prolatum , cõmistum predictũ,quod est in vena,qñ tẽperatũ existit ex proportione cõuenienti triũ substãtiarũ in eo seruata,tale.n.simpl̃r sanguinẽ voco.Fit aũt hoc propter esse sub hac cõplexione digestionẽ bonam, & humidũ sub ea cõseruari & nõ cõsumi: adhuc aũt propter aggenerare sibi omnẽ cõplexionem humores sibi ꝓportionales,nisi ĩpediatur per accidens:sanguinem aũt,quem substantiarũ trinitatẽ diximus esse,magis ad calidũ & humidũ declinare eo magis,quanto magis tẽperate cõmistum. Deinde dixit, ET VENARVM &c.i.& efficit venas nõ pulsatiles magnas,propter id,quod scitum est:& totum ẽt corpus calidũ & humidum,nisi contraoperetur cor,propter id,quod supra expositum est de influentia super toto. Deinde dicit, SI VERO &c.i.sed,si multũ recedat in vtrisq; qualitatibus ab eo,ꝙ ẽm naturam,i.à tẽperamento(tẽperamentum.n.magis est ẽm naturam,quia in ipso magis saluatur natura,& ad ipsum maxime conatur,cũ à nulla causa prohibetur,licet intẽperamentum,de quo loquitur,sit ẽt naturale)tunc tales promptiſsime assumunt̃ ab ægritudinibus cacochymis & putrefacientibus.Et vult per ægritudines cacochymas,illas,quæ sunt ex malis & multis chymis:p putrefacientes aũt, illas,quæ sunt de putredine humorum,sicut febres putridas : non.n.dicitur ægritudo proprie putrefaciens,sed ex putredine eam faciente generata.Et adhuc magis assumuntur ab eis,si recedat à tẽperamẽto in humido magis,q̃ in calido:& causa horũ iam nota est ex ijs,quæ diximus in causa de corde calido & humido,neq; oportet ĩmorari. H

Deinde dicit, SI VERO &c.i.sed,si recedit à temperamento econtrario,s.plus in caliditate,& minus in humiditate,tunc talia corpora minime fiunt cacochyma,i.in malis chymis abundantia , propter superfluitates in tali corpore pauciores existere,& calorem naturalem humorum omnium bene dominari.

Humidum vero hepar & frigidum,sine pilis quidẽ habet hypochondrium,sanguinem vero operatur magis phlegmaticum cum venarum gracilitate,& vniuersum corpus similiter se habens,nisi ea,quæ cordis,ad contraria ducant. Ant.

Humidius autẽ & frigidius hepar hypochondria glabra,sanguinẽ vero ad pituitæ naturam accedentẽ generat cũ venarũ angustia:sic & reliquũ afficit corpus,nisi à corde ad contrariã naturã transferatur. Leo.

Cum declarauit signa hepatis calidioris & humidioris temperato , declarat signa frigidioris & humidioris,& dicit, HVMIDVM VERO &c.i.sed hepar humidius & frigidius tẽperato his signis discernetur,s.ꝙ hypochondrium est nudum pilis(& causa non latet)& ꝙ sanguinem magis efficit phlegmaticum , q̃ oportet,propter facere dominari in eo substantiam aquosam ex malitia digestionis chyli in eo:& ꝙ efficit venas graciles & strictas propter id,quod in similibus dictum est : & ꝙ efficit corpus totum similem habens cõplexionem,nisi cor ad contrarium adducat per victoriam contrariæ influentię,propter id,quod iam sæpe expositum est. Cõ.50.

Ant. A Frigidum vero & ſiccum hepar,pauci ſanguinis & gracilium venarum efficit corpus,& frigidum,hypochondriumq; pilis nudum,niſi & hic vincat cor.

Leo. Frigidius autem & ſiccius hepar cum pauco ſanguine & venarum anguſtia efficit corpus atq; frigidius, & hypochondria glabra,niſi & hic cor dominetur.

Cō.51. Cum declarauit ſigna hepatis frigidioris & humidioris temperato,declarat ſigna frigidioris & ſiccioris,& dicit, FRIGIDVM &c.i.& hepar frigidius & ſiccius efficit corpus pauci ſanguinis, propter hanc cōplexionem aduerſari digeſtioni & ſanguificationi:adhuc aūt ꝓpter humidū eſſe exiccatum & denſatū ſub complexione ſicca,ſicut ſub humida conſeruari.Et efficit corpus gracilium venarum propter id,quod ſcitum eſt,& totum etiam corpus frigidius & ſiccius, niſi contraoperetur ſibi cor in frigiditate: in ſiccitate vero contraoperari non poteſt.Et efficit etiam hypochondrium nudum pilis propter id,quod de ſimilibus ſæpe dictum eſt.

Ant. Teſticulorum vero craſis,calida quidem, maxime venerea eſt,& generatrix maſculorum,atq; fæcunda:& citiſsime pubeſcunt genitales partes,atq; vicinę:frigida vero craſis,contraria.Et humida quidē multi & humidi ſeminis eſt:ſicca vero pauci & mediocriter ſpiſsi ſeminis eſt.

Leo. B Temperatura vero teſticulorum, calida quidem ad Venerem procliuis,& maſculorum generatrix,& fæcunda:celerrimeq; genitales partes obſepit pilis,ſimul autem & circūiacentes attingit partes: frigidior vero contraria efficit.Et humida quidem,multo & humido ſemine abundat: ſicca paucū & modice craſſum generat ſemen.

Cō.52. Cum declarauit ſigna corporis ægri ſimplr̄ penes ſigna diſtemperantiarum hepatis,declarat ea penes ſigna diſtemperantiarum teſticulorum, & primo ſimpliciū, dicens, TESTICVLORVM VERO &c.i.cōplexio calida teſticulorum diſcernit̄ ex eo,ꝙ eſt maxime venerea,i.facit habentē,maxime venereū:& eſt hoc ſignum ſumptum ab effectu appetitiuæ tàm naturalis,q̄ ſenſibilis.Eſt aūt venereus,qui maxime coitiuus,& q ſtimulatur ab appetitu coitus. Aſtrologi enim pariter,& poetę filios Veneris tales dicūt,eo ꝙ,quibus Venus in natiuitate dominatur, coitus eſt maxime dilectus. Stimulat aūt hæc cōplexio ideo ad coitum,quia hęc cōplexio eſt multiplicatiua ſeminis ſpumoſi & pruritiui in ipſis teſticulis,calidum.n.attractiuum,& digeſtiuū,& ſpirituificans.Talis ergo ſeminis euacuatio tanto eſt delectabilior,quāto ſpumoſius ſemen fuerit, propter quod in pueris nō ſeminātibus ēt fit delectatio in coitu à ſpiritus titillantis exitu. Adhuc ēt delectatio tanto eſt maior,quanto pruritus & titillatio fortior,ſicut dicit Philoſophus:talis ergo delectatio quāto maior fuerit,tanto ſimulachrū eius remanēs in aīa magis prouocat appetitū coeundi. Adhuc aūt ſemē,quāto plus fuerit,magiſq; pruritiuū,tanto magis ſtimulat expulſiuam teſticulorū,ſicut ſtercus pruritiuū ſtimulat expulſiuā inteſtinorū:& vrina pruritiua multa ſtimulat expulſiuam veſicæ.Has enim expulſiones ordinauit natura ſenſibiles & voluntarias,vt poſsint propter turpitudinē vitari,ſaltem ad tēpus,& coerceri,volūtarium motū nō ſine quodā ſenſu factū cōmiſcens naturali ad illius adiumētū.

3 ge.c.18.

C

Deinde dicit, ET GENERATRIX &c.i.huius cōplexio eſt maxime generatiua maſculorū,i.talis facit eſſe virtutis hanc habētes cōplexionē:& eſt hoc ſignum ſumptū ab effectu generatiuæ. Et ſignificat per hoc,ꝙ virtus generatiua eſt ſita in teſticulis in oībus aīalibus habentibus eos,ſignū cuius eſt,ꝙ eis abſciſis fit aīal non generans ſm plurimū:Quāuis dicat Ariſt.in lib.de generatione aīalium eos nō eſſe neceſſarios ad generationē,ſed propter melius fieri qbuſdam aīalibus,& non oībus:fierent aūt oībus(ſicut dicit)ſi neceſſarij eſſent ad generationē : nunc aūt fiunt qbuſdam tm̄ propter melius,vt pori ſpermatici in eis intexti & reuoluti moroſiorē faciāt motū ſpermaticę ſuperfluitatis.Indigent aūt tali mora quæcūq; aīalia tēperatiora oportet eſſe,& ad aliud ordinata,q̄ ſolum ad ſemen & fructum,ſicut quedā aīalia videntur eſſe,& plantę oēs:propter quod dicit,ꝙ iam viſus eſt taurus impregnaſſe poſt abſciſionem teſtium,eo ꝙ pori ſeminales nondum interius retracti erant.

...1. ca.4.

SED NOS dicemus,ꝙ teſticuli ex tali reuolutione pororū ſeminalium in eis,addunt ēt aliquid in digeſtione ſeminis:propter quod albificant ſemen ad ſīlitudinem ſuæ carnis,ſicut mamilla cōuertens ſanguinē in lac: ex qua digeſtione melius ſuſcipit generatiuū principiū. Adhuc ēt, ſi eſſent ſolū ꝓpter melius,eorū abſciſio nō tranſmutaret corpus in naturam fœmellę.Quare,cū ſint principiū,vnde maſculi,principiū generationis videnť habere,in ijs ſcilicet,q eos habēt. Ad huius aūt,quod dicit,inueſtigationē,ēt ſcire oportet,qualiter fiat aīalis generatio,& ex quo,qualiter quoq; maſculinizatio:hinc.n.patebit,qd ſit virtus generatiua,& quę ipſius opatio,& circa quid.

D

Dico ergo,ꝙ,quia generatio eſt alicuius ex aliquo,& ab aliquo,oportet principia generationis eſſe duo,quorum vnū ſit vt materia,reliquū vero vt efficiens. Videmus aūt aīalia oīa præter ea,quæ ex putrefactione fiunt,ex cōbinatione fieri maſculi & fœminę:quare maſculus & fœmina principiū erunt generationis,maſculus qdem,vt mouens & generationis habens principiū:fœmella aūt vt materiæ. Sunt aūt determinata virtute & opere maſculinū & fœmininū,vt dicit Philoſophus in de generatione aīalium:maſculinū.n.eſt id,quod in aliud generat: fœmininum vero,quod in ſeipſum,& ex quo fit,intra exiſtens in generante,quod generatur. Ex quo apparet,ꝙ virtus generatiua eſt in vtroq; quodāmodo,magis aūt,ꝓprie in maſculo,q̄ in fœmella,ſicut in agente,eſt.n.generare magis agere,q̄ pati:cuius ſignū videtur eſſe,quia antiqui in toto terrā vt fœmellā & matrem noīant:cœlum aūt & Solem vt generantes & patres appellant. Sicut aūt determinata & diſtincta ſunt virtute & opere,ſic & organis,qbus cōplent̄ opera.Sunt aūt(ſicut dicit Philoſophus in eodē libro)organa,qbus determinatur fœmininum,matrix & vulua:qbus vero maſculinū,teſticuli & virga.Ex quo notandū eſt fœminā apud eū teſticulos nō habere,ſicut multi putauerunt.Manifeſtum eſt ergo,ꝙ prædicta membra ſunt organa virtutis generatiuæ: ſicut enim oculo videmus,ſic & his membris generamus. Ex quo autem,& per quid,generent ea,quæ virtutem habent generatiuā:

b.1.cap.2.

b.1.cap.2.

& quid

&c quid conferat vterq; ad generationẽ, oportet non latere. Dico ergo, ꝙ oĩa ex ſpermate videntur fieri, ex hoc.n. constant, que natura fiũt, ſicut dicit Philoſophus: quare oportet ſperma à gñantibus decidi, ex quo fiat generatio.

E

1. de gener. aĩa. ca. 2.

Et, qvoniam duo ſunt generantia, iam dudũ dubitatum eſt, vtrũ ab vtroq; decidatur ſperma. Quibuſdã enim videt, ꝙ ab vtroq; ſegreget ſperma: & ꝙ ex amborũ miſtura fiat, quod fit: & ꝙ vtrũq; ſit efficiens & materia, quod palã cõſtat falſum eſſe, accideret.n. ſic efficiens eſſe partẽ facti, quod ĩpoſe. Adhuc aũt, ſi ei, quod deciditur à maſculo, nihil aliud dignitatis attribuit, q̃ ei, quod decidit à fœmella, ſed pmiſtionem agũt, & patiunt abinuicem, videbit fœmella magis eſſe pficiẽs generationẽ, q̃ maſculus, cũ hęc miſtio fiat in matrice: quod eſt incõueniens, cũ fœmella reſpectu maſculi ſemp ſit frigidior, & ĩperfectior. Propter quod vidẽdum eſt, qũo aliquid fiat ex ſpermate: ſic.n. ſciet, vtrum mulier cõferat ſperma in generatione, vel aliquid aliud. Dico ergo, ꝙ (ſicut dicit Philoſo. in primo de generatione aĩaliũ) multipliciter fit aliqd ex alio, Vno qdem mõ, ſicut dicimus, ꝙ ex die fit nox, & ex puero fit vir, qa. ſ. hoc poſt hoc. Alio mõ vero, ſicut dicimus, ꝙ ex ære fit ſtatua: & quæcũq; ex materia fiũt ſicut ex aliquo inexiſtente, ſuſcipiẽte figuram vel formam. Tertio modo vero, ſicut dicimus, ꝙ ex muſico fit nõ muſicus, & ex ſano laborãs, & vniuerſaliter ſicut cõtrarium ex contrario. Quarto modo vero, ſicut dicimus, ꝙ ex criminatione fit maledictio, & ex hac pugna, & vniuerſaliter quęcũq; ex aliquo fieri dicunt ſicut ex habẽte principiũ motus: Quod qdem duplr eſt, ſ. aut in ipſis, aut extra, In ipſis qdem, ſicut in prędicto exẽplo, criminatio.n. pars aliqua eſt totius turbatiõis accidẽtis: extra vero, ſicut cũ dicimus, ꝙ ex arte ędificatiua fit domus. Sed manifeſtũ eſt, ꝙ ex ſpermate nõ dicit aliquid fieri niſi altero duorũ modorũ, ſ. aut ſicut ex materia, aut ſicut ex habẽte principiũ motus: non.n. dicit aliquid ex eo fieri ſicut hoc poſt hoc, neq; ſicut ex contrario: corrupto.n. fit cõtrariũ ex cõtrario, & aliquid alterum oportet ſupponi vt ſubiectũ & materiam cõtrariorum, ex quo primo inexiſtente fit, quod fit. Ergo oportet, ꝙ ex ſpermate fiat aliqd aut ſicut ex materia, aut ſicut ex habẽte motus principiũ: ſed, ſi fit aliquid ex eo ſicut ex materia, tũc quid erit efficiẽs? Si.n. ab vtroq; generantiũ ſegregat ſperma, ſicut plurimi medicorũ dicunt, nec eſt generantẽ generare ex aliquo alio, q̃ ex ſpermate, tunc non erit, cui attribuamus efficiens: Si aũt ſegreget à maſculo tñ, tũc magis fœmellę attribuet efficere: quod eſt incõueniẽs, cum ſit ĩperfectior. Ergo oportet, ꝙ aliqd fiat ex ſpermate ſicut ex habẽte principiũ motus, & ꝙ hoc ſegreget à maſculo tñ: à fœmella aũt ſegreget, quod eſt ſicut materia, ſi.n. ab ea eſſet efficiẽs & materia, ſupflueret vnũ efficiẽs: natura aũt nõ abũdat in ſupfluis.

cap. 18.

F

Atteſtat aũt huic & hoc, quod videtur ad ſenſum, ſ. ꝙ ſemẽ plantę iactum in terrã ex cõpactione quadã terrea plantã gignit, ipſum aũt putreſcit & reſoluitur. Adhuc aũt, ꝙ gutta ſeminalis in ouo inuenta, eſt efficiens pullũ ex ouo, non quidẽ cedens in materiã pulli: ſignũ cuius eſt, ꝙ inuenitur adhęrens in cõuexo oui, & nõ inuenitur pmiſta cũ ouo. Videtur ergo, ꝙ ſperma pprie maſculorũ eſt, fœminarũ aũt non ſemẽ, ſed aliquid aliud vt materia: hęc aũt mẽſtruũ dicitur. Nunc aũt ante, q̃ ad vlteriora tranſeamus, dicamus, qd ſit ſperma, & qd menſtruũ, & vnde pueniat. Dico ergo, ꝙ (ſicut dicit Philoſo. in primo de gener. aĩal.) ſperma eſt ſuperfluitas alimẽti vtilis & vltimi. Adhuc aũt de eo ibidẽ dicit, ꝙ vtilis ſupfluitatis pars aliqua eſt ſperma. Ex quo videtur, ꝙ ęquiuoce dicatur ſupfluitas de ſpermate & alijs ſupfluitatibus, quę in prima & in ſecũda digeſtione ſeparãtur, vt ſtercore, & vrina, & hypoſtaſi, & hmõi: hæ.n. ſunt ſupfluitates, quas natura ſanguificare & cõuertere nõ põt, propter quod excludit eas ſicut nõ potẽs vti eis ad nutrimentũ: Sperma aũt nõ eſt hoc modo ſupfluitas, ſed eſt id, quod ſupfluit naturę de bono iã vltime digeſto, & apto diſtribui in vnãquãq; particulã p digeſtionẽ quartã, q̃ fit in reſudatiõe alimẽti à venis capillaribus in mẽbra: Cuius ſignũ eſt, ꝙ & frequẽter in ijs, qui abſtinẽt à coitu, vtitur eo natura ad nutrimẽtũ, eo ꝙ in male cibatis nil, aut parũ valde, ſupfluit de tali. Sic ergo intelligitur, cũ dicit, ꝙ eſt ſupfluitas alimenti vtilis. Adiecit aũt, vltimi, quia (ſicut dicit) alimenti vtilis & primi ſuperfluitas nõ eſt ſperma, ſed phlegma, & ſiquid aliud tale, hęc enim vtilis alimenti ſuperfluitas eſt: cuius ſignum eſſe dicit, quia miſtum puro alimento nutrit. Cum ergo virtutis nutritiuæ ſit digerere alimentum vltimum, illius etiam erit digerere, quod de eo ſuperfluit. Quare nequaquam eſt verum, quod dicit Princeps, ſ. ꝙ generatiuæ eſt efficere ſperma: non enim eſt illius efficere, ſed effectum ſegregare, ad quod ſunt ei inſtrumentum teſticuli, & perineus, vt dictum eſt.

cap. 18.

G

1 primi do. 6. ca. 2.

Convenit aũt & hic dubitari, vtrum à toto corpore reſcindatur ſperma vel non, quibuſdã.n. videtur, ꝙ à toto pueniat. Dicunt enim, ꝙ, niſi à qualibet parte corporis aliquid ſegregaretur ex ſpermate, nõ accideret fieri ex mutilatis mutilata, neq; ẽt ſilia parentibus ſm partiũ figuras & ſtigmata: ſicut enim totũ toti aſsimilatur, ſic & partes partibus. Rõnabile.n. videtur, ꝙ, ſicut illud, ex quo fit generatio, eſt aliquid totius, ita & id, ex quo fit vnaquęq; partium, ſit aliquid partis illius pportionale. Sed iſtud nequaq̃ verũ eſt. Non.n. ſemp genitus aſsimilatur generanti in numero & figura partiũ: oportebat autẽ ſemp ſimilari ſm illorũ rõnem. Adhuc, ſi oportet generari os ex parte ab oſſe reſoluta, oportebit nutriri ẽt à tali, cũ nutritio generatio quędã ſit: hoc aũt nõ videmus, nã ex pane & carne, & herbis, & hmõi comeſtis accidit oĩa mẽbra nutriri. Quòd ſi dicat in nutritione trãſmutari in naturam oſsis, quod nõ eſt oſſeũ, quare & nõ ſilr dicit illud in generatione? Adhuc aũt, ſi oportet ex qualibet parte aliqd ſpermatis ſegregari, vt ſit totũ ex toto, accidet in oĩ genito eſſe virgã, & nullam fieri fœmellam, ſiquidẽ nihil ex ſegregato natura ſinit ocioſum: aut, ſi à fœmella ſegregatur ſperma, ſicut à maſculo, oportebit omne genitũ habere vtrũq; ſexum, quod abſurdũ eſt. Propter quod melius habet dicere (ſicut dicit Philoſophus) ꝙ non prouenit ab oĩ ſperma, ſed ad omne aliquid eſſe, aptum natũ eſt: tale aũt eſt, quod ſupfluit ex cõmuni nutrimẽto. Voco autem cõmune, quod nõ dum eſt appropriatũ per reſudationẽ in vnaquaq; partiũ, ſed eſt ſicut ad quãlibet aptum natũ: tale.n. natura deriuat ex venis ſubtilibus ad poros ſpermaticos, teſticulis inuolutos, generationis gratia, in quibus cõpletur ipſius digeſtio. Sicut aũt maſculo eſt aliquod ſupfluum, ſic & fœmellę: ſed, quia infirmior eſt ſm naturam fœmella maſculo, & minore caliditate participans, erit ſupfluum eius plus in quãtitate, indigeſtius tñ: tale aũt eſt vocatũ menſtruũ, multitudo exiſtens ſanguinoſæ humiditatis. Vnde & recte ait Ariſt. in lib. de gener. aĩalium, ꝙ, ſicut in vẽtribus pp̃ter indigeſtionẽ fit diarrhœa, ita & in venis hęmorrhoides & mẽſtrua: menſtruũ.n. hæmorrhois

H

1. de gener. cap. 18.

li. 1. ca. 19.

A rhois quædam eſt,ſed hæc quidẽ ab ægritudine,illa vero naturaliter. Nõ potente enim natura digerere neceſſe eſt
ſupfluum fieri nõ ſolum vtilis & vltimi alimẽti,ſed in venis ſuperabundare multiplicatũ ſm ſubtiles venas,quod,
cũ ita ſuperabundauerit,natura deriuat ad matricẽ ꝓpter melius,qa gñationis gratia,vt,quale futurũ erat,tale fiat
alterũ ex illo.Signũ aũt,quod ex ĩpotentia quadã digerẽtis fit tale ſupfluum,eſt,quod maxime educit̃ in decremẽ
(…e gene. …cap.2.) to Lunę:frigidiora.n.tunc ſunt aĩalia ꝓpter infrigidari aerẽ ex defectu luminis Lunę,ſicut dicit Philoſo.ꝓpter qđ
& hyemales dicit eſſe menſiũ curſus.Sol qdẽ.n.in toto anno facit hyemẽ & ęſtatẽ,Luna aũt in mẽſe nõ qdẽ ꝓpter
verſiões,ſed ex augmẽto & diminutiõe luminis. Habet aũt eandẽ ꝓportionẽ mẽſtruũ mulieri,quã ſpma viro:
quod patet ex hoc,ꝙ ſm ętatẽ eãdẽ incipit vir ſpmatizare,& mulier mẽſtruare:& ꝙ ętate deſinẽte,ab hoc qdẽ ceſ
ſat ſpma,ab illa vero mẽſtruum:& ꝙ eunuchis exiſtẽtibus vtriſq; hic qdẽ deficit in ſpermate,illa vero in mẽſtruo
ꝓpter totũ cõſumi alimẽtũ in corporis nutrimẽtũ : adhuc aũt,qa tẽpore mẽſtruorũ ſunt viros magis appetẽtes:&
circa oculos pturbatę,queadmodũ & vir,cũ coeunt. Deprimunt̃.n.oculi manifeſte à venereis pluribus,nõ aũt ꝓ-
pter deſcẽdere ſpma à capite,ſicut aliq opinati ſunt(ĩpoſ͛e.n.videtur,ꝙ in hora coitus à capite deſcẽdat,tã velociter
qdẽ ſm plurimũ facto coitu)ſed(ſicut exiſtimo) ꝓpter indigere oculos cõpioſo ſpũ ad viſum,ex hoc aũt multum
dep̃dit̃ maxime ĩ coitu:fortaſsis aũt & ꝓpter pturbari ſanguinẽ venarũ in oculis ex feruore ſanguinis in toto,ſicut
accidit maxime in mẽſtruis,& ex hoc pturbari diaphaneitatẽ oculi,& ipſius vigorẽ. Si ergo hoc idẽ eſt mẽſtruũ
B mulieri,quod ſpma viro,manifeſtũ eſt,ꝙ fœmina non habet ſpma:duas.n.cõtingeret habere ſpmaticas ſupfluita
tes,quod eſt ĩpoſ͛e. Adhuc aũt manifeſtũ eſt,ꝙ nec à toto reſoluit̃,ſed à cõi oĩum mẽbrorũ alimẽto,quod eſt in
potẽtia ad oẽ mẽbrũ,ſicut ſperma. Signũ aũt,ꝙ nõ tale ſperma emittit mulier,quale vir: & ꝙ neq; ẽt ex ambo-
rum ſpermatũ miſtura fit generatio,eſt,ꝙ frequẽter cõcipit mulier nõ facta ei in coitu delectatione p talẽ emiſsio-
(…: gene. …cap.19.) nem,ſicut dicit Philoſophus,& ipſę eędem annũciãt. Humiditas ẽt aquoſa,quã quędã earũ emittũt apud dele-
ctationẽ in coitu,& apud pollutionẽ in ſomno,neq; eſt ſemẽ,neq; cedẽs in materiã fœtus:ſignũ cuius eſt,qa emit-
tit eã extra,vbi & vir effundit:nõ emitteret aũt illuc , ſi ex eo deberet fieri generatio, oportet.n.ſic intus rurſus at-
trahere,hoc aũt modo fieri ſupfluum eſt:natura aũt nihil facit ſupfluum.Quare nõ eſt ſperma,ſed humiditas loci
illius ꝓpria,& p coitum diſſoluta cũ delectatione quadã:quare nec oĩbus accidit talis emiſsio,ſed colore albis mu
lieribus,& nõ nigris & virilibus.Delectãtur aũt nõ ſolũ ab huius deciſione,quæ nõ eſt oĩbus generalis,ſed à tactu
(…de ſpre- …e diſ.1. …6. & 8.) ſui cõparis,& emiſsione ſpũs,ſicut accidit pueris ante ſpmatizare : adhuc aũt & feminis virilis receptione. Gal.
aũt opinãs ex vtroq; ſegregari ſperma,& eſſe vtrũq; materiã & efficiẽs fœtus,dixit,ꝙ ex pmiſtione vtriuſq; gene-
rantur mẽbra radicalia. Vocat autẽ radicalia illa mẽbra,quę ſunt dura & alba,ſimilata ſpermati in colore,& dicta
qdem radicalia quaſi genita ex radice,ſicut oſſa,chartilagines,panniculi,neruị,& hmõi:carnem aũt & adipẽ dicit
generari ex ſanguine mẽſtruo,quod nõ ponit ꝓ radice,ſed ſicut aduentitiũ ad radicẽ. Vel vocat iſta radicalia quaſi
fundamentalia:carnẽ aũt & adipẽ ſicut ſuperędificata in illis. Suſpicat̃ aũt hoc(ſicut puto)quia cuiuſdã acciden
C tis cãm nõ bene venat̃,huius ſcilicet,quare dura mẽbra detrũcata nõ recreſcãt,ſicut pinguedo,& caro:Cuius cãm
dicit eſſe,quia illorum materia non eſt iterũ reficibilis,cũ fuerit ſperma pemptum:carnis vero & pinguedinis põt
qdem refici,cũ fuerit ſanguis mẽſtruus,loco cuius ſtat ſanguis in corpore generatus.Sed hęc ſentẽtia cũ hoc ꝙ ſup
poſitionẽ habet falſam , ẽt in ſe nõ habet veritatẽ,ſicut oſtẽdemus in ſumma de cauſis. Adhuc aũt incõueniens
eſt generari à prima radice humida & calida & digeſta,mẽbra ignobiliora & frigidiora,ſicut oſſa,& chartilagines,
& hmõi:nobiliora aũt & calidiora gñari ex aduẽtitio & magis crudo,ſicut carnẽ & pinguedinẽ.Manifeſtũ eſt enĩ,
& oẽs teſtãtur,ꝙ mẽbrũ primo gñatum eſt cor,hoc aũt carneũ eſt:ſi ergo ex mẽſtruo gñatur ſolũ caro & pingue-
do,accidet virtutẽ gñatiuã primo gñare ex aduẽtitio,q̃ ex radice. Adhuc aũt principalius inter mẽbra nõ eſt ex
(… ge.an. …19.circa …1.ca.) ſpermatibus,quod eſſet apud eos incõueniẽs. Propter quod melius habet dicere ſm Philo.ꝙ fœmella cõfert in
gñatione materiã tm̃,quæ mẽſtruũ dicit̃,à materia qdẽ mater appellata:ex eodẽ.n.fit aĩal & nutrit̃(ſicut dicit Phi
(…e gene. …cap.4.) loſophus)cũ nutritio gñatio quędã ſit:ſed manifeſtũ eſt,ꝙ ex ſanguine nutrit̃:ergo & ex eo gñatur:Maſculus vero
cõfert efficiens,ſ.ſperma,& inde artifex dictus eſt & pater. His p̃miſsis vidẽdum eſt,qual͛r ex his generet̃ fœtus.
Dico,ꝙ ſperma viri eſt idẽ gñe cum mẽſtruo mulieris,differẽs qdem ab illo p digeſtionẽ ſolã,acquirentẽ ſibi pfe-
ctionẽ quandã activã ſup menſtruum.Quare iniectũ in matricẽ,ſi mẽſtruum ſibi cõmenſuratũ inuenerit,cõſtare
(…: gene. …c.4.p- …nediũ.) ipſum facit,queadmodũ lactis coagulũ ipſum lac.Sicut.n.dicit Philoſophus,coagulũ eſt lac habẽs caliditatẽ vita-
lem,quę ſibi ſil͛e conſtare facit,& in vnũ ducit,quod qdem ſperma ad menſtruũ paſſum eſt.Sicut ergo ea,quę fiũt
ab arte,fiunt p inſtrumentũ,aut verius p motũ ipſorũ inſtrumentorũ,q motus dicit̃ opus artis,ars aũt eſt forma
factorũ in alio,ita & in natura cõtingit,cuius ars eſt imago:homo.n.gñat hoĩem p ſperma,ſicut p inſtrumẽtum.
D Sicut aũt nõ eſt ꝓprie dictũ fabricatiuã eſſe in malleo,ſic nec gñatiuã in ſpermate,ſed hęc qdem in fabro,illa vero
in decidente ſperma,& primo mouẽte ipſum. Quare,cũ venerit in matricẽ,mouet ſupfluitatẽ fœmellę eo motu,
quo ipſum exiſtit motũ,ſicut malleus ferrũ:ipſum aũt ita exiſtit motum,ꝙ oẽs partes habet potẽtia : ſi.n.partiret̃
in corpus,oẽm partem corporis nutrire poſſet. Quare nõ oportet dicere,ꝙ calido,& frigido,& talibus paſsio-
nibus efficiat carnẽ,& os,& vnãquãq; aliarũ particularum,ſed p motũ,q à generante.Quòd.n.particulæ ſint mol
les vel duræ,viſcoſæ vel fragiles,& huiuſmodi,caliditas & frigiditas illud operatur,non aũt,ꝙ ſint caro,vel os,vel
neruus,ſed motus,qui à generãte,Sicut,ꝙ ferrum fit durũ vel molle,caliditas & frigiditas illud operatur,gladium
aũt eſſe facit non hoc,ſed motus organorum habẽs rõnem artis. Manifeſtum eſt ergo,ꝙ virtus activa ſperma-
tis,quã informatiuã vocant,eſt deriuata à gñatiua,quæ eſt in patre:paſsiua vero menſtrui ab ea,quæ eſt in matre.
Et eſt iſtarum virtutum duplex operatio(ſicut videtur)quarũ prima dicit̃ ĩmutatiua prima,& eſt ea,quę dicit̃ oſsi
factiua,neruifactiua,& hmõi:alia vero dicit̃ ĩmutatiua ſecũda,ex qua ꝓuenit lineatio,& figuratio ĩ mẽbris:quare
quidẽ corpus fiet ex fœmella,aĩa autẽ,& oĩs forma,& figura à maſculo. Virtus.n.quæ in ſpermate,cum conſtare
fecerit mẽſtruum mulieris,paulatim trãſmutat ipſum,donec ꝓducat in eo actũ aĩæ vegetabilis:hanc enim animã

primum accipiunt embryones:videntur.n.(ſicut dicit Philoſophus)primũ viuere plantę vita. Deinde aũt,quia in — 2. de gene. aïa. cap. 3.
mẽbris nõ agebat ſperma in virtute ſolius aïę vegetabilis,ſed habẽtis vlteriorem pfectionẽ ſenſus & motus,adhuc — E
vlterius tranſmutãdo,pducit in eo actum aïæ ſenſibilis & motiuę,qua introducta vegetabilis prima corrũpit,ha-
bente qdem poſtrema totã virtutẽ prioris,& adhuc amplius. Si.n.prior nõ corrũperet,ſed fieret ei additio vlterio
ris poteſtatis,tũc hõ eſſet gñatio hęc,ſed alteratio quędã:adhuc aũt nõ fieret generatio ex nõ ente,quod eſt cõtra
determinata in lib. de gene. & corru. Deinde,qa nõ agebat ſperma in virtute ſolius aïæ ſenſibilis & motiuę,ſed ſen
ſibilis & motiuę aſini vel equi,adhuc vlterius tranſmutãdo,pducit in illo actũ aïæ aſini vel equi,priori qdẽ corru-
pta,ſequente vero prioris potentiam obtinẽte,& amplius. Et hoc eſt quod Philoſo. dicit in 2 de gen. aïal.ꝙ non fit — loco alleg.
ſimul aïal & equus,nec aïal & hõ. Sed dubitabit aliquis,qa ĩpoſſe videtur eſſe aïal primum,q̃ ſit aliquod aïal:&
vlr eſſe in genere,& non in aliqua ſpecierũ illius generis. Niſi eſſet,ꝙ hoc eſt verũ de rebus pfectis ſm eſſe,de re-
bus aũt fientibus nequaq̃. Cum enim aliqd pmutatur de nigredine in albedinẽ,exiſtens qdem in tranſitu & fluxu
eſt ſub colore,non tñ inde ſub determinato colore:finito aũt motu ſub determinato colore iudicatur:& ſilr eſt de
rebus progredientibus ad eſſe animal.

Qvia vero & ſperma hoïs deciſum eſt ab habente aïam nõ ſolum vegetatiuam & ſenſitiuam,ſed vlterius
intellectiuã,videndũ eſt nobis,vtrum poſſit agere in virtutẽ aïæ intellectiuæ,vel non. Et manifeſtum eſt,ꝙ non
poteſt;conſtat enim,ꝙ virtus intellectiua aïæ nõ eſt organica,ſicut demonſtrat Philoſophus in 3 de aïa:Sed à parte — t. cõ. 4.
aïæ,quæ nõ eſt organica,non põt traduci vlla virtus in ſemine,ſemen enim,ſicut eſt in potentia ad oẽm partẽ,ita — F
oïum partiũ habet vires:à parte aũt aïæ,quæ nullius partis corporis eſt actus,nõ põt ſegregari virtus cũ ſuperfluo,
quod ex corpore ſegregat̃:Quare nullo mõ agit in virtute aïæ intellectiuæ. Ex quo apparet,ꝙ huius aïa nõ tradu
citur ex maſculo,ſed ingredit̃ ab extrinſeco:& hoc eſt,quod Philoſophus poſt demonſtrationẽ predictã cõcludit. — 2. de gene.
Relinquitur ergo intellectũ ſolũ deforis aduenire,& diuinũ eſſe ſolum,nihil.n.ipſius operationi cõicat corporis — cap. 3.
operatio. Quare vltima hoïs pfectio habens qdem poteſtatẽ priorũ oïum,& adhuc amplius,ſ.intellectiuum,quo
ſpecificatur hõ in eſſe ſuo,infunditur à Deo ſublimi,pcedente qdem pfectione corrupta,& nõ,puecta(ſicut mul-
ti putauerũt),ppter id,quod dictũ eſt. Et erit quidẽ,pductio hoïs,ex multis generationibus & corruptionibus eue-
niens,ſicut in multis alijs ſolet cõtingere:ipſum vero ſemẽ,& oïs eius virtus erit quaſi primi motoris inſtrumẽtũ
ad oẽm corporis organizationẽ futurę aïæ decentẽ. Et eſt hoc mõ aïa humana nobilior forma,ad quã deueniri
potuerit p gñationẽ,exiſtens qdẽ ipſa actus corporis,ita tñ,ꝙ eminẽtior eius ptãs nullius partis eſt actus,ſed ipſius
gratia attingit ad naturã ſubſtantiarũ ſeparatarũ,mediãs inter formas ſimplr materiales & ſimplr ſeparatas. Sicut
aũt hõ per ſperma generat,ita & ſpermꝰ calidũ. Non eſt aũt hoc calidũ elemẽtale ſolũ,ſ.igneũ:nõ.n.ignis habet
hoc vitale principiũ:ignis.n.nullũ generat aïal,ſicut dicit Philoſophus:nec eſt aïal cõſiſtens in ignitis, Sed eſt hoc — loco alleg.
calidũ cęleſte magis,elemẽtali cõiũctũ,tale.n.magis viuificũ. Propter quod dixit in phyſicis,ꝙ hõ generat hoïem — cap. 3.
& Sol:in 2 aũt de gene. aïal. dixit,ꝙ oïs virtus aïę altero corpore viſa eſt participare,& diuiniore vocatis elemẽtis. — G
Oïum.n.in ſpermate exiſtit,quod facit gonima eſſe ſpermata,vocatũ calidũ:hoc aũt nõ ignis,neq; talis virtus eſt,
ſed ĩterceptus in ſpermate ſpũs aliqs,& in ſpũ natura,pportionalis aſtrorũ ordinationi. Oportet igit̃ ſperma,ſi
ex eo debeat eẽ gñio,multũ habere de calido ſupradicto:tale aũt eſt,quod pfecte digeſtũ:in calidioribus aũt teſticu
lis tale pficit̃,digeſtio.n.à calore:ſubtile aũt & frigidũ ſperma,ſicut nõ ęſt cõſtãs,ita nec cõſtare facit mẽſtruũ mu-
lieris. Diſcernitur aũt à gonimo ſterile(ſicut dicit Philoſo.)qa effuſum in aquã diffunditur & ſupnatat: gonimum — 3. de natura
vero deſcẽdit & cõſtat,qa groſſitiẽ habet. Recte ergo ĩ ſignũ calidę cõplexiõis teſticulorũ aſſumpſit,ꝙ hęc cõplo — aïa. ca. vlti.
gñatrix exiſtit:adhuc aũt,& ꝙ maſculorum gñatrix. Manifeſtũ eſt enim,ꝙ maſculus & fœmella determinata ſunt
potẽtia quadã & ĩpotẽtia. Philoſo.n.in 4 de gene. aïal. diffinit Maſculũ p poſſe digerere,& cõſtare facere,& ſegre- — cap. 1.
gare ſpma,hñs principiũ ſpeciei nõ tale(vt dicit)ex quo,vt ex materia,ſit tale,q̃le,quod gñat,ſed vt mouẽs primũ:
Fœmellã aũt diffinit p poſſe ſuſcipe,& eſſe ĩpotẽtẽ digerere,& cõſtare facere,& nutrire. Qm̃ ãt digeſtio à calido pfi
cit̃,oportet maſculina aïaliũ fœmellis calidiora eẽ. Sicut aũt maſculus & fœmella virtute differũt,ſic & organis:ſi-
mul.n.natura virtutẽ aſſignat vnicuiq; & organũ,q̃re huic qdẽ matrix,huic aũt perineus aſſignatus eſt,p organo.

Videamvs igitur poſt hęc,qũo hęc qdẽ fœmella,hic vero maſculus fiat. Ad hoc aũt ſciẽdũ ſcire oportet
(ſicut dicit Philoſo. in lib. pdicto)ꝙ exiſtẽte eodẽ,quo fit & augetur aïal,hoc aũt ſit alimẽtũ,vnaquęq; particularũ — l. 4. c. 1 & 2
fiet ex tali materia,cuius vtiq; ſuſceptiua erat. Adhuc aũt manifeſtũ eſt,ꝙ oẽ,quod fit,aliqualr fit ex cõtrario:& ꝙ — d ge. aï. c. 4
in cõtrariũ ẽt fit corruptio:quare neceſſariũ eſt,quod nõ eſt victũ ab operãte,pmutari in cõtrariũ. His ſuppoſi — H
tis(ſicut dicit Philoſo.)manifeſtũ eſt,quod q̃ritur. Si.n.nõ dñetur principiũ mouens,neq; potuerit digerere,ppter
ĩdigentiã caliditatis,neq; deducere in,ppriã ſpẽm ipſius,ſed ſi vincatur, neceſſe eſt pmutari ĩ cõtrariũ:maſculo aũt
fœmella eſt cõtrariũ. Qm̃ aũt & habẽt dñias in virtute,habebũt ẽt organũ differẽs:quare in tale pmutat. Si igitur
maſculinũ eſt quoddã principiũ & cã:eſt aũt maſculinũ,ſm ꝙ põt aliqd,fœmella aũt,ſm ꝙ ĩpotẽs eſt:potẽtię aũt
& ĩpotentię terminus eſt eſſe digeſtiuũ,aut nõ digeſtiuũ vltimi alimẽti:huius aũt cauſa eſt in particula,quę fons &
principiũ exiſtit caloris:hoc aũt cor,neceſſariũ eſt corde cõſtituto,continuo maſculi aut fœmellę veſtigiũ appare-
re,pfici aũt hoc vel illud,cũ organũ habuerit,pprium,ſm ꝙ differũt maſculus & fœmella. Hic eſt ergo motus ge
nerationis,& maſculinizatiõis. Quare tam gño,q̃ maſculinizatio ex calida cõplexione cordis atq; totius pficitur,
aut maxime ex calida cõplexione teſticulorũ ſicut vltimo pficientiũ digeſtionẽ in ſemine. Atteſtãtur aũt dictis
ẽt ea,quę ad ſenſum apparent,ſ.ꝙ in ætate ſtatus exiſtẽtes magis maſculinant iunioribus & ſenioribus:his etenim
calidum non dum pfectum eſt,ſuffocatum exiſtẽs ab humido:his autem deficit. Adhuc autẽ,ꝙ in dextris matri-
cis,ſicut in loco calidiori, maſculinizatio magis fit, q̃ in ſiniſtris. Adhuc vero & ad conflatum Boreæ magis,q̃
Auſtri,propter eſſe tunc ſeminale ſuperfluum minus humidum & magis digeſtum,calido innato tunc maxime
intus reuocato. Non ſolũ aũt propter dictas cauſas differunt maſculus & fœmella ad maſculogoniã & fœmello

goniam

4 ge. aĩa. c ite 2. goniam(ſicut dicit Philoſophus)ſed opus eſt in miſtura maſculi & fœmellę cōmēſuratione adinuicē: quæcũq;.n. fiunt ſm artē aut naturã,conſiſtũt ſm quãdam rōnē. Sicut.n.in his,quæ coquunt,incendit qdem amplior ignis, A nō coquit aũt minor,medioq; modo accidit pfici,quõd fit,ita in miſtura maſculi & fœmellę calidum qdem valde dominans deſiccat humidũ multũ,deficiēs aũt non facit cōſtare:quare oportet ipſum habere medij rōnē,vt generationē pficere poſsit.Signũ aũt & huius eſt,ꝙ pluribus maſculis & fœmellis accidit qñq; qdem,cũ coniungũtur inuicē,non generare,diſiũctis aũt & alteris ſociatis generare:& qñq; qdē ad mutationē ætatis,& regionis,& diætę has fieri ſubcontrarietates non ſolũ ad generationē & ſterilitatē,ſed ad maſculogoniam & fœmellogoniã propter accidere ex his ſortiri vel perdi hãc conuenientē,pportionem ad ſuũ cōparem. Deinde dixit, ET CVIVS &c. i.& partes genitales,quales ſunt teſticuli & virga,pubeſcunt citius,q̃ in habētibus tēperatã cōplexionē.Sunt autē generaliter dicti puberes,q ſecundũ ſeptenarium conſecuti ſunt:circa enim hãc ætatē germinat pectinis pilatura, & tumeſcunt maxime teſticuli & virga,& ſpermatizare incipiunt : ab horũ.n.ſignorum apparitione pubertas diſtinguit.Quod ergo dicit,ꝙ citius pubeſcũt,intelligendũ eſt,ꝙ citius,q̃ in alijs cōplexionibus,apparet in eis pectinis pilatura,& augmentũ teſticulorũ,& virgę,& ſpermatis ſegregatio : cuius cauſa eſt caliditas cōplexionis teſtiũ ipſorũ,hæc.n.velocius pilorũ materiã multiplicat ĩ partibus adiacētibus,ipſosq; & virgã dilatat,copioſius nutriēdo:adhuc autem & citius ad ipſos ſemen attrahit,& digerit,& pruritũ efficit,ideoq; & citius ad coitum ſtimulat.

B Deinde dixit, FRIGIDA &c.i.ſed frigida cōplexio teſticulorũ cognoſcit ſignis cōtrarijs ſupra dictis & ,pter cauſas cōtrarias,nec eſt opus ĩmorari. Deinde dicit, ET HVMIDA QVIDEM &c.i.cōplexio humida teſticulorũ cognoſcit ex hoc,ꝙ hãc habēs eſt multi & humidi ſeminis,multi qdē ,pter cōſeruari & nō cōſumi humidũ ſupfluum ſub hac cōplexione:humidi vero,pter aſsimilari in cōplexione ſm plurimũ mēbro generãti vel digerenti,quicquid in illo digerit & cōpletur:& hoc ſignum eſt ſumptum ab effectu digeſti ſeminis. Deinde dicit, SICCA VERO &c.i.ſed cōplexio ſicca teſticulorũ cognoſcitur per eſſe ſemen ab ea reſolutum paucum & mediocriter ſpiſſum,paucum quidem propter id,quod ſcitũ eſt:mediocriter ſpiſſum propter conſumi propter hanc complexionem,quicquid de ſemine eſt aquoſum:ex quo accidit ſemen parumper inſpiſſari.

QVAERET AVTEM aliqs,quare nō docuerit cognoſcere cōplexionē teſtiũ ab influētia ſup toto,vident.n. influere ſup toto,ſicut & cor,& hepar. Calidos enim habentes teſticulos,viriliores videmus in geſtibus,quod ſine totius caliditate nō bene cōtingit:frigidos vero habētes effœminatę naturę,quod ſine quadã totius frigiditate eſſe non pōt. Adhuc aũt ſignũ influentię teſtiũ ſup toto eſt,ꝙ calidos habētes teſtes videmus multã habere barbã:habentes vero frigidos videmus ĩberbes. Quòd aũt hoc fiat teſtiũ influētia,manifeſtat hoc,quod videmus in abſciſſione teſtiũ eunuchos fieri ĩberbes,& natura muliebres,& circa vocē & alia plura in fœmineã naturam pmutari.

Nos aũt dicemus ad hoc,ꝙ teſticuli ſine dubio influũt ſup toto,ſicut ex pdictis apparet:totũ quoq; corpus ſibi aſsimilãt in cōplexione,niſi reſiſtat ſibi alterum principiorũ duorum:nō tñ potēter hoc faciũt,ſicut cor,& hepar, neq; p aliquod corpus manifeſte,pcedēs ab eis in totũ,ſicut ſanguinē,vel ſpiritũ,vel aliquod tale,ſed p redundan-

C tiam ſuę cōplexionis ſup toto:quare tacuit illud ſicut magis latēs,erat.n.medici magis ſenſibilia,pſequi. Nequaq̃ tñ ſit hęc influētia p eſſe teſticulos cōuentũ multorũ principiorũ,ſ.cerebri,cordis,& hepatis(ſicut aliqui voluerũt

c ite 2. dicētes teſticulos habere illorum vires)ſed(ſicut vult Philoſo.in lib.de gener.aĩal.primo & quarto)per eſſe ipſos principiũ quoddã & ſpeciale mēbrum,p quod differt maſculinũ à fœminino.Si.n.dicitur aĩal maſculinũ & fœmininũ ſm quãdã virtutē,tũc & ſm quoddã organũ aſsignatũ virtuti,quod eſt maſculino qdē teſticuli & perineus: fœminino vero matrix & vulua:quare oportet hoc mēbrũ ſicut principiũ,p quod differt maſculus à fœmella,fa-

1. ge.aĩa. c ite 2. cere influētiam ſuper toto.Propter quod dicit Philoſophus,ꝙ genitali particula corrupta ſolum,tota ſimul forma permutatur in tantum,vt aut fœmella videatur,aut parum deficere à fœmella,propterea,quia(ſicut dicit)accidit remitti principiũ,ex quo exiſtit corpori vigor:modica vero pmutatio accidens circa principiũ fit cã magnarũ pmutationũ in toto,nã principia,licet ſint parua,magnitudine virtutũ ſunt magna,ſicut ibidē dicit Philoſophus.

Ant. Calida vero & ſicca ſpiſsi ſeminis eſt,& maxime generatrix,& citiſsime ad coitum excitat aĩal à principio ſtatim.Sed & huiuſmodi pubeſcũt citiſsime in partibus genitalium,& in omnibus in circuitu,ſurſum quidem vſq; ad regionē circa vmbilicum,deorſum vero vſq; ad medium coxarum.Petulca eſt igitur huiuſ

D modi craſis ſatis ad venerem,ſed citiſsime ſatiatur: &,ſi cogatur,læditur.

Leo. Calidior vero ac ſiccior & craſsiſsimum ſemen habet,& fœcũdiſsima eſt,ac celeriter ab initio protinus ad coitum excitat animal.Sed & his genitales partes citiſsime hiſpidæ fiunt,atq; omnes,quæ circũſtant,ſupra quidem uſq; ad vmbilicum,infra vero vſq; ad media fæmora.Petulca igitur eſt,& ad libidinem prona huiuſcemodi temperatura,ſtatim vero ſatiatur: &,ſi cogatur,offenditur.

Cõ.53. Cum dedit ſigna ſimpliciũ diſtēperãtiarũ teſticulorũ,dat ſigna cōpoſitarũ,& primo diſtēperãtiæ in caliditate & ſiccitate,& dicit, CALIDA &c.i.& complexio calida & ſicca teſticulorum efficit ſemen ſpiſſum propter bonitatē digeſtionis ſequentē dominiũ caloris,ſpiſſius enim fit,quodcũq; digeritur:adhuc autē propter cōſumptionem oĩs eius aquoſitatis comitantē cōplexionem ſiccam. Deinde dixit, ET EST &c.i.& hæc cōplexio eſt maxime generatrix,propter fieri ab ea ſuperfluũ ſeminale maxime cōſtans,& maxime grandineũ,& minus habens de aquoſo,tale aũt maxime generatiuum:adhuc autem & maxime maſculinans,ſicut ex prædictis manifeſtũ eſt.

cõ.tra.de bus. Sed dubitabit hic aliquis ex hoc,quod dicit Hali ex ſententia Hip.& Gal.ꝙ cauſa in generatione maſculorũ eſt, fortitudo virtutis ſpermatis,& ꝙ hęc ſequit equalitatē cōplexionis ſuę:quare videbit,ꝙ calida & ſicca cōplexio teſticulorum inepta ſit ad generationem maſculorũ. Propter quod dicit Hali,ꝙ,licet hic dixerit,ꝙ cōplexio hæc eſt maxime generatrix,non tñ dixit,ꝙ ſit maſculorum generatrix.Sed in veritate,ſi humida & frigida eſt parum

generans,& fœminas generans(ſicut poſt dicit)tūc calida & ſicca debet multū eſſe generās,& maſculos generans: E
oppoſitarū.n.cōplexionum oppoſiti debent eſſe effectus. Adhuc aūt palā eſt,ꝙ maſculus eſt calidus & ſiccus reſpectu fœmellę:ergo ēt aptus fieri ex ſemine ſibi ꝓportionali:ſed tacuit illud in cōplexione calida & ſicca, ſubintelligens ſe dixiſſe illud in ea,quę ſolū calida eſt:in ea vero,quæ calida eſt & humida,tàm de generatione,q̄ de maſculinatione ſubticuit.Propter hoc ergo,ſi fortitudo virtutis eius ſequit̄ tēperantiā cōplexionis,nullo modo debuit dicere,ꝙ cōplexio calida ſit maſculorum generatrix: ſed dixit illud. Quare dicemus,ꝙ fortitudo virtutis ſpermatis duplex eſt, Vna qdem,qua ſperma eſt generatiuum,quę ſequit̄ bonitatē digeſtionis eius:hæc aūt ſequitur tēperantiam cōplexionis digerētis,licet hæc tēperantia declinet ad calorē: non.n.enunciantes tēperantiam cōplexiōis in oſſe & carne, vnā & eandē eſſe dicimus,cum hæc qdem declinet ad calorē,illa ad frigus,ſed talis fortitudo virtutis,qua ſperma eſt generatiuum ad generationē maſculi,& fœmellę,cōmunis eſt,& modo qdem huius,mō illius, ſm materiæ ſuſcipiētis naturam: Alia vero eſt fortitudo virtutis,qua ſperma eſt generatiuū maſculorū,quę ſequit̄ quendā ipſius exceſſum in caliditate & ſiccitate,non tñ adeo ſuperfluū,ꝙ exiccet humidū,hoc.n.vigoroſius eſt ex calore,& magis trahēs menſtruū in ſui ſpeciē & formā.Propter hoc ergo non eſt dubiū,ꝙ cōplexio calida & ſicca, ſi nō fuerit multū excedens,eſt generatiua maſculorū. Deinde dicit, CITISSIME &c.i.& hæc cōplexio excitat ex principio citiſsime aīalia ad coitum,i.ante horā cōmunis pubertatis:& cauſa huius eſt,qa calidū iunctū ſicco fit citius & magis pruritiuū,ſimile aūt factū ſemen ab hac cōplexiōe ſtimulabit expulſiuā,vt dictū eſt.Perficiet F
aūt hoc tēpeſtiue,quia humiditas viciniā natiuitatis comitans,ſiccitate cōplexionis adæquata,citius ꝓportionatur ad calidum digeſtiuum,quare citius omni alia complexione abundare faciet in ſemine pruritiuo. Deinde dicit, IGITVR &c.& videt̄ cōcludere ex prędictis,ꝙ hāc habentes cōplexionē pubeſcūt citius in partibus genitalibus, & eis adiacentibus,vt in ſurſum qdē vſq; ad regionē vmbilici,in deorſum vero vſq; ad mediū coxarū:quāuis reliqua trāslatio copulatiue ꝓponat. Volebat aūt p partes genitales,inguen,& teſtes,& virgā:per pubeſcere aūt volebat maxime dictarū partium pilaturā,& eis adiacētiū,adhuc aūt & ipſarum tumorē:cum enim illarū partiū piloſitas & tumor exorit̄,pubeſcere dicimur. Quòd aūt hæc cōplexio multiplicet materiā pilorū circa partē,in qua dominat̄,& ei vicinas,iam frequēter ſuperius cōmētati ſumus. Cōcludebat aūt ex premiſsis fortaſsis,quia,ſi citius excitat ad coitū,tūc & facit pubeſcere multo magis:aut fortaſsis,qa frequētia ſtimulati coitus ꝓpellit vaporē quēdam ad cutim,qui cōſtituit̄ materia pilorū:adhuc autē,quia p continuam frictionē tumeſcere facit partes genitales ꝓpter attrahi per hoc ad illas copioſius alimentum : quare,ſi ad coitum citius ſtimulat,citius ēt tumeſcere facit.
Deinde colligit ex prędictis,& dicit, PETVLCA &c.i.igitur hęc cōplexio facit multū appetitiuos venereorū, ſicut dictū eſt:ſed ipſa facit cito ſatiabiles ꝓpter nō eſſe plurimū ſemē ſub hac cōplexione,caliditate & ſiccitate humidum conſumente.Propter quod ſubiungit,ꝙ,ſi cogantur coire hanc habentes per appetere vel delectari,lædūtur valde,quia amplius exiccantur,& in phthiſim deducūtur tranſeunte in ſemen ex nutrimento mēbrorum,eo; G
quod eis ſuperfluum non erat,propter aſſugere tunc teſtes à toto corpore,ſicut ventoſa.

Conuenienti autem humiditate cum caliditate piloſi quidē minus hm̄oi,iis, qui dicti ſunt,multi ſeminis vero magis,non concupiſcunt tamen magis illis:ſufficiunt vero ſine læſione venereis plurimis. Si vero ſatis vtrunq; augeatur humidum & calidum,non ſine læſione abſtinent à venereis. Ant.

Si autem caliditas humiditati coniungatur,hirſuti quidem tales minus,plus vero ſemine abundant,nō tamen plus cæteris appetunt,ſed minori detrimento præter modum venereis indulgent.Quod ſi ſatis excreuerint & caliditas & humiditas,non ſine detrimento à venereis abſtinent. Leo.

Cum declarauit ſigna diſtēperantiæ teſticulorū in caliditate & ſiccitate declarat eius,quæ in calore & humiditate,& dicit, CONVENIENTI AVTEM &c.i.ſed,ſi conuenerint in teſticulis caliditas & humiditas,tūc hanc contrahentes diſtēperantiam fiunt minus piloſi habētibus calidā & ſiccā ꝓpter cauſam,quā diximus in calida & humidā diſtēperantia cordis. Deinde dicit, MVLTI VERO &c.i.ſed ipſi ſunt pluris ſeminis,q̄ prędicti:& cauſa in promptu eſt,quia ex cōplexiōe humida & calida:quę, cū adgenerat,cōſeruat ſupflua plurima. Deinde dicit, NON CONCVPISCVNT &c.i.ſed,licet ſint pluris ſeminis,nō tñ appetunt plus coire,q̄ illi,ſed minus:& cauſa huius eſt,qa calidū iunctū humido nō efficit ſemen adeo pruritiuū,ſicut iunctū ſicco:ſiccitas.n.eſt magis homogenea calori,q̄ humiditas,ꝓpter quod dicit̄,ꝙ eſt legitima caloris. Deinde dicit, SVFFICIVNT VERO &c. i.ſed,licet ipſi minus illis appetāt coitū,tñ plus ſufficiūt abſq; nocumēto in vſu ipſius,ꝓpter eſſe copioſiores in ſuperfluo ſeminali,Imo(ſicut dicit)ſi maior ſit exceſſus in vtraq; qualitate,nō abſtinebit ſine leſione à coitu:& cauſa huius eſt abundantia ſeminis ſub tali exceſſu copioſior valde:ꝙ,ſi coarctetur in corpore,cauſa eſt plurium ægritudinum,quas tractatu de cauſis oſtendemus,vbi Gal.vſum venereorum ordinat ad ſanitatem conſeruandam. Cō.54. H

Si vero humidi & frigidi ſecundum craſim fuerint teſticuli,nuda,quę in circuitu,pilis,& tarde coire incipient,& neq; vehementes ad operationem ſunt. Aquoſum autem & tenue ſemen eis,& parum generans,& fœminas generans eſt. Ant.

Si vero frigidiorem & humidiorem tēperaturam teſticuli habuerint,partes circūpoſitæ glabræ ſunt,& tarde rem veneream exercere incipiunt,neq; proni ad actū huiuſmodi ſunt. Aquoſum vero & tenue ipſis eſt ſemen,& infœcundum,& fœminarum generatiuum,vel omnino non generans. Leo.

Cum declarauit ſigna diſtemperantiæ teſticulorum in caliditate & humiditate,declarat eius,quæ in frigiditate & humiditate,& dicit, SI VERO &c.i.ſed,ſi teſticuli fuerint frigidi & humidi in complexione,fient nuda pilis Cō.55.

A membra,quæ sunt in circuitu genitalium,sicut inguen,& tibiæ:& causa patet ex his,quæ superius exposita sunt. Deinde dicit, ET TARDE &c.i.& tarde incipiunt coire ex principio,& neq; sunt fortiter durãtes ad coitum priuatione caloris digerẽtis & pruritũ facientis : adhuc & tarde sunt effundentes semen,cũ coeunt,debilitate caloris & virtutis,& ipsius pruritus priuatione. Deinde dicit, AQVOSVM VERO &c.i.& semen in eis est aquosum & subtile propter id,quod scitum est de priuatione digestionis. Adhuc aũt subiungit,ꝙ tale semen est parum generans,& fœminas generans,quia propter indigestum esse non facit constare menstruum mulieris:aut,si facit constare,sicut non habens plurimum excessum in frigiditate & humiditate non potest deducere propriam speciem debilitate virtutis suæ,quia sicut victum trahitur in naturam materiæ,ideoq; permutatur in fœmellam.

Ant. Sicca autem & frigida crasis similis quidem plurimum est ei,quæ prædicta,crasi:spißius vero eis semen & omnino exiguum est.

Leo. Frigidior vero & siccior temperatura similis quidem in reliquis est,antedictæ : craßius vero in ipsa semen existit,atq; omnino paucum.

Cõ.56. Cum declarauit signa distẽperantiæ testiculorũ in frigiditate & humiditate,declarat eius,quæ in frigiditate &
B siccitate,& dicit, SICCA VERO &c.i.sed cõplexio frigida & sicca testiculorũ est in suis signis ₰m plurimũ silis prędictę,s.frigidę & humidæ,s.in nuditate pilorũ,& tarditate & paucitate coitus:adhuc & in tarda emißione,cũ coeunt:similiter quoq; in sterilitate,& fœminarum generatione magis,q̃ masculorũ(& causa in promptu est ex prædictis)sed tñ in hoc differunt ab illis,ꝙ semen ipsorum est spißius propter siccitatem.

Ant. Totius vero corporis habitudines dictæ sunt quidẽ & prius,ꝙ aßimilantur cordi & hepati,dominatur vero similitudo habẽtis vehementiorẽ quãlibet primarũ qualitatũ,quas & operatiuas noiant. Totius vero corporis habitudo in illis maxime discernitur partibus,quæcũq; videtibus subiacent prima. Musculi vero sunt hi,oĩbus oßibus circũuoluti,cõpositę carnes quędam ex simplici & prima carne & neruis,quibus hæ circũnatæ sunt:propria enim musculorũ substantia hæc vtraq; sunt. Ad eos vero venientia vasa velut quidam riui sunt,non complentes eorum substantiam,sed seruientes ad conseruationem.

Leo. Totius autem corporis habitus,diximus & superius,quomodo & hepatis,& cordis naturam sequãtur, ei aũt magis aßimilatur,quod vnã aliquã ex primis qualitatibus potẽtiorẽ habuit,quas & effectiuas appellãt. Totius vero corporis habitus in illis maxime dicitur partibus,quæ primæ oculis subijciũtur. Sunt vero hæ, musculi,qui oĩa ambiũt ossa,carnes quædã cõpositæ ex prima & simplici carne,& præterea fibris,qui-
C businnascũtur:propria.n.musculorum substantia his duobus constat. Quæ vero ad ipsos vasa pertingunt, veluti riui quidam sunt,qui non substantiam complent,sed eis subministrant,vt in vita permaneant.

Cõ.57. Expeditis signis corporis ægri simplr,sumptis à partibus,quæ dicunt̃ principia,incipit dare signa illius sumpta à partibus,quas hr̃e dixit virtutẽ innatã & influẽtẽ. Qm̃ aũt ex his quędã exterius cõstituta sunt,vt musculi,quędã vero interius,vt vẽter,& pulmo,& hmõi,primũ dat signa earũ,quę exterius taliũ apparẽt partiũ,s.musculorũ. DVBITABIT aũt aliquis hic ex hoc,ꝙ videtur derelinquere signa corporis ægri simplr,sumpta à partibus, quæ principijs famulãtur,& ab illis oriuntur : sic.n.diuiserat prius partes,à qbus dixerat sumẽda esse signa illius, dicens quasdã illarũ esse principia,quasdã vero ab illis exortas,quasdã vero & c. Nisi esset,ꝙ à partibus,quę principijs famulãtur,nõ est sumere signa corporis ægri simplr ₰m plurimũ nisi per hoc,ꝙ significãt sup principia,à q̃bus exorta sunt. Ipse aũt iam supra satis tetigerat signa principiorũ,quæ ab eis famulãtibus sumũtur in neruis,& venis,& hmõi,pręducens qdem ab initio,ꝙ orta à principio attestãtur vigori & vitio sui principij,& principiũ eis, quę ab eo nata sunt. Adhuc aũt sub exẽplo oĩum orientiũ à principijs edocuit signa oculorũ,breuitati cõgaudens per naturã doctrinæ. Qm̃ aũt per totius corporis habitudinẽ docuit significare sup corde & hepate,dicẽs,ꝙ ex calido corde calida est totius corporis habitudo,nisi resistat hepar:silr ex calido hepate, nisi resistat cor : significationes aũt habitudinis totius corporis necessariũ erat dici,& ibi ꝓmisit,exeqtur hic,quod promisit. Quia vero to-
D tius corporis habitudo est p amplius adiacẽs musculis,maior.n.pars totius corporis musculi sunt existẽtibus corporis musculis qngentis & 29,ideo in principio rememoratur,₰m quæ maxime mẽbra disponatur totũ:in qbus quoq; dispositibo ista ab eis ꝓcedẽs maxime dignoscat̃, & dicit, TOTIVS VERO &c.i.dictũ est prius,vbi cordis & hepatis cognitiones edocuit,ꝙ habitudines totius corporis aßimilantur cordi & hepati,sicut maxime aliorũ influentibus sup toto. Ait.n.supra,ꝙ totũ corpus calidũ ex calido corde fit,nisi cõtraoperetur hepar:& silr ex calido hepate,nisi cõtraoperetur cor:cãm ẽt ibi cõmentãtes adiecimus. Deinde dixit, DOMINATVR vero & c.i. veruntñ,quãuis aßimiletur vtriq;, dñinabitur tñ in toto silitudo illius ex prędictis duobus,quod habuerit vehementiorẽ quãcũq; primarũ quatuor qualitatũ,quas vocamus actiuas. Si.n.cor habuerit plus in calido,q̃ hepar in frigido:vel in frigido,q̃ hepar in calido,dominabitur in toto silitudo cordis:& econuerso in hepate,eo ꝙ neutrũ alteri resistere potest in influentia super toto,nisi aut æquet,aut superueniat in opposita influentia. Et vocauit oẽs quatuor primas qualitates actiuas sub intentione,quã diximus supra cap.de corpore neutro ₰m intentionẽ secundam,cum tñ apud Philosophum duæ tm̃ sint actiuæ,s.caliditas & frigiditas:duæ vero paßiuæ,s.humiditas & siccitas per modum,quem ibi cõmentãtes exposuimus. Deinde volens ostendere,à signis quorum mẽbrorum hæc habitudo totius dignosci poßit,dixit, TOTIVS VERO &c.i.sed habitudo totius corporis,ad quã prędicta mẽbra totũ sibi aßimilantia disponũt,discernitur maxime in illis partibus,quę primo subiacent visui. Siue.n.ꝓdicta mẽbra oẽs partes corporis ₰m sui silitudinẽ condisponant,siue ex prima materia cõsequantur similem quandam

dispositionem, non tñ est ipsam de facili discernere nisi in mẽbris apparentibus. Deinde dicit, quæ sint talia, & dicit, MVSCVLI VERO &c.i. sed tales partes primo visui subiacentes sunt musculi, circũuolnti oĩbus ossibus, quasi ossa sint ipsorum fundamẽtum. Propter quod (sicut dicit Hali) cum dicimus totius corporis habitudinem, tunc plurimum, quod significamus, est musculus: & causa huius est tũ ipsorum apparentia, tũ ipsorum multitudo totum occupans corpus. Deinde ostẽdit, qđ sint musculi, & dicit, ET SVNT &c.i. & musculi nõ sunt aliud, q̃ quedã carnes cõpositæ ex simplici & prima carne, & neruis diuisis in villos, q̃bus hæ carnes intexunt. Dicit enim, ꝙ sunt quedã carnes denominatione facta ab eo, quod ẽm quãtitatẽ dominatur in eis, sunt tñ cõpositi ex simplici & prima carne, & neruis, q̃bus illa simplex & prima caro intexit. Et vult p simplicem & primã, eã, quæ ex primo sanguine menstruo coagulato fit intra neruorũ villos, hæc.n. (sicut dixit Gal. in secũdo de cõplexionibus) proprie dicit caro. Prima aũt & simplex dicitur respectu cõmistæ cum neruis, cuius cõmistæ illa pars existit. Est aũt & alia simplex caro preter eam, quæ est pars musculi, s. caro cordis, hepatis, renũ, & pulmonis, & fundi stomachi, & aliorum talium viscerũ, que tam abinuicẽ, q̃ ab ea, que musculorũ, plurimũ differũt secundũ spissitudinẽ & raritatẽ, duritiẽ & mollitiẽ: & talis nõ dicitur ꝓprie caro. Deinde, q̃a alie quedã particule videbant de substãtia musculorum, subiunxit, PROPRIA ENIM &c.i. & vere qdẽ ex predictis tm̃ partibus cõponunt musculi, proprie.n. partes musculorũ he sunt, s. prima caro, & nerui: alie vero partes, que in eis vident, nõ sunt eis ꝓprie, sed cõmunes cũ alijs. Propter quod subdit, AD OMNES VERO &c.i. sed vasa ingredietia in ipsos, s. venę & arterię, q̃ dicunt vasa ꝓpter eẽ suis cõcauitatibus cõtẽtiua sanguinis & spũs, nõ sunt de substãtia musculorũ ꝓpter nõ cõferre essentialr ad opus, ad qđ sunt ipsi, vel p efficere vel iuuare solũ, tales.n. partes cõstituũt ipsorũ substantiã, & nõ aliæ: sed sunt deseruiẽtes eis ad cõseruationẽ, venę qdẽ p allationẽ nutrimẽti: arterię vero p allationẽ spiritus & caloris. E cap.3. F

DVBITABIT aũt & hic aliquis ex eo, ꝙ Princeps facit musculũ esse cõpositũ nõ solũ ex prima carne & neruis, sed ex ligamẽto & pãniculo. Ait enim, ꝙ, q̃a motus volũtarius nõ cõpletur mẽbris, nisi virtute adueniente eis mediãtibus neruis: non aũt erat cõueniens, vt nerui cõtinuarent ossibus, que sunt radix mẽbrorum nobilium in motu, ꝓpter esse ossa dura & neruos subtiles, extraxit natura ex osse rẽ neruo similẽ, que ligamẽtum vocat, & eam neruo adiunxit, & ex eis rete faciẽdo, quasi rem vnã effecit. Quia vero adhuc nõdũ cõsecuta fuit crassitiẽ sufficiẽtẽ, qua cõueniret eis affirmari, & maxime cũ durities nerui apud elongationẽ à cerebro nõ sit augmẽtata sup eã, que apud ortũ, augmẽto, de quo sit curandum: adhuc aũt cum ꝓpter ramificationẽ ipsius in mẽbris sit illud, quod ad vnũ peruenit membrum, subtilius, q̃ radix, ingeniata est natura attribuere ei vlteriorẽ crassitiẽ, implẽdo ex carne vacuitatẽ villorum corporis ex neruo & ligamẽto cõpositi. Propter quod dicit, ꝙ huiusmodi summa facta est mẽbrum ex neruo, & ligamẽto, & eorũ villis, & carne ĩplente, & pãniculo cooperiẽte cõpositum, quod est musculus. 1.primi do. 5.summa 2 cap.1.

Sed nos dicemus, ꝙ nec pãniculus est de substãtia musculi, sicut nec venę, nec arterię, nõ.n. valet ad opus ipsius, sed deseruit ad defensionẽ ab extrinsecis nocumẽtis: ligamẽtũ aũt, sille neruo est ĩ substãtia, licet ĩsensibile. Propter qđ, cũ supra dixit, ꝙ sunt cõpositi ex prima carne & neruis, sub neruis voluit & ligamenta cõprehẽdi. Fortassis aũt & magis ingredit ligamentũ cõpositionẽ chordę, q̃ musculi: villi.n. neruorũ in carne eis circũposita dispertiti, cũ appropinquant ad finẽ musculi recepta cõmistione ligamenti aggregantur in chordã ad maiorẽ chordæ firmitatem, que ꝓcedit ad mẽbrum, cuius motus querebatur p musculũ. Quare vera substãtia musculi non est nisi ex prima carne & neruis, sicut Gal. dicebat. Videtur aũt & hec diffinitio musculorũ materiã tm̃ reddere, speciẽ vero & rõnem subticere more diffinitionũ naturaliũ: reddẽs aũt rõnem & formã est ea, que dicit, ꝙ ipsi sunt proprium organũ motiuę virtutis: adhuc aũt & tactiuę, sensus.n. tactus à volũtario motu nõ separatur ẽm naturã, nec econuerso. Nullus nanq; musculus inuenitur nõ sentiens tactu, nec aliqd aliud ab eo, sentiens, preter cor & pãniculũ: voluntarium aũt motũ perficit oĩs musculus. Propter quod aut vnicus neruus fert à cerebro ei vtrãq; virtutem, aut duobus indiguit, quorũ vterq; suã reddit. Est aũt in quolibet mẽbro cõposito principalis quædam particula, principaliter illius operationẽ ꝑficiens, reliquæ vero iuuamentales, sicut in musculo neruus, in oculo cryssallinus. Propter quod, siquis dixerit solũ neruum tangere & mouere, non calũniabimur illum, sicut neq;, si dixerit solum cryssallinum videre. Si.n. caro esset principaliter sentiens, sentiret caro hepatis, & pulmonis: non ergo sentit, nisi neruo cõmista, præterq̃ in primo principio, s. corde: imo, sicut tunicæ & albugo circũposita cryssallino mediant in visu, sic & caro circũposita neruo sensibili mediat in sensu tactus. G

Dicentur igitur & eorum craseos cognitiones secundũ bene temperatas habitationes, permutãt enim distẽperatæ regiones, cutem secundũ se formantes, & corrũpunt quasdã cognitiones. Ita vero & secundũ bene tẽperatam regionẽ, tempore messis, si se ipsum Soli aliquis exponat nudum, permutabit cognitiões, quæcunq; secundum colorẽ sunt, & in mollitie & in duritie consistentiam. Si vero, vt bene temperata est regio, ita & ipse bene temperata diæta vtatur, neq; exustus in Sole nudus vnaquaq; die plurimum, neq;, vt quidam, more virginis in vmbra degens, perfectum craseos demonstrabitur signũ. Quasi in his igitur oratione futura, intendamus iam intellectum eius craseos. H Aut.

Dicentur igitur & horum temperaturæ indicia in bene temperata habitatione, nam, quę male temperatæ sunt, cutem permutant, ex seipsis formantes, & quædam ex indicijs corrumpunt. Ita & in bene tẽperata regione siquis se tẽpore æstatis nudum Soli exposuerit, permutabit indicia, quæ ex colore, & duritie, & mollitie sumuntur. Si vero, quemadmodum bonam tẽperiem obtinet locus, ita & ipse bene temperato victu vsus fuerit, vt qui neq; se nudum singulis diebus in Sole plurimũ torrefaciat, neq;, sicuti pleriq;, more puellarum continue in vmbra degat, hic certa atq; exquisita temperaturæ indicia prę se feret. Tanquam igitur de hoc futuro sermone nunc ad ipsum accedemus. Leo.

Cum

Cõ.28. Cum declarauit totius corporis habitudinẽ,cuius dicenda sunt signa, maxime discerni in musculis:quid quoq; A musculi sint,adiecit,ante executionẽ signorum habitudinis totius corporis sumptorũ ab ipsis præmittit cõditiones quasdã,quas obseruare oportet ad verificationẽ dicẽdorum signorũ,& dicit, DICENTVR IGITVR &c.i. ideo scire oportet,ꝙ significationes cõplexionis musculorũ,quę dicenẗ,intelligẽdæ sunt dici ſm tẽperatam regionem. Deinde subiunxit causam huius,& dixit, PERMVTANT ENIM &c.i.distẽperantiæ regionũ pmutãt cutim superpositã musculis,& alterant eã in colore,& mollitie,& duritie,& alterant eã,sibi cõformãtes,ſm quod attinet distẽperantię regiõis,in calore,vel frigore,humiditate,vel siccitate. Quare corrũpunt quasdã significatiões, sumẽdas à cute sup cõplexiõe musculorũ. Manifestũ.n.est ꝙ in regione Sclauorũ cutis & pilus albescũt,quãtũcũq; musculi ab ea cõtecti sint calidi:in regione vero Aethiopũ nigrescũt,quãtũcũq; sint frigidi. Conformatio.n. cutis ad regionẽ fortiter distẽperatã maior est, q̃ ad musculos,propter fortitudinem alteratiõis factæ ab aere,quę nõ solum attingit ad cutim,sed ad musculos ingrediẗ. Tẽperata ẽt regio nõ est potens ĩmutare cutim ĩmutatione, de qua sit curandũ,quare saluaẗ in ea dispositio,quę infit à musculis apud cutim. Deinde adiecit alias cõditiões, & dicit, ITA VERO &c.i.& sicut distẽperãtiæ regionis corrũpunt quasdã significatiões,sumẽdas ſm colorem,& duritiẽ,& mollitiẽ,vt distẽperata corporis expositio aut ad Solẽ,aut ad vmbrã ẽt in tẽperata regione: Adhuc aũt & distẽperantia regionũ,si.n.tẽpore messis,quo Sol ex directo nostrorũ capitũ radios iaciens est aduretior,exponat se qs nudũ frequẽter ad Solẽ,quãtũcũq; sit regio tẽperata,tñ ĩmutabiẗ corpus ſm colorẽ,& duritiẽ,& mollitiẽ, B nõ attestãs postea cõplexioni musculorũ:denigrabiẗ enim,& asperabiẗ,& durescet. Supflua ẽt mora in vmbra ad cõtraria disponet. Propter quod subiũxit, SI VERO &c.i.sed signa cõplexionis musculorũ demonstrabũtur pfecte sine pmistione superfluitatis,si,sicut regio fuerit tẽperata,ita & ille,cuius musculorũ signa quæruntur,tẽperata vtaẗ diæta:neq; exurendũ ponat se ad Solẽ vnaquaq; die:neq; sit degens in vmbra more virginis:hæc.n.est distẽperantia dicta penes aerẽ: adhuc autem neq; sit superflue dormiens aut vigilans,aut exercens aut quiescens:ex oĩbus.n.his corrũpiẗ significatio sup cõplexione musculorũ ꝑpter mutatiõne,quã faciunt non solũ circa cutim, sed ẽt circa ipsam substantiã musculorũ,vt ex multitudine somni,& ocij,& cibis humidis supaddaẗ eis carnositas & pinguedo:ex oppositis aũt diminuaẗ. Cõprehendunẗ aũt & sub distẽperata diæta artes,& cõsuetudines,& huiusmodi,quibus musculorum effectus in cutim prodire prohibetur. Ars enim conuersatiua in fluminibus,& balneis ad contraria disponit arti fabrorum. Temperata autem diæta circa hæc omnia non variat corpus variatione apparenti,quare sub ea tales se prætẽdent musculi, quales sunt. Deinde,cum præmisit, quibus conditionibus verificentur signa,quæ dicentur,concludit epilogans,& dicit, IAM IGITVR intellexisti,qualis conditionis sermo meus futurus existat.

Ant. Signa competentis craseos secundum totam habitudinem animalis,color quidem ex rubeo & albo cõ C mistus:capilli vero rubei mediocriter,& crispi vt in pluribus:mediocritas vero carnositatis in quantitate & qualitate. Medium enim perfecte est huiusmodi corpus omnium superfluitatum,vt dicantur & intelligantur ad hoc. Etenim spissum corpus ad hoc spissum dicitur,& tenue:similiter ad hoc & multã carnẽ habens & paucam,& pingue,& durum & molle,& pilosum & nudum. Nihil igitur horum est,mediocre,sed, qualis Polycleti regula,ad summum venit mediocritatis vniuersæ,vt tangentibus quidem neq; molle appareat neq; durum,neq; calidum neq; frigidum:videntibus vero,neq; pilosum neq; nudum, neq; grossum neq; gracile,aut aliquam aliam habens intemperantiam.

Leo. Moderatæ temperaturæ indicia secundum totum animalis habitum,color quidem ex rubro & albo cõmistus:capilli vero flaui,& vt plurimum mediocriter crispi:carnositatis autem mediocritas in qualitate & quantitate. Medium est enim exquisite huiuscemodi corpus inter omnes excessus,vt qui ad ipsum dicatur, & cognoscantur. Nam & crassum corpus ad hoc comparatum dicitur crassum,& tenue ad hoc eodẽ modo,& carnosum & macilentum,& pingue,& durum & molle,& hispidum & glabrũ. Nullum igitur horum corpus est,mediocritatem habens,sed,qualis Polycleti regula,ad summũ totius peruenit mediocrita- D tis,adeo vt neq; tangentibus molle videatur neq; durũ,neq; calidum neq; frigidũ:inspiciẽtibus vero neq; hirsutum neq; glabrũ,neq; crassum neq; tenue,aut aliquẽ alium habens excessum vel defectum.

Cõ.29. Cum declarauit,quibus conditionibus præsuppositis audienda sunt signa distemperãtiæ musculorum,incipit dare ipsa. Daturus autem ipsa primo premittit signa temperantiæ ipsorum,ad quam omnis distemperantia comparatur. Quãuis enim ex signis corporis ægri simpliciter, quæ nunc intendebat,reliquę duæ latitudines manifestæ fiant,non tamen recusauit interponere signa corporis semper sani,aut vt multum sani,propter id,quod supra diximus,cũ tẽperati cerebri signa pertractarem. Quare ab eis inchoans,dixit, SIGNA COMPETENTIS &c.i. signa complexionis æqualis secundum habitudinem totius corporis denotatæ in musculis,sunt hæc,s.color cõmistus ex albo & rubeo: temperantia enim musculorum efficit hunc colorem in cute,quia,cum cutis sit natura alba ad modum membrorum,quæ Gal. vocat radicalia,propter calorem,cum exiccauerit humidum sanguineũ, ex quo fiunt,dealbare ipsum per vlteriorem decoctionem in ipso:sanguis autem & caro musculorum,quæ à cute teguntur, cum sortita fuerint temperamentum conueniens, sint rubea,resultabit in superficie color cõmmistus ex vtroq;,cũ cutis qdẽ tenuis existens admittat colorẽ eorũ,quæ tangit. Deinde dicit, CAPILLI VERO &c. i.& ex signis eius sunt capilli rubei & mediocriter crispi in pluribus. Et causa huius in promptu est ex prædictis, apud recolentem,ꝙ color rubeus medius est inter album & nigrum,quorum vnus frigiditatem,alter caliditatem annunciat: recolentem quoq;, quòd crispitudo siccitatem significat,simplicitas vero humiditatem. Dicit autem

in pluribus,propter quãdoq; fieri tortuositatem pororum causam in talibus superfluæ crispitudinis, nequaquam augmentata siccitate. Est aũt & hic sciendum,ꝙ tales capilli non sunt necessarium signũ temperantiæ omnium musculorum corporis,sed principalius eorũ, qui in capite. Deinde dixit, MEDIOCRITAS VERO &c.i.& ex signis est mediocritas carnositatis in qualitate & quãtitate. Deinde dixit huius causam vnã cõmunẽ,& dixit, MEDIVM ENIM &c.i.& ideo est habẽs mediocritatem carnositatis,quia hoc corpus est pfecte mediũ inter oẽs tales superfluitates,adeo vt oporteat oẽm superfluitatẽ dici & intelligi tanq̃ ad ipsum relatam: oĩs.n.supfluitas ad medium cõparatur,vt nõ dicatur superfluum,nisi quod super medium excellit. Deinde exemplificat,& dicit, ETENIM &c.i.quia spissum & tenue,multæ carnis & paucæ,crassum & macrum,durũ & molle,pilosum & nudum,& huiusmodi non dicunt nisi per cõparationẽ ad ipsum ſm quãtitatem separationis ab ipso. Deinde volens declarare mediocre,ostendit illud p quoddã simile,& dicit, NIHIL IGITVR horum &c.i.nihil igitur nũc dictorum,s.spissum & tenue & c.est mediocre,cum ipsa sint extrema ab extrinsecus existentia,& dicta per cõparationem ad illud,talia,sed mediocre est illud,quod venit ad summũ vniuersæ mediocritatis,discernibile ad tactũ, vel visum,vel aliquem sensum,Vt ad tactum neq; sit molle,neq; durum,temperantiam habẽs inter passiuas:neq; calidum,neq; frigidum,temperantiã habens inter actiuas:Ad visum vero neq; sit pilosum neq; nudum,neq; grossum neq; gracile,neq; alicuius alterius superfluitatis habens denominationem,sed temperantiam in vtrisq;,& sit, qualis regula Polycleti statuifici. Hic.n.(sicut dicitur)in memoriam Helenæ fecit statuam tantæ pulchritudinis, vt nulla posset ei attribui deformitas,& posuit eam regulã statuarum, vt diceretur pulchrior per maiorem appropinquationem ad ipsam. Et sunt hæc omnia signa sumpta à casibus,sicut patet ex prædictis. **E** **A** **F**

IAM VERO mediocritatis inter mollitiẽ & duritiem,nuditatem & pilositatẽ causa coniecturabilis est ex supradictis:eius vero,quæ inter crassum & macrũ,multæ carnis & paucæ causam hic ostendamus. Dico ergo(sicut dicit Gal.in lib.de cõplexionibus)ꝙ abundantia carnis & pinguedinis fiunt ambæ ex augmẽto humiditatis super æqualem,sed tñ dispariter:adhuc aũt & cum disparitate in calore,non.n.æquãtur hæc mẽbra in caliditate & humiditate. Est aũt materia carnis sanguis ipse,sicut & aliorũ mẽbrorum,non tñ similiter:ad hoc enim,vt ex eo fiat caro,non indiget plurima cõuersione,sicut indiget ad hoc,vt ex eo fiat os,& neruus,& huiusmodi,eo ꝙ cõplexio sanguinis est vicina cõplexioni carnis:quare ilico,cum ei occurrit,in ipsam conuertitur,ab aliorũ aũt cõplexione multũ est distans.Propter hoc ergo multitudo carnis ex multitudine sanguinis generat:materia aũt pinguedinis est,quod de sanguine est vnctuosum,& leue,& subtile:sed,qm̃ hoc tale est paucũ in corporibus,quæ caliditati sunt decliuiora, cibus seu pabulum à caliditate resolubile existens & vribile non fiet in talibus pinguedo,nisi modica valde:in corporibus aũt,quæ ad frigiditatẽ sunt decliuiora,abundabit multũ:Signum cuius est,ꝙ,cũ tale vnctuosum egreditur à venis & resudat ab eis,si obuiat mẽbris frigidis,quales sunt pãniculi,coagulatur super eis,propter quod pinguedinẽ inuenimus maxime apud ipsos:Si vero obuiat calidis,qualia sunt carnosa,consumitur & resoluitur ab ipsorũ caliditate. Quare,cũ corpus fuerit frigidum valde,accidet illud coagulari et apud mẽbra carnosa: signum.n.coagulationis eius à frigido,est,ꝙ inuenimus id liquari & resolui à calido. Qm̃ ergo caro est in calore vicinior tẽperato,q̃ pinguedo,accidet(sicut dicit Gal.)qñ calor innatus remanet ſm vltimum æqualitatis suæ,humiditas vero exaugetur augmento nõ egrediente terminũ sanitatis,ꝙ corpus erit multæ carnis: &,licet etiam tũc augmentetur in eo pinguedo,silr diminutior erit satis,q̃ caro. Si vero humiditas nõ fuerit multũ super æqualem, sed corpus sit diminutũ in caliditate,erit in corpore multo plus pinguedinis,q̃ carnis. Si vero augmentetur caliditas,humiditas vero sit vicina æqualitati, erit in eo minus pinguedinis,q̃ carnis. Et similiter,cũ in corpore vincit siccitas,caliditas vero remanet æqualis,erit corpus decliuius ad maciẽ,sicut Gal.dicit. In quibuscunq; igitur corporibus fuerint caro & pinguedo æquales in augmento,erit ſm supfluitatem humiditatis in eis sup cõplexionem æqualem superfluitas dominij frigoris super ipsam. In corporibus aũt,in q̃bus est pinguedinis plus,q̃ carnis,frigiditas est augmentata super cõplexionem æqualem multo plus,q̃ sit augmentata humiditas super æqualem. In corporibus vero,in quibus est pinguedinis minus,q̃ carnis,humiditas est augmentata amplius,q̃ oportet,sed frigiditas non est ita,quia(sicut dictum est)cum caliditas remanet ſm terminos sibi proprios,& est in corpore supfluitas laudabilis sanguinis,sequetur istud necessario multitudo carnis. His præmissis manifestum est,ꝙ bonitas carnis & temperantia quãtitatis eius,& similiter pinguedinis sequitur complexionem æqualem inter actiuas & passiuas qualitates. Dubitabit aũt aliqs,quõ,cum pinguedo sit humidius mẽbrũ carne(sicut etiam ipse Gal.dicit in præallegato libro)fiat multitudo pinguedinis ex humiditate vicina æqualitati: multitudo vero carnis ex humiditate super æqualem. Nisi esset,ꝙ coagulatio,quæ fit à frigido,est debilior,q̃ ea,quæ à calido:propter quod humidum coagulatum à frigido remanet mollius & humidius,& ad tactum & ad virtutem,illo,quod coagulatur à calido:talis autem est pinguedo respectu carnis. Nihilominus autem,cum generatio carnis expectet intensiorem calorem, q̃ pinguedinis:vtriq; autem calori oporteat suam humiditatem proportionalem existere,fiet multitudo carnis ex humiditate pluri,q̃ multitudo pinguedinis. **G** **H**

Quæcunq; vero temperato calidiora quidem sunt,non tamen humidiora,aut sicciora secundum carnem(de his enim præsens oratio est)apparent quidem & tangẽtibus calidiora tantum,quantum sunt secũdum crasim calidiora: pilosiora vero tantum erunt, quantum calidiora & pinguedinis minus habentia. Colore vero rubea sunt,& nigros capillos habentia. **Ant.**

Quæcunq; aũt in caliditate à medio recedunt, non tamen in humiditate & siccitate,hæc,quantum ad carnosum genus attinet(de hoc enim præsens est sermo)videntur quidem tangentibus calidiora tantum, quantum & eorum temparatura calidior:tanto vero magis hirsuta sunt,quanto & calidiora,& minus pinguedinis habent,Colorem autem rubrum,& capillos nigros habent. **Leo.**

Cō.60. A Cum dedit ſigna temperantiæ muſculorum, ad quam omnis diſtemperantia comparatur, dat ſigna diſtemperantiarũ ſm eos, & primo in calore, & dicit, QVAECVNQVE VERO &c.i. ſed quæcũq; corpora ſunt calidiora tẽperato ſm muſculos, nõ tñ humidiora aut ſicciora temperato ſm carnem (de talibus.n. eſt nunc ſermo.i. de ijs, quæ ſm carnem diſtemperantiã habent: & dicit ſm carnem, denominans muſculũ ab eo, quod dominaẽ in eo ſm quãtitatem) talia.ſ. apparẽt ad tactũ calidiora iuxta quãtitatem exceſſus in caliditate: cuius cauſa in promptu eſt: & eſt hoc ſignũ ſumptũ à ſubſtãtialr inhærẽtibus. Deinde dicit, ET PILOSIORA &c.i. & apparẽt piloſiora, ꝑpter id, quod ſcitũ in ſilibus: & habẽtia minus pinguedinis, ꝑpter calorẽ excedẽtẽ depaſci plus de ſanguinis vnctuoſitate, q̃ coagulari pmittat: & cõparauit in oĩbus his ad tẽperata. Deinde dixit, COLORE VERO &c.i. & apparent habentia colorẽ rubeũ propter caliditatẽ fieri propulſiuam ſanguinis ex profundo ad ſuperficiẽ cutis, talis enim eſt motus excedentis caloris: adhuc autem & habentia capillos nigros, propter id, quod ſupra expoſitum eſt.

Ant. Frigidioris corporis craſeos ſigna ſunt non piloſum, & pingue, & frigidum tangentibus. Color vero eorum cum capillis magis rufus: multa vero frigiditate exiſtente, liuida quodammodo eſt caro, & (vt hos vocare conſuetudo eſt quibuſdam medicorum) plumbei coloris.

Leo. B Frigidioris autem temperaturę indicia ſunt pilorum carentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tangentibus obuiat. Color autẽ vnà cum capillis rufus: &, vbi frigiditas exceſſerit, liuidus quodammodo exiſtit: quẽ nõ nulli medici colorem plumbeum appellant.

Cō.61. Cũ dedit ſigna corporis calidioris tẽperato ſm muſculos, dat ſigna frigidioris, & dicit, FRIGIDIORIS &c.i. ſigna cõplexionis muſculorũ frigidioris tẽperato ſunt hæc, ſ. non eſſe piloſum propter expoſita in præmiſsis: & eſſe pingue propter id, quod paulo ante oſtendimus: & eſſe frigidum ad tactum. Regula.n. prima & maxima iudicans de calido & frigido actuali eſt tactus, ſicut Gal. dixit. Deinde dicit, COLOR VERO &c.i. de ſignis eius eſt, ꝙ color capillorũ in talibus eſt declinans ad rufum: & volebat per rufum, flauũ, qui eſt in vicinia albi: & cauſã non latet prædicta memoranté. Deinde dicit, MVLTA VERO &c.i. ſed frigiditate cõplexionis eorum habẽte multũ exceſſum fiet caro eorũ coloris liuidi, quos medici quidam conſueuerunt vocare plumbei coloris propter plumbum liueſcere in colore: & euenit hic color propter frigus mortificans, & contractionem ſanguinis & caloris ad intima propter ipſorum paucitatem.

Ant. Sicca vero craſis gracilior eſt & durior bene temperata tanto, quanto ſiccior fuerit, in reliquis vero proxima primis. Humida vero ſecũdũ alia quidẽ ſimiliter ſe habet, magis vero carnoſa ac mollior eſt.

Leo. C Siccior autem temperatura tanto gracilior eſt & durior bona temperatura, quanto maior eſt ſiccitas, in reliquis autem eodem modo ſe habet: Et humidior etiam in reliquis quidem eodem modo ſe habet, melius autem carnoſa & mollior.

Cō.62. Cum dedit ſigna diſtemperantię muſculorum ſm qualitates actiuas, dat ſigna eius ſecundum paſsiuas, & dicit, SICCA VERO &c.i. ſed cõplexio muſculorũ ſiccior tẽperata, non tñ calidior vel frigidior, eſt tanto gracilior & durior, quãtò ſiccior, propter paucitatẽ carnis & pinguedinis comitantẽ cõplexionẽ ſiccam. Cum aũt dicit cõplexionẽ tanto fieri graciliorẽ & duriorẽ, quãto fuerit ſiccior, non intellexit, ꝙ cõplexio dicatur gracilis vel dura, niſi propter rem cõplexã eſſe talem. Deinde dicit, ALIA VERO &c.i. ſed alia ſigna ſunt proxima primis: & vult per prima, ea, quæ dixit eſſe ſigna tẽperantiæ muſculorũ, ſ. ea maxime, quæ ſunt comitãtia tẽperantiam actiuarũ. Cõplexio.n. ſolum ſiccior tẽperata, nihil, aut modicũ valde permutat eorũ, quæ ſunt tẽperantiæ actiuarũ de manifeſte apparẽtibus, ꝑpter quod alia ſigna ſimiliter huius diſtẽperantię dixit eſſe proxima primis. Deinde dixit, HVMIDA &c.i. & cõplexio humidior tẽperata habet ẽt alia ſigna proportionalia primis, ſ. cõplexioni ſicce, præter ꝙ eſt carnoſior & mollior: abundantia.n. carnis ſequiẽ hanc cõplexionẽ tẽperamento ſtante inter actiuas, ſicut dictum eſt. Dicit aũt Hali, ꝙ diſtẽperantiæ actiuarũ mutant oĩa ſigna æqualitatis, ſed diſtẽperantiæ paſsiuarum
5. tra.de libus. non mutant oĩa, ſed quædam tm̃, propter actiuas maiorẽ habere potentiã ad tranſmutationẽ faciẽdam, ex quo & actiuæ nominantur. Nobis autem hoc non videtur. Gal.n. in ſignis cõplexionis calidæ & frigidæ nullum dicit
D ſignum immutari ex ijs, quæ ſunt temperantię paſsiuarum. Adhuc autem, quãtum agens aſsimilat ſibi patiens, ſi ipſum ſibi proportionatum inuenerit, tm̃ & patiens obnubilat actionem agentis, ſi ſibi rebellet: ſicut.n. diſponitur materia ſm agentis actionẽ, ſic & agit agens ſm exiſtentiam materiæ. Propter hoc ergo ſigna tẽperantiæ paſſiuarum remanẽt in diſtẽperãtia caliditatis & frigiditatis nõ minus, q̃ ecõuerſo, quãuis illud non dixerit Gal.

Ant. Et, ſecundum copulationem quidem primarũ qualitatum quæ fiunt diſtemperantiæ, cognitionis formam habent cõpoſitam. Calida nanq; & ſicca craſis piloſior, & calidior, & durior, & minus pinguis eſt, & gracilis, & nigri capilli. Si vero ad amplius veniat caliditatis, etiam nigri coloris ſunt.

Leo. Et quidem ſecundum coniugationem qualitatum primarum factæ intemperaturæ compoſitam habẽt indiciorũ formã. Calidior ſimul ac ſiccior eſt hirſuta magis, ac calida & dura exiſtit, & pinguedine caret, tenuiſq; eſt, & capillos nigros habet. Si vero multũ in caliditate excedat, color quoq; niger illi adeſt.

Cō.63. Cum dedit ſigna diſtẽperantiarum ſimplicium ſm muſculos, dat cõpoſitarum, & dicit, SECVNDVM COMPLEXIONEM &c.i. & diſtẽperãtiæ, quæ fiunt ſm cõpoſitionẽ primarum qualitatum, i. diſtẽperantiæ cõpoſitæ habent formã ſignorum, qbus diſcernunẽ, cõpoſitam ex ſignis vtriuſq; cõponentium. Deinde volens hoc oſtẽdere incipit à calida & ſicca, & dicit, CALIDA NANQVE &c.i. calida & ſicca cõplexio muſculorũ eſt piloſior, & calidior,

& calidior,& durior ſm tactum,i.talẽ facit habentẽ:& cauſa non latet. Adhuc autem & facit habentẽ eſſe paucæ pinguedinis,& ſimiliter paucæ carnis:& hoc volebat,cum dixit,Et gracilis.& horum cauſa ſimiliter patet. Adhuc autem & nigrorum capillorum propter id,quod ſcitum eſt ex præmiſsis. Deinde dicit, SI VERO & c.i.ſed,ſi hæc diſtemperantia amplius augeatur in caliditate, fient non ſolum capilli ipſorum nigri, ſed corpora ipſorum ſecundum totum erũt nigri coloris,propter caliditatem adurentem denigrare tam ſanguinem,q̃ cutim. Reſpondentibus ergo quibuſdam prædictorum ſignorum diſtemperantiæ in caliditate,quibuſdam diſtẽperantiæ in ſiccitate manifeſtum eſt formam ſignorum talis diſtemperatiæ compoſitam eſſe,ſicut præmiſerat. E

Humida vero & calida craſis mollior eſt,& calidior,& multo carnoſior optima craſi tantum,quãtum auctæ fuerint vtræq; qualitates:ad plurimum vero aucta putridis cito conſumuntur ægritudinibus & cacochymi cito fiunt.Si vero parum quidem humidior ſit,multum vero calidior,molliores quidem parum ſunt temperato hi tales & magis carnoſi,piloſiores vero non modicum,& tangentibus non parum calidiores.Nigri vero his ſunt capilli,& caro ſine pinguedine. Si vero parum quidem ſit calidior, multũ vero humidior,mollis his eſt caro & multa,& color cõmiſtus ex rubeo & albo,& tãgẽtibus paululũ calidiores. Vniuerſaliter vero hoc eſt dicere,Secũdũ cõplexionẽ craſium dñantis qualitatis ſemp dominabũtur ſigna. Ant.

Calidior autem & humidior tẽperatura,mollior,& calidior,& carnoſior tanto eſt bona temperatura, quantum & vtriſq; qualitatibus aucta fuerit. Quod ſi plurimum augeatur,cito ſimul à putredinis corripitur morbis,quoniam & humorũ vitio prompte laborat.Si vero parum quidem humidior ſit,multo vero calidior,molliores quidem parum huiuſcemodi ſunt,ijs,qui bonam habent temperaturam,& magis carnoſi:non parum vero hirſutiores,& tangentibus non parum calidiores:nigri vero eis capilli,& caro pinguedine caret. Si vero paulo quidem calidior, multo vero humidior, mollis ijs caro eſt & multa,& color cõmiſtus eſt ex albo & rubro,& tangentibus paulo calidiores. Et(vt ſummatim dicatur)omnibus temperaturæ coniugationibus ſemper ſuperexcedentis qualitatis indicia eminebunt. Leo. F

Cum dedit ſigna diſtẽperantiæ muſculorum in caliditate & ſiccitate,dat ſigna eius,quæ in caliditate & humiditate,& dicit, HVMIDA QVIDEM & c.i. & complexio calida,& humida muſculorũ eſt calidior & mollior ad tactum,& eſt tanto carnoſior tẽperata cõplexione,quanto caliditas & humiditas auctę fuerint ſupra temperamẽtum: quorũ oĩum cauſa in propatulo eſt ex prędictis. Deinde dicit, AD PLVRIMVM VERO & c.i.ſed hac diſtẽperantia plurimum aucta ſm vtrãq; qualitatẽ,accidet corpus cõſumi putridis ægritudinibus:& vult per hoc febres putridas,& conſimiles,ex apoſtematibus,& talibus. Et cauſa huius in promptu eſt ex his,quę diximus cap. de ſignis cõplexionis calidę & humidę cordis. Deinde dicit, ET CACOCHYMI & c.i.cito fit abũdans in malis chymis propter abundare in corpore ſub hac cõplexione multas reſolutiones & ſuperfluitates,quas cum accidit retineri ꝑpter aliquã cauſarũ,cito fit cacochymia,ſicut ex prædictis manifeſtũ eſt. Deinde dicit, SI VERO PARVM & c.i.ſed,ſi hæc cõplexio fuerit parũ humidior tẽperata, multo vero calidior,tũc tales erunt parũ molliores,& parũ carnoſiores tẽperato,ſm ꝙ parũper eſt humidior ipſorum cõplexio:iam.n.diximus,ꝙ multitudo humiditatis ſtante calore æquali,& paulo ſupra æqualẽ cauſa eſt multæ carnoſitatis.Sed(ſicut dicit)ipſi erunt piloſiores tẽperatis non parũ,inquãtum.ſ.ipſi appropinquant magis cõplexioni calidæ & ſiccæ,quæ ſui natura piloſiores facit,ꝑpter id,quod ſupra diximus.Et erunt ẽt non parũ calidiores tẽperatis ad tactũ:& cauſa eſt in prõptu. Cõ.64. cõ 14.hui⁹. G

Deinde dicit, NIGRI VERO & c.i.huiuſmodi cõplexio paulo humidior,multo vero calidior temperata facit eſſe nigrorũ capillorũ propter appropinquare ad calidam & ſiccã,quæ tales facit propter magis adurere vaporem,quæ eſt materia capillorũ,oĩ alia cõplexione. Adhuc aũt(ſicut dicit)& caro eſt eis nõ ſine pinguedine:non tñ intendit,ꝙ ſit multa propter depaſci calorẽ intenſum ſanguinis vnctuoſitatẽ,ex qua ſit pinguedo. Erit tñ aliqua in eis pinguedo propter viciniã ad tẽperiẽ inter paſsiuas, quã multitudo pinguedinis expetebat. Deinde dicit, SI VERO & c.i.ſed,ſi parum ſit calidior, multũ vero humidior,caro erit mollis & multa propter multitudinẽ humiditatis:color quoq; miſtus ex albo & rubeo,non tñ ſilr temperatę cõplexioni,ſed ſuperabit in eo color rubens propter abundantiã ſanguinis,& ꝑpulſionem eius ad ſupficiem cutis ſub tali cõplexione. Tales vero erunt paulo calidiores tẽperatis ad tactũ,ſicut per ſe patet. Deinde oſtendit vno canone diſcretionẽ taliũ augmentorum illius qualitatis ſup aliam in cõpoſitis cõplexionibus,& dicit, ET VNIVERSALITER & c.i.& vlr intelligẽdum eſt,ꝙ in cõpoſitis craſibus ſemp dominabunt̃ ſigna dominantis qualitatis, ſicut & aliàs dixit. Et eſt hic attentione dignũ,ꝙ hoc nomẽ humiditas aliqñ denominat qualitatem tm̃,aliqñ ſubſtãtiam humidã,ſicut & hoc nomen calor,apud medicos,vt Gal. dicit. Cum aũt humiditas denominat ſubſtantiã humidã,aliqñ denominat eã humidam humiditate actuali tm̃,ſicut cholerã,& melancholiam ſubſtantiã humidam dicimus:aliqñ vero humiditate actuali & virtuali,ſicut ſanguinẽ & phlegma dicimus humida. Scias aũt,ꝙ ſubſtantia humida humiditate actuali & virtuali ſemp ſequit̃ humiditatẽ,quæ eſt qualitas,propter quod in cõplexione calida & humida credendum eſt abundare hanc,niſi p accidens ĩpediatur. Dicit aũt Hali,ꝙ duo ſunt modi calidę & humidæ cõplexionis,vna.ſ.naturalis ab initio creationis cõnata,quã laudabilem eſſe ſuſpicat̃:altera vero accidentalis,quã dicit eſſe vituperabilem propter eſſe velocẽ ad putredinem. Sed palã eſt,ꝙ ẽt,quę naturalis eſt,ex hoc eodẽ vituperatur, ꝙ velox eſt ad incurſum putredinis(ſicut eſt videre ab ipſo textu in aſsignatione ſignorũ calidæ & humidæ cõplexionis prędictorũ mẽbrorum:quod Hali,nequaq̃ conſideraſſe videtur)licet minus,q̃ extranea,propter cõſeruari humidũ à calore innato,corrũpi vero ab extraneo, ſicut Gal. & Ariſt. dicunt. Scire quoq; oportet ꝙ calida & humida cõplexio naturalis cauſat longitudinẽ vitæ. Duæ aũt ſunt conditiõcs cõplexiõis,à q̃bus dependet longitudo H cõ.2.trac.de teſtibus. cõ.17. eiuſ. tra.

vitæ

A vitæ(ſicut dicit Philoſophus in lib.dc bre.& longi.vitæ)ſ.ꝙ actiuæ dominentur paſsiuis:adhuc aūt,& ꝙ calidum ſuper frigido,& humidū ſuper ſicco. Eſt.n.vita,& oīs aīæ operatio per calorē ſicut p primum & maximū inſtrumentum:humidum aūt ſuſtentaculū caloris exiſtit. Dominiū aūt paſsiuarū ſuper actiuas cauſa eſt putrefactionis & molenſis,ſicut dicit Philoſ.in 4 meteo. Adhuc dominiū ſicci ſup humido minus ſuſtētat calidū.Eſt ergo cā per ſe longitudinis vitæ id,quod dictū eſt:coadiuuans aūt ſunt cauſe cōſeruātes ex ſex rebus non naturalibus,quibus qcunq; habēs prędictas cōditiones vtiť,ſm ꝙ deſcriptū eſt in arte cōſeruādi ſanitatē,ꝓlongabiť eius vita,& nō accidet ei niſi mors naturalis:cuius cauſa eſt frigiditas & ſiccitas.Si vero nō vtetur eis,ſm ꝙ oportet,morieť fortaſsis propter dominium virtutum paſsiuarū ſuper actiuas, quod eſt cauſa ægritudinū materialium propter abundare ſuperfluitates in eo ex debilitate virtutum actiuarū:non autē ipſe ſolum,ſed quicūq; alter non vtetur eis ſm modum appropriatum ſuæ naturæ:in nulla tamen cōplexione tantum elongabitur vita,quātum in habente conditiones prædictas,quātūcūq; conſerueť ꝓpter carere cauſa intrinſeca longitudinis,quæ per ſe eſt cauſa.

Dubitavit aūt aliqs ex hoc,quod dicit Auer.in ſuo trac.de longi.& bre.vitæ,ꝙ cōplexio,quam diximus eſſe ꝓpriam longitudinis vitæ,in qua ſunt prædictæ conditiones,aut eſt ignorata in arte medicinæ,aūt difficulter ſcitur.Si.n.eſſet nota(ſicut dicit)præciſe iudicaret medicus longitudinem & breuitatem vitæ:non facit autē hoc, quia difficile eſt eā ſcire per ſenſum,cui medicus innititur:magis.n.videtur cognita eſſe per rōnem,q̄ per ſenſum.

B Signum aūt ignorantiæ eius in arte medicinæ eſt(ſicut dicit)quia videmus,ꝙ multi infirmi ēt viuunt multū,quos medicus nō crederet habere cōplexionem aptam longitudini vitæ:& multi bonæ conſiſtentiæ moriunť iuuenes, quos medicus ſuſpicať potius eſſe longæ vitæ:propter quod dicit,ꝙ cōplexio,quā Gal.vocat mediā,videť eſſe iſta.

Nos aūt dicemus,ꝙ proportio cōplexionis prędictæ nō eſt omnino ignorata in arte medicinæ,licet difficulter diſcibilis ſit ad ſenſum.Non tñ eſt credendū,ꝙ aliqua infirmitas,quę ſit totius infirmitas,ſit cauſa longitudinis vitæ tanq̄ faciens acqrere hanc ꝓportionem in cōplexiōe:īpoſe.n.eſt,quod eſt præter naturā,eſſe longæuū. Adhuc aūt,cum ægritudo ſit nocens operationi:ſit aūt vita operatio,ſicut ſupra oſtēſum eſt: erit oīs ægritudo nocēs vitę: nihil aūt,quod nocet vitæ,pōt eſſe cauſa ꝓlongationis eius,cū nocumentū operationis tranſeat de leui ad mediocrem,& de mediocri ad nō oīo fieri,quod eſt ipſa mors. Poteſt tñ alicuius ignobilis membri infirmitas fieri cauſa longæ vitæ per accidens,eo ꝙ(ſicut Gal.dicit)qui habet vnum mēbrum infirmū,plerūq; habet alia incolumia ſuſcipiente mēbro infirmo corporis ſupfluitates:ſi aūt fuerit tale mēbrum ex nobilibus,non erit illud poſe propter redundantiam nocumēti ſuper toto.Adhuc aūt bonæ conſiſtentiæ hoīes non moriuntur iuuenes propter nō habere hanc ꝓportionē,vel ei vicinam,ſed propter peccare in cōſeruatione illius nūc vno modo,nunc altero,& inde accidere ægritudines mortiferas:ex quo fit,ꝙ medicus non iudicat præciſe longitudinē vitæ,quia non pendet hoc ſolum à cauſa intrinſeca,ſed à cauſis conſeruantibus ab extra.Cōplexio aūt,quam Gal.vocat mediam,non eſt illa, ſed ea,quæ paulo excedentior eſt in caliditate & humiditate : hęc enim,quāuis ſit ægrotabilior illa,tñ,quātum eſt

C à parte intrinſeca,eſt cauſa longæ vitę,propter quod dicunt medici,ꝙ,ſi hęc cōplexio euaſerit à putredinibus,ad quas habet pronitatē,maxime dum iuueneſcit,fiet cauſa longe vitę:ſed ad tales putredines nō eſt apta,quę media. Nec ēt eſt inconueniens cōplexionem longioris vitæ habere operationes minus perfectas ea,quæ media, propter intēperamentum in calido & humido,& nihilominus ſub ea plus elongari vitam,quantum eſt ab ipſa.

Ant. Frigida vero & humida craſis,paulūlum quidem vtriſq; augmentatis,ſine pilis eſt,& alba,& mollis,& ſpiſſa,& pinguis.Si vero amplius,in alijs quidem ſe habēt ſecundū proportionē augmētationis qualitatū: color vero cum capillis eſt magis rufus,quēadmodum plurimū vtriſq; augmētatis liuidus. Si vero inęqualiter augmentatio ſit qualitatum,dominabuntur,magis augmentatæ propria ſigna.

Leo. Frigidior autem atq; humidior temperatura,ſi parū quidem vtraq; augeatur,capillis nuda eſt,& alba, & mollis,& craſſa,& pinguis.Si vero magis exceſſerit,reliqua quidē ſunt ſecundū proportionem augmēti qualitatum:color autem vna cum capillis rufus,quemadmodum,ſi plurimum vtraq; augeatur,liuidus. Si vero qualitatum augmentum fuerit inæquale,eius,quæ ſuperexceſſerit,indicia eminebunt.

Cō.65. Cum dedit ſignū calidæ & humidę diſtēperantiæ muſculorū,dat ſigna frigidę & humidæ,& dicit, FRIGIDA

D VERO & c.i.ſed frigida & humida cōplexio muſculorum diſcernitur per hoc,ꝙ modicū egrediētibus tēperamētum vtriſq; qualitatibus erit ſine pilis,adhuc aūt & alba,& mollis,& ſpiſſa,& pinguis:quorū oīum cauſa ex prædictis manifeſta eſt. Attende tñ,ꝙ duplex eſt ſpiſsitudo,ſ.carnoſitatis,& pinguedinis:intelligit autem hic eam,quæ pinguedinis. Deinde dicit, SI VERO & c.i.ſed egredientibus vtriſq; tēperamentū amplius,cōſiderare oportet alia ſigna ſm proportionem augmentationis qualitatum:ſi enim auctæ fuerint multū,augebuntur & earū ſigna proportionabiliter illis:& ſimiliter,ſi parum. Deinde dicit, COLOR VERO & c.i.ſed color capillorum & cutis eorum eſt declinans ad rufum(& vult per hoc glaucum ſiue ſubcitrinum)quemadmodum vtriſq; plurimū auctis color eſt liuidus:& vult colorem cutis, capillorum.n.non eſt hic color proprius propter participare omnem vaporem,qui eſt materia capilli,aliquid de aduſtione. Deinde dicit, SI VERO inæqualis & c.i.ſed ſi augmentatio qualitatū ſupra temperamentum non ſit æqualis,ſed aucta ſit vna magis altera, dominabuntur ſigna ꝓpria magis augmentatæ:& eſt hic ſicut canon communis,qui ſæpe ſubijcitur.

Ant. Si vero frigidum cum ſicco æqualiter augmententur,natura durum & gracile habent corpus,& non piloſum,& tangentibus frigidum,pinguedo tamen ipſis gracilibus exiſtentibus diſperſa eſt per carnem:capilli vero,& color proportionales ſunt menſuræ frigiditatis.

Leo. Si autem frgiditas vna cum ſiccitate æqualiter augeatur, natura durum, ac tenue,& glabrum corpus habent,

habent,& tangentibus frigidum,pinguedo tamen ipſis,etſi graciles ſint,per carnes diſperſa. Capilli autem & color frigiditatis modum ac proportionem ſequuntur. E

Cum dedit ſigna frigidę & humidę diſtēperātię muſculorũ,dat ſigna frigidę & ſiccę,& dicit, SI VERO &c.i. ſed,ſi frigidum cum ſicco æqualiter excedāt temperamentũ,tunc diſcerneť ex hoc,ꝙ corpus eſt natura durũ & gracile:comitatur.n.ſemper durities ſiccitatem,ſicut mollities humiditatem.Per gracile autem vult priuatum carne, quod comitatur tam frigiditatem,q̃ ſiccitatē,ſicut præmiſimus. Ad hoc aũt & corpus eſt nõ piloſum,& tangentibus frigidũ propter id,quod ſæpe dictum eſt. Deinde dicit, PINGVEDO VERO &c.i.ſed,licet tales ſint graciles paucitate carnis,tñ pinguedo inueniť in eis diſperſa p carnem,maxime ſi ſiccitas nõ fuerit multũ extra tēperamentũ:ſicut.n.ſciuiſti,ſtante frigiditate cũ tēperantia inter paſsiuas habebiť pinguedo,ꝓpter id,quod dictũ eſt. Cõ.66.

Deinde dicit, CAPILLI VERO &c.i.ſed color capillorũ & cutis erit in eis ꝓportionaliter menſuræ frigiditatis.Si.n.frigiditas fuerit multum excedens,erit color capillorum glaucus,cutis vero liuidus:ſi vero parum,tunc color capillorũ erit magis rufus,cutis vero magis vergens ad album. Et attende,quia(ſicut dicit Hali) hæc complexio facit breuioris vitæ oĩbus aĩal:poſt eã vero cõplexio,quę eſt frigida tm̃:poſt iſtam vero,quæ ſicca tm̃: deinde cõplexio frigida & humida:poſt quam calida & ſicca:& poſt iſtam complexio humida tm̃:deinde æqualis:poſt quam complexio calida & humida,hæc.n.ſi conſeruetur,facit longioris vitæ omnibus. F

Decidente vero calida & ſicca craſi tempore paracmaſticæ ætatis in frigidam & ſiccam habitudo taliũ gracilis,& dura,& melancholica eſt,& propterea nigra ſimul & piloſa.Dominante vero altera qualitatũ multum,altera vero parum à mediocri immutata dominabuntur quidem dominantis, obſcure vero erũt alterius cognitiones. Ant.

Vbi vero calida & ſicca temperatura in tempore decrementi in frigidum & ſiccum labitur habitum, tunc ij graciles fiunt & duri,atq; atra bilis in eis dominatur,& ob id nigri ſimul & hirſuti euadunt.Vbi igitur altera qualitas plurimum dominatur,altera vero parũ à mediocritate recedit, ſuperabunt eius,quæ dominatur,exilia autem erunt alterius qualitatis indicia. Leo.

Cum dedit ſigna diſtemperantiæ muſculorũ in frigiditate & ſiccitate natiua,dat ſigna illius,ad quã deuenitur per caſum calidæ & ſiccę in ipſam apud tranſitũ ætatis ſtatus ad eam,quæ ſenectutis. Hæc enim,licet non ſit natiua,habet tñ ſimilitudinẽ cũ natiua per hoc,ꝙ ipſa diciť tunc fieri frigida & ſicca non ſolũ per cõparationem ad ſe ipſam in ætate ſtatus,ſicut reliquę,ſed per cõparationem ad temperatam in ætate eadẽ,ſicut ſi eſſet natiua,& dicit, DECIDENTE VERO &c.i.ſed ſigna cõplexionis frigidæ & ſiccę,quæ fit per caſum & tranſmutationẽ calidæ & ſiccæ in ipſam in tēpore paracmaſticæ ętatis,ſunt,ꝙ habitudo taliũ eſt gracilis &c.Et volebat per ętatẽ paracmaſticam,initiũ ſenectutis, παρα.n.in græco idẽ eſt,quod iuxta, ἀκμὴ aũt idem,quod ſtatus:quare ętas paracmaſtica idem eſt,quod iuxta ætatẽ ſtatus.Neq; volebat per calidã & ſiccã,ẽt eam,quæ eſt talis ex debito acmaſticæ ætatis, ſed eam,quæ ab ipſa natiuitate talis decerniť,ſicut diximus:non.n.erat eius intentio abſolute dare ſigna cõplexionis acquiſitę ex tranſmutatione in ętate.In oĩ.n.ſene eſt cõplexio frigida & ſicca reſpectu eius,quã habuit in ętate ſtatus,nec tñ eſt inuenire ſigna,quæ dicit:in oĩ ſene:ſed vult dare ſigna frigidæ & ſiccæ ſubeuntis ex calida & ſicca natiua. Talis.n.frigiditas & ſiccitas,licet eueniat apud principiũ ſenectutis,tñ quædã habet ſibi ꝓpria nõ ex debito ætatis,ſed ex debito cõplexionis calidę & ſiccę pręcedētis:ꝓpter quod dicit,ꝙ ſilr̃ eſt gracilis & dura. Et vult ſilitudinem in hoc ad calidã & ſiccam,quæ pręceſsit,ex qua deuentũ eſt in eã:fortaſsis aũt & ad frigidam & ſiccã natiuam,cuius ſigna oſtẽderat:vtraq;.n.gracilis eſt & dura:cauſa aũt facile conſpicabilis eſt ex dictis. Deinde dicit, ET EST melancholica. Alia aũt translatio nõ copulatiue,ſed aduerſatiue ſubiungit, Verũtñ vincit ſuper eã cholera nigra.& videť rectior:non.n.eſt abſolute melancholica,quia talis eſt ẽt oĩs cõplexio ſenectutis, ſed eſt abundans in cholera nigra,quæ eſt melancholia nõ naturalis, quæ nõ per viã hypoſtaſiuæ fæculentiæ,ſed p aduſtionẽ generať:& hoc eſt ſibi ꝓprium ſuper eam,quæ nõ tranſmutata eſt ex calido & ſicco:& cauſa huius eſt remanentia aduſtionis ex cõplexione præcedente. Deinde dicit, ET PROPTEREA &c.i.&,quia vincit in eã aduſtio generans choleram nigram,erit in ea propter id & color niger in cute & pilis,& piloſitas ſimul multa,propter aduri multũ ex humiditate in vaporẽ & in materiã pili. Deinde dicit, DOMINANTE VERO &c.i.ſed dominãte multũ vna qualitatũ,altera vero parũ à mediocri pmutata dominabunť ſigna dominãtis : alterius vero ſigna erũt debilia ſicut tenentia mediũ inter ea,quæ multũ excedentis,& ea,quæ tẽperatę:& eſt hoc ſicut regula,ſæpe dicta. Cõ.67.

DVBITABIT aũt aliquis,quare iſtud cap̃.intercidat in hoc loco.Sicut.n.videť,Gal.in hoc loco,cum iam dixiſſet de ſignis cõplexionis frigidę & ſiccæ natiuæ muſculorũ,ſubiunxit de ſignis cõplexionis frigidæ & ſiccæ decidẽtis ex calida & ſicca apud initiũ ſenectutis. Sed iſta ſubiectio nõ videtur rõnabilis,Primo quia,cũ ipſe loquatur in hoc totali cap̃.de ſignis cõplexionis corporis ægri ſimplr̃,ſumptis à muſculis:corpus aũt ægrum ſimplr̃,ſit à generatione habens tales diſtẽperantias,nõ debet hic intermiſcere ſigna diſtẽperantiarũ eius,quæ accidũt ei poſt generationem. Adhuc aũt oĩs cõplexio,quæ à generatione lapſa eſt à tẽperata,videtur pmanere ſub eodẽ lapſu per oẽs ætates,cum ſit cõparatio ætatis eius ad ſimilem ætatẽ corporis tẽperati,ſicut tractatu de corporibus oſtenſum eſt:ergo cõplexio muſculorum,quæ fuit à generatione calidior & ſiccior tẽperata,erit apud oẽs ætates calidior & ſiccior tẽperata,ſeruata cõparatione,quã diximus.Quare,cũ videtur decidere in frigidã & ſiccam apud ſenectutẽ, nõ decidit in eã niſi ſilr̃ alijs: nõ.n.eſt aliqua cõplexio,quæ apud initiũ ſenectutis nõ tranſmuteť in frigidã & ſiccã.Quare oportebit ẽt dicere ſigna cõplexionis frigidæ & ſiccæ decidentis ex frigida & humida,& frigida & ſicca, & ex calida & humida,& non ſolũ decidentis ex calida & ſicca,quod ipſe non fecit,hoc.n.facere eſſet dicere ſigna G H

A complexionis,quam corpus acquirit ex trāſmutatione ætatis:quod nō eſt hic intentum. Niſi eſſet,ꝙ iſtud cap. videt hic intercidere ad oſtēdendum,ꝙ cōplexio muſculorum natiua frigidior & humidior tēperata,& frigidior & ſiccior,& calidior & humidior,in oībus ætatibus ſunt tales per operationē ſuæ ętatis ad ſimilem ætatē corporis tēperati:calidior aūt & ſiccior nō eſt talis apud ſenectutē.Nam,cū pertranſierit ætatē ſtatus, nō eſt iam calidior & ſiccior per cōparationē ad corpus tēperatum in eadē ſecum ætate,ſed frigidior & ſiccior iudicanda p accidēs,quod dicetur. Eſt ergo verū,ꝙ quęlibet cōplexio ſit frigida & ſicca apud ſenectutē per cōparationē ad ſe ipſam in prę cedentibus ætatibus:ſed calida & ſicca fit tūc frigida & ſicca non ſolū per cōparationē ad ſe ipſam in precedētibus ætatibus,ſed ēt per cōparationem ad ſimilē ætatem corporis tēperati:& cauſa huius eſt,qa,cum cōplexio eſt ſicca, prima generatiōe aſſociata caliditati humidū depaſcenti,fit continue ſiccior multo plus,q̄ reliquę. Ergo,cū adhuc per proceſſum ad ſenectutē augetur ſiccitas,finito iam humido,quod eſt ſuſtentamētum caloris, accidit calidū in frigidum tranſmutari valde amplius,q̄ gratia ætatis oporteret euenire,vt nō ſolum fiat tunc frigida ſicca per com parationem ad ſe ipſam in precedentibus ætatibus,ſed ēt per cōparationem ad ſimilē ætatem corporis tēperati:& eſt hæc tranſmutatio per accidēs,ſicut eſt ſupra dictum. Quare nō decebit,vt loquatur ꝓpter hoc de ſignis cōplexionis frigidę & ſiccę,in quā trāſit quęlibet aliarū cōplexionū apud ſenectutē,eō ꝙ talis nō dicitur frigida & ſicca niſi per cōparationē ad ſe ipſam in pręcedētibus ętatibus,& nō p cōparatione ad ſimilem ætatem corporis tēpera-

B ti,ſicut illa.Ex quo manifeſtū eſt,ꝙ non habet ſimilitudinē cū frigida & ſicca natiua in tali cōparatione,ſicut iſta.

Ant. In omnibus vero,quæ dicta ſunt,& quæ dicenda,cōmunis cognitio craſeos,ſi facile frigeſcens ſit pars, aut frigiditate,aut raritate:ſi vero difficile frigeſcens,aut caliditate,aut ſpiſſitudine:ſi vero à deficcantibus lædatur,arida & ſicca & difficile mobilis fiat,ſiccitate:quēadmodum,ſi grauetur humidis,humida.

Leo. In omnibus vero,de quibus ſupra diximus,& poſtea dicemus,cōmue eſt temperaturæ indicium,ſi mēbrum facile frigeſit,vel friditatis,vel raritatis:ſi vero non facile,vel caliditatis,vel denſitatis:ſi vero à deficcantibus offendatur,& aridum & ſiccum & non facile mobile fiat,ſiccitatis:quemadmodum &,ſi ab humectantibus grauiter ſe habeat,humiditatis.

Cō.68. Cum dedit ſigna ſpecialia cuiuſq; diſtēperantiarū in muſculis,dat ſignum cōmune,quod extenditur ad cognitionem cōplexionis non ſolū muſculorum,ſed ēt aliorū,quæ dicta ſunt & dicenda:& eſt ſignum ſumptum ab extrinſecus alterantibus,& dicit, IN OMNIBVS &c.i.ſed in oībus dictis & dicendis cōmune ſignum cōplexionis eſt hoc,ſ.ſi pars,de cuius cōplexionis cognitione contenditur,expoſita frigori,ſit facile frigeſcens,erit ſignū vnius duorum,ſ.aut frigiditatis illius partis,aut raritatis:ſi vero difficile, ſignum erit aut caliditatis,aut denſitatis ſue ſub

C ſtantiæ.Et cauſa huius eſt,quia alterās ad frigiditatem,citius pōt conuertere ſuum paſſum, ſi fuerit ſibi ſimile,q̄ ſi cōtrarium,ſicut vicinius alteranti:aut ſi carens ſimilitudine ad actiuum,fuerit raræ cōpoſitionis in ſua ſubſtantia, per quod admittat actiui tranſitum in profundū : ſic enim penetrans,citius infrigidabit,q̄ exterius tm̄ attingens. Sed raritas texturę villorum mēbri ſm̄ plurimū eſt cum caliditate(eſt.n.caliditatis & rarificare & aperire:propter quod pōt calidū eſſe facile infrigidabile per accidens)ſecundū autem minus eſt cū temperamento:cum frigiditate aut minime videtur exiſtens,cum tā innata,q̄ exterius aduenjens,ſit ſpiſſans & denſans:ēcōuerſo autem intellige de denſitate texturæ.Ex quo manifeſtum eſt,ꝙ frigidum poteſt eſſe difficile infrigidabile per accidens,ex denſitate.ſ.cutis,non permittente conuerti,quod interius exiſtit. Deinde dixit, SI VERO &c.i.ſed,ſi pars,cuius cōplexionem cognoſcere volumus,areſiat & ſiccetur de facili,& in motu læſionem acquirat proximam deſiccantibus,ſignum erit complexionis in ea ſiccæ,quemadmodum,ſi molleſcat & grauetur ab humidis,erit ſignum complexionis humidæ:& cauſa huius non eſt ignota,prædicta memoranti.

Ant. Conſiderare vero oportet,& ſi ſimilem adinuicē omnes muſculi,aut non ſimilem craſim habent,ſimul conſiderantē in omnibus quantitatē inuolutorum oſsium. Aliquando.n.gracilior videtur eſſe pars,non exiſtens gracilior,quantū ad muſculos,ſed propter anguſtiam oſsium talis apparens. Simiter autē & ſpiſ-

D ſior videtur eſſe multoties non propter amplitudinem oſsium,ſed propter carnis multitudinē,quæ aucta

H & minuta,durior & mollior dū fit,ſiccior vel humidior apparet pars.Si igitur pauca & dura,ſiccior:ſivero multa & mollior,humidior. Similiter vero & mediæ regiones, ſimiles partes habentium corporum,aut ampliorem humiditatē aut minorem in ſe ipſis continentes,aut ſpisſiorem aut tenuiorem,aut humidiorē aut ſicciorem demonſtrant partē:humidā quidem,vbi tenuior & amplior eſt humiditas : ſiccam vero,vbi ſpisſior ſimul & minor.Ipſas.n.corporis ſolidas partes,& vere ſolidas & primas ſecundum nullū modum posſibile eſt humidiores facere,ſed ſatis,ſi prohibeat aliquis eas non cito ſiccari : eas vero continentes regiones licet replere humiditate tali aut tali:id vero proprium nutrimentum eſt ſimiles habentium partes, ex appoſitione,non per vaſa adductum.Cōmunis vero & hæc ratio eſt omnium partium,diceturq; poſtea in ſanarum cauſarum doctrina:nunc vero,quæ ſequuntur,dicamus.

Leo. Inſpicere autem oportet,ſi eandē omnes muſculi ſeruant tēperaturam vel minime eandē,atq; in oībus animaduertere ſubiectorum osſium quantitatē.Non nunquā.n.gracile videtur mēbrum,cum tamen non ſit gracile,quod ad muſculos attinet, ſed propter osſium tenuitatē tale videtur. Sic & crasſius quibuſdam plerunq; apparet non ob osſium amplitudinē,ſed ob multitudinē carnis,quæ vel aucta vel cōminuta,vel durior aut mollior effecta,ſiccius aut humidius mēbrum oſtendit. Pauca igitur ac dura,ſiccius:multa autē & mollis,

& mollis,humidius. Sic & intermedia ſpatia ſimilarium corporum,vt plus vel minus humidæ ſubſtantiæ in ſe ipſis continent,vel craſsius vel tenuius,vel humidius vel ſiccius membrum oſtendunt: humidius quidem,vbi ſubtilior & plurima eſt humiditas,ſiccius vero,vbi craſsior ſimul & minor. Ipſæ.n.ſolidæ corporis partes,quæ vere ſolidæ ſunt ac primæ,nullo modo poſſunt effici humidiores,at ſatis eſt,ſi quis eas celerius exiccari prohibeat:Intercepta autem in ipſis ſpatia hac vel illa humiditate complere poſsibile:hæc vero eſt proprium partium ſimilarium alimẽtum,quod ex appoſitione fit,& non per vaſa attrahitur. Cõmunis autem hæc ratio & omnium partium exiſtit,& iterum in ſalubrium atq; inſalubrium cauſarum doctrina repetetur:nunc autem ea,quę ordine ſequuntur,attingamus. E

Cum dedit ſigna diſtẽperantiæ muſculorum tàm ſpecialia,ꝗ cõmunia,dat quatuor cautelas,quibus caueť decẽptio potens accidere à prædictis ſignis,& dicit, CONSIDERARE VERO &c.i.ſed,qñ cõplexionẽ muſculorũ indagamus per ſigna prędicta,cõſiderare oportet,ſi oẽs muſculi habent ſibi inuicẽ ſimilem cõplexionem,vel nõ, vt non accidat iudicare ex cõplexione aliquorũ ſupra cõplexionem oĩum. Accidit aũt cõplexionem ipſorũ diuerſificari nõ ex ſuis ſitibus,penes quos appropinquãt plus vel minus ad mẽbra calida,ſ.cor & hepar,ex quibus plus vel minus adueniat eis de calore, qm̃ ẜm hoc ſemper inuenirentur differentes, ſed ex materia prima,vnde fuit eis generatio,quia nõ fuerit ẜm omnes muſculos vnigenea. Sciendum tñ eſt,ꝙ,quãtũcũq; ex prima ſui materia non oĩo vnigenea diuerſæ ſint cõplexionis,ſi cor & hepar conueniant in vna cõplexione,totũ corpus ſibi ſimiliter cõdiſponent,parũ valde refragare potente cõplexione ipſorum innata,ab illis influentem. Deinde,cũ dedit cautelam,quæ ſumiť à diſsimilitudine muſculorũ,dat aliã ſumptam à quãtitate oſsium,muſculis ſubſiſtẽtiũ,& dicit, SIMVL CONSIDERANTES &c.i.ſimul cũ prædicta conſideratione cõſiderare oportet quantitatem oſsium inuolutorũ à muſculis. Deinde dat cãm,quare hoc oportet cõſiderare,& dicit, ALIQVANDO ENIM &c.i. quia aliqñ videť pars eſſe gracilior tẽperato,nõ exiſtẽs gracilior quãtum ad muſculos,ſed videť talis,ꝑpter oſsium tenuitatem:aliqñ videtur ſpiſsior nõ propter craſsitiẽ oſsium,ſed propter multitudinẽ carnis. Ex hac ergo cõſideratione accidit cauere,ne iudicemus corpus eſſe ſiccæ habitudinis ex carnis paucitate,phãtaſiata ex anguſtia oſsiũ: aut ecõuerſo iudicemus eſſe humidę ex multitudine carnis,phantaſiata ex latitudine oſsium. Deinde,cũ dedit cautelam,quę ſumiť ab oſsium quãtitate,dat eã,quæ ſumiť à cõſideratione carnis in ſe ipſa,& dicit ſicut cõtinuãs ſermonẽ ad prædicta, QVAE AVCTA EST &c.i.quæ caro penes ſui augmentũ & diminutionẽ in quãtitate,& penes ipſius duritiẽ & mollitiẽ plus vel minus ſignificat partẽ humidiorẽ aut ſicciorẽ. Nam,ſi ipſa fuerit paucior & durior tẽperata,ſignificat partẽ ſicciorẽ:ſi vero fuerit plus & mollior,ſignificat partẽ humidiorẽ. Et ex hac cautela videtur monere,ne iudicemus abſolute ꝑ multitudinẽ carnoſitatis totũ corpus vel partẽ eius eſſe humidæ habitudinis,anteꝗ cognoſcamus,vtrũ iſta caro ſit in ſe durior tẽperata,vel nõ:qm̃,ſi fuerit in ſe dura,nõ oſtendetur corpus vel pars eius ab ipſius multitudine oĩo humidæ habitudinis,quãuis dictum ſit ſupra,ꝙ multitudo carnis à ſuperante humiditate fiat. Et ſilr,ſi fuerit pauca,nõ oportet iudicare totũ corpus oĩo eſſe ſiccæ habitudinis,anteꝗ inueſtigemus,vtrũ ſit mollis vel nõ:nam,ſi ſit mollis,paucitas carnis non eſt oĩo cum ſiccitate,quãuis dictum ſit ſupra,ꝙ paucitas carnis ſequitur dominiũ ſiccitatis. Deinde,cũ dedit cautelã,ſumptã à cõſideratione carnis in ſe ipſa,dat quartã cautelã,ſumptã ab humiditate cõtenta in medijs regionibus cõſimiliũ mẽbrorum,& dicit continuãs ſermonẽ ad prædicta, SIMILITER &c.i.&,ſicut caro paucior & durior demonſtrat partẽ ſicciorẽ,multa vero & mollis humidiorẽ,ſilr & medię regiones partium cõſimilium,cõtinentes in ſe ipſis humiditatẽ ampliorem aut minorem,aut tenuiorem aut ſpiſsiorẽ, demonſtrant partem humidiorem aut ſicciorem.i.talem faciunt apparere:demonſtrant.n.humidiorẽ,quando humiditas in eis contenta,fuerit tenuior & amplior:ſicciorẽ vero, cum ſpiſsior & paucior. Et volebat ꝑ medias regiones,ſpacia quædã parua inter muſculi ſubſtantiã cõſtituta,imo intra ſubſtantiã carnis & nerui,ad quę terminanť venæ capillares latẽtes viſum,aliaq; ſpacia ẜm intrinſeca cuiuſq; partis cõſimilis,in qbus eis apponitur nutrimẽtum:quę,qm̃ in intrinſecis earũ ſunt,dicũtur mediæ regiones: Per humiditatem vero in eis contentã vult humiditatẽ nutrimẽtalem ad eas refudantẽ ex venis capillaribus,quã medici vocant rorẽ. Et monemur ex hac cautela,ꝙ nõ eſt iudicãdum abſolute partẽ eſſe humidã vel ſiccã,qa talis videatur ad ſenſum:ſæpe enim cõtenta in medijs regionibus humiditate multa & tenui apparet pars humida,cũ tñ in ſe cõſiderata ſit ſicca:cõtenta vero in eis pauca & ſpiſſa videtur ſicca,cum tñ ſit humida. Qm̃ aũt talis humiditas eſt penes ſui quãtitatem & qualitatẽ faciens apparere partẽ humidam vel ſiccam,non tñ omnem,ſubiunxit, IPSAS VERO &c.i.tñ ipſas partes corporis vere ſolidas & primas nullo modo eſt poſsibile facere apparere humidiores ad ſenſum ꝑ efficere,ꝙ in earũ medijs regionibus contineatur humiditas multa & tenuis,ſed ſufficit per hoc ꝓhibere,ne cito ſiccentur. Et volebat per partes vere ſolidas & primas,duras,vocatas apud eũ radicales,generatas ẜm opinionẽ ſuã ex primis ſpermatibus ex fœmina & mare reſolutis,quales ſunt oẽs præter carnẽ & adipẽ: illas enim vocat primas,quaſi primo genitas,& quaſi corporis fundamẽtum:carnem vero & adipẽ non vocat primas,faciẽs eas genitas poſtea,ſicut ſuperędificatas in illis ex eo,quod de ſanguine mẽſtruo attrahitur ad primas radices. Et tu iam ſciuiſti ex ſentẽtia Ari.quid ſit in hoc,ſciturus adhuc latius in tractatu de cauſis. Hoc aũt,quod dicit,ꝙ ẜm nullum modũ poſe eſt tales partes facere apparere humidiores,cauſa eſt,plurima ipſarũ durities nõ admittens tranſitũ in ſui medias regiones multæ humiditatis:pauco.n.valde nutrimẽto contente ſunt,eo ꝙ frigiditate & ſiccitate in eis dominante neq; multũ ab eis reſoluitur,neq; multũ in ſui ſubſtantiam cõuertere poſſunt ex alimento:quare nõ poſſunt ex hoc apparere humidiores:ſed ẜm veritatem,ſi humidiori & pluri nutrimẽto nutriantur,nõ eſt dubium,ꝙ humidiores fiunt. Ergo per contineri in eis tale non poſſunt apparere humidiores,ſed fieri in poſterum humidiores proculdubio per nutriri à tali,aliter.n.nõ prohiberentur cito ſiccari(ſicut ipſe dicebat)quãuis nec hoc ſit multum patẽs ad ſenſum. Deinde,qm̃ penes humiditatẽ contentã in medijs regionibus multam

Margin: Cõ.69. — F — G — H

A multam vel paucam,tenuẽ vel ſpiſſam apparent partes humidiores vel ſicciores,aut ad minus ꝓhibentur mẽbra ſiccari tardius vel citius, corrñdet autẽ talis humiditas naturæ aſſumptorũ,ideo ſubiungit in arbitrio noſtro eſſe implere eas humiditate quãtacũq; & qualicũq;,& dicit, EAS VERO &c.i.ſed ipſas medias regiones cõtentiuas prædicti roris licet nobis pro voluntate noſtra replere humiditate tali aut tali,i.multa vel pauca,tenui vel ſpiſſa ſm ꝑparationem ciborum aptorũ ad has vel illas,& facere apparere partes humidas vel ſiccas,ſicut volumus. Alia aũt translatio habet,ꝙ licet ĩplere humiditate cũ diſpoſitione & abſq; diſpoſitione:& videtur intẽdere,ꝙ licet ĩplere humiditate ſili aut diſsimili ad ipſas partes. Quãuis.n.nutrimentalis humiditas magis ſit vt patiens,q̃ vt agens, reſpectu mẽbrorum,tñ eſt ẽt aliquid actionis & rebellionis in ea,ꝓpter quam neq; in totũ neq; perfecte,neq; ſemper eã aſsimilant ſibi mẽbra,ſed ſm magis & minus,penes diſtantiã naturæ ciborum ab ipſis membris. Quare,ſi hæc humiditas in eis contenta põt nos decipere in cognitione cõplexionis muſculorũ,faciens credere partem humidam,quę in ſe eſt ſicca,& econuerſo,oportebit ante firmationem iudicij hãc prius ſciri,quanta & qualis ſit;ſiet aũt cognita per cognitionẽ diætę. Deinde,qm̃ talis humiditas eſt nutrimẽtalis humiditas,dicitur aũt nutrimentum multis modis,oſtendit,ſub quo modorũ cadat,& dicit, ID VERO &c.i.& talis humiditas eſt ꝓprium nutrimentum partium cõſimilium,factum ex appoſitione,nõ per vaſa. Et vult dicere,ꝙ nutrimentũ exiſtens in medijs regionibus ſimiliũ partium,iam appoſitũ eſt ijs,quæ ex eo nutrienda ſunt, nondum tñ eſt vnitũ neq; aſsimilatũ:triplex.n.eſt vltima operatio nutritiuæ(ſicut ſupra expoſuimus).ſ.appoſitio,vnitio,& aſsimilatio:ex quo ſe-

B quitur & triplr̃ dici nutrimentũ,ſ.appoſitũ,vnitum,& aſsimilatũ. Per hoc aũt,quod dicit,ꝙ eſt eis ꝓprium,vult, quod eſt eis iam appropriatũ, diſtributum in ipſis,qa,quod eſt in vaſis,i.in venis,nõ eſt vlli ꝓprium,ſed cõmune oĩum. Quare,cũ dicit,non per vaſa,nõ intendit,ꝙ non fuerit attractũ illud ex vaſis,ſed ꝙ non eſt tale,quale quod in vaſis:propter quod vult dicere,ꝙ tale nutrimẽtum eſt iam appropriatũ,quia appoſitũ,& nõ eſt ſicut cõmune, ca.11. nondum appoſitũ, neq; diſtributum. Sciendũ aũt & hic,ꝙ(ſicut dicit Gal.in lib.de naturali.virtu.)triplr̃ dicitur nutrimentũ,ſ.nutrimentũ abſolute, quod iam nutrit,quale eſt,quod iam eſt vnitũ & aſsimilatum,ſtans loco deperditi:& nutrimentũ non abſolute,Et hoc eſt duplex,ſ.velut nutrimentũ,quale eſt,quod apponitur:& futurũ nutrimentũ,quale eſt,quod in venis & ventre. Ex duobus autẽ poſtremis vnũ eſt proprium,alterũ vero cõmune, ſicut hic innuit. Deinde,qa dixerat licere nobis replere medias regiones humiditate tali aut tali,erit aũt hoc nõ ſolũ præſtans cautelam in ſignis,ſed ẽt auxilians ad cauſas,vt ad conſeruationem,& reductionem,& omnino curationem,quia conſimilis præparata conſeruat,diſsimilis vero alterat, ideo in tractatu de cauſis hunc canonem dicturum ſe promittit,& dicit, COMMVNIS VERO &c.i.& hæc ratio,qua dicimus licere nobis replere medias regiones &c.eſt cõmunis omniũ partiũ,ſ.tam ſolidarũ,q̃ molliũ:quę(ſicut dicit)dicet poſtea in doctrina de cauſis,& nos dicemus,cũ illuc perueniemus:nunc vero tranſeundũ dicit eſſe ad ſequentia.

C

Ant. Ventris cognitiones natura quidẽ ſiccioris,velocius fiunt ſitientes,& paruus ipſis ſufficit potus,& grauantur ampliori: & fluctuationes habent,vel ſupernatat ſuperfluum eis:cibiſq; gaudent ſiccioribus. Humidioris autem ventris ſigna,ſi neq; ſitientes fiant,nec ampliorem humiditatem moleſte ferant,cibiſq; gaudeant humidioribus.

Leo. Ventriculi indicia,eius quidem,qui natura ſiccior exiſtit,ſi celeriter ſitibundi fiant,& paucus eis ſufficiat potus,à plurimo autem aggrauentur:fluctuationibus infeſtentur,aut ſuperfluitet id,quod abundat: & cibis delectentur ſiccioribus. Humidioris autem,ſi neq; ſitibundi fiant,& ſuperabundans humidum facile tolerent,& cibis gaudeant humidioribus.

Cõ.70. Cum dedit ſigna corporis ægri ſimplr̃,ſumpta à partibus apparentibus,habentibus virtutẽ innatam & influentem,vt muſculis,dat ſigna illius ſumpta à partibus talibus quibuſdã occultis,quales ſunt vẽter,pulmo,& trachea arteria:ſub horum.n.exemplis,oĩum talium partiũ figuraliter ſigna tradit. Et incipiens qdẽ à ſignis vẽtris primo dat ſigna diſtẽperantiæ eius in paſsiuis,& primo in ſiccitate,& dicit, VENTRIS COGNITIONES &c.i.ſignũ ventris naturaliter ſiccioris tẽperato eſt,ꝙ talẽ habẽtes velocius ſitiẽtes fiunt,q̃ qui habent tẽperatũ:& cauſa huius 28.doc. eſt,quia,cũ ſitis ſit appetitus humidi(ſicut dicit Ari.in 2 de aĩa,& Gal.in lib.de cõplexione mala diuerſa)non ſit tñ ip. 1. hmõi appetitus,niſi ꝓpter indigentiã eius,quod appetitur:facillime aũt fiat indigentia humidi in eo,quod eſt ſic-

D cum,eo ꝙ ex quacũq; cauſa leui ꝓcedit ad ſiccius,oportet de neceſsitate ſiccum habẽtes ventrẽ ex omni leui cauſa ſitis inductiua,ſicut ẽt modicum ſalſis & acutis,velociter ſitire per procedere facile ad ſiccius illo modo. Et eſt hoc ſignũ ſumptũ ab effectu virtutis cõpoſitę ex naturali & ſenſibili,quã dicemus. Deĩde dicit, ET PARVVS &c. i.&,cum ſitiunt,ſufficit eis paruus potus:& cauſa huius eſt,quia,ſicut lapſus in ſiccius ꝓuocans eis ſitim erat facilis propter id,quod ſcitũ eſt,ita & ipſius reductio in naturam priorem facilis exiſtit:quare paucus ſufficiet eis potus. Et intelligit per paruũ potum paruitatem in quãtitate & qualitate,vt ſit paruitas qualitatis modicus eius exceſſus in gradu humiditatis:ſiccũ enim lapſum ad ſiccius, minus humido reducemus ad ſuũ tẽperamentũ,q̃ humidum aut tẽperatum. Adhuc aũt ſuperflua quãtitas potus eſſet ẽt inconueniens,quia augmentum ſubſtantiæ in quãtitate facit ẽt augmẽtum virtutis in robore ſuo,ſicut dicit Princeps lib.ſuo de aĩa:propter quod videmus,ꝙ piper in quãtitate vnius ʒ aſſumptum calefacit plus,q̃ granum vnũ ex eo:quare ſubiũxit,ꝙ grauatur à multo potu,ſicut ab eo,quo non indiget,& ſicut à re ſibi non homogenea:quo fit,vt nõ digeratur in eorũ ſtomachis: quare nõ deſcendit,ſed ſupernatat in eis ſuperfluũ exiſtens:nõ deſcendẽte aũt habent fluctuationẽ ex ipſo(ſicut dicit)in vẽtre, cum deponere deſiderat,& nõ poſsit,indigeſtũ:fluctuat ergo,modo huc,modo illuc propulſum. Et eſt hoc ſignũ ſumptum ab effectu digeſtiuæ ſimul & contentiuæ ſtomachi. Deinde dicit, CIBISQVE &c.i.& gaudẽt cibis ſiccioribus tẽperato,ſicut tẽperato ſicciorem habent ventrem(& hoc eſt ſignum ſumptum ab effectu appetitiuæ)

& causa huius est,quia(sicut scitū est ab Ari.)natura est principiū motus & quietis,eius,in quo est. Ipsa.n.quietans 2.phi.t.c.3. est subiectum in locum & situm suum proprium:adhuc autem & omnem qualitatē & dispositionē subiecto con- E natam iuxta posse reuocans,cum perduntur: cuiuslibet.n.rei naturalis appetitus est ad esse,& nullius ad sui corruptionē. Appetere.n.esse est res,quæ venit ex Deo in omne,quod est,sicut dicit Princeps:quare sibi similibus gaudet omnis natura,sicut magis esse facientibus,& secundum nihil transmutantibus.

DVBITABIT aūt aliquis ex hoc,ꝙ ipse ponit sitim esse signū siccioris vētris,quę est appetitus humidi,dicēs postea ipsum gaudere siccis:oportet.n.aut gaudere ijs,quę appetit:aut appetere,q̄bus gaudet. Nisi esset,ꝙ(sicut dicit Hali)de natura oīs mēbri est,vt trahat ad nutrimētum sui id,quod cōuenit ei,quo fit(vt dicit)vt venter siccus cō.1. tra.de ventre. desideret cibos siccos,& non desideret bibere vinū,aut aquā,donec nō prouocet ipsum ad illud sitis:& recte dicit in hoc,non.n.Gal.dixit,ꝙ sitis absolute sit signum siccioris ventris,sed facilitas incurrendi sitim ex leuibus causis, propter id,quod dicit,ꝙ velociter sitientes fiunt. Ex quo videtur,ꝙ sitis & fames non fiant nisi ex quodā lapsu naturalis cōplexionis stomachi ad siccius vel humidius. Si enim à corpore nihil resolueretur, sed duraret conseruans dispositionem,in qua posuit ipsum natura,meliorem,neq; famesceret,neq; sitiret.

PROPTER quod rursus quęremus,quid sit fames & sitis,vtrū.s.sint operatiōes alicuius virtutis naturalis,an sint accidēs cōtra naturā,quod est operatio virtutis īmutata. Videtur.n.ex dictis,ꝙ sint accidēs cōtra naturā,manifestum est enim,ꝙ dolor est cōtra naturā:sed fames & sitis sunt dolor q̄dam,nam dolor est sensus contrarię causæ, F fames aūt & sitis sunt huiusmodi,nā sitis est sensus cuiusdā exiccationis,fames aūt cuiusdam humectationis:ꝓpter quod sunt fames & sitis appetitus ad cōtraria eorum,quæ sentiuntur,sicut ad ea,quæ reuocant ad naturā. Ex quo videtur,ꝙ in fame & siti sit distēperantia cōtra naturam:nā(sicut ipse paulo post dicet)distēperantiæ ęgritudinales cōtraria cōcupiscunt,& nō similia,quēadmodum naturales. Adhuc aūt Gal. in lib. de mala cōplexione diuersa, doc.2.ca.1 dicit,ꝙ dolor fit à mala cōplexione diuersa,propterea, ꝙ mēbrum calefit,aut infrigidatur ꝓprie:& illud est(sicut dicit)ꝙ hæ duæ qualitates sunt fortioris operationis,q̄ aliæ. Deinde dicit ibidē, Sed iam fit illud ꝓpterea,ꝙ membrum aut desiccatur,aut humectat̄,vt in fame & siti,& accidit dolor & passio propter penuriā substantiæ siccæ in fame,& ꝓpter penuriam humiditatis in siti. Videtur ergo ei,ꝙ in fame & siti sit dolor. In cōtrariū aūt est illud, quod vl̄r dicunt medici,ꝙ fames & sitis sunt operationes virtutis cōpositæ ex naturali & sensibili. Quare dicemus,ꝙ quædam fames & sitis sunt ꝓcedētes cursu naturali,quædā non:quæ aūt sunt ꝓcedentes cursu naturæ,sine dubio sunt operationes alicuius virtutis aīæ. Ad intelligendū aūt,quæ sint cursu naturæ ꝓcedentes,& cuius virtutis operationes sint,scire oportet,ꝙ corpora cōtinue resoluunt̄ resolutione occulta p calorem naturalē,& eum, qui continētis. Is aūt,qui continentis,fortius resoluit mēbra vicina cuti:Hæc aūt resoluta & inanita ex sibi vicinis attrahunt sua virtute naturali,vt recuperent se in esse suo,ad quod adiuuat & calor,& vacuū: Vicina vero euacuata ab alijs alliciunt,donec inanitio ab vno ad aliud ꝓcedēs mēbrorum attingat venas,quæ stomacho sunt cōiunctę: Hæ.n.a.stomacho sugūt,sicut radices plantæ à terra:Stomachus aūt assuctus sua virtute sensibili sentit hanc assu- G ctionem,imo alterationē sibi factam à suctione sensu tactus: Sensus aūt lędentis seu lęsionis prouocat appetitum repellendi:Quare cogitur aīal subuenire læso siue læsionis. Et sunt hæc(sicut dicit Gal. 4 particula de mor. & acci.) cap.1. quinq; motus continui,quorū vnus sequit̄ alterū:Primus est inanitio:secūdus naturalis appetitus membri,quo fit attractio restaurantis:tertius suctio venarū à stomacho: quartus sensus illius suctionis:quintus aīatum desideriū, quod est oīum finis. Et intelligit per aīatum desideriū operationē virtutis motiuæ aīalis, cōtradiuidens ipsum ad desiderium naturale,quod est principiū attractionis nutrimēti,existens vna ex operationibus nutritiuæ. Sed quid horum erit fames,aut sitis? non enim est attractio mēbrorum,aut suctio venarū:percipit.n.homo se famescere & sitire,nec tn̄ scit venas hanc suctionem facere. Erit ergo fames & sitis(sicut Gal. ibidem dicit)sensus alterationis stomachi factæ ab assuctione prædicta,ꝓuocans appetitum subueniendi. Melius tn̄ est dicere,ꝙ est ipse appetitus subueniendi ad talē alterationē perceptā sensu,quia mouet aīal ad quęrendū cibum,& ad masticandū,& transgluttiendū,idem subiecto existens cū sensu & phantasia. Sunt ergo fames & sitis operatio virtutis motiuæ,quā dicemus appetitum. Qm̄ aūt appetitus est ex sensu,nequaquā.n.appetit aīal nisi quodam sensu facto,sensus aūt nō est nisi alicuius alterationis,oportet de necessitate,ꝙ,si aīal appetit subuenire stomacho,non fit illud nisi quia ꝑcipit ipsum alterari. Qm̄ aūt alterationē faciens est suctio naturalis,ꝓcedens à naturali appetitu mēbrorum,quæ est ex operatione nutritiuæ,nō erit fames & sitis huius virtutis operatio,nisi sicut dantis causam duplici appetitui stomachi,s.naturali,& sensibili eiusdem:quorum concursus fames & sitis dicitur,principium existens alterius operatio- H nis compositæ,quę dicitur transglutitio. Hæc.n.ex parte appetitus sensibilis perficitur tratione quadam facta per musculum transglutitionis:& ex parte naturalis perficitur attractione stomachi naturalis: cuius signum est,ꝙ ea, quæ natura abhorret,non traijciuntur nisi cum magna difficultate.

SED QVAERET hic aliquis,quare appetitus naturalis mēbrorum,quē aliqui vocant famē mēbrorum,nō sentiatur,maxime in mēbris sensibilibus,vt musculis,cū insit sensus potens sentire alterationē,quæ mouet naturalem appetitum. Et dicendū,ꝙ non,vbicūq; est appetitus & sensus,vel attractio & sensus,est ibi sensus attractiōis vel appetitus:neq;,vbicūq; est expulsio & sensus,est sensus expulsionis,sed vbi sensus & appetitiua,vel sensus & expulsiua sunt vna cōposita virtus,faciēs vnam cōpositam operationē,sicut est in ore stomachi,& capite longaonis intestini recti,nō aūt in musculis,qui vbicūq; corporis sunt. Sed huius cōpositionis modus solū nouit Deus sublimis & excelsus. Cum ergo fames & sitis ꝓcedunt hoc cursu naturæ,qui dictus est,erunt operationes virtutis cōpositæ attributæ cōcursui duarū virtutū:alteratio aūt stomachi,quā ipsæ comitātur,non pōt dici ægritudinalis,cursu naturæ ꝓcedens:neq; sensus illius alterationis pōt dici dolor,ꝓprie loquendo: non.n.sensus oīs alterationis est dolor,sed fortis & lędentis & corrūpētis organū sensus. Quòd si dicat,ꝙ fames & sitis sunt appetitus cōtrariorū ad dispositiones habitas,& nō similium:ergo dispositio habita,ex qua ꝓcedunt,est ægritudinalis & nō naturalis.

Dicendum

A Dicendum est, ꝙ, sicut dispositio existēs adhuc parui lapsus non est dicenda ægritudinalis, quãuis sine dubio sit illius inchoatio dispositionis ægritudinalis, non dum tñ valde apparētis, ita fames & sitis sunt appetitus eorum, quę contrariantur ad illa non valde apparenter. Quare fames & sitis cursu naturæ procedentes non erunt simpliciter ex dispositione naturali, neq; simpliciter ægritudinali, sed ex illius inchoatione, quæ sub sanitate adhuc existit: fames autem & sitis, quæ cursu naturæ non procedunt, non est dubium, ꝙ sit accidens dictum operatio virtutis ĩmutata sequens aliquem morbum stomachi. Deinde, cum dedit signa ventris sicciori temperato, dat signa humidioris, & dicit, HVMIDIORIS VERO & c.i. sed signa humidioris ventris sunt hæc, s. ꝙ tales non fiunt facile sitientes: & causa huius est intellecta per causam oppositi. Deinde dicit, ET AMPLIOREM & c.i. &, quando accidit eos sitire, non grauantur multitudine potus: & causa etiam patet per causam oppositi. Deinde dicit, CIBISQVE & c.i. & gaudent humidioribus cibis propter id, quod similiter dictum est in sui opposito.

DVBITABIT autem aliquis hic, quare non dixit, ꝙ habentes ventrē humidum de facili famentes fiant, sicut dixit, quòd habentes ficciorem, sunt de facili sitientes, cum fames & sitis sint appetitus contrarij, quare in contrarijs distemperatijs apti fieri. Nisi esset, ꝙ non est in fame indigentia substantiæ siccæ propter humectari stomachum, aut totum corpus secundum eam. Apparet enim ſm eam siccitas corporis non minus, q̄ ſm sitim: sed, qm̄

B fames procedit magis ex diminutione quanti, q̄ qualis: sitis autem magis ex diminutione qualis, q̄ quanti, ideo dixit Gal. ꝙ Fames est ex diminutione substantiæ siccæ, s. corpulentæ transeuntis in locum deperditi, & non ex diminutione siccitatis: Sitis autem econtrario est ex diminutione substantiæ humidæ qualificantis potius, q̄ replentis: propter quod non est fames aptior stomacho humido, q̄ sicco, imo minus: signum cuius est, ꝙ mollificãtia os stomachi deijciunt appetitum cibi. Nec etiam est credendum, ꝙ sitis & fames sint vere contraria, cum secundum eundem stomachum sæpe coniungantur.

Ant. Calidior vero natura venter digerit quidem melius, q̄ appetit, & magis quęcunq; dura & difficile mutabilia, corrumpuntur enim in eo facile mutabilia. Gaudet vero calidis cibis & potibus, neq; à frigidis quicquam læditur secundum moderatum vsum. Frigidus autem venter natura appetere quidem bonus, digerere vero non bonus, & maxime quicunq; difficile mutabiles & frigidi cibi sunt, acescunt enim cito in eo: propterea & acide ructans huiusmodi venter est. Et gaudet quidem frigidis, læditur vero facilius, immoderate vtens. Ita vero & extrinsecus ei accidentibus frigidis non fert diuturnam eorum dispositionem, quemadmodum neq; calidus calidorum.

Leo. Calidior vero natura ventriculus melius quidem concoquit, q̄ appetat, & multo magis quæcunq; dura sunt, & non facile alterationem suscipiunt, nam, quæ facile alterantur, in ipso corrumpuntur. Gaudetq;

C calidis potibus ac cibis, neq; à frigidis vllam percipit noxã, si modice ipsis vtatur. Frigidus vero natura ventriculus ad appetendũ quidem plurimũ viget, ad concoquēdum autem minime, tales præsertim cibos, qui frigidi sunt, & non facile alterationem suscipiunt. Cito itaq; in ipso acescunt, atq; ideo acidis eructationibus talis ventriculus plurimũ abundat. Et gaudet quidē frigidis, sed ab eorũ vsu immodico offenditur. Ita & ea, quæ extrinsecus frigida occursant, nequit longiori tpe tolerare, quemadmodũ neq; calidus calida.

Cō. 71. Cum dedit signa distemperantiæ ventris secundum qualitates passiuas, dat signa eius ſm actiuas, & postposuit signa distemperantiæ secundum actiuas, ijs, quæ secundum passiuas, contra modum obseruatum in alijs: & causa huius videtur conuenientia cuiusdam signi distemperantiæ in actiuis ventris, & distemperantiæ in actiuis pulmonis, vt continua sequela huius ad illam magis patentem ostenderet conuenientiam & differentiam earum penes illud signum, & dicit, CALIDIOR & c.i. sed venter secundum naturam calidior temperato cognoscitur ex hoc, ꝙ digerit melius, q̄ appetat: calidum enim deseruitiuum est digestioni magis, q̄ appetitui. Si enim digestio cibi in stomacho non est nisi transmutatio quædam ipsius in qualitatem corpori conuenientem, qua aptetur sequentibus digestionibus ad induendum corporis formam: calor autem transmutantior fit omni alia qualitate:

4. meteo. te. 14. erit calidior venter de necessitate digerentior. Adhuc autem digestio est opus caloris proprij, sicut dicit Philosophus: propter quod diffinit eam, ꝙ est completio à proprio & naturali calore ex contraiacentibus passiuis. Quan-

D to ergo calor innatus stomachi fuerit fortior, tanto digestio melior erit, sed non erit melior appetitus, frigus enim plus pertinet appetitui, q̄ calor. Et signum huius est, ꝙ ex ventis septentrionalis excitat appetitum, & ex temporibus hyems, adhuc etiam itineratio per loca niuosa, & comestio rerum acetosarum & ponticarum: & est causa huius, quia frigus coadunando & constringendo villos oris stomachi videtur in eo facere quasi idem, quod suctio supradicta. Sensus enim talis dispositionis apud os stomachi prouocat appetitũ succurrēdi ad illam dispositionem

lib. ca. 7. per repletionem: caliditas autem facit in eo contrariam dispositionem prædictæ, eo ꝙ (sicut dicit Gal. in libro de morbis & accidentibus) mollificat & dissoluit corpora, vt nihil possint attrahere: adhuc autem quia humores liquat, quibus fluentibus loca inanita replentur.

DVBITABIT autem aliquis ex hoc, quod dicimus, & ipse paulo post asserit, frigidum esse bonum appetere,

1. mi do. 6. 1. ca. 3. cum Gal. & Princeps aliàs dicant, ꝙ frigus non ingredit opus naturæ. Nisi esset, ꝙ frigiditas, de qua loquitur, nō est frigiditas absoluta, sed comparatiue dicta, quia est diminuta caliditas. Aut fortassis frigiditas non facit aliquod iuuamentũ in aliquo opere naturę nisi per accidēs. Quia. n. per viã cōstrictionis efficit in ore stomachi dispositionē similē suctioni naturali, comitat ad illã, quod comitabat ad naturalē suctionē, nō qdē per infrigidare, sed p accidere infrigidatiōi talē dispositionē, & ita p viã accidētis: Signũ cuius ē, ꝙ, si supfluat, accidit ex hoc deiectio appetitus pp mortificationē duarũ virtutũ simul, s. sensibilis & appetitiuę naturalis, sicut ex superfluitate caloris in ore stōi

fames canina causatur propter resolutionem,continuam requirentem restaurationem,quare os stomachi semper famelicum fit:quãuis hoc secundum plurimum faciat sitim & non famem,calor.n.proprie non est causa famis, nisi cum superfluit in corpore toto & in extremis propter cogere venas vti suctione post suctionem.Fortasis autē & caliditas incisiua,qualis est in cepa,prouocat appetitum per abstersionem & incisionem phlegmatis humidi & viscosi lenientis stomachum,licet hoc credatur magis facere cæpa propter stipticitatem quãdam,quę in eo existit. E

Et scias,ꝙ digestio magis est ex fundo stomachi,sicut ex loco carnosiori:appetitus autē magis ex ore stomachi, sicut ex loco neruosiori & magis sensibili:ex quo patet,ꝙ appetitus stomachi, qui est fames,magis est sensibilis,q̃ naturalis,nam,cum stomachus vbiq; sentiat,ibi magis sentit:naturalis autem ęqualiter est ex toto ventre:sicut & transglutitio magis est ex musculo transglutitionis, q̃ ex attractiua stomachi naturali:signum cuius est non posse transglutire,quæ abhorret,naturam,musculo sano existēte:illo autē infirmo nihil ēt ex delectabilibus. Deinde dixit, ET MAGIS &c.i.& magis digerit cibaria,quę sunt dura & difficile mutabilia,vt carnes bouinas,& hmōi. Et causa huius est,quia oportet in omni genere rerum agentium & patientium adinuicē,ad hoc,vt actio sit ęqualis & completiua patientis,ꝙ pasiuum adęquetur actiuo,tantam habens.s.potentiã patiendi,quantam illud agēdi,& econuerso:aliter.n.pasiuum non perficitur, sed destruitur: propter quod subiungit sicut causam asignans sui dicti, CORRVMPVNTVR ENIM &c.i.quia facile mutabilia cibaria corrumpuntur in eis,sicut improportionata existentia,& est eorum corruptio sicut quædam adustio,& in fumositatem cōuersio propter superare stomachi actionem illorū pasibilitatem. Deinde dicit, GAVDET &c.i.gaudet calidis cibis & potibus, propter id,quod supra diximus in stomacho ficciori:& intelligit per cibos calidos non solum eos,qui actu,sed multo magis eos,qui virtute sunt calidi: sed tamen(sicut subdit) non lędetur à frigidis ẜm vsum moderatum,eo ꝙ à talibus reducitur ad temperamētum.Est autem vsus moderatus contrariorū ille,quē diximus capitulo de signis oculorū. F

Deinde,cum dedit signa ventris calidioris,dat signa ventris frigidioris,& dicit, FRIGIDIS VERO &c.i.sed venter naturaliter frigidior temperato cognoscitur signis contrarijs prædictis,s.quia bonus est appetere,digerere vero nō bonus:cuius causa ex causa cōtrarij cōspicabilis est. Deinde dicit, ET MAXIME &c.i.& maxime nō est bonus digerere,quæcunq; cibaria fuerint frigida & difficile conuertibilia: rebellant enim semper frigida digestioni,sicut obtundentia calorem digerentem:difficile.n.digestibilia improportionata sunt paucitati caloris:propter quod,sicut reddens causam, subiunxit, ACESCVNT ENIM &c.i.quia talia cibaria acescunt in eo,corrupta propter paucitatem caloris:& est hæc corruptio cōtraria ei,quæ fit per adustionem : propter quod(sicut dicit) emittit acidas eructatiões,sicut predictus fumosas. Deinde dicit, ET GAVDET &c.i.& gaudet frigidis ꝓpter id,quod dictum est,sed tamen(sicut dicit)facilius læditur ab illis,īmoderate eis vtens in quãtitate & qualitate,q̃ aliquis alterius distemperantię venter, peccans in vsu sibi similium: & causa huius est,quia distemperantia in frigido disconuenientior est stomacho, q̃ in alia qualitate, cum sit sicut naturę cocus,coctio autem fiat per calidū.Quare conseruatio eius ex sibi similibus bene proportionatis nequaquã est vtilis propter diminutionē digestionis eius, imo est necessaria ei reductio ad melius:quo fit,ꝙ maior lapsus in frigiditate,ab immoderato vsu ipsorum acquisitus fortiter est lædens. Deinde dixit, ITA VERO &c.i.sicut læditur ab immoderantia vsus frigidorum cibo rum & potuum,ita non diu tolerat concursum frigidorum extrinsecus accidentium ex aere,vel aqua,vel emplastris,sicut neq; venter calidus diu tolerat concursum calidorum, propter augeri lapsum vtriusq; à diuturno concursu talium,eo ꝙ est immoderatus. G

Ex ęgritudinibus vero in ventre distemperantiæ in hoc differunt à naturalibus,quatenus contraria cōcupiscunt, & non similia, quemadmodum naturales. Secundum vero coniūctiones in ventre distemperantiæ per simplicium cognoscuntur compositionem. Ant.

Male vero temperaturæ,quæ morbi ratione ventriculum occupant,hoc differunt ab his,quæ naturales existunt,quoniam contraria,non autem similia appetunt,quemadmodum naturales.Malæ autem temperaturæ in ventriculo coniugatæ ex compositione simplicium cognoscuntur. Leo.

Cum dixit,ꝙ omnes distemperantiæ naturales stomachi gaudent sibi similibus,asignat per hoc differentiã earum ad ægritudinales,& dicit, EX AEGRITVDINIBVS &c.i.sed distemperantiæ cōplexionis ventris ægritudinales & aduentitiæ & præter naturam in hoc differunt à connatis,quia hæ appetunt sibi contraria,& non similia,sicut connatæ:& causa huius est,quia,sicut natura cuiuslibet rei appetit ipsius saluationem in esse connato,cōgaudens propter illud saluantibus,ita &,si ipsius subiectum alteretur aliqualiter à prædicto esse,appetit reuocari ad ipsum, congaudens propter hoc reuocantibus. Et hoc est verum non solum in ventre, sed etiam in omnibus membris,sicut per se manifestum est. Vltimo vero datis signis distemperantiarum ventris simplicium pertransit breuiter de signis compositarum, & dicit, SECVNDVM COMPOSITIONEM &c.i.sed distēperantiæ ventris complectentes duas qualitates,s.vnam actiuam & alteram pasiuam,cognoscentur per compositionem signorum ex simplicibus assumptorum. Cō.72. H

Diligenter vero oportet adhibere intellectū ijs,quæ dicta sunt,discernētes ea ab ijs,quæ dicenda sunt. Non solum.n.venter sitientes & non sitientes operatur,& frigidū & calidū potum desiderantes,sed & ea, quæ circa thoracē,viscera,hepar cor & pulmo. Sed hi propter horū caliditatem sitiētes inspirant amplius, & exufflant longius,& sentiunt secundū thoracē cauma,non queadmodum qui propter ventrē secundū hypochondria:& quidē bibentes nō statim quiescunt,atq; frigidus potus sistit magis eorū sitim,q̃ multus calidus.Refrigerat autem eos & frigidus aer inspiratus,nil alleuans ex ventre sitientes. Ita vero econtrario habentes,frigida inspiratione sensibiliter læduntur, & maxime hæc cognitio est in pulmone frigiditatis. Ant.

Quēadmodū

A Quemadmodum autem frigidum inſpirantes ſentiunt manifeſte læſionem & infrigidationem,ita calidū eſt ipſis amicum:ſed & phlegmaticas ſuperfluitates loquentes cum tuſsi expellunt.

Leo. Oportet autem eas,quę iam ſunt dictæ,diligenter aduertere,eaſdem ab ijs,quæ dicentur,diſtinguētes. Non ſolum.n.ventriculus ſitibundos & minime ſitientes facit,& frigidi calidi've potus appetentes,ſed ea quoq; viſcera,quæ in thorace ſunt,vt cor,& pulmo.Sed,qui ob horum ſitiunt caliditatem,plus inſpirant, & longius expirant,atq; æſtum in thorace ſentiunt,non ſicuti qui ventriculi ratione in hypochondrijs caliditatem patiuntur:&,cum potauerint,non ſtatim ſedatur ſitis,& magis cum frigidum hauſerint,q̃ cum calidū nimis.Refrigerat autem eoſdem & frigidi aeris inſpiratio,quæ nihil eos iuuat,qui ventriculi ratiōe ſunt ſitibundi.Ita & ij,qui contrario modo ſe habēt,à frigida inſpiratione ſenſibilē ſentiunt affectū.Et hoc maximum ſit frigidi pulmonis indicium.Vti vero frigidū inſpirantes manifeſte dolorem ſentiunt & frigiditatem,ita & caliditas eſt ipſis amica:ſed & pituitæ excrementa cum ſcreatu & tuſsi expuunt.

Cō.73. Cum dedit ſigna corporis ægri ſimplr,ſumpta à diſtemperantijs ventris,dat ſigna eiuſdē ſumpta à diſtemperantijs pulmonis.Qm̄ autē vnū eſt cōmune ſignū caliditatis circa cor & pulmonē,& caliditatis circa ventrē,videlicet ſitis,prius docet,quibus ſignis diſcernat̃ ſitis,p̄cedens à caliditate pectoris,ab ea,quæ p̄cedit à caliditate ventris,intendens per hoc oſtendere ſigna caliditatis pulmonis, & ideo dicit, DILIGENTER VERO &c.i.& diligenter

B oportet attēdere ad quædā ſigna,quę dicta ſunt de ventre,& diſcernere ea à ſilibus,quæ dicenda ſunt de pulmone. Deinde manifeſtat,quę ſint iſta,& dicit, NEQVE ENIM &c.i.quia nō ſolū diſtēperantiæ ventris efficiunt ſitientes & nō ſitientes,& deſiderantes potū calidū & frigidum,ſed ēt faciunt illud diſtēperantiæ eorū,quæ circa pectus, ſ.cordis & pulmonis.Dixerat nanq; ſupra,ꝙ ſiccus vēter operatur ſitientes,humidus vero non ſitiētes. Adhuc aūt nō minus operat̃ ſitientes venter calidus,nō ſitientes vero frigidus,quāuis non dixerit illud ſupra. Eſt.n.ſitis appetitus frigidi nō minus,q̃ humidi:fit.n.ex quodam lapſu ad calorē,ſicut ad ſiccitatem.Dixerat ēt,ꝙ venter calidus gaudet calidis cibis & potibus,frigidus verō frigidis,ſed manifeſtū eſt,ꝙ caliditas & frigiditas eorū,quæ circa thoracem,efficit hæc eadē,quia caliditas thoracis efficit ſitientes,ſicut caliditas ventris: & frigiditas eius non ſitientes, ſicut illius:non tñ efficit illud īmediate,ſicut caliditas ventris,ſed per coalterare ſibi ſ̄m ſui ſimilitudinem os ſtomachi,cuius operatio erat ſitis:Imo & hoc idem facit caliditas hepatis,& renum,& totius corporis,ſed nō eodem modo:hoc.n.propter facere venas exercere magis ſuctionē:thorax aūt ex coalterare os ſtomachi propter viciniā. Sed,qm̄ vtriuſq; diſtēperatio conuenit in operando ſitiētes & non ſitiētes,diſcretionē huius oportet habere,ne accidat p hoc ſignum errare ſuper ipſis:propter quod ſubiunxit, SED PROPTER HORVM &c.i.ſed in hoc differunt,quia ſitiētes propter caliditatē eorū,quę in pectore,amplius tēperato inſpirant de aere,& ſ̄m longius ſpatiū tpis tenēt inſpirationē:& hoc intēdebat,cū dixit,exufflāt lōgius.ſicut manifeſtat alia traſlatio:& fit hoc,ꝑpter

C fieri altiorē intumeſcentiā clibani pectoralis,pluris aeris ſubingreſſum facientis & expetentis.Adhuc aūt & ſentiūt incendiū circa thoracem,& nō circa hypochondriū,queādmodum illi,qui ſitiunt propter caliditatem ventris:& hoc eſt p ſe manifeſtū. Deinde dicit, ET QVIDEM BIBENTES &c.i.ſitiētes ex caliditate thoracis nō ſtatim euadūt à ſiti ſua per bibere,ſicut hi,qui ſitiunt ab ea,quę ſtomachi.Et cauſa huius eſt,quia potius iſte nō ſtatim refrigerat eam caliditatem,quæ eſt radix illius ſitis,ſed poſt tēpus,ſ.cum tranſierit potus in venas,& attigerit virtus eius ad thoracem. Deinde dicit, ET FRIGIDVS &c.i.& adhuc differunt in hoc,q̄a frigidus potus ſiſtit ſitim ſitientium ex pectoris caliditate,magis,q̃ valde calidus.Quare tales calidum potum refugiunt, non autē omnino refugiunt ipſum ſitientes ex ſtomachi caliditate, dictū enim eſt ſupra,ꝙ ſtomachus calidus gaudet calidis cibis & potibus.Cauſa aūt,quare illi refugiunt,eſt,qm̄ tranſiturus in venas nihil ad cauſam ſitis efficiet. Quod ſi quærat aliquis,quare caliditas pectoris nō gaudeat ſibi ſimilibus,ſicut ea,quæ vētris. Dicemus ad caliditatem loci illius ſicut fontalem,multoq; plus intenſionis habentē & habere debentē,vt poſsit alijs in calore ſubuenire,natura flabellum quoddam ſicut adequatorium conſtituit,vt neq; aduſtio neq; ſuffocatio fit in loco : quare ſemper gaudet frigidis ſicut adæquantibus & ſaluantibus:propter quod,qñ fuerit ibi exceſſus caloris,congaudet paulo magis frigidis.Reliqua aūt membra nō habentia nec habere debentia calorem ſic intenſum,ſed magis æqualem,gaudent et ſemper ſibi ſimilibus ſicut ſaluantibus ea. Deinde ſubiūxit aliud ſignum diſtinctiuum,& dixit, REFRIGERAT &c.i.ſed frigidus aer inſpiratus refrigerat pectoris caliditatē,p hoc alleuans eorū ſitim : ſed nō alleuat ſitim

D ex ventris caliditate procedentē,quia nō attingit ad ipſum. Deinde,cū dedit ſignū vnū cōmune caliditatis pulmonis cū ſtomachi caliditate,quod eſt ſitis,per quod quoq; diſtinguitur eſſe huius vel illius, dat ſigna frigiditatis eius,& continuans ad predicta, dicit, ITA VERO &c.i.&,ſicut aer frigidus inſpiratus refrigerat caliditatē thoracis,propter hoc alleuans eorum ſitim,ita habentes thoracem frigidum.Et hoc intendebat,cū dixit,Econtrario habentes læduntur ab inſpiratione frigidi aeris.cuius cauſa eſt non eſſe calori fontali multam indigentiam refrigerationis,cum paucus extiterit. Quare,ſi aer talem refrigerans, fuerit multæ virtutis in infrigidando, periculum eſt naturalem calorem extingui & mortem inde ſequi. Deinde dixit, ET MAXIME &c.i.& hoc ſignum.ſ.lædi ab inſpiratione frigidi aeris eſt maximū ſignum frigiditatis pulmonis : hoc aūt dicit ſicut pauca habens ſigna, quibus ſignificet ſuper illa. Deinde,cum dedit ſignum ſumptum à nocumento per frigidum,dat ſignum eius à iuuamento per calidū,& dicit, QVEMADMODVM &c.i.&,ſicut ſentiunt maximam lęſionem & infrigidationem,cū inſpirant frigidū,ita calidum inſpiratum eſt eis amicum & cōferens ſicut ſaluās calorē innatum in fonte, non qdem quia quadā refrigeratione nō egeāt,ſed quia non oportet eſſe nimis excedentē. Quare vocabit hic calidum aerē,non illū,cuius caliditas aut excedit aut equat̃ caliditati cordis,ſed illū,cuius caliditas eſt adhuc paulo minor ea,quę cordis,qualis eſt ea,q̃ eſtatis. Deinde dat ſignū eius ſumptū ab ijs,q̃ educunt̃ ab ipſo,& dicit, SED PHLEGMATIS &c.i.ſed tales,cum loquunt̃,expuunt cū tuſsi ſemp phlegmaticas ſuꝑfluitates,ſ.albas viſcoſas

& causa huius est,quia,si pulmo horum fuerit natura frigidior tẽperato,exauget sibi superfluitates phlegmaticas E
sicut male digerens suum alimentũ more cerebri : has aũt cõmouet ad ascensum locutio,cuius materia est aer ex-
piratus,sicut & vocis,hoc aũt per exercere pulmonẽ ad fortiorẽ aeris expresionẽ,qua non fiente nullus esset so-
nus offensionis eius ad epiglottim , quare nec vox:locutio aũt vocem præsupponit. Aer ergo sic fortiter expulsus
frequenter eas intercipit & propellit vsq; ad initium tracheæ,cumq; ibi existens impediat anhelitum,oportet pul
monem excitare tussim,cum qua ipsas foras eijciat. Est enim tussis cõcussiuus motus pulmonis & pectoris,quo
natura expellit,quod impedit vias spiritus,hoc ipsum existens pulmoni,quod sternutatio cerebro.Cum enim ca-
nales pulmonis sint duri & chartilaginosi,non possunt per se comprimendo expellere,quare cogitur natura cum
fortissima aeris expressione hoc facere.

Siccitates vero pulmonis sine superfluitate sunt,& purę à phlegmate,& vocem operantur claram,Quẽ Ant.
admodum & humiditates obscuram quidem & raucam vocem operantur,incurrunt autem eis superflui-
tates,magis & acutius loqui volentibus.

Pulmonis autem siccitates excrementis vacant & pituita,& vocem claram efficiunt, Quemadmodum Leo.
humiditates obscuram reddunt ac raucam,&,cum vehementius aut acutius loqui studuerint,tunc inter-
cidunt excrementa.

F

Cum dedit signa distẽperantiarũ pulmonis in actiuis, dat signa earũ in pasiuis,& dicit, SICCITATES &c. Cõ.74.
i.sed siccitas pulmonis facit esse sine sũpfluitate,& purũ,& vacuum à phlegmate screabili per tussim à pectore:&
causa huius est in promptu ex multoties dictis. Deinde dicit, ET VOCEM &c.i.& operant̃ vocẽ clarã:& vult
per hoc,ꝙ disponit instrumentũ vocis ad ipsam.Est aũt vox(sicut dicit Philoso.2 de anima)sonus animalis non in t.c.88.
quacũq; parte corporis, sed vbi aërem respirat : erat.n.sonus aut cõmotio,aut accidens quoddã cõmotionis aeris
expulsi à percutiente & percusso:quare erit vox ꝑcussio respirati aeris ad tracheam arteriã,facta à virtute aĩæ,quæ
in partibus respirantibus.Adhuc aũt nec oĩs talis percussio est vox,sed quæcũq; aliqua imaginatione præcedente
perficit̃,significatiuus.n.sonus existit.Quare efficiens vocẽ erit virtus voluntaria,motiua pectoris,aerẽ percutiens
ad tracheam,eadẽ existens subiecto cũ imaginatiua:propter quod tussis nõ erit vox,quia nõ fit cum imaginatiõe
& voluntate. Adhuc aũt & aliter tussis nõ est vox,sicut dicit Philosophus:nam tussis est ꝑcussio respirati aeris, 2.de anima
vox aũt non est huius ꝑcussio,sed cũ hoc,percutit.n.aĩa cum ipso eũ,qui in trachea,ad ipsam tracheam:signũ cu- tex. cõ. 90.
ius est nõ posse vocare inspirantẽ & expirantẽ,sed detinentẽ spiritũ,detinens.n.mouet cum illo. Quare vox(sicut
dicit Themistius)est sonus,ab aĩato factus per respiratiuas partes respirati aeris ad eũ,qui in arteria cõprehensus, 2.de aĩ.c.30
& ipsam arteriam ſm quendã impetum aĩæ cũ phantasia significatiua. Vocat aũt Gal.clarã vocem,bene sono-
ram:fit aũt hoc ex organi vocalis siccitate:cuius signũ est,chordas organorum musicorũ non nisi multum siccas, G
sonoras fieri,& in tempore sicco magis resonare,q̃ humido.Adhuc aũt ex munditia ipsius organi à superfluitate,
quæ posit intercipi cum aere discurrẽte per organum,& eius sonoritatẽ impedire per hoc,ꝙ impediat discursum
eius & ictum:aut per hoc,ꝙ remolliat organum,ad quod fit percussio:non.n.bene sonatiuum,quod molle,quia
nõ est fortiter repulsiuum percussi aeris.Est aũt vocale organũ trachea arteria maxime ſm caput eius,vicinũ ori,
dictum epiglottis,& corpus,quod in eo sit̃e linguę fistulę:non tñ est organũ sicut actiuum,sed sicut pasiuum.

AD QVOD intelligẽdum scire oportet,ꝙ duplex est efficiens omnẽ sonum,s.percutiens & ꝑcussum. Est aũt
in voce percutiens duplex,vnũ quidem sicut primo mouens & ĩpellens,vt virtus motiua velaminis & lacertorũ
pectoris:reliquum vero sicut impulsum,vt aer respiratus.Percussum vero sĩr est duplex,vnum quidẽ sicut cõstri
ctum ad aliud,vt aer cõprehensus in trachea:alterũ vero,ad quod fit constrictio,vt tracheæ corpus apud epiglot-
tum:neq; ad hoc fit aeris constrictio,nisi præparetur,vt aliquid obuiet aeri exeunti:quare posuit natura musculos
apud ipsum,quorum quidã claudunt,quidã aperiunt viam eius. Qui ergo claudũt ipsum,sunt cõtraoperantes oĩ-
bus musculis,qui constringunt pectus,quare sunt retinentes anhelitũ,& ex hoc iuuantes ad vocem per viã accidẽ-
tis:non.n.est posibile vocare nisi cum quadam detentione spiritus,sicut dicit Philosophus,& ad sensum apparet.

Adhuc aũt sunt angustantes viam epiglotti,vt fit offensio aeris ad epiglottum,ex qua resultat vox.Sicut.n.di-
cit Gal.in libro de iuuam.memb.vox nõ fit,nisi constringatur trachea:in libro autem de voce dicit,ꝙ aer,ex quo
fit vox,indiget cursu recto & constricto.Quare(sicut dicit)necesse est ad hoc,vt vox fiat,ꝙ aer impellatur fortiter, li 8.ca.2.
& cursus eius in epiglotto sit strictus:si enim epiglottus fuerit apertus,non fiet vox,sed anhelitus:si vero constrin H
gatur,vt orificium eius fiat strictum,fiet anhelitus ille vox vera,sicut dicit:quare cõmensuratio clausionis & aper-
tionis eius præparat ipsum ad varios modos vocum. Sed,quoniam ex his duobus,s.percutiente & percusso illud
magis efficit sonũ,quod est durius,& magis resistẽs alteri,sicut dicit Princeps:talis aũt est trachea arteria respectu
aeris eam ferientis,ideo ei magis vox attribuitur,sicut sonus citharę magis attribuitur fidibus,q̃ citharistæ vel ple sexto mate
ctro.Aer vero constrictus inter percutiens & percussum,cum disilit ab eis,fit materia vocis , non quidem secun- rialiũ par.
dum seipsum,sed per inundationem,quam acquirit aeri contento circũferentialiter ad locum percussum,quem- 2.ca.6.
admodum accidit aquæ ad iactum lapidis in eam : semper.n.sonus motũ quendam concomitatur propter hoc,
quod nõ recipitur in aere vel in aqua nisi cum quadã ipsorum cõmotione imaginaria primi motus,percutiẽtis.s.
& percussi : quæ,cum aerem quietum in aure contentũ ad instar sui mouet,& hęc motio tangit neruum,auditur
quidem ipsa & cõcomitans eam sonus,ipsa quidem sicut sensibile cõmune,sonus aũt sicut proprium.Cum ergo
trachea sit organum vocis,disponet & ipsam vocem penes sui naturã:sed continua existens & ipsa pulmoni per di
uisionẽ inferioris extremitatis eius in plurimas sectiones ingredientes in ipsum , quæ dicuntur cãnulę pulmonis,
oportet,ꝙ in sui natura ẽt assimilet̃ ei.Siccitas ergo pulmonis siccã & mundã facit esse tracheã,quare & bene reso
nantem.Scias tñ,ꝙ,si tracheę siccitas superflue excedat,facit vocem asperam & irregularem,sicut postea dicemus.

A Deinde continuans sermonem ad signa humiditatis pulmonis dicit, QVEMADMODVM &c.i.siccitas operatur claram vocem, quẽadmodum & humiditas ipsius pulmonis operatur obscuram & raucam, obscuram qdem propter remollitionem organi ab ea factam: raucam vero propter organum non esse mundum à superfluitatibus prohibendibus ictum spiritus. Deinde dicit, INCVRRVNT AVTEM &c.i.& humidũ habentibus pulmonem currunt superfluitates in tracheam de facili, quando conantur emittere vocem magnam & acutam: & hoc intendebat cum dixit, Magis & acutius loqui volentibus. & causa huius est, quia ad talem vocem indigetur tali exufflatione forti, sicut post apparebit: hæc autem est cõmotiua superfluitatum ibi latentium, & propulsiua ipsarum in cannam. Sed, quid sit vox magna & acuta, subsequenter erit manifestum.

Ant. Non vero ipsa magnitudo vocis à caliditate fit, quemadmodum neq; paruitas à frigiditate fit, sed hoc quidẽ amplitudine tracheæ arteriæ fit & exufflatione vehementiori, paruitas vero contraria sequitur. Itaq; neq; semper, neq; principaliter, sed secundũ accidens, & solis naturalibus crasibus & nõ superuenientibus consequitur vocis magnitudo & paruitas. Quoniam.n. huiusmodi organa propter crasim facta sunt, talia vero talis sequitur vox, propterea ex voce est aliquid de naturali crasi colligere. Etenim lenis vox lenitatẽ tracheæ arteriæ sequitur, quemadmodum aspera asperitatem. Lenitas igitur arteriæ contemperantiam
B craseos sequitur, asperitas autem siccitatem, asperitas enim quædã est inæqualitas secundũ durum corpus. Arteriam vero duram operatur cõsimiliũ eius partium siccitas: inæqualẽ vero dispersæ in eis humiditatis indigentia. Ad eundem vero modũ neq; acuta natura vox sine angustia gutturis, neq; grauis sine latitudine potest proferri. Angustia igitur naturalis frigiditatis filia est, amplitudo vero caliditatis. Proportionaliter vero naturalibus differentijs vocum, quæ secundũ passionem perficiuntur, sunt cognitiones existentes efficientium causarum, de quibus omnibus in ijs, quæ de voce, sufficienter determinatum est.

Leo. Non tamen ipsa vocis magnitudo à caliditate, sicuti neq; paruitas à frigiditate, fit, sed altera quidẽ asperæ arteriæ latitudinẽ sequitur & vehementiorem efflatum, paruitas vero à cõtrarijs aduenit causis. Quare neq; semp, neq; primũ, sed ex accidẽti, & solas naturales tẽperaturas nõ aũt aduentitias, vocis magnitudo aut paruitas sequitur. Qm̃ etenim talia instrumẽta tẽperaturæ rõne sunt facta, ad hæc aũt cõsequitur hmõi vox, idcirco contingit ex voce de naturali tẽperatura rõcinari. Nã & lenis vox arteriæ lenitatẽ cõsequitur, sicuti & aspera asperitatẽ. Lenitas igitur arteriæ moderatã sequitur tẽperaturã, asperitas vero siccitatẽ, asperitas etenim fit ab inæqualitate duri corporis: Arteriã vero durã similariũ partiũ, ex quibus cõstat, siccitas, inæqualẽ vero dispersæ in eisdẽ humiditatis defectus. Eodẽ mõ neq; acuta natura vox sine angustia fauciũ, neq; grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab insita atq; innata nascitur frigiditate, latitudo aũt
C à caliditate. Differentijs igitur naturaliũ vocum eæ, quæ ex affectu aliquo fiunt, sunt proportionales: quæ & ipsæ indicia sunt causarũ, à quibus oriũtur, de quibus in libris de voce sufficienter distinxi.

Cõ.75. Cum dedit signa corporis ægri simplr, sumpta à distemperantijs pulmonis, dat signa eius sumpta à tracheæ distemperantijs. Qm̃ aũt operatio tracheæ est vox, ideo principalr per vocẽ docet ẽt cognitionem cõplexionis eius. Sed, quia differentiæ vocũ non variant̃ ſm se penes cõplexionem organi, sed penes eius cõpositionẽ, adhuc aũt & penes eius virtutem insufflantẽ, ideo primũ ostendit, ꝙ vox magna & parua non principaliter sed per accidens significet super cõplexione calida & frigida ipsius, & dicit, NON VERO &c.i. sed magnitudo vocis nõ fit principaliter à caliditate pulmonis & tracheæ, neq; paruitas à frigiditate: & causa huius est, quia habẽs hæc duo mẽbra calida nõ semper emittit vocem magnã, nec habens frigida paruam emittit: emitteret aũt semper talem, si caliditas & frigiditas essent principales causæ magnæ & paruę vocis; ꝓpter quod subiunxit, SED HOC QVIDEM &c.i.
D sed magna sequitur amplitudinem tracheæ & exufflationem vehementiorẽ; parua vero contraria: exufflatio autẽ vehementior est volũtaria, & nõ naturalis. Adhuc aũt & amplitudo tracheę est constringibilis ẽt apud epiglottum per lacertum constringentẽ & dilatantem ipsum: quare non sequitur de necessitate ad cõplexionem calidam vox magna, neq; ad frigiditatem parua: propter quod, sicut ex hoc concludens, dixit, ITAQVE &c.i. itaq; magnitudo & paruitas vocis non sequuntur ex cõplexione calida vel frigida, neq; semper, neq; principaliter, sed ſm accidens, Non semper quidem, quia non semper cum calida cõplexione est fortis exufflatio, & cum frigida debilis, sine quibus nõ est effici vocem magnam & paruam, sed fiunt tales exufflationes pro voluntate exufflantis: Nõ principaliter vero, quia nõ est principalis causa paruitatis & magnitudinis vocis cõplexio calida & frigida, sed magis est causa principalis, exufflatio fortis & debilis cum amplitudine & strictura tracheę: Sed ſm accidens sequuntur ex cõplexione calida & frigida, inquantum cõplexio calida & frigida sunt causa respirationis multi vel pauci aeris, qui est materia vocis: non enim fit vox magna, nisi quia aer, qui expellitur, sit multus: neq; parua, nisi sit paucus. Adhuc autẽ inquantum sequuntur ex eis per mediã fortitudinẽ & debilitatẽ virtutis, & latitudinẽ & stricturam tracheæ, quæ ex calida & frigida cõplexione causari videtur. Adhuc aũt & isto modo vox magna per accidens non sequitur nisi cõplexionẽ calidam naturalẽ, non ægritudinalem, & silr neq; parua frigidã: & causa huius est, quia nullo modo accidit cõplexionẽ calidam ægritudinalẽ cõfortare virtutem, aut organum dilatare: propter quod febrientes minorẽ habent vocem, q̃ circa pectus infrigidati: accideret autem ecõtrario, si magnitudo vocis sequeretur cõplexionem calidã accidentalem. Sed, quid sit vox magna & parua, & à quo sequant̃, ex his, quæ dicit post, declarabimus. Deinde, cũ dixit, ꝙ magnitudo & paruitas vocis sequũtur ſm accidens ex cõplexione calida & frigida, manifestat illud accidẽs, & dicit, QVONIAM IGITVR &c.i. igiť, qa hęc organa vocalia fiũt talia

propter crasim,s.ampla vel stricta,adhuc aũt & magis apta vel minus fortem facere exufflationẽ,multi vel pauci aeris,ex quibus variẹ sequuntur vocũ differentiẹ,erit ex hoc per vocẽ cognoscere de cõplexione eorũ naturali per accidẽs,per cognoscere latitudinẽ vel stricturam,& multũ vel paucum aerem respiratũ,cõplexionem comitãtes, licet vocũ differentiẹ ad has non comitent̃ sine fortitudine vel debilitate exufflationis,quæ voluntariẹ sunt: ꝑpter quod dicit,ꝙ est colligere aliquid,quasi dicat modicũ,quia nõ multũ certitudinaliter. Deinde,cum dixit,quod sit illud accidẽs,ẽm quod est aliquid per vocẽ de naturali crasi colligere,exẽplificat illud adhuc in voce leni & aspera,acuta & graui,intendens per hoc ex huius differentijs vocum colligere aliquid de cõplexione tracheẹ,& dicit, ETENIM &c.i.quia vox lenis sequitur lenitatem tracheẹ: lenitas vero sequitur tẽperatam cõplexionem: ipsius ergo temperata complexio est causa per accidẽs lenis vocis,quia per planitudinem factam ab ea in trachea:Et vox aspera sequitur asperitatem tracheæ:asperitas vero sequitur siccitatem: quare siccitas est causa vocis asperæ per accidens,quia per asperitatem inductam ab ea in trachea. E

SED DVBITABIT aliquis,cum cõtrariorũ effectuum cõtrariæ debeant esse causæ,quare non dixit,ꝙ lenitas sequat̃ humiditatẽ,sicut asperitas siccitatẽ. Nisi esset,ꝙ tẽperantia,quã dicit esse causam lenitatis,est declinans ad humiditatẽ quandã superficialẽ & applanatiuam:propter quod dicit Gal.in libro de iuua.mẽb.ꝙ cõopertoriũ claudens epiglottum factũ est humidum pingue,vt humefaciat epiglottũ per suam humiditatẽ naturalẽ,& nõ indigeat humiditate extrinseca semper,sicut qñ fortiter exiccatur p sermonem: & fuit eius humiditas viscosa,vt remaneat,& non dissoluatur.Et in libro de voce dicit,ꝙ voci imposita sunt tria instrumenta,s.lingua,epiglottus,& trachea,quorum vnicuiq; impositũ est instrumentũ glandulatum ad hoc,ꝙ tẽperet ipsum humiditate conuenienter.Sonat igitur instrumentũ vocis per declinare ẽm se ad duritiem & siccitatẽ:lenitur vero per habere humiditatẽ applanantẽ ipsius superficiem: coniunctionẽ quorũ considerans dixit,ꝙ lenis vox sequit̃ tẽperantiam craseos,cũ tñ lenitas sit ex humiditate quadã cõnata superficiei tm̃,non qualis est humiditas superflua aduentitia,quæ screat, hoc.n.non lenem,sed raucam,facit vocẽ. Deinde ostendit,quo modo siccitas causet asperitatẽ,& diffiniens asperitatẽ dicit, ASPERITAS ENIM QVAEDAM &c.i.quia asperitas est quædã inæqualitas duri corporis. Dicit aũt,quædam,quia nõ est inæqualitas in quacũq; eius natura,sed in situ partium. Deinde ostendit,vnde fiat ei durities & inæqualitas,& dicit, ARTERIAM VERO &c.i.sed siccitas partium cõsimilium cõponentium tracheam efficit eam durã(& causa huius in promptu est:sed,quæ sint partes cõsimiles cõponentes tracheã,disces ex anatomia)indigentia aũt dispersæ humiditatis efficit eã inæqualem:& vult per humiditatem dispersam,eã,de qua primum dicebamus,hæc.n.cũ minuitur,accidit contractio partium,& ex hac inæqualitas superficiei. Deinde, cum exẽplificauit illud accidens in voce leni & aspera , exẽplificat illud in voce graui & acuta,& dicit, AD EVNDEM VERO &c.i.ẽm eundem modum,ẽm quẽ vox lenis non est sine lenitate tracheẹ,& aspera sine asperitate, non ẽt vox naturaliter acuta sine angustia gutturis,neq; grauis sine latitudine ipsius:& volebat per guttur,caput tracheæ,dictum epiglottis,& ipsius orificium.Dicit aũt naturaliter acuta,quia vox põt acui & grauari ex quadam dilatatione & constrictione gutturis facta per voluntatem,sicut aliquos canentes videmus modo cantare grauiter,modo acute:naturaliter tñ acute & naturaliter grauis naturalẹ angustiam & naturalẽ latitudinẽ gutturis concomitantur,cuius causam post dicemus. Deinde volens ostẽdere,quõ per accidens ex his differentijs vocũ colligatur aliquid de cõplexione vocalis organi,subiunxit, ANGVSTIA IGITVR &c.i.& angustia est filia frigiditatis naturalis,amplitudo vero filia caliditatis naturalis:& causa huius est,quia frigiditas est qualitas cõtrahens ad centrum,quare & in paruum & constrictum redigens:caliditas vero est qualitas motiua ad circũferentiam,quare magnificans & dilatans.Dicit autẽ filia caliditatis naturalis & frigiditatis naturalis,quia accidentalis caliditas non dilatat,sed siccat & minuit per consumptionẽ naturalis humidi:frigiditas vero accidentalis sæpe mollificat & extendit inductiõe humidi extranei.Quoniã ergo caliditas & frigiditas naturalis fiunt causa vocis naturaliter acutæ & grauis per esse causam angustiẹ & latitudinis gutturis,manifestum est,ꝙ ẽm accidens & non principaliter est cã illarum. Deinde,cum dixisset,ꝙ vox magna nõ sequitur ex cõplexione calida accidentali,neq; vox parua ex cõplexione frigida similiter aduentitia:sit aũt manifestũ,ꝙ aliquẹ differẽtiẹ ꝓpriẹ vocũ causant̃ ab accidẽtalibus cõplexionibus,licet nõ semper eẹdẽ vel similes ex similibus,subiunxit, PROPORTIONALITER &c.i.sed differentiẹ vocum,quæ fiunt ab ægritudinibus,significant sup suas causas , sicut voces factæ à natura significant super suas:& hoc intendebat,cum dixit, proportionaliter naturalibus. Deinde,quia de differẽtijs vocum accidẽtaliũ & ipsarum causis non erat hic sermo,remittit ad lib.de voce,& dicit, DE QVIBVS &c.i.de quibus omnibus differentijs vocum ægritudinalibus & ipsarum causis sufficienter determinatum est in libro de voce. F G H

SED ADHVC expedit dicere,quid sit vox magna & parua,lenis & aspera,acuta & grauis,& qualr̃ vnaqueq; earum fiat,sine his enim nequaquam est perfecta cõmentatio.Dico ergo,ꝙ illud,quo iudicamus de sensibili,non est nisi sensus : sit autem vox sensibile sensus auditus,oportet de differentijs vocum iudicare penes impressionem factam ab eis in auditum.Est ergo vox magna,quæ simpliciter multum mouet auditum:parua autem , quæ simpliciter parum:acuta autem,quæ in breui tempore multum:grauis autẽ,quæ in longo tempore parum:lenis aũt vox est,quæ leniter afficit auditus organum & æqualiter:aspera autẽ est econtrario. Sed,vnde tales accidat fieri, scire oportet ab ijs,quẹ dicit Philosophus circa finem quinti de gener.aĩalium:adhuc autem & ab ijs,quæ Gal.dicit in libro de voce.Secundum ergo Ari.in lib.prẹdicto magna vox fit propter esse multũ id,quod mouet̃(est aũt id,quod mouetur,aer exufflatus multus , existens materia vocis magnæ,non.n.põt esse magnũ,cuius materia nõ est multa:mouens aũt est virtus aĩæ prẹdicta percutiens ipsum ad epiglottũ)parua aũt fit propter esse illud paucũ: grauis aũt fit propter tardũ esse motum illius,quod mouet̃,graue.n.tardi motus,quare silr̃ vox grauis,cuius materia tarde mouet̃:acuta aũt propter velocẽ esse motum eius,quod mouet̃. Sed quẹret aliquis,vtrum tarde moueri sit ex parte mouentis , an ex parte rei motæ. Aliqui dicunt esse ex parte rei motæ,aiunt enim,quod est mul-

li.8.c.1.

ca.7. tra.1 & 3.

A tum,tarde moueri:cito aût,quod paucum:& hanc volunt esse causam grauis & acutæ vocis. Sed ad hoc sequitur omnẽ magnam esse grauem,& omnem paruã esse acutã,quod est falsum : sunt enim & oxiphona,magniphona, & paruiphona,& grauiphona,sicut dicit Philosophus. Propter quod sciendũ est,ꝙ magnitudo & paruitas,sicut multitudo & paucitas rei motæ dicitur dupl'r,s.simpliciter,& in respectu ad mouentem. Magniphona quidẽ igitur sunt in eo,ꝙ multum est simpl'r id,quod mouetur:microphona vero in eo,ꝙ simpl'r paucum:grauiphona & oxiphona non in eo,ꝙ id,quod mouetur,sit simpl'r multum vel paucum,sed in respectu ad mouentem:si.n.excedat id, quod mouetur,vigorem mouentis,necesse est ipsum tarde ferri,& dici multũ per cõparationem ad virtutem illius: si aût excedatur,necesse est ferri cito,& dici paucum per cõparationem ad virtutẽ illius. Quare sæpe contingit,ꝙ fortis virtus multũ mouens tardum facit motum,aliqñ aût,quia prævalet,facit celerem:& ꝙ debilis,mouẽs plus virtute tardũ facit motũ,aliqñ vero per infirmitatẽ modicum valde mouens facit motũ celerem,sicut ægrotãtes, propter quod pleriq; ex eis acutam habent vocẽ. Manifestum est ergo,ꝙ vox grauis eadem est magnę in genere, vtraq;.n.habet esse ẽm magnitudinem quãdã eius,quod mouetur: propter hoc.n.(sicut dicit Philosophus)neq; est facile proferre grauem & paruã vocem,neq; magnam & acutã. Adhuc aût & propter hoc videtur esse generosioris naturæ vox grauis,perfectum.n.in excessu est,grauitas aût excessus quidam est. Cum ergo dicit Gal.ꝙ vox magna ꝓcedit principaliter ex forti exufflatiõe & amplitudine tracheæ,non intelligit,nisi ꝙ fortis exufflatio causat

B magnam,quia multũ mouet de aere,amplitudo aût tracheę coadiuuat,simul multũ capere potens:nõ.n.cõferret multum mouere,si meatus simul paucũ susciperet:Cũq; dicit,ꝙ parua sequitur contraria,cõuenit illud propter causam cõtrariam:Cũ vero dicit,ꝙ acuta nõ est sine angustia gutturis,nõ intelligit,nisi ꝙ meatus strictus adiuuat ad velocitatẽ motus,paucum.n.est,quod capit,hoc aût facilius & velocius mobile. Adhuc aût(sicut dicit in libro de voce)si cum strictura fuerit breuitas cãnę,addit in acuitatẽ vocis propter hoc idẽ:si vero longitudo,addit in grauitatem:& talis qdem vox est mulierũ respectu eius,quæ virorũ, & puerorum respectu pfectorũ : grauis aût non est sine latitudine propter causam cõtrariã. Non est aût hoc solũ,quod diximus,causa grauitatis & acuitatis vocis, sed(sicut dicit Philosophus)calidus spiritus propter spissitudinẽ grauitatẽ facit vocis,frigidus vero propter subtilitatem facit cõtrarium:Cuius signũ sumit ex fistulis:ait enim,ꝙ calidiore spiritu vtentes,& talem emittentes spiritum,qualem qui perfectæ ætatis,grauius fistulant:& causa huius est,quia spiritus non solum mouetur velociter & tarde propter esse multum & paucum,sed per esse spissum & subtilem. Adhuc autẽ etiam siccitas epiglottis addit in acuitatem vocis,humiditas vero in grauitatẽ,sicut dicit Gal. asperitatis aût & lenitatis in voce causã non est alia (sicut dicit Philosophus)q̃ æqualitas & inequalitas superficiei percussæ ab aere expulso. Facit aût inæqualitatẽ in illa multa siccitas,aliqñ vero humor extraneus adhærens in aliqua parte ipsius:propter quod vox rauca est de genere aspę: vox aût flexibilis & inflexibilis(sicut Philosophus dicit)fit ex mollitie & duritie organi, molle.n.varie flecti põt & omniforme fieri,durum aût nõ põt. Nam molle qdem põt sonare magnę,& paruę,& grauiter,& acute,eo

C ꝙ in eo cameratur facile spiritus,factus quidẽ ipse facilis,magnus,& paruus:in duro aût difficilis est cameratio.

Ant. Aliæ vero partes animalis,quæ intrinsecus sunt,non leues craseos habent cognitiones,tentandũ tamen eas per adiuuantia & per nocentia cognoscere,amplius etiam secundum naturalium potentiarũ actiones, Dictum est aût in tertio de causis accidentium,ꝙ vnicuiq; potentiæ virtutis & vitij dominatrix crasis est. Craseos itaq; signa & species dictæ sunt.

Leo. Reliquæ vero partes animalis interiores exilia habent temperaturæ indicia,tentandum tñ ea ex iuuantibus atq; nocentibus agnoscere,ac præterea naturalium potentiarum operatione. Dictum vero est in tertio de causis accidentium,ꝙ cuiusq; potentię virtus & vitium temperatura principalis existat. Temperaturarum itaq; indicia iam explanauimus.

Co. 76. Cum dedit signa cõplexionis corporis egri simpl'r,sumpta à quatuor generibus mẽbrorũ, habentiũ virtutem innatã & influentẽ(nõ erat aût sibi posse ostẽdere signa valde veridica aliorũ multorum , quę sim'r habent virtutem innatã & influentẽ:adhuc aût nec eorũ mẽbrorum , quę posita sunt ab ipso habere virtutẽ innatam tm̃,à quibus nõ dum assumpsit signa corporis ægri simpl'r,sicut ꝓmiserat : nec patitur hæc doctrina diffinitiua,cuius est summa-

D rie cuncta pstringere)edocet hic vt summã,quibus ingenijs accedẽdũ sit ad cognitionẽ cõplexionis illorũ,& dicit, ALIAE VERO PARTES &c.i.sed alię partes corporis humani,quę intrinsecus sunt, siue sint ex habẽtibus virtutẽ innatã & influentẽ,siue ex habẽtibus virtutẽ innatam tm̃,nõ habent leues cognitiones suę cõplexionis:& causa huius est,qa signa cõplexionis eorũ non sunt valde in promptu,non multũ patentibus effectibus alicuius eorũ extrinsecus,à qbus erat addiscere. Sed,q̃uis hoc ita sit,tentandũ est tñ(vt dicit)cognoscere cõplexionẽ eorũ à duobus,s. per iuuantia & nocẽtia,& per maneriẽ operationũ naturaliũ virtutũ. Non dixit aût p alias operationes,aut qa alia mẽbra habẽtia virtutẽ innatã tm̃ non sunt alterius operationis:aut qa ad has operationes,in qbuscũq; sint mẽbris,cõplexio est sicut instrumentũ,magis,q̃ ad aíales. Per iuuantia qdẽ & nocẽtia cognoscemus ſcdm modum dictũ superius cap. de signis oculorũ:ait.n.ibi,ꝙ lęditur oĩs pars facile à sĩlibus suę crasi,iuuatur vero à cõtrarijs, moderato vsu. Quare læsio cõtingens à frigidis significat partẽ frigidã:iuuamentũ vero cõtingens ab eis,calidam esse demonstrabit,& ecõuerso:& iã diximus cãm huius. Per maneriẽ aût operationũ naturaliũ cognoscemus cõplexionẽ eorũ p hoc,ꝙ aspiciamus,quę illarũ virtutũ melius valeat,& fortius operetur in mẽbro,vel quę peius,s. an attractiua,an digestiua,an retẽtiua,an expulsiua:hoc.n.cognito de facili cognoscetur,quę cõplexio membro dñetur,si tñ sciatur prius,qua cõplexione vtatur ad suum opus virtus illa,cuius opatio valentior aut peior est. Sed,qm̃ istud non erat hic dicẽdũ ꝓpter breuiloquiũ huius doctrinę,remittit ad tertiũ librũ de causis accidentiũ,vbi hoc ptractauit, & dicit, DICTVM EST AVTEM &c.i. dictũ est in libro de causis accidentiũ(& est sextus & vltimus tractatus

libri,qui inscribitur de mor.& acci.)quę cōplexio sit dominatrix bonitatis & malitię cuiuslibet prędictarū potentiarum:& volebat hic per virtutē,bonitatem. Vltimo vero in fine totius istius cap.epilogat,quæ dicta sunt,& dicit, CRASEOS &c.i.igitur dicta sunt signa cōplexionis corporis ęgri simplr,& species et signorum ſm species cōplexionum,& ſm species mēbrorum prædiuisorum. Ostendamus & nos breuiter hic ad perfectionem commentationis,quæ crasis dominatrix sit bonitatis & vitij cuiusq; virtutū. Dico ergo,sicut dicit Gal.in 3 parti.de causis accidentium, Vnūquodq; mēbrum plures habet actiones, quarū vna aliqn̄ nocumentum recipit alia existente sana,& interdum plures lędūtur vna existēte sana:cuius causa est cōplexio,sicut dicit: non.n.est necessarium cuiq; actioni idem tēperamentum,nam cōuersiua actio,qualis est digestio,nō eget ea cōplexione,qua indiget actio aliqualiter ſm locum motiua,sicut attractio,retentio,& expulsio. Cum.n.conuersio fit à contactu corporū, nullus motus localis expedit cōuertenti,dum cōuertit,sicut expedit attrahenti,dum attrahit,& continenti,dum cōtinet, & expellenti,dum expellit:quare actio,quæ est cōuersio,non indiget firmitudine multa cōuertentis,sicut actio localiter motiua,sed indiget,vt sit amplectens alterabile & alterans:tale aūt erit,quod humidū,maxime si cū humiditate calorē habuerit,nulla.n.qualitas sui vicinam mutat,vt calor. Manifestum est ergo,ꝙ calida & humida complexio digestionē & conuersionē operatur:ꝓpterea corpora calida & humida bene mutant cibum suū,sibiq; assimilant,humida enim & liquida facile cōiūgi & misceri possunt,quare adinuicē solidari(sicut Gal.ibi dicit)frigida vero & sicca deterius oībus. Sed,qm̄ talia corpora non firma sunt neq; stabilia,incōpetentia sunt attrahere,continere,& expellere:motus enim quadā fortitudine indiget mouentis. Propter quod ad prędictas tres operationes cōplexio sicca valentior est,eo ꝙ siccitas fortitudini & stabilitati prestat subsidium,& sustentationē efficit,quę in motu est necessaria. Sed tñ,si frigiditas huic cōplexioni coniungatur,debilitabit oēm motum,eo ꝙ frigiditas est sistēs motum,& paralyticum faciens,& mortificans. Quare prædictæ tres operationes indigebunt calida & sicca cōplexione magis,sed tñ differunt,nam retentiua plus indiget siccitate,q̄ caliditate,nam tēpus,quo indiget calore,est tēpus motus,quo.s.contrahit villos transuersos ſm figuram cōprehensionis bene factā,reliquum vero totum tēpus suæ operationis est tempus quietis,ad quod siccitas est vtilior,q̄ caliditas:propterea debilis est hęc virtus in pueris. Attractiua vero plus indiget caliditate,q̄ siccitate,qm̄ in attractione viuacior est caliditas,q̄ siccitas,tū quia maior pars huius operationis est in motu,quo.s.mouet villos in longitudine protensos ad cōstrictionē attracti,& deductionem in partes,quæ vlterius,ad quod adiuuat calor:tum q̄a calor est de attrahētibus ſm seipsum propter hoc, ꝙ euacuat. Expulsiua vero minus indiget siccitate,q̄ caliditate,eo ꝙ eius operatio nullo modo est in quiete,sed in motu tota:adhuc aūt minus indiget siccitate,q̄ retentiua & attractiua,non.n.indiget constrictione retentiuę,neq; adhęrentia & inseparabilitate attractiuæ,& constrictione attracti,tenēdo partes instrumēti,donec ipsum ad partes,quæ vlterius sunt,perducat,sed indiget inspissatiōe pauca,s.mensura,qua villus latitudinis fiat bonæ expressionis. Caliditas ergo oībus eis cōmunis existit,sicut frigiditas est oīum impeditiua,nisi per accidens tm̄,s.gratia constrictionis cuiusdā ab ea factæ,quæ necessaria est in cōtentiua & attractiua:& gratia vētositatis ab ea generatæ,quæ conferens est expulsiuæ. Sed,quæ plus oībus eis indiget caliditate,est digestiua,qm̄ huius est nutrimentū transformare in similitudinē nutriti:hoc aūt potētius efficit caliditas,humiditas aūt ad hoc,est dispositiua materiæ,tm̄ faciens eam passibiliorem. Sicut aūt vnaqueq; istarum virtutū vtitur tēperamēto cōplexionis diuerso ab eo,quo vtitur altera,ita & læditur à distēperamento altero,q̄ altera. Nihilominus tñ sciēdum est,ꝙ oīs mala cōplexio, quæcūq; fuerit,cum in multo fuerit excessu,oēs lædit operationes:& hoc est,quod Gal.innuit in cōmento super illo aphorismo tertiæ particulæ, Aegritudines quidem omnes in temporibus & c. Ait enim ibi,ꝙ stranguriæ fiūt propter acredinem vrinarum,& propter imbecillitatem virtutis contentiuæ in vesica,quæ rursus imbecillitas fit propter immoderatam quandam discrasiam. Deinde adiecit, Existentibus autem 8 immoderationibus,secundū vnamquanq; illarum imbecillis fit vesica,vt euenire possit strangurià ex debilitate contentiuę. & similiter est de debilitate aliarum virtutum naturalium in quibuscūq; membris.

Quæcūq; vero aut propter magnitudinē,aut plasmationem,aut numerum,aut positionem lapsa sunt, quæ quidem cadunt sub sensu,cognosci facilia:eorum vero,quę sub sensu non cadunt,hæc quidem difficilia ad cognoscendum,hæc vero ignota sunt. Capitis ergo magnitudo & figura & cum eo cerebri, manifesta est(vt prius dictum est)post hęc vero & thoracis. Ita vero & quæcūq; secundum homoplatas,aut humeros,aut brachia,aut cubitos,aut summas manus,aut ischion,aut coxas,aut suras,aut pedes,non difficilia cognoscere,siue secundū plasmationem lapsum sit aliquid talium,siue secundum magnitudinem,siue numerum,aut ordinationem cōponentium ea:manifestæ vero & operationis in vnoquoq; læsiones. Ea vero,quę intra corpus sunt,non oīa cognosci possibile:ventrem siquidē cuiusdam ita paruum,& rotundū, & propensum iuxta hypochondrium vidi,vt manifeste appareret secundū circūscriptionem propriam & videntibus & tangentibus. Similiter vidi & vesicam cuiusdam expositam,& paruam ita,vt,si aliquando tardaret ad egestionem vrinarum,tumor appareret circūscriptus manifeste. Non tñ aliquid aliorum,quæ intrinsecus sunt,manifestam cognitionem dedit mihi aliquando. Tentare tamen oportet cognoscere,vt possibile est,virtutem & vitium eorum,&,si non secundum disciplinam certam,saltem secundū coniecturam quandam artificialem,velut si ita accidat hepati. Vidi enim quosdam,& multos,graciles quidē venas habentes, sine colore vero vniuersum corpus,&,si paulo amplius cibi intulissent,& magis si inflantia & pissa & glutinosa,hos quidē velut pondere quodam imposito & suspenso secundum dextrum hypochondrium sentientes in profundo,hos vero cum extensione quadam dolentes. In his igitur conueniens est &

paruum

A paruum esse hepar & angustum in exitibus. Alterum vero vidi phlegmaticum secundum totam habitudinem, vomentem quotidie choleram pallidam. Agnoui igitur oportere & egestiones eius videre, & minimum habuerunt fellis. Cognoui igitur ex hoc signo, felleum humorem emittentem porum, non paruam eius partem in piloron ventris transmittere, vt in quibusdam apparet animalibus. Ex quibus manifestum est, q in remotis à nostris sensibus partibus valde proficit ad cognitionem ex anatomijs notitia, & operationum & vtilitatum cognitio. Quicunq; igitur cognitor esse vult (sicut dictũ est) nunc lapsorum corporũ, in anatomijs se exerceat, & in operationum & vtilitatum inuentionibus. Scriptum est aũt de omnibus separatim in alijs negocijs, de quibus in fine totius orationis dicetur, vt cognoscant amantes discere, singula, quæ desiderant discere, ex quo maxime negocio eligere oporteat. Sed de his sufficienter.

Leo. Circa magnitudinem vero, & formationem, vel numerum, vel situm quæcunq; quidem sensibus subijciuntur errata, cognitu facillima sunt: quæ autem sensu percipi nequeunt, quædam cognitionem habent difficilem, quædam vero facilem. Capitis igitur magnitudo, ac figura, & cerebri simul, in propatulo sunt, & de his antea diximus. Sic & quæ thoracis sunt, & quęcunq; ad scapulas, & humeros, vel brachia, vel cubitos, vel extremas manus, vel coxendices, vel femora, vel tibias, vel pedes attinent, non est difficile agnoscere, siue secundum formationem, siue secundum magnitudinem ex his aliquid non recte se habeat, siue secundum numerum, vel partium, ex quibus constant, cõposituram: singularum etiã operationis detrimẽta facile patent: Quę autem intra corpus sunt non oĩa possunt agnosci. Cuiusdam enim ventriculum adeo paruum, ac rotundum, ac pronum secundum hypochondria situm habentem inspexi, vt manifeste ex circũscriptione propria & videntibus & tangentibus appareret. Sic & cuiusdam vesicam contigit intueri, ita expositam ac paruam, vt, siquando vrinam tardius excerneret, tumor quidam circũscriptus manifeste cerneretur. Non tamen aliud ex interioribus quicquã mihi vnquã manifestum prębuit indicium. Tentare aũt oportet, q̃ maxime fieri potest, virtutem ipsorum ac vitium & si non certissima scientia, artificiosa saltem coniectura cõprehendere, veluti exẽpli gratia in hepate. Vidi enim aliquos, & quidem quã plures, quibus venæ erant angustę, & totum corpus colore priuatum. Quòd si plusculũ cibi assumpsissent, qui præsertim flatibus excitandis aptus esset, & crassus, ac tenax, non nulli quidem veluti pondus quoddam insidens atq; suspensum in profundo dextræ hypochondriorum partis sentiebant, non nulli vero quandam cum dolore intentionem. In his quidem verisimile est hepar esse paruum, atq; angustos meatus habere. Alterum vidi, cuius totus habitus pituitam præ se ferebat, quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excrementa, in quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eum meatum, qui biliosum egurgitat humorem, non minimam eiusdem partem ad imum ventriculi locum, quem græci pyloron, i. ostiarium vocãt, effundere, vt in quibusdam apparet animalibus. Ex quibus id constat, q plurimum ad eorum, quæ latent sensum, confert cognitionem, ea, quæ ex sectionis inspectione habetur peritia, & operationum atq; vtilitatum inuentio. Quicunq; igitur facultatẽ dignoscendi huiuscemodi corpora, quæ ita lapsa sunt, consequi cupit, oportet ipsum in sectionibus, ac in operationum atq; vtilitatum inuentionibus exercitari. Scripsimus vero de omnibus seorsum in tractatibus alijs, de quibus in fine libri omnino proposuimus facere mentionem, vt discendi cupidi intelligant, quęcunq; discere optauerint, ex quonam possint haurire tractatu. Sed tamen de hisce satis.

Cõ.77. Cum dedit signa corporis ægri simplr penes lapsum eius in cõplexione, dat signa illius penes lapsum in cõpositione. Sicut aũt cõplexio est cõsimiliũ tñ & nõ officialium nisi p cõsimilia penes confractionẽ quatuor qualitatũ in vnam: & lapsus in cõplexione penes vnã illarũ non æquatã alteri in cõplexo, Ita cõpositio est organicorũ penes adaptationẽ quatuor naturarũ in ipsis, cõuenientiũ ad vnã formam, s. magnitudinis, plasmatis, numeri, & situs: & lapsus in cõpositione penes vnã illarũ nõ ęquatã alteri in cõposito. Cũ ergo oporteat sumere signũ lapsus in cõpositione penes illas, dicit, QVAECVNQVE VERO & c. i. sed, quęcũq; mẽbra organica sunt lapsa penes magnitudinem, aut plasmationẽ, aut numerum, aut situm, cognoscetur per hunc modũ (& volebat per magnitudinẽ, quãtitatem, speciem ponẽs pro genere: per plasma aũt ꝫ naturas superius dictas) & continuo subiungens modũ diuidit mẽbra organica in manifesta & occulta, & dicit, QVAECVNQVE VERO & c. i. quæcũq; mẽbrorum cadũt sub sensu, qualia sunt extrinseca, oĩum facilis est cognitio lapsus in qualibet prędictarum naturarum, potentibus nobis & tangere & videre ipsas partes: nõ cadentiũ vero sub sensu, qualia sunt intrinseca quædã, sunt difficilia cognitu, vt quecunq; per partes superpositas phantasiantur nobis: quędam oĩno ignota, sicut quorũ phantasia non habetur ex superpositis. Deinde incipit à cadentibus sub sensu, & dicit, CAPITIS IGITVR & c. i. igitur magnitudo capitis & figura cũ eo, imo magnitudo & figura cerebri propter caput manifesta sunt ad sensum, & dictũ est supra de ipsis: & similiter magnitudo & forma thoracis patet ad sensum, vt dictũ est supra de ipsis: & , qm̃ sensui se ostendunt, facilis est cognitio lapsus capitis & thoracis in qualibet illarum. Et tacuit de numero & situ capitis & thoracis, quia raro peccant in eis. Deinde procedens ad alia cadentia sub sensu dixit, ITA VERO & c. i. capiti silr, & thoraci, facile est cognoscere, vtrum spatulę (& hoc volebat per homoplatas) aut humeri, aut brachia, aut cubiti, aut volę manus, siue pectẽ, aut coxendices (& hoc volebat per ischion) aut crura, aut tibiæ (& hoc volebat p suras) aut pedes sint lapsa in plasmate, aut magnitudine, aut numero, aut positione partium similium, cõponentiũ

ipſas organicas,qa manifeſtat hoc viſus & tactus.Et erunt talia ſigna ſumpta à ſubſtantialr inhærẽtibus organicis. E
Deinde,quia ſenſus non diſcernit hos lapſus niſi cõparans ad coęqualitatem,quã & aliam & aliã præſuppone-
re põt,& per hoc frequẽter ſuſpicari lapſum in magnitudine & figura,quod nõ eſt ita,ideo ſubiunxit & ab alio ẽt
cognitionẽ lapſus haberi poſſe,& nõ ſolum à ſimplici aſpectu,& dicit, MANIFESTAE VERO &c.i.& manife
ſtæ ẽt ſunt ad ſenſum læſiones operationis in vnoquoq;:&,qa operationes organicorũ non lędunt niſi ab inęqua
litate ipſorũ penes aliquã prędictarum naturarum,ſcimus ab illa certitudinẽ lapſus. Aſpectus ergo & cõſideratio
læſionis in operatione facilẽ dat diſcretionẽ lapſus. Deinde,cum dedit,qbus modis cognoſcatur lapſus organi-
corũ ſub ſenſu cadentiũ,oſtẽdit,qualiter cognoſcat lapſus organicorũ ſenſui occultorũ,& dicit, EA VERO &c.
i.ſed mẽbra organica occulta,ſ.quę ſunt intra corpus,non oĩa poſe cognoſcere,vtrum ſint lapſa ſm aliquã prædi-
ctarum naturarũ,ſed ea ſolũ,quorum quãtitas & figura & ſitus ex ſuperpoſitis phantaſiabilis eſt:aut operationis
quorum virtus & vitium bene coniecturabilia ſunt. Et,qm̃ his duabus vijs cognoſcitur eorum lapſus,ideo penes
vtrũq; modum exẽplificat de duobus mẽbris,& primo penes modũ phantaſiationis ex ſuppoſitis declarat lapſum
ventris & veſicæ:quod quidẽ eſt ẽt ſignum ſumptum à ſubſtantialiter eis inhærẽtibus,& dicit, VENTREM &c.
i.ſicut vidi ventrem cuiuſdam paruum & rotundũ,eminentẽ iuxta hypochondriũ,adeo ſcilicet,vt declararet illũ
ad viſum & tactum penes circũſcriptionẽ propriam.Et peccabat hic vẽter in tribus naturis organicis,magnitudi- F
ne,figura,& ſitu,quorũ quodlibet peccatorũ eſt nocens operationibus ſtomachi,non quia naturæ officiales expe-
diant principaliter opationibus naturalibus,quas ſtomachus pficere habet,ſed ſecũdario tm̃,ſicut ſupra diximus.
Adhuc autem nec paruitas,& figuræ rotunditas,eiuſq; eminẽs ſituatio noceret operationibus naturalibus,ad ſui
ſaluationẽ fientibus tm̃,Sed fientibus ad cõmunem totius corporis vtilitatẽ nocet paruitas,quæ prohibet cõtinere
eam quãtitatem cibi,quæ toti expedit:Rotunditas vero,quia prohibet exitum eius ab infra:Eminẽs aũt ſituatio,
quia anguſtat hepar,& quia,cũ repletur,cõprimit diaphragma & anhelitũ impedit:quare hic prohibet eũ repleri
viſo nocumẽto,& ex hoc accidit ẽt nocumẽtum ſuper toto.Non intelligit aũt ſe vidiſſe ventrẽ ſic diſpoſitum lin-
ceis oculis vtentẽ,ſed vidiſſe per circũſcriptionem ppriam ventris,apparentẽ in mẽbris extrinſecis ſibi ſuppoſitis.
Circũſcribitur.n.locatum à loco,penes naturã locati,vt locus ẽt ſit magnus,paruus,rotundus,& trigonus,& te-
tragonus,ſi locatum fuerit tm̃ & tale,eo ꝙ ei adęquatur,cum ſit ſuperficies corporis ambientis aliud corpus: Sunt
aũt locantia vẽtrem & ambo hypochondria,& zirbus,& lacerti ab interiori ſibi ſuperpoſiti:propter quod appa-
ret apud hæc mẽbra & quãtitas,& figura,& ſitus ventris ex tumore,quẽ facit apud ipſa,& propter figurare quodã
modo ſe in illis de facili ex mollitie ſuperiacẽtiũ,maxime qñ cibis repletus fuerit. Deinde dicit, SIMILITER
VIDI &c.i.& ſilr vidi veſicam cuiuſdam prominentẽ & paruam adeo,ꝙ,ſi aliqñ propter occupationẽ tardaret
vrinam emittere,apparebat tumor circũſcriptus apud inguen.Et peccabat hęc veſica in duabus naturis officiali-
bus,ſ.in magnitudine & ſitu,quorum quodlibet peccatorũ impedit veſicam ſeruire operationibus,ad quas fuit G
creata:nimis.n.prominens impedit mẽbra,ad quæ pminet,& ab eis cõpreſſa impedit: parua aũt exiſtens non põt
multam quantitatem vrinæ continere,ex quo nimis frequenter cogit vrinare:quod ẽt redundat in iacturã totius.
Deinde,quia non eſt de plurimis mẽbris intrinſecis per hanc viã certificari,in qbus naturis organicis ſint lapſa,
oſtendit tẽtandũ eſſe ea cognoſcere per ſecundũ modum,circa quẽ modum de alijs duobus exẽplificat mẽbris,ſ.
hepate,& poro,q exit à felle,& dicit, NON TAMEN &c.i.licet hoc ita viderim de vẽtre & veſica,tñ ſenſus nunq̃
dedit mihi manifeſtã cognitionem alicuius aliorum mẽbrorum intrinſecorũ:& cauſa huius eſt,quia talis phanta
ſiatio ex ſuppoſitis non eſt poſsibilis niſi apud pauca mẽbra,ſicut apud ea,quæ accidit tumeſcere ex ſuſceptis in cõ
cauitate ſua,& propellere ſuppoſita,mollia exiſtentia,qualia ſunt vẽter & veſica. Et,quia difficile eſt hoc modõ
diſcernere de pluribus,ideo ſubiunxit, TENTARE AVTEM &c.i.ſed tẽtare oportet, vt poſe eſt,cognoſcere bõ
nitatem & malitiam operationis eorũ:&,ſi non poſsint hęc cognoſci certitudinaliter,ſicut cognoſcũtur apud mẽ
bra extrinſeca per ſenſum,addiſcant tñ per coniecturam quãdam artificialem cognoſcere,qualis eſt ea,quæ acci-
dit ex quibuſcũq; ſignis:& per has cognitas tentandũ vtiq; deuenire in cognitionẽ lapſus officialiũ,ſiquos habẽt,
Velut ſi ita accidat hepati,ſicut ſe vidiſſe cõmemorat,& dicit, VIDI QVENDAM &c.i.vidi quendã,imo & mul
tos,habentes venas graciles nõ gracilitate pãniculorũ,ſed anguſtia ſuæ concauitatis,habẽtes ẽt vniuerſum corpus
ſine colore,i.ſine rubore,genus enim pro ſpecie ponitur:hoc.n.eſt conſequens gracilitatis venarũ:quia enim gra-
ciles,minimum habẽt de ſanguine,& ex hoc minimũ de colore,qui per excellentiam eſt dictus color in ijs,quæ H
viuunt & ſanguinem habẽt,qualis eſt rubedo,à cuius priuatione diſcoloratum dicimus animal. Deinde dicit,
ET,SI PAVLO &c.i.& conſideraui in eis per obſeruationẽ,ꝙ,ſi paulo amplius opportuno comederint,& ma-
xime ſi comederint cibaria inflatiua & ſpiſſa & vitioſa,ꝙ aliqui eorũ ſentiebant quaſi quoddã pondus ſuſpenſum
ſm dextrum hypochondriũ:aliqui vero dolorẽ,aut quandã extenſionẽ. Deinde,cum dedit obſeruationẽ ſuam
de talibus,oſtendit,quid cõiecturabile ſit in illa,& dicit, IN HIS IGITVR &c.i.in talibus conueniens eſt con-
uincere,hepar eorũ anguſtos habere exitus venarum,quare & lapſum eſſe in natura plaſmatis,quæ eſt porus.Hęc
enim cõiecturatio à duobus exorit, Primo.ſ.à gracilitate venarũ & diſcoloratione,viſis in toto corpore,ex qbus
iam ſignificat venas hepatis eſſe tales,maxime ſi earũ origo acceptetur eſſe ab hepate:Secũdo à ſenſu ponderis &
doloris extenſiui apud dextrũ hypochondriũ poſt comeſtionẽ plurium opportunorũ ciborum & maxime infla-
tiuorum craſſorũ & viſcoſorum,Senſus.n.ſuſpenſi ponderis conuincere facit craſſa & viſcoſa cibaria introducta
detineri in tranſitibus,& ex hoc oppilare,& inde hepar totum ſicut ponderoſius factum inferius trahi : talis autẽ
detentio nequaq̃ ita velociter contingere poſſet,niſi hepar auguſtos haberet exitus venarũ:Senſus aũt doloris ex-
tenſiui conuincere facit,ꝙ plura & inflatiua cibaria introducta,non habentia magnos meatus,in quibus euadãt,
extenſionem inducunt,& per hanc dolorẽ non qdem in hepate,quod eſt mẽbrum carens ſenſu,ſed in panniculo
continente ipſum,quẽ per hoc accidit extendi.Coniecturalis ergo cognitio malitiæ operatiõis,cui porus hepatis
deſeruire

A deseruire habet, facit aliqualem fidem de eius lapsu in natura plasmatis, quæ est pori strictura. Deinde dicit, ALTERVM AVTEM &c.i.& vidi alterum existẽtem phlegmaticum totum secundum corporis habitudinem: & vult per phlegmaticum,in cuius sanguine dominatur phlegma:per habitudinem autem corporis vult dispositionem comitantem in toto dominium humoris,quæ apud humorem phlegmaticum est albedo,& mollitia,& somnolentia,& pigritia,& ignauia,& huiusmodi. Deinde dicit, VOMENTEM VERO &c.i.vidi illum vomentem quotidie choleram pallidam : & vult per pallidã,eam,quæ non erat intensæ citrinitatis. Deinde,quia hoc non corrcspondebat habitui,subiungit, AGNOVI &c.i.igitur propter hoc iudicaui oportere videri egestiones eius:quę visæ ostenderunt se modicum habere fellei humoris propter declinare ad quandam subalbedinem.

Deinde,cũ dedit obseruationẽ suã,ostendit,quid ex hoc coniecturauerit,& dicit, COGNOVI IGITVR &c. i.igitur ex hoc signo cõiecturabile est,ꝙ porus,qui est emittens humorẽ cholericũ à cysti fellis in duodenũ & piloron,magnã partem eius emittebat in piloron vẽtris(& volebat per piloron,fundũ stomachi)sicut ẽt cõtingere asserit in qbusdã aĩalibus,vt in accipitre,& sĩbus rapacibus,in his.n.propter effundi fere totã cholerã in stomachi fundũ albescunt egesta,& fit stomachus eorum calidior,vt & cruda & dura digerere possint:sed,qm̃ amarã est valde,frequẽter vomitum excitat in eis,cibis cõmista. Exoritur aũt talis cõiectura ex hoc,quia,cũ homo fuisset habitudine phlegmaticus,nõ poterat esse quotidianus vomitus cholerę in eo ex abũdantia cholerę in eo generatæ,quare de necessitate erat ex effusione totius suę cholerę in piloron:nullus.n.est adeo phlegmaticus,quin ẽt aliquid cholerę in eo generet:sed cholera talium non est multę citrinitatis,sed pallida propter sapere aliqd de naturã phlegmatis. Est aũt meatus extrahẽs cholerã ad cystim fellis ramificatus ĩ duos,quorũ vnus est maior & latior, alter vero subtilis & paruus:maior quidẽ ẜm plurimũ cõtinuat duodeno,minor vero fundo stomachi ad abstergẽdum eorũ superfluitates,& raro ecõtra:imo(sicut Gal.& Prin.dicunt)in plerisq; nõ est inuentus nisi vnicus,& ille est cõtinuatus duodeno,quia cholera sparsa in fundo stomachi & cibis cõmista nauseã inducit & cibũ corrũpit. Si ergo porus continuatus duodeno fuit subtilis,quod ostẽdebat paucitas fellis in egestionibus,nõ poterat esse vomitus choleræ in eo nisi ex largitate eius pori,qui continuat fundo stomachi:quare notitia talis pori & officij eius facit cõstare lapsum eius in largitate.Est aũt hic porus non mẽbrũ officiale ẜm se,sed gratia sui meatus,sicut & vena participat officialis naturã.Fortasis aũt & hæc natura officialis nõ est de natura venæ vel pori,sed mẽbri organici continentis illa. Deinde dat cõsequẽs ex prędictis,& dicit, EX QVIBVS &c.i.ex qbus manifestum est,ꝙ in mẽbris officialibus remotis à sensibus,qualia sunt,quę intrinsecus,multũ confert ad cognitionẽ ipsorum lapsuũ, habuisse p recisiones notitiã,quæ per eas de mẽbris ostendit,adhuc aũt & cognouisse,quorũ iuuamentorũ & operum mẽbra sint : nisi.n.sciretur,quod sit pori officiũ,& cui mẽbro continuet porus,nõ esset aliquid,vnde posset cõuinci largitas vel strictura pori:propter quod cõclusit,volentem hoc cognoscere,in talibus exercendum esse,& dicit, QVICVNQVE IGITVR &c.i.igitur,quicunq; vult ista cognoscere,necessariũ est,vt exerceat in recisioni

C bus corporũ,& inuentione iuuamentorũ & operũ,ad quę natura mẽbra cõstituit. Deinde,quia de talibus scripsit ipse plura volumina,remittit ad illa,& dicit, SCRIPTVM AVTEM &c.i.sed de oĩbus talibus anatomijs & iuuamentis & operibus scriptum est à nobis ;separatim in alijs libris nostris(quos de anatomia diuersorũ mẽbrorum fecit)& in libro de iuua.mẽbrorum:de quibus libris(sicut dicit)fiet mẽtio in postremo libri totius capitulo, vt singuli amantes discere,cognoscant, ex quo libro requirenda sint ea,quorum desideratur disciplina. Hic est ergo modus signorum corporis ægri simpliciter,lapsi ẜm compositionem:Signa vero lapsus eius in natura cõmuni superuacuum est apponere,raro vel nunquam in ipso existere potentis à natura: præter naturam autem existẽtis & iam facientis corpus ægrum vt nunc,ad sequens attinebunt capitulum.

Ant. Quæcunq; vero in præsenti ægra sunt corpora,cognoscere oportet & hæc,sensibus quidem subiacentia mutatione eorum,quæ secundum naturam eis insunt,in magnitudine,colore,figura,numero,& positione,& secundum duritiem & mollitiem,& caliditatem & frigiditatem differentia.

Leo. Quæcunq; vero vt nunc insalubria sunt,hoc est quæ iam ægritudinẽ patiuntur,dignoscere & hæc ipsa

D oportet. Quæ quidem subijciuntur sensui,ex eorum,quæ ipsis insunt secundum naturam,permutatione in magnitudine,colore,figura,& numero,& situ,& ea,quæ est secundum duritiem & mollitiem,& frigiditatem & caliditatem differentia.

Cõ.71. Cum declarauit signa corporis simplr sani,adhuc aũt & simpliciter ægri,quod vt nunc sanũ esse demonstrauimus,ex signis cuius duas precedentes ipsum latitudines voluit esse manifestas,quarũ vna.s.vt multum sani est sub simplr sano:reliqua vero.s.neutrius simplr,est sub vt nunc sano simul cũ ægro simplr,& ita,cum declarauit signa totius latitudinis sanitatis,declarat signa alterius extremi,s.corporis vt nunc ęgri. Aut sic.cũ declarauit signa corporis simplr sani,& vt nunc sani,duplicis scilicet,quia ægri simplr,& neutrius simpliciter,cũ deinceps in descensu sint corpora ægrotantia,quæ dicunt vtq nunc ægra,declarat signa corporum ægrorum vt nunc. Et,quia corpus iu dicatur esse ægrũ vt nunc ab ægritudine præter naturã aliqñ membrorũ apparẽtium,aliqñ occultorũ,ideo signa eius dat penes vtranq;,& primo penes ægritudinẽ apparentiũ,& dicit, QVAECVNQVE VERO &c.i.sed,quæcunq; corpora sunt ægra vt nunc,& sunt ægrota ẜm membra subiacentia sensibus,oportet ea generaliter cognoscere à mutatione eorũ,quæ insunt eis ẜm naturã. Et notauit per hoc,ꝙ ægritudo vt nunc,est ægritudo pręter naturam,nõ sicut ægritudo corporis ægri simplr,quæ est ægritudo naturalis,dicta quidẽ ægritudo per collationem

11. tra. en. ad optimã sanitatem,cũ tñ ipsa sit sanitas quædã habentis,sicut supra diximus. Dicit aũt Hali,ꝙ ægritudo corporis ægri vt nunc,est eadem genere cũ ea,quæ est corporis ægri simplr,sed differt per hoc,ꝙ ipsa nocet operatiõi nocumento sensibili,illa vero nõ. Et est hoc verũ in genere generalissimo:dum tñ non lateat,ꝙ ægritudo simplr,

facit

facit ēt læſionem ſenſibilem in operatione,cum cōparatur ad ſanitatem vt multum,in qua eſt læſio operationum E
reſpectu corporis ſemper ſani,ſed tñ inſenſibilis,non tñ facit ſenſibilem læſionē in operatione per cōparationem
ad ſe ipſam prius,cum ipſa ſit quædā ſanitas,& nunq̃ fecerit eam aliter. Quare(ſicut videtur)melius eſt aſsigna-
re differentiam huius ab illa per eſſe præter naturam,cū illa ſit naturalis:ſenſibilis aūt operationum læſio,melius
eſt,ꝙ ſit illud,per quod differt ægritudo vt nunc,à neutralitate vt nunc:ab vtraq;.n.ſit operationis læſio preter na
turam,i.per cōparationem ad ſe ipſam prius,ſed in neutralitate vt nunc non dum valde ſenſibilis:hoc enim & ſic
oportere iam ſupra declaratum fuit. Deinde,quia ea,quæ ſm naturā eis inſunt,ſunt cōplexio & compoſitio,&
quęcunq; alia eas comitantur,vt color,mollities,& durities,& hmōi,adhuc aūt & operationes,quas virtutes eorū
efficiunt ſm exigentiam cōplexionis & cōpoſitionis,ideo dixit,ꝙ oportet ea cognoſcere à mutatione eorū in ma-
gnitudine,& figura,& numero,& ſitu,penes quas eſt mēbri cōpoſitio:& à mutatione ipſorum ſeu differentia in
caliditate,frigiditate,humiditate,& ſiccitate,penes quas eſt mēbri cōplexio:adhuc aūt & à mutatione eorum ſm
colorem,& ſm mollitiē,& duritiē,& huiuſmodi,quæ cōplexionem & cōpoſitionē ſequuntur. Et neſcio,quare ta-
cuerit,ꝙ oporteat ēt ipſa cognoſcere à mutatione operationū,quæ ſimiliter ſm naturā eis inſunt: ex his.n.omni-
bus apparentibus mutatis à natura ſua, eſt cognoſcere,ꝙ ægrotant. Et ſunt ſigna,quæ ſumunt à mutatione quā-
titatis,figuræ,numeri,ſitus:& ſunt ſumpta à ſubſtantialiter inhærentibus organicis. Quæ vero ſumuntur à muta-
tione in caliditate,& frigiditate,ſunt ſumpta à ſubſtantialiter inhærentibus conſimilibus,tales nanq; mutationes F
cadentes ſunt in diffinitionibus ipſorū ægrotorum. Quæ vero ſumuntur à mutatione in colore,& mollitie,& du
ritie,ſunt ſumpta à caſibus complexiōis,ſicut ſumpta à deformitate ſunt ſumpta à caſibus cōpoſitis. Sed,quęcūq;
ſumuntur à mutatione operationum,ſunt ſumpta ab effectibus ſuarū virtutum,ſicut ex dictis manifeſtum eſt.

Non apparentia vero,vniuerſaliter cognoſcere oportet quidem læſionibus operationū,aut egeſtioni- Ant.
bus,aut doloribus,aut tumoribus pręter naturam,aut quibuſdam horum,aut omnibus.

Quæ autem viſum effugiunt(vt ſummatim dicam)ex operationum læſionibus,aut ijs,quę excernun- Leo.
tur,aut doloribus,aut tumoribus præter naturam,aut horum quibuſdam,vel omnibus.

Cum declarauit ſigna,à quibus eſt ſumere ſigna corporis ægri vt nunc,cū ægrotat ſm mēbra ſenſui ſubiacen- Cō. 79.
tia,declarat,à qbus eſt ſumere ſigna illius,qñ ægrotat ſm mēbra non apparentia,& primo dat genera ſignorū,&
dicit, NON APPARENTIA VERO &c.i.ſed mēbra occulta ęgrotantia eſt cognoſcere(vt vlr quidē eſt dicere)
ab altero quatuor generū,aut à quibuſdā ex eis,aut ex oībus ſimul,ſ.aut à læſionibus operationū(& vult p hoc,ēt
læſiones iuuamentorū,iuuamentū.n.ad operationē,eſt quaſi quædam operatio)aut ab egeſtionibus,aut à dolori
bus,aut tumoribus præter naturam. Dicit aūt preter naturā,quia à tumoribus naturalibus,quales fiunt propter
pingueſcere & craſſeſcere ex impacto nutrimēto,nihil ex ægritudinibus occultorū mēbrorum eſt cognoſcere,ſed
ab ijs,quę preter naturā,quales qui ſunt ab apoſtematibus & ventoſitatibus,ſicut poſt dicet. Non ſolū autem à
tumore preter naturā,ſed ēt à detumitione naturalis tumoris,eſt ægritudinē cognoſcere:ſed hoc ſignū iam dictū G
eſt ſupra,cum docuit ſigna apparentium ęgrotorum ſumi à magnitudine. Sed,quot ſint ſpecies ſiue modi lęſionis
operationum,& egeſtionū,& dolorum,& tumorū preter naturam,nō eſt opus hic dicere,cū ipſe ſubſequenter di
cturus ſit. Et eſt hic attentione dignū,ꝙ Gal.in declaratione ſignorū corporis ęgri vt nunc non ſeruat modum,
quē ſeruauit in declaratione ſignorū corporis ægri ſimplr. Ibi enim dixit ſigna lapſus eius ſm quālibet cōplexio-
nem apud prima genera mēbrorum:hic aūt non dixit ſigna lapſus eius ſm quālibet ægritudinē cōplexionis,cō-
poſitionis,& vnitatis apud prima genera mēbrorū,contentus exiſtēs dicere qdem ſola ſignorū genera,quibus eſt
deuenire in cognitionē oīs ægritudinis intrinſecorū mēbrorum,quæcūq; ſit ægritudo,& cuiuſcūq; ſit mēbri,nō
adaptando ſignū ęgritudini:ſed tñ,ſicut adaptauit ibi ſigna p ſpecies lapſuū oīs generis mēbrorum,ita hic ſpecies
ſignorū adaptat p ſpecies mēbrorum,nō per ſpecies lapſuum. Et cauſa huius nō eſt alia,q̃ acquiſitio ex hoc maio-
ris cōpendij,circa quod laborat hæc doctrina. Quomodo aūt quodlibet iſtorū oſtendat mēbrum ægrotum,nō
eſt difficile videre. Læſa.n.operatio oſtēdit morbum ſicut īmediatus effectus eius,eſt.n.morbus cōpoſitio præter H
naturā nocēs operationi. Si ergo ſciatur quæ operatio lęſā ſit,& cuius mēbri ſit prima opatio,iam certiſsime ſciet,
quod ex mēbris ęgrotet,nō tñ certiſsime,qua ægritudine,cū multis ęgritudinibus vna opatio lædi poſsit:dicit.n.
Gal.in lib.de mor.interioribus,ꝙ nulla actio corporis patit nocumētū,niſi mēbrū,cuius eſt actio,patiatur:dolor
aūt oſtēdit ipſum,qa nihil aliud eſt dolor,q̃ ſenſus gñationis morbi:vbi ergo dolor,ibi ægritudinē narrat. Si ergo li.1.ca.2.
habeat locorum notitia,ſciet ēt ex hoc mēbrum ægrotans,non tñ qua ęgritudine certiſsime,cū duplicem comite
tur,ſicut poſt dicet. Egeſtiones ēt oſtendūt mēbrum ęgrotans p habere innaturalitatē quandam iuxta naturā mē-
bri,cuius ſunt egeſtiones:ergo oportet p̄ſcire,quæ egeſtiones ſunt naturales cui mēbro,& cui innaturales. Tumor
vero oſtendit mēbrum ægrotans intrinſecū penes locum,vbi patet in extrinſeco:adhuc aūt & penes figurā tumo-
ris: ad quæ oīa neceſſaria eſt anatomiæ membrorum agnitio,& actionis eorum & iuuamenti inueſtigatio.

DVBITABIT aūt aliquis circa læſionē operationis,quia nō videtur ſemper oſtēdere mēbrum ægrotans. Ali
quando.n.(ſicut dixit Archigenes)læditur mēbri operatio mēbro nihil ægrotante,cuius eſt operatio,ſicut accidit
propter colligantiam aliorum infirmantium,vt qñ oculus patitur accidentia catarhactæ ex fumo capnoſo caput
aſcendente,ex materia clauſa in ſtomacho:quæ accidentia quia nō ſunt māſiua in oculis,faciunt æſtimari,ꝙ nulla
ſit paſsio in eſſentia oculi:Similiter quoq; cum nihil patiēte epiglotto vox aufertur ex mollificatione lacerti intra
coſtas exiſtentis,cū nō inſuffletur ad ipſam aer,qui eſt materia vocis: Sicut quoq; cū digiti ſenſum amittunt,ꝑpter
percuſsionem factā in initio dorſi,prohibentem deſcenſum virtutis ſenſibilis ad illos per neruū inde procedentē.

Niſi eſſet,ꝙ proculdubio læſio operationis inuenta ſine infirmitate in eſſentia mēbri,cuius eſt operatio,nunquā
bene manifeſtat,quod ſit mēbrum ægrotans,cui medicinā oportet apponere,niſi ſciatur mēbri colligātia. poteſt

A imprimere in ipsum,& vnde,& à quo,& quid habeat suscipere ad hoc,vt eius operatio perficiatur. Sed tñ hic sciẽdum est,ꝙ essentia membri,cuius opatio læditur,non potest oĩo dici non patiens,cum aut suscipit à sibi colligato, quod non debet suscipere:aut cũ non suscipit ab illo id,quod debet:maxime aũt dicetur pati,si suscipiat ab illo aliquid extraneũ,quod nõ debet,sicut oculi suscipientes fumum capnosum à stomacho passionem habent,quæ dicitur repletio eorũ de illo:ex quo apparet,ꝙ visus inde non læditur nisi per læsionẽ factam in substantia oculi. Nõ tñ simplr̃ potest dici,ꝙ essentia digitorũ aliquid patiaᷣ per priuationẽ virtutis,ab altero ad ipsos influentis,nec.n. cõplexio nec cõpositio ipsorum videᷣ ĩmutata,sed tñ,quod de virtute sensibili solet ad eos ſm cursum naturę venire,nõ venit,nõ qdem ꝙ ex hoc vere dicantur infirmi,sed fere mortui,quãtum est ex parte priuationis talis virtutis & operis,sicut lapidei vel depicti,hoc excepto,ꝙ remoto obstaculo aptitudinem habent iterũ eam recipiendi, quã lapidei habere non possunt. Quare dicemus,ꝙ à tribus põt fieri læsio operationis in membro operationi deputato,s.aut à corruptione instrumenti causa mutationis complexionis seu compositionis eius,aut à corruptione membri iuuamentum facientis ad illam,aut à prohibitione aduentus virtutis à principali,cuius erat illam operationem principaliter efficere. Secundum ergo primum modum membrum operationi deputatum est proprie dictum ægrotans: secundum vero secundum, iuuamentale dicitur ægrotum,& non principale: secundum vero tertium est ægrotum illud tantum,in quo est obstaculum prohibens aduentũ virtutis,siue illud sit principiũ,siue ortum à principio:ex quo videᷣ,ꝙ operatio læsa ostendit ægritudinẽ,sed non mẽbrum de necessitate.

B DVBITABIT aũt aliquis hic,quia Gal.ponit dolorem esse diuersum genus signi à læsione operationis,cum videatur sub ea cõprehendi, videtur.n.dolor esse læsio in sensu tactus. Nisi esset,ꝙ dolor sine dubio non debet proprie dici læsio in operatione tactiua,non.n.est ablatio sensus,quod est non sentire aliquid ex ijs,quæ oportet: neq; est debilis sensus,quod est nõ certe cõprehendere impressionẽ factam à sensibili:neq; est prauus sensus,quod est sentire aliquid nullo præsente sensibili,vt visio muscarũ volantium,cũ non sint:& auditus soni,vbi nullus est
2.cõ.89. strepitus,& hmõi,tot.n.modis diciᷣ apud Gal.læsio sensitiuæ operationis:sed est sensus rei nocentis,quia superfluæ aletrantis,& corrũpentis harmoniã organi eius. Ex quo videᷣ,ꝙ dolor nõ est læsio sensus, sed est sensus lædentis: propter quod neq; cõprehẽditur oĩo sub læsione operationis,sed est per se genus accidẽtiũ & signorum. Quod & ipse idem sensisse videᷣ in secunda particula de mor.& acci.cũ assignata triplici læsione operationis,quæ cuilibet sensui accidit,subiunxit,Item est quoddã aliud accidẽs,quod soli tactui cõtingit,vt dolor &c. Sed dicet aliquis,
3.5. & 6. ꝙ triplex est tm̃ genus accidẽtium comitãtium morbum,sicut Gal.dicit tertia part.de mor.& acci.s.operatio virtutis ĩmutata,exiens à corpore ĩmutatum, & qualitas corporis ĩmutata. Si ergo dolor est de genere accidentium, oportet,ꝙ ad aliquod illorũ trium reducaᷣ:sed nõ reducitur ad exiens à corpore ĩmutatum,neq; ad qualitatẽ corporis ĩmutatam:ergo oportet,ꝙ reducaᷣ ad operationem corporis ĩmutatam:sed ĩmutatio læsionis operatiõis est læsio operationis:ergo dolor est læsio operationis. Nos dicemus ad hoc,ꝙ reducibilis est ad genus ĩmutatę operationis,non tñ ꝙ simplr̃ possit dici ĩmutata operatio,cum de cõditione sensus sit posse sentire,tàm quod corrumpit,q̃ quod saluat harmoniam eius,sed inquãtum fortassis talis operatio põt dici læsa per sentire,quod lædit,& immutata à cursu naturæ per esse præter naturã id,quod apud dolorẽ afficit sensum. Et erit quidẽ hoc accidens ꝓportionale læsioni operationis,quæ diciᷣ praua operatio:vestigium.n.intra albugineum,& ventus apud aurẽ preter naturam afficiunt auditum & visum,sicut causa doloris prẹter naturam afficit tactum:&,sicut tale quid prẹter naturam intus existens facit imaginari apud visum & auditum impressionem fieri ab extra per aliquid illi simile,sic & causa doloris facit imaginari apud tactum,ꝙ ipsa assimiletur quandoq; diuersis tangibilibus,sicut patet in speciebus doloris,quas Gal.distinguit in suo lib.de morbis interioribus.
C
ro 2.

SED QVAERET aliquis,ad quod genus accidentiũ reducatur tumor:non.n.videtur læsio operationis,neq; exiens à corpore ĩmutatum,neq; qualitas corporis ĩmutata,sed potius quãtitas. Et dicendũ ad hoc,ꝙ ægritudinem mẽbrorum interiorum nõ est cognoscere per tumorẽ,qui est apud ea,nisi tumor ille denoteᷣ exterius ꝑ eminentiam exteriorũ propulsorum ab illo,quasi tumor exterior sit accidens interioris tumoris:vterq; enim istorum tumorũ,maxime tñ interior,si per se noceat operationi,vocaᷣ morbus in magnitudine membri: si autem nõ noceat,dicitur accidens secutiuum,sicut dicit Gal.prima part.de mor.& acci.cum loquitur de morbis cõcrescẽtibus in apostemata. Si ergo à tumore,qui est morbus,pars existens morbi compositi,qui est apostema,esset cognoscere ipsum apostema, tunc esset hoc signum sumptũ à substantialiter inhærentibus ipsi morbo:si vero sit cognoscere istud à tumore exteriori membrorũ adiacentium,qui ſm plurimum non est morbus,tunc hoc signum de genere accidentis existit,quod dicitur qualitas corporis immutata,quę proprie casus vocatur. Ait enim Gal.tertia particula supradicta,ꝙ hoc genus accidẽtis cognoscitur aliqñ visu,aliqñ gustu,aliqñ odore,aliqñ tactu. Cum aũt noĩauit postea qualitates corporis cognitas tactu,dixit,Silr̃ vnum ex accidẽtibus malę qualitatis tactu cõprehẽdimus, aliqñ.n.corpus fit durum,aliqñ molle,aliqñ extensum. Ecce ergo ꝙ tumorẽ ponit esse accidens,quod est qualitas ĩmutata:nec est hoc incõueniens,quedã.n.qualitas in quantitate disponitur,vt triangulus in superficie.
5.12.
D
5.

QVAERET ETIAM aliquis adhuc,cum dixerimus superius signa cuiuslibet corporis sumi à substantialiter inherentibus ei,ſm ꝙ tali:& ab ijs,quæ hoc ex necessitate sequunᷣ,& casibus & effectibus,quæ vocantur accidentia illis:& per hoc quędam signa esse substantialia,quędã accidentalia,ad quæ illorum hęc quatuor genera signorum reducantur,& quõ. Et dicemus ad hoc,ꝙ nullum eorũ est sumptum à substantialiter inhærentibus mẽbro ægrotanti:nullum enim substantialiter inherentium membris intrinsecis ægrotis est assumibile in signum suæ ægritudinis,cum nõ manifestenᷣ se sensui, signum autem sit res ad sensum ostensã, occultum sensui declarans:nec enim lesio operationis,aut dolor,aut egestio,aut tumor sunt talia,sicut per se manifestum est. Oportet ergo,ꝙ reducantur ad effectus & casus: læsio.n.operationis & dolor ad effectus reducuntur: tumor vero ad casus,cum sit sicut quædam qualitas cadens à morbo,sicut mollities,& durities,& color, & dolor,& sapor,& huiusmodi,quæ in ægrotis

in ęgrotis apparent. Egeſtiones ergo, in quibus eſt morbi deprehenſio, etiam ad caſus reducuntur: non.n. ſunt ope E ratio virtutis læſa, ſed ſunt ſicut aliquid aliud coaccidens morbo aut mediante læſione operationis, ſicut genera ſuperfluitatum ex ſtercoribus, & vrina, & hypoſtaſi, & ſanie, & huiuſmodi, in quibus apparent læſiones immutatiuæ, quia ſecundum operationis eius vitium & illa qualia redduntur: aut nullo mediante, ſicut cum particula mēbri ægrotantis egreditur, vt in vlceribus corroſiuis ſolet contigere.

Secundum vero partem, quæ quidem ſecundum cerebrum ægræ diſpoſitiones, aut deſipientię ſpeciebus, aut ſenſibilium & phantaſiarum lęſionibus, aut appetituum voluntariorum motionibus, aut egeſtionibus per palatum & nares & aures, aut ſecundum illud dolorum differentijs. Ant.

Particulatim autem, quę quidem ſunt in cerebro ęgræ diſpoſitiones, aut dementiæ ſpeciebus, aut ſenſibilium imaginationum læſionibus, aut actuum, qui ſecundum electionem fiunt, aut ex his, quæ excernuntur per palatum vel nares vel aures, aut horum, qui ei dolores eueniunt, differentijs. Leo.

Cum declarauit, à quibus generaliter eſt ſumere ſigna corporis ægri vt nunc, cū ægrotat ſm membra intrinſeca, declarat, à quibus ſpecialiter. Et, qm̄ hoc eſt appropriare genera ſignorū ſm ſpecies mēbrorum, primo dat, à quibus eſt ſpecialiter ſumere ſigna corporis ægroti ſm mēbra principalia, inchoans à cerebro, & dicit, SECVNDVM PARTEM &c. i. vt vniuerſaliter eſt dicere, ab ijs, quæ dicta ſunt, eſt ſumere ſigna partium nō apparentium ęgrotarum, Sed particulariter (& hoc intēdebat, cū dixit, Secundū partem) eſt ſumere ſigna cuiuſq; partis occultę à ſpeciebus illorū quatuor generum ſignorū appropriatis parti: verbi gratia ęgritudines cerebri declarant à læſionibus operationū ſuarū, & egeſtionibus ſuperfluitatū, quæ ab eo effluunt p palatum aures & nares, & differentijs dolorum euenientiū in eo. Operationes aūt, quæ in eo ſunt principales, ſunt quatuor (ſicut ſuperius oſtēdit) ſ. operatio phantaſiæ, cognitionis, & memorię, & quarta operatio imperātis motū, ſ. appetitus. Ergo declaratur cerebrū eſſe ægrū ex læſionibus iſtarū: & hoc eſt, quod dicebat, ꝙ egræ diſpoſitiones cerebri declarant aut ſpeciebus deſipientiæ (& volebat p hoc læſiones cogitationis & memorię, vtriuſq;.n. læſio dicit apud eū deſipientiæ ſpecies) aut lęſionibus operationū ſenſibiliū, & phantaſiarū (& nō dixit, aut phantaſiarum, ſed copulatiue appoſuit, volens per hoc quaſi leſiones vnius operationis: volebat.n. per operationes ſenſibiles, eas, quę ſenſus cōmunis, quę ab operationibus phantaſiæ nō differūt, niſi quātum ſupra oſtēdimus) aut lęſionibus volūtariorū appetituum mouēdi. Alia aūt tranſlatio nō habet voluntariorū appetituum mouēdi, ſed voluntariorū motuum: propter quod dicit Hali, ꝙ nocumenta voluntariorū motuum in lacertis & neruis, & cū his ēt nocumēta ſenſuū, ſignificant ęgritudines cerebri. Sed hoc non eſt ſemp neceſſariū: frequēter.n. videmus, ꝙ aliqua duritie ſeu groſsitie ex percuſsione orta in neruo læditur ſenſus motus membri, cuius eſt neruus, nihil cerebro patiente: ſm plurimum tñ ſignificat ægritudines cerebri, ſicut deſtructio ſenſus & motus in toto ſignificant apoplexiam: quare rectior erit hic textus. Cō. 80. F

DISTINGVAMVS AVTEM in hoc loco læſionē harū operationū ab inuicem, Principē ſequentes, qui ait, Cum.n. ſenſus hoīs eſt incolumis, & imaginatio formarū rerū in ſomnio & vigilijs eſt ſana, deinde pōt ꝓponere de ijs, quæ videt in ſomno aut in vigilijs, & circa ea quærere & rńdere ſm rectū, cūq; audit ab alio, teſtificatur eis, ſed tñ non figunt apud ipſum aliquādiu, & obliuiſcit illa, & non pōt formationem eorū reuocare poſt obliuionē, aut difficulter pōt illud & diminute, tūc læſio eſt in memoria: ex quo cognoſcit cerebrū poſterius eſſe ęgrū. Quòd ſi in hoc nullū ſit īpedimentum, ſed loquit, quod nō eſt dicendū: & timet, quod nō eſt timēdū: & ſperat, quod non eſt ſperandū: & putat bonū, quod eſt malū, & ecōuerſo: & iudicat amicum & cōferens, quod eſt inimicū & nocēs, & econuerſo: & inquirit & facit, quod nō debet: pōt tñ & illa cōſeruare aliquādiu, & oblita & deleta reuocare, tūc læſio eſt in cogitatione: ex quo ſcitur mediā cerebri cellulā ægram eſſe. Si vero tam memoria, q̄ loquela, ſunt, ſicut debent, ſed imaginat ſingularia mendoſa, quę reflectunt in ſenſum cōmunē, in viſum, & auditum, & alios ſenſus, ſicut ſomnia, & videt ſibi videre ignem, & aquā, & hmōi, quę nō videt, operatur tñ & loquitur recte penes imaginata, & pōt ſeruare illa & reuocare oblita, tunc læſio eſt ex imaginatione: ex quo ſcitur anterius cerebrū eſſe ęgrū. Sed hæ duæ læſiones cogitationis & imaginationis, quę dictę ſunt, dicunt prauę virtutis operationes, quæ dicūtur alienationes, ſed ablatio harū operationū dicitur ſtupor, & cōgelatio, & taciturnitas, ſeu lethargia, diminutio autē earū nomen nō habet: lęſio aūt memoriæ ſupradicta dicitur aut ablatio actionis, aut ipſius diminutio, ſed prauitas aut alienatio nō habet proprie apud eā contingere. 1. tertij tra. 4. ca. 7. G Eſt aūt & hic ſciēdum, ꝙ aliqñ oēs cerebri lædunt actiones: aliqñ duæ ſimul, & non tertia: & ꝙ accidit læſio in vna propter læſionē in altera ex ſola colligantia actionum abſq; ēt cōpaſsione inſtrumenti: & quod ſm plurimū (ſicut dicit Auer.) accidit læſio ſuperiori propter inferiorē, aut ſequenti propter pręcedentē, ſicut læſio imaginatiuæ propter ſenſus læſionē, & læſio cogitatiuæ propter lęſionem imaginatam, cōſtat enim, ꝙ, ſiquis imaginat adeſſe hoſtes, cū non adſint, timet, quod nō eſt timendū, & facit, & iubet, & loquit, ſicut nō oportet, qm̄ talis imaginatio eſt fixa & fortis, cui nō reſiſtit aīa. H Poſt hoc autem dicemus, ꝙ tres virtutes, quę præſunt prædictis tribus operationibus, dicunt à Gal. vno noīe mens, ſiue virtus animæ regitiua, eo ꝙ ex eis procedit omne regimē aīalis: principiū.n. oīum ſuorū motuum ad proſecutionē & fugam eſt appetitus, q cum prædictis virtutibus eſt idē ſubiecto, ſicut diximus. Propter quod nocumēta appetituū voluntariorum comitātur nocumenta in actionibus illarū, ſed in actione virtutis aīæ regitiuæ (vt in ſumma eſt dicere) tria contingunt accidētia (ſicut dicit Gal. in lib. de mor. & acci.) quorū vnū eſt ablatio actionis, ſcdm vero eſt nocumētum ſiue diminutio, tertium vero à curſu ſuæ naturę mutatio. Ablatio vero, quæ vlr lethargia vel taciturnitas dicitur, frigiditatem cerebri præter naturā comitatur: & ſilr nocumentū & diminutio actionis, quæ dormitatio mentis vocatur: Signū cuius eſſe dicit, ꝙ ab hauſtu opij & taliū frigidarum medicinarū talia videmus euenire. Quòd ſi hæc ægritudo frigidum humorē comitetur, aut frigidū ventum, facit accidentia, quæ veniunt & recedunt, ſicut in 3. de acc. & mor. cap. 3. li. 3 ca. 3.

epilepſia:

A epilepsia: si autẽ sine vitio humoris adsit, tunc accidentia sunt magis mansiua. Hæc aũt infrigidatio causam habet intrinsecam & extrinsecam, intrinsecam qdem, sicut frigidũ humorem in substantia cerebri coadunatum: extrinsecam vero, frigidum aerem aut frigidã medicinam. Sed mutatio actionis à cursu naturæ, alienatio vocata dicitur malus in regitiua virtute motus: hic aũt aut est cum febre, aut sine febre: Qui quidem est cum febre, dicitur calida phrenesis, eueniẽs aut ab apostemate calido in cerebri substãtia vel eius pãniculis, aut à mala cõplexione calida ex humore calido, aut ex acuti & calidi humoris fumo pungitiuo caput ascẽdente in acutę febris statu: Qui vero sine febre cõtingit, aut generatur à calida aut pungitiua materia, qualis est cholera adusta, & dicitur mania: aut frigida aut sicca, & dicitur melancholia. Quare dicit Gal. ꝙ nulla species alienationis nascitur ex frigida causa, ea excepta, quę melancholia dicitur siue frigida phrenesis. Prin. aũt dicit, ꝙ ablatio & diminutio actionis vr̃ à frigiditate contingit, & à crasitie spiritus ex humiditate supflua, frigidum. n. sistitiuũ est oĩs motus & actionis: permutatio vero actionis seu alienatio, & omne, quod cõparatur motui & agitationi, vr̃ à calido & sicco contingit, calidũ. n. omne agitatiuum videtur. Quòd si cõtingat à frigiditate nõ multa, sicut phrenesis frigida, quę melãcholia dicitur, nunq̃ tñ cum humiditate contingit: propter quod accidit cũ permistione vigiliarũ, & alicuius ꝓminentię caloris à corde ad cerebrum. Sed genera supfluitatum, quę ab eo descẽdunt, significant super ægritudines cerebri sui quãtitate & qualitate. Cum. n. pręter naturã excreuerint, significant abũdare in cerebro materias diuersas penes sui colorem, saporẽ, & odorem, quem habẽt, & mordicationẽ, & extensionẽ, & grauitatem, quã inducunt, & alia hmõi:

B & per hoc varias ægritudines in eo portendunt: Diminutio vero earũ supra naturã eueniens, si est cũ leuitate capitis, significat siccitatem purã: si vero cum grauitate, significat oppilationẽ, aut expulsiuę defectũ, & per hoc ęgritudinem in cõplexione. De doloribus aũt, qui in eo, sciendũ est, ꝙ cerebrũ nõ sentit dolorẽ ex medullari sui substantia, sed ex panniculis suppositis tm̃: hi aũt (vt vr̃ est dicere) significant in eo vnã duarum fientium ægritudinũ, quas ꝓprium est doloris significare (sicut post dicet) s. aut malitiã cõplexionis, aut solutionẽ continuitatis ex speciebus extensionum, aut mordicationẽ in pãniculis. Differentię aũt dolorum in eo sunt, ꝙ quidam dolor in eo est pulsatiuus, & significat ẽm plurimum apostema velaminum, aut repletionem ex materijs calidis & acutis, aut cõtentionem vaporum: qdam vero extensiuus, & significat ventositatẽ in cerebro: qdam vero grauatiuus, & significat repletionẽ ex materijs frigidis crasis: qdam vero pungitiuus, & significat cholerã: qdam vero corrosiuus, & significat humorem corrodentem, aut vermem generatum in anteriori parte capitis secundũ quosdam. Sunt & alię dolorum differẽtię, s. quia quidam fortis, quidam debilis: quidam separabilis, quidam inseparabilis: quidam vero continens partem capitis, vt hemicranea, quidam continens caput totum, sicut oualis: & omnes hi proprias ægritudines & loca designant, sicut est videre in capitulis, qui de soda inscribuntur.

Ant. Eas vero, quæ secundum cor, ex dispnϾę speciebus, & motibus secundum ipsum, adhuc & pulsibus secundum ipsum, & arterijs, animositatibusq;, & pusillanimitatibus, & febribus, & infrigidationibus, & in C colore differentijs, & doloribus circa ipsum.

Leo. Quæ vero in corde fiunt, ex difficilis anhelitus speciebus, & tremulis motibus, qui ipsi contingunt, ex pulsibus quoq; eius atq; arteriarum, & ab excandescentis iræ celeritate aut tarditate, à febribus, & refrigerationibus, & in colore differentijs, ac eis, qui ipsi adueniunt, doloribus.

Cõ. 81. Cum declarauit, à quibus est specialiter sumere signa corporis ægroti ẽm cerebrum, declarat, à qbus specialiter est sumere signa corporis ægroti ẽm cor, & dicit, EAS VERO &c. i. eas dispositiones ęgras, quæ sunt ẽm cor, est cognoscere ex speciebus dispnϾæ: & vult per dispnϾam, malitiã respirationis. Alteraẽ enim respiratio à cursu naturæ p ęgritudines cordis calidas vel frigidas: quæcũq;. n. fuerit naturali maior, & velocior, & spisior, significat malitiam cõplexionis calidæ in corde: quæcũq; vero fuerit his contraria, significat in eo malitiam cõplexionis frigidæ. Est aũt aliqñ parua non significans frigiditatem cordis, sed aliqñ dolorem in mẽbris anhelitus, aut eis adiacentibus, maxime si associeẽ ei frequentia: sicut ẽt aliqñ est parua propter constrictionẽ. Velocitas aũt expirationis & eius profunditas multitudinẽ significat fumositatũ in corde. Sunt aũt anhelitus præter naturã multæ species, s. magnus paruus, longus breuis, velox tardus, rarus spissus, frigidus quoq;, & fœtidus, & inæqualis, & disimilis, & huiusmodi, ex qbus oĩbus est cognoscere ægritudines aut cordis, aut mẽbrorũ anhelitus, sicut est videre per librum,

D quẽ fecit de malitia anhelitus. Non est aũt anhelitus principaliter cordis operatio, sed fit ab eo fere tota per mediũ pulmonẽ: adhuc aũt & ad cordis vtilitatẽ instituta existit: quare per eius læsionẽ est cognoscere illius ægritudines.

Deinde dicit, ET MOTIBVS &c. i. & est cognoscere eas per motus, qui fiunt ẽm ipsum: & vult per hos motus, eos, quos cor aliqñ habet præter vocatos pulsuales, quales sunt saltus & tremor. Et significat Saltus in eo constrictionem calidi, quod in ipso est, propter refrigerationẽ supfluam, aut cõtabescẽtiã, sicut dicit Philosophus in libro de respiratione: fortasis aũt & ventum in eo introclusum. Sicut. n. iectigatio accidit cuti & lacertis ex tali ventositate, quæ in eis habet generationẽ & resolutionẽ, donec durat materia, in qua & efficiens, sic & in corde cõtingere põt: & est hic motus impetuosior, q̃ pulsualis, intm̃ ab eo differens, q̃tum spiritus à vento. Tremor autẽ est motus tremulus, quo concutiẽ sicut excutiens, quod ipsum lædit, siue id sit vapor resolutus à vermibus, aut veneno, & huiusmodi: siue sit humor effusus in ipso aut in eius pãniculo: siue malitia cõplexionis, siue apostema in ipso vel eius panniculo, siue oppilatio in venis eius, siue solutio vnitatis. Deinde dicit, ET PVLSIBVS &c. i. & eas est cognoscere ex pulsibus eius & arteriarũ. Ex omni. n. pulsu, qui præter naturã declinat ad magnitudinẽ aut velocitatem & spisitudinem, significaẽ lapsus eius in calorem, ex cõtrarijs aũt contrarium. Ex eo vero, qui pręter naturam declinat ad lenitatem & mollitiẽ, significatur lapsus eius in humiditatem, è contrario vero contrarium. Declinatio vero pulsus ad inæqualitatẽ præter naturã, significat aut repletionẽ apud ipsum & arterias & totũ corpus,

aut

aut sanguinis viscositatem,aūt apostema,aut oppilationem,quæ prohibet calorē spirituificantē æqualiter sibi dominari,aut aliquid aliud,quo motus eius & arteriarū prohibeatur deinceps equaliter fieri,siue sit ex parte caloris, siue ex parte organi,siue ex parte humoris spirituificabilis:Et vīr omnes īmutationes,quæ accidunt pulsibus præter naturam,nō accidunt nisi propter mutationē aut in calore spirituificante,aut in humido spirituificabili,aut in organo,p quod dilatatur & cōstringitur,sicut superius nobis visum fuit. Sed,quæ mutationes pulsus quas mutationes in calore,vel humore,vel organo significare aptæ natæ sint,nō est penes positionē nostram facile in hoc loco demonstrare,sed Galeni qdem positionē acceptantibus de causis contentiuis,sufficiunt libri eius,quos de pulsibus ædidit, in qbus docuit,qui pulsus quas mutationes in virtute, necessitate,& instrumento sequant. Deinde dicit, ET ANIMOSITATIBVS &c.i.& est eas cognoscere animositatibus & pusillanimitatibus,i.audacijs & timoribus. Alia aūt translatio habet loco huius,ex velocitate iræ & tarditate. Et volebat per audaciam & timiditatem nō eas,ad quas quis disponit à natura: neq; eas,ad quas quis disponit ꝼm morem,sed eas,ad quas quis disponitur per lapsum cordis præter naturā ad caliditatem vel frigiditatē: audacia enim caliditatē,timiditas vero frigiditatem significat;silr enim disponere videt cōplexio adueniens,sicut cōplexio naturalis,& propter idē:& sunt hæ mutationes in operatione virtutis irascibilis. Deinde dicit, ET FEBRIBVS &c.i.& est eas cognoscere febribus, & infrigidationibus:& cōmiscuit hic species quasdam signorū,quæ non sunt sub aliquo premissorū quatuor generum,s.sumptū à febre,& infrigidatione,& calore. Est enim febris mala cōplexio calida & sicca,in toto eueniēs: in toto aūt euenire non pōt nisi propter cōpassionem totius ad cor calefactū:& silr totius infrigidatio:prominentia aūt caloris totius, & multi vel pauci,naturalis vel extranei penes quātitatē & naturā fontalis existit. Deinde dicit, ET IN COLORE &c.i.& ē eas cognoscere differentijs in colore. Color.n.declinās ad plūbeitatem pręter naturam non pōt esse sine paucitate fontalis caloris,& declinatione cordis ad frigiditatē:declinans vero ad rubedinem non pōt esse sine abundantia illius,& declinatione cordis ad caliditatē : caliditas.n.semper est impulsiua sanguinis ad superficiē,sicut frigiditas est contractiua ipsius ad centrum. Deinde dicit, ET DOLORIBVS &c.i. & est eas cognoscere doloribus accidētibus circa ipsum: hi.n.significant in genere aut malitiā cōplexionis,aut solutionem cōtinuitatis in eo. Omnis aūt dolor in corde,cum cōfirmatur,est mortalis,eo ꝙ impedit motū & omnē ab eo fluxū vitæ. Dicit aūt Hali,ꝙ plurimū dolorū cordis est aliquod ex accidentibus aīæ,sicut tristitia,& angustia,& furor,& hmōi. Sed,cum hoc nō superueniat nisi cū quadā conceptione imaginaria,quæ in cerebro perficitur,nō possunt proprie dici dolores cordis, quāuis materialiter talia accidentia sint quędam sanguinis & spiritus dispositio circa cor:adhuc aūt dolor,de quo loquitur,non est sine mutatione cōplexionis aut compositionis,quæ præcedit in parte corporis:sed in tristitia nihil tale præcedit,sed ex conceptione alicuius nociui consurgit. Ex quo videtur,ꝙ Dolor,qui est accidens in tactu, quāuis sit passio coniuncti,magis tamen est corporis,quàm animæ,eo ꝙ ibi causa nociua est corporea:Tristitia vero,quæ dicitur accidens animæ,licet sit passio coniuncti,magis tamen est animæ,eo ꝙ causa nociua non est corporea,sed mentalis. E F cō.25. trac. de ventre.

G Aut. Eas vero,quæ secundum hepar,ex humorum indigentia,& abundantia,& conuersione in non naturales decolorationes:& adhuc eis,quæ secundum digestionem sunt,aut nutrimentum,aut superfluorū egestionem,immutatis:sed & ponderibus secundum ipsum,& tumoribus,& doloribus non in regionibus hepatis tantum,sed & secundum cōpassiones,quæcunq; alicui fiunt per dyspnœæ speciem,& tussis.

Leo. Quæ autem in hepate,ex defectu humorum,atq; abundantia,& ad id,quod præter naturam,euersione,& colore malo:ac præterea ex permutatione naturæ in ijs,quæ ad alimenti diductionem,aut superfluitatum attinent excretionem:sed & ex grauitatibus,& tumoribus,& doloribus nōn modo ijs,qui in eo ortum habent,verum & in illis,qui compatiendi ratione proueniunt,quemadmodum in aliqua vel spiritus grauis,vel tussis,specie.

Cō.82. Cum declarauit,à quibus specialiter est sumere signa corporis ægroti ꝼm cor,declarat,à qbus specialiter est sumere signa corporis ægroti ꝼm hepar,& dicit, EAS VERO &c.i.sed eas dispositiones ęgras,quæ ꝼm hepar sunt, est agnoscere ex abundantia & indigentia chymorū,& à mutatione ipsorū à dispositione naturali ad eā,quæ extra naturā. Et vult per hoc,ꝙ est eas cognoscere à mutatione eorū in quātitate,& qualitate: hoc.n.signum,licet nō sit à mutatione operationis,est tñ à mutatione operati,ostēdente mutationē operationis. Abundantia.n.chymorum præter naturā sigñat conuersionē hepatis ad humiditatē:diminutio vero ipsorū, conuersionē eius ad siccitatē,cōplexiones.n.accidentales proportionales sunt naturalibus ad generationē chymorū:mutatio vero eorū à dispositione naturali est per hoc,ꝙ sint choleríciores ijs,qui soliti sunt esse ꝼm naturā,& significat lapsum ad caliditatem: aut ꝙ sint phlegmaticiores solitis pręter naturā ab ipso generari,& significat lapsum ad frigiditatem:& sic de alijs. H
Deinde dicit, ET CONVERSIONE &c.i.& est eas cognoscere ab euersione coloris naturalis in colorē nō naturalē,aut in decolorationē. Et miscuit hoc signū ex colore,quod nō est ex quatuor generibus:& vult per decolorationem,priuationem rubedinis permistæ albedini,hic.n.est naturalis color:cuius priuatio,est decoloratio,quæ oēm cōplexionis malitiam sequi pōt:sed colores nō naturales,qui comitant ęgritudines hepatis,sunt,qui declināt ad citrinitatē,& albedinē,& viriditatē,& fuscositatē. Qui ergo declinant ad albedinē & viriditatē,significant malitiam cōplexionis frigidæ:qui vero declināt ad citrinitatē & fuscositatem,significant malitiam cōplexionis calidæ. Et videtur,ꝙ distēperātiæ hepatis nō sint causa istarū decolorationū nisi per mutationē factam ab eis in sanguine: hic.n.penes sui naturā disponit superficiē corporis in colore ꝼm plurimū. Deinde dicit, ET ADHVC &c.i. & adhuc est eas cognoscere à mutatione,quæ est ꝼm digestionē,aut ꝼm nutrimentum:aut à mutatione superfluorum,quę ab eo educunt. Et vult per digestionē,transmutationē chyli,quæ est ipsius sanguificatio apud hepar:hæc

enim

A enim operatio dicitur debilis,cũ sanguificatio est diminuta:praua vero,cum fit generatio corrupti sanguinis,aut habentis qualitatẽ extraneã inconuenientẽ:aut aufertur oĩo,cum chylus remanet assumptus,sicut aqua,vt in hydropicis:& hæ oẽs læsiones significant aliquã complexionis malitiã in hepate. Aut fortasis vult per digestionem, conuersionẽ sanguinis,quæ fit in vnoquoq; mẽbro,cũ dispergitur in corpore:per nutrimentũ aũt vult vltimam actionẽ virtutis nutritiuæ in nutriens,quæ est assimilatio nutrientis cũ nutrito,sicut ẽt vocauit hanc actionẽ vltima particula de mor.& acci.cum dixit,Dico,ꝙ nutrimẽtum prius & dignius est oĩum naturalium actionũ &c. & hoc patet magis apud aliã translationẽ,cum dicit,Et ex mutatione,quę accidit in passione nutrimenti à corpore,aut in assimilatione sui cum mẽbris.mutatio.n.in his actionibus significat hepatis distemperãtias.Cum enim ipsum ,ꝓpter cõplexionis malitiã generat humores malos,sicut aut superflue acutos,aut baurachios,aut aquosos, aut terrestres spissos,abhorrent ipsos mẽbra,quare aut eos reijciunt ad debilia mẽbra,aut non assimilant eos perfecte:ex quo veniunt varia genera accidentium,sicut scabies,impetigo,morphea,lepra,hydrops,macies,& hmõi.

hepatis errori. lib.cap.1.

A mutatione aũt egestorum superfluorũ cognoscuntur ægræ hepatis dispositiones,sicut egestionibus erugino sis,& sicut lotura carnis recentis significatur debilitas hepatis circa operationẽ virtutis sanguificæ,quæ malitiam sequitur cõplexionis,aut apã : & silr vrinis proportionalibus ad tales egestiones.Sicut enim,cũ deficit stomachus in digerẽdo,euomit aliqñ cibum & emittit ipsum ad intestina, media quadam digestione digestũ,ita,cum deficit B hepar,emittit sanguinem,sicut ipsum euomẽs,ad meseraicas media digestione digestũ. Egestiones vero nigræ, qualis sanguis,& sicut crassi vini fęces,significãt debilitatẽ contentiuæ hepatis,& sanguinis incensionẽ,& defectũ mundificationis splenis. Deinde dicit, SED ET PONDERIBVS &c.i.non solum ab his est eas cognoscere, sed & ponderibus,& tumoribus apud ipsum:pondus.n.significat oppilationes in ipso,tumor vero significat apã. Est aũt tumor in apãte hepatis lunaris figuræ iuxta situm hepatis,in quo diuersificatur à tumore apãtis lacertorũ, qui est ad similitudinem stili. Deinde dicit, ET DOLORIBVS &c.i.& est cognoscere illas doloribus,accidentibus nõ in regionibus hepatis tm̃,sed accidẽtibus in regionibus alijs ad ipsum colligatis. Dolores.n.circa ipsum,si fuerint vehemẽtes,vnum duorum significant,s.aut apã calidum in ipso,aut ventositatẽ inter ipsum & eius panniculum:sed apã tam est cum febre acuta,ventosum aũt sine febre. Dolor aũt,qui nõ est existens in ipsius regione, est significans super ipso per colligantiam,vt est dolor furculæ eueniens in apãte hepatis ex attractione eius ad interiora propter tensionẽ concauitatis & suspensoriorũ. Deinde dicit, SED SECVNDVM cõpassionẽ &c.i.sed ẽt per species malitiæ anhelitus & tussis , quæcũq; fuerit ,ꝓpter cõpressionẽ pectoris ad hepar,significat sup ipsius ægritudinem. Manifestũ est enim,ꝙ,si fuerit apã in hepate,maxime in latere eius gibboso,propter cõpassionem diaphragmatis accidit difficultas anhelitus eius ex prohibitione dilatationis eius,& tussicula quędã sicca propter hoc idem,adhuc autem & propter malam cõplexionẽ ad totũ pectus redundantem.Si vero fuerit in cõcauo,tunc magis patitur stomachus ex singultu & nausea,ꝓpter id,qđ refunditur & resudat ab ipso ad stomachũ de humore.

C Ant. Ita vero & secundum ventrẽ,ijs,quæ circa digestionẽ,& orexim humidæ aut siccæ oblationis,aut superfluorum egestionibus peccantibus:similiter vero & in singultibus,& eructationibus,& nauseis,& vomitibus,& ipsis eorum,quę vomuntur,formis:& doloribus,tumoribus,dispnœis.

Leo. Sic & ventriculi affectus agnoscitur,vbi in concoctione,& appetitu humidi vel sicci alimenti,vel super fluitatum excretione delinquitur.Ita etiam ex singultibus,eructationibus,nauseis,vomitibus,& ipsis eorum,quę euomuntur,speciebus.

Cõ.83. Cum declarauit,à quibus est sumere signũ corporis ægroti ẽm mẽbra principalia,tacens de signis ægritudinis testium sicut numeratorũ inter mẽbra apparentia,& non inter occulta,declarat,à qbus est sumere signũ corporis ægroti ẽm mẽbra habentia virtutẽ innatam & influentẽ,& primo ẽm ventrẽ,tacens de musculis sicut de numeratis inter mẽbra apparẽtia,& dicit, ITA VERO &c.i.& silr est cognoscere dispositiones ægrotas ẽm ventrem ex peccatis ꝑter naturã circa digestionẽ.Peccat aũt digestio tribus modis,aliqñ enim est diminuta,aliqñ praua,aliqñ ablata:Diminuta qdem est,cum transmutatio cibi nõ cõpletur,& tardius efficitur:& significant eã grauitas,& extensio,& rugitus,& velut nausea & desiderium eructandi,& tarditas descensionis cibi,& inuentio saporis cibi in D eructatiõe,& hmõi,& hoc sequitur malitiã cõplexionis maxime frigidã:& silr digestionis ablatio,quæ est remansio ciborũ & potuũ sub eisdem qualitatibus,qbus assumpti sunt,excessum frigiditatis comitatur:& silr ex silibus indicatur,cum tñ oĩs mala cõplexio excedẽs possit nocere digestioni. Cum.n.dicimus,ꝙ cõplexio calida & humida iuuantior est ad digestionẽ,non intelligimus nisi de naturali:extranea enim & ægritudinalis semp nociua est illi.Praua aũt digestio est cõuersio cibi in qualitatẽ non conuenientem corpori,sicut conuersio eius in fumositatẽ, aut odorẽ luti similem,aut in fętorẽ similẽ fetori pisciũ crudorũ,et hmõi,penes aptitudinẽ ciborũ:quarũ quælibet manifestat eructatio:& tales corruptiones ciborũ ob malitiã cõplexionis calidæ cõtingunt,ꝙ maneat sitis & febris eam cõcomitans,& calor extraneus silis caloris ethicæ:Aut sicut cõuersio eius in acetositatẽ,quod manifestat acetosa eructatio,& hoc à frigiditate contingit: Aut,si nimis excedens fuerit,inueniunt cibũ in vomitibus & eructationibus,vt ante fuerat:quod digestionis ablatio dicitur:si vero parum,vt & conuertere parũper possit,inueniunt acetositatem in ore:quod indigestio pura vocatur & cibi corruptio. Deinde dicit, ET OREXIM &c.i.& silr est eas agnoscere ex peccatis præter naturã circa appetitũ humidæ aut siccæ oblationis: appetitus.n.humidæ significat malitiã cõplexionis siccę,sed appetitus siccę significat humidæ,sicut ex superioribus manifestũ est. Adhuc autem huius generis est corruptio appetitus,qñ.s.accidit appetitus carbonum,& terræ,& hmõi propter qualitatẽ inuentam in eis,exiccantem aut incidentem,contrariam qualitati humoris in stomacho dominantis. Non solum autem ab his læsionibus appetitus est eas cognoscere , sed etiam à debilitate , quæ est ipsius diminutio,aut ab eius

augmẽto,adhuc autem à deſtructione appetitus:& comitatur diminutio ipſius ſm plurimũ cõplexionẽ calidam, E augmentũ vero frigidã,deſtructio vero humidã & calidã,ſtomachum remolliẽtem,vt nihil poſsit attrahere:aliqñ vero & frigidæ cõplexionis exceſſum, vt mortificet duas virtutes ſimul,ſ.ſenſibilem & naturalẽ. Deinde dicit, ET SVPERFLVORVM &c.i.aut eſt eas cognoſcere ab egeſtiõibus ſupfluorum peccãtibus ꝑter naturã.Peccãt aũt aliqñ ſm tincturam à natura egredientẽ,& ſignificant humorẽ dominantẽ in ſtomacho:aliqñ aũt in lenitate, & aquoſitate,& deſcẽſu ante horã ſolitã ſm naturã,& ſignificant malitiã cõprehẽſionis cibi,& debilitatẽ retẽtiuę, quare cibus nõ digerit̃:aliqñ vero in fętore ſupfluo,& tũc ſunt liquidæ interminatę,cũ ſuperabũdantia humiditatis,& ſignificant debilitatẽ digeſtiuę:ex qbus oĩbus cõplexionis malitia ſignificat̃. Deinde dicit, SIMILITER VERO &c.i.& ſilr̃ eſt eas cognoſcere ſingultibus,& eructationibus, & nauſeis,& vomitibus. Eſt aũt ſingultus malus motus expulſiuę virtutis, ſil̃is exiſtens motui lacertorũ in ſpaſmo,magis aũt ſil̃is motui,q fit in tuſsi. Abominatio quoq; & vomitus ſunt ẽt mali motus expulſiuę ſtomachi,ſed in hoc differũt à ſingultu,& ab inuicẽ,nam in ſingultu ſatagit virtus expellere rẽ nociuã,quę in ſtomachi eſſentia continetur,ſiue ſit humor,ſiue mala cõpl̃o: in vomitu vero ſatagit expellere rẽ nociuã,quę continetur in eius cõcauitate: in nauſea vero nõ dum fit expulſio, ſed motus aliqs ad expellẽdũ:ſed ꝑſiſtit abominatio,ꝓpter eſſe humorẽ viſcoſum, nõ natantẽ,ſed ĩbibitũ,cauſam eius.Propter quod ſubiũxit,ꝙ ẽt ex ipſis eorũ,quę vomũtur,formis eſt cognoſcere ægras ſtomachi diſpoſitiones: ſi.n.fuerit res phlegmatica,ſignat in eo ęgritudinẽ frigidã:ſi cholerica,calidã:& ſic de alijs. Eructatio vero eſt vẽtoſitatis emiſsio à ſupiori,minimã aut nullã lęſionẽ in expulſiua ſignificãs,q̃tũcũq; ꝑter naturã extiterit. Poteſt tñ F deſideriũ eructãdi ſine eructatione ſignificare expulſiuę debilitatem,licet aliqñ hoc cõtingat ex craſsitie venti nõ potẽtis erũpere,niſi carminetur:ſed tñ vẽtoſitas eſt accidẽs in operatiõe cõtentiuę. Cũ.n.ſtomachus cibũ male cõprehẽderit nõ circũfractus vndiq; ad ipſum,ſed derelinquẽs vacuũ inter ſe & cibũ,ſeqtur rugitus & ĩflatio,tũc.n. debiliter digerit non contingẽs cibũ vndiq;:quare reſoluit cibũ in ventũ,aptũ qdem intercipi in vacuitate relicta. Ex quo videt̃,ꝙ, qñcũq; calor ſtomachi fuerit modicus reſpectu cibi,ẽt ſi cõprehenſio eius ſit bona,tñ ventoſitas generabitur ex cibo:ad gñationẽ.n.vẽti paucus eſt neceſſarius calor,q moueat,& euáporare faciat,nõ tñ tantus,ꝙ digerat;quo fit,vt multus exceſſus in frigido & calido nõ faciat vẽtũ. Deinde dicit, ET DOLORIBVS &c.i. & ẽt eas cognoſcere doloribus,& tumoribus,& dyſpnœis. Et dolores qdẽ in eo ſunt ſignificãtes vnã duarũ ęgritudinũ,ſ.aut cõpl̃onis malitiã,aut ſolutionẽ cõtinui ab humore mordicatiuo,aut vẽtoſitate extenſiua. Tumores vero,aut aꝑata aut vẽtoſitates in eo ſignificãt,& ſignũ diſtinctiuum eſt febris,nõ.n.accidũt ſine febre aꝑata in intrinſecis mẽbri. Ablatio aũt,aut difficultas anhelitus,ꝓpter ſtomachi ægritudinẽ fit(ſicut dicit Gal.quarta part.de mor.& acci.)ſi cor & cerebrum ex eius colligantia lędantur,aut ſi diaphragma ab ipſo cõprimatur:quare talis duritia anhelitus ex colligantia eueniens põt aſſumi vt ſignum ſuper ægritudine ſtomachi. dolorib⁹,tumoribus,et diſpnœis.pt hæc ĩ textu ſupflua fuit, cũ ſit ps ſequẽtis,ideo & expõ.

Cæterum & quęcunq; ſecundum pectus,diſpnœis,tuſsibus,& doloribus,qui in ipſo,adhuc & eorum, quæ expuuntur,differentia cognoſcere oportet. Ant. G

Ita & thoracis agnoſcuntur affectus ex ſpirandi difficultatibus,tuſsibus,& doloribus,qui in ipſo fiunt, & ex eorum,quæ cum tuſsi expuuntur,differentia. Leo.

Cum declarauit,à quibus eſt ſumere ſigna corporis ęgroti ſm ventrẽ,declarat, à quibus eſt ſumere ſigna corporis ęgroti ſm pectus,& dicit, CAETERVM ET quæcunq; ſm pectus.i.vel ẽt oportet cognoſcere corpora in præſenti ægra ſm pectus per permutationes reſpirationis,& tuſſes,& dolores,& per ſcreatuũ differẽtias. Et volebat ꝑ pectus,pulmonẽ,& diaphragma,& pãniculos inuoluentes pulmonẽ,& eũ,qui tegit coſtas,& lacertos ipſos, quibus & pectoris motus adiuuatur. Quæ.n.fiunt in his mẽbris ægritudines,mutãt reſpirationẽ à curſu naturali, ſicut aꝑata & oppilationes faciunt eã difficilem & paruã & ſpiſſam:& oĩs mala cõplexio calida circa loca prędicta ſpiſſat eã,& facit eam magnã,niſi ſit cum ea dolor aut oppilatio prohibẽs dilatationem,tunc.n.diminuta magnitudine augetur ſpiſsitudo & velocitas tm̃:mutant ẽt eam ægritudines lacertorum,ſicut ſpaſmi,& paralyſes,qñ cõmunicauerint lacertis pectoris. Tuſsis aũt, cũ ſit concuſsiuus motus pectoris & pulmonis,quo conatur natura expellere nocumẽta viarum anhelitus,ſignificat in mẽbris pectoris aut oppilationes canaliũ pulmonis,aut cõcauitatum pectoris ex aꝑate vel ſanie vel humore,aut malitiã cõplexionis ſolã,calidam,vel frigidã in pectore vel pulmone. Dolores vero circa pectus,aut vlcera aut aꝑata demonſtrant in eo. Sed dolor comitans pleureſim eſt acutus ſimilidinem habens puncturæ:comitans vero peripneumoniã eſt dolor lenis propter mẽbri inſenſibilitatem, H vbi eſt hoc aꝑa,ſ.pulmonis,cui non eſt ſenſus niſi ex panniculo inuoluente ipſum:propter quod vt plurimum in peripneumonia eſt grauitas quædam & extenſio,perueniens vſq; ad tenerũ anterioris partis pectoris & oſſa dorſi, qm̃ pelliculæ circũdantes pulmonem ſunt his alligatæ. Differentiæ aũt ſputorum ſignificant ægritudines pectoris iuxta ſuũ modum. In aꝑatibus nãq;,cum ſemper ab eis reſudet aliquid,quod miſcetur ſano ſputo,ſignificat humorem dominantem in aꝑate ſm ſubſtãtiam & colorem ſuũ,& per hoc ſpeciem aꝑatis. Cum vero ſputũ fuerit ſanguis purus,ſignificat vulnera in partibus pectoris,aut pulmonis,aut cannæ,aut apertionem venarũ in pulmone,quæ eſt morbus officialis in natura pori. Sed,cum vulnus fuerit in trachea,eſt ſputũ ſanguineum,paucũ,cum raſcatione & tuſsi pauca. Cum vero fuerit in pectore,fit ſputum cũ tuſsi multa,& eſt ſanguis niger,craſſus,coagulatus,ꝓpter longitudinẽ vię,& ſentit̃ in loco dolor.& additio eius in ſomno eſt certius ſignũ eius. Cum vero fuerit in cãna pulmonis,tunc eſt ſpumoſum,nõ continuum,ſed abſciſſum,cũ quo nõ eſt dolor. Sed,cũ fuerit ex inciſiõe eius venarum,tunc nõ eſt ſpumoſus, ſed exuberans valde. Si vero vulnus fuerit ex corroſione,tunc eſt ſanguis admiſtus ſaniei,aut habens aliquid corticis aut partis pulmonis,& fit ſputum ſimile aquæ carnis. Si vero fuerit non vulnus,ſed apertio venarũ orificiorum,ꝓpter repletionem,exiet ſine dolore,& cum inuentione requiei & ſuauitatis. Si vero ſputũ fuerit ſanies pura,ſignat vulnus iam factũ eſſe vlcus,aut aꝑa maturatum factũ eſſe exituram.

Cõ.84.

Aut. Et secundum tracheam arteriam ægritudines, dispnœa, & tussis,& secundum locum dolor,& sputa,
A & vocis læsio notificant.

Leo. Sic & asperæ arteriæ ægritudines, difficiles anhelitus, & tusses,& dolor in loco,& quę expuuntur,& vocis offensiones ostendunt.

5.85. Cum declarauit,à qbus sumunť signa corporis ęgroti ẽm pectus,declarat,à qbus sumunť signa corporis ęgroti ẽm tracheã,& dicit, ET SECVNDVM &c.i.sed ęgritudines trachee declarabit dispnœa,tussis,dolor,& sputũ, & lesio vocis. Difficultas.n.anhelitus semp significat aut oppilationẽ meatuũ,in qbus trãsit aer inspiratus,aut læsionẽ in lacertis faciẽtibus hũc motũ. Cõstat ergo,ꝙ cõstrictio trachee facta ab apate in ea,aut in mẽbris ei colligatis,sicut in meri,mutãt anhelitũ à cursu suo,& silr qcũq; alia constrictio in ea cõtingẽs. Tussis aũt,nõ est dubiũ,ꝙ in ęgritudinibus eius cõtingere põt,cũ ipsa sit motus qdã ad expellẽdũ,quod nocet mẽbris anhelitus, siue illud sit mala cõplexio,siue aliqd,quod oppilet. Dolor vero ẽm eam significat vnã duarũ ęgritudinũ,quas ĩ alijs diximus. Sputum quoq; aliqñ est humor aliqs refudãs ab eius apate,& sigñat spẽm apatis: aliqñ sanguis purus, & significat vulnus ĩ ea:aliqñ vero sanies,& sigñat vlcus. Lesio aũt vocis,siue sit eius destructio,aut diminutio,aut eius alteratio,sigñat ęgritudinẽ aut in ijs,quę mittũt materiã eius ad epiglottũ,vt in lacertis pectoris,& velamine,& pulmo-
B ne,aut in ipsa trachea,& epiglotto,& lacertis eius. Aegritudines aũt trachee sigñatę ex mutatiõe vocis,sunt,sicut mala cõplexio ipsius,aut epiglotti,& eius constrictio,vel dilatatio,vel mollificatio in ipsius lacertis. Et sigñat vox rauca malitiam cõplonis humidę:aspera vero,silis voci gruum,sigñat malitiã cõplexionis siccę: grauis vero sigñat dilatationẽ meatus eius:acuta vero cõstrictionẽ:destructa vero aut tremula exñs sigñat mollificationẽ lacerti & c.

Aut. Proportionaliter vero & in oĩbus alijs partibus ex tumore,& dolore,& læsione operationum,amplius & ex egestionum differentijs cognitiones erunt.

Leo. Secundum vero eãdem proportionem & in alijs omnibus accidit partibus. Nam ex tumore,dolore,& operationum læsione,& excrementorum differentia sumentur indicia.

5.86. Cum declarauit,ꝙ à quatuor generibus signorũ est cognoscere corpus ægrũ vt nunc,qñ ægrotat ẽm membra non apparentia,& appropriauit illa genera ẽm easdem species mẽbrorũ,penes quorũ lapsus docuerat supra signa corporis egri simpliciter:qm̃ longum erat hãc appropriationẽ percurrere ẽm oĩa membra,quę habent virtutem innatam & influentẽ:adhuc aũt longius ẽm mẽbra habẽtia virtutem innatam tm̃,& ẽm à principalibus orta:nec ẽt penes plurium mẽbrorum lapsum docuerat supra signa corporis egri simplr, ostendit,ꝙ ab eisdem generibus signorum,vt in summa,est cognoscere corpus egrotans ẽm quæcũq; alia membra non apparentia,& dicit, PRO-
C PORTIONALITER &c.i.&,pportionalis supradictis partibus fiet cognitio ægrotantiũ ẽm oẽs alias partes nõ apparentes,ex quatuor generibus signorum dictis prius,s.ex tumore,dolore,læsione operationum,& differentijs egestionum. Propter quod(sicut supra diximus)necessaria est adhuc,vt per hæc genera cõpleatur cognitio egritudinis mẽbrorum interiorum,scientia anatomiæ,per quã declaratur ipsorum mẽbrorum forma,& situs,& quantitas,& numerus,& colligantia:quibus cognitis facile est cõiecturabile,quod mẽbrorum indicet dolor & tumor: Scientia quoq; operis & iuuamenti ipsorum,per quã scitur,ꝙ omne membrum aut facit operationem,aut iuuamentum ad operationem, & quod mẽbrum cuius sit operis aut iuuamenti, & quale quid solitum sit à mẽbro resolui de genere superfluitatũ: quibus cognitis cognoscitur corruptio tam iuuamẽti,q̃ operis. Egestionum quoq; mutatio,cũ significet ęgritudinẽ in mẽbro,cuius illę sunt proprię,facile coniecturabitur mẽbrum ęgrũ,species tñ ęgritudinis non ex vno solo istorum generum signorum,sed ex pluribus simul innotescet.

SED TAMEN hic sciendũ est,ꝙ corruptio iuuamenti cum hoc,ꝙ significat ægritudinẽ in iuuamentali mẽbro,significat ẽt aliqñ ægritudinem esse in principali. Ad cuius declarationẽ dicemus,ꝙ ægritudo mẽbri iuuamẽtalis ad aliquã operationẽ nõ diciť ęgritudo mẽbri principaliter deputati ad illam operationẽ,nisi accidat,ꝙ per se lædat illius operationem absq; cõpassione principalis:si aũt prius cõpatiať principale,q̃ lędatur operatio,tũc egritudo mẽbri iuuamẽtalis diciť cã ægritudinis in principali siue in toto mẽbro cõposito,& nõ ægritudo:& hoc est,
1 par.c.6. quod dicit Gal. prima parti. de mor. & acci. Ait enim,ꝙ oĩa mẽbra cõposita habent quandã partem principalem,
D ꝑ quã efficitur actio,alię vero sunt,vt ei adiutoriũ inferant:& ꝙ oẽs illa sola infirmata infirmãtur:ex quo innuit, ꝙ ægritudo in principali,fit ægritudo totius & cuiuslibet partis,nã ipsa lædit operationẽ,quæ est totius operatio, & annihilat aliorũ iuuamenta. Deinde dixit,ꝙ aliqua istarũ nimium patiente.i.iuuamentalium,actio.s.principalis impedieť. Deinde subiecit,ꝙ,si ex eius mutatione,s.partis iuuamentalis,actio principaliter nõ ĩpediať,sed pars principalis, ꝑ quam fit actio,cõpatiať,tunc mutatio in iuuamẽtali nõ est ægritudo mẽbri cõpositi,sed causa:ꝙ si illius mutatio,s.iuuamẽtalis partis,prohibeat actionẽ nõ cõpatiente principali mẽbro morbus mẽbri compositi vocabitur. Ex quo videť,ꝙ omne,quod ĩmediate lædit actionẽ,diciť ægritudo mẽbri cõpositi,siue illud sit mutatio in principali,siue in iuuamentali:sed,si mutatio iuuamẽtalis nõ lædit operationẽ nisi per facere cõpati partem principalẽ,nõ vocabiť morbus mẽbri cõpositi,sed cã morbi:diceť tñ morbus in iuuamẽtali ĩmediate lædẽs ipsius iuuamentũ. Dicit aũt Hali in hoc loco,ꝙ vni mẽbro põe est esse plura iuuamẽta,sed nõ est põe,vt vni mẽbro numero sit plus vña operatione numero:& excusat se de cerebro,ꝙ,quãuis sit vnũ mẽbrũ plures habẽs operationes,nõ tñ efficit illas ꝑ vnam partẽ numero:& silr de corde & arterijs,ꝙ,q̃uis videanť duas efficere operationes,s. dilatationem & cõstrictionem,non tñ efficiunt illas per eandẽ speciẽ villorũ. Sed hoc nequaq̃ sensit Gal. in lib. de iuuamento membrorum,vbi dicit,ꝙ melius est,vt sint multæ operationes per pauca instrumenta,q̃ paucæ per multa:adhuc aũt plura mẽbra videmus cõpetere in duo opa,sicut linguam ad gustũ & sermonẽ. Quòd si dicat

ſermonem ab ea fieri per neruos motiuos,guſtum aūt per ſenſibiles,dicemus ei,ꝙ lingua ſm hoc non erit vnum E
mēbrum apud ſic dicentem,quod eſt inconueniens:adhuc aūt & per eundem neruum, per quem eſt in ea guſtus,
eſt & motus in ipſa,& ſilr in quibuſdam muſculis per eundem neruum eſt ſenſus tactus & motus.

Ex tumoribus quidē,qui p̄ter naturā,ī phlegmonibus & ſclíroſi,& īflatiōibus,& eryſipelatis īſpiciēdū. Ant.
Excreſcētiæ āt nō naturales in īflāmatiōibus,duriſq; ac laxis tumoribus,& eryſipelatis ſunt explorādæ. Leo.

Cum declarauit gn̄a ſignorū,quibus eſt oīa intrinſeca mēbra ęgrota cognoſcere,ſubdiſtinguit ad maiorē decla Cō.87.
rationē qdlibet illorū,& prīo tumores,& dicit, EX TVMORIBVS QVIDEM &c.i.ita erūt ex p̄dictis gn̄ibus
cognitiones mēbrorū ægrotorū nō apparētiū: nā ex tumoribus qdē p̄ter naturā cōiecturādū eſt mēbra ægrotare
vna quatuor ęgritudinū,ſ.aut phlegmone,aut ſcliroſi,aut inflatiōe,aut eryſipelate: & nō videt̃ p hoc plus velle di
cere,quā ꝙ tumor eſt quadruplex.Et volebat p phlegmonē ap̄a de ſanguine,cū quo eſt dolor,& inflatio,& tēſio,
& pulſatio,& eſt in eo dolor vehemētior,quāto mēbrum fuerit ſenſibilius,& pulſatio in eo maior,quanto plures
habuerit arterias. Per ſclíroſim vero vult ap̄a de melācholia,quod triū eſt generū,ſ.illud,quod vocat̃ durities,
& eſt illud,qd̄ fit de fęce ſanguinis,quæ melācholia dicit̃,ſiue tale ſit incipiēs,ſiue tranſmutatū ex phlegmonibus,
quorū ſubtile reſolutū fuerit:& eſt cū eo inſenſibilitas,& durities,& obfuſcatio,& priuatio inflāmatiōis.Secūdū
vero eſt,quod dicit̃ cancer,factū à melācholia,quę eſt de cholera aduſta:& eſt cū eo mobilitas,& īflāmatio,& addi
tio,& habet radices innexas mēbro,& eſt cū eo dolor,nō tn̄ deſtruit̃ p ipſum ſenſus mēbri,niſi elonget̃ tp̄s eius & F
mortificet mēbrū.Tertium vero eſt genus glandularū, ſicut ſcrofulæ & nodi:& iſtorū alia ſunt ſeparata ab eo,in
quo ſunt:alia ſunt miſta & īfuſa in ſubſtātia mēbrorū,in qbus ſtāt. Et videt̃,ꝙ priuatio doloris & ſenſus ī ap̄ate
melācholico non eſt,niſi ꝑpterea,ꝙ ille humor ſuis qualitatibus ſtupefacit & mortificat mēbrū. Per inflationē
vero vult ap̄a de phlegmate,ſeu de vēto,vel aqua,& eſt duplex,ſ.ap̄a laxū,cuius humor eſt īfuſus ī ſubſtātia mēbri:
& glādulę molles,quarū humor eſt ſeparatus & īuolutus in coopertorio:& eſt cū hoc ap̄ate mollities,vt ad p̄flurā
digiti foſſa relinquat̃,& priuatio caliditatis,& dolor̃ paruus.Aquoſa vero ap̄ata ſunt ſicut hydrops,& ramex aquo
ſa,& ſicut ap̄a,quod accidit ī craneo de aquoſitate.Vētoſa vero ſunt ſicut caceſia & inflatio:& eſt in caceſia ventus
admiſtus ī ſubſtā tia mēbri,&,cū tāgit̃,ſentit̃ mollis:In īflatione vero eſt vētus aggregatus,& ſeparatus,& nō admi
ſtus mēbro,& reſiſtit tactui valde. Per eryſipelā vero vult ap̄a de cholera,cū quo eſt dolor & īflāmatio:ſed do-
lor eſt minor,q̄ in phl̄one,ꝑpter minorationē tēſionis in ea,eo ꝙ cholera,ꝑpter leuitatē & ſubtilitatē ſpargit̃ in ſu-
perficie mēbri,& nō colligit̃ neq; conculcat̃ in locū vnū,ſicut ſanguis: ſed inflāmatio in ea eſt maior,& multoties
adurit cutim,& veſicat,& vlcerat eā:& nō eſt in hoc ap̄ate tumor magnus,ꝑpter ſubulitatē humoris,& eius dilata
tionē:& accidit ſm plurimū in exterioribus mēbris,& ſupioribus,ꝑpter eius leuitatē,& maxime circa faciē:& eſt
cū ea rubedo loci admiſta citrinitati,& nō rubedo pura aut ꝓfunda decliuis ad nigredinē,qualis in īflatione eſt.Et
eſt quędā ſpēs eius,q̄ dicit̃ formica,quod eſt ap̄a ambulatiuū,latitudinē nō habēs,in quo ſentit̃ ſicut punctura for- G
micę:& eſt ſpēs eius,q̄ dicit̃ miliaris,exiſtēs multitudo puſtularū paruarum,aſsimilatarū grano milij:& eſt in hac
cōpoſitio phlegmatis cū cholera ſm plurimū. Cōponunt̃ aūt & dicta ap̄ata ſm humorū miſturā adinuicē:de flu-
xus.n.cholerę ad mēbrū aliqn̄ eſt cū ſanguine,aliqn̄ cū phlegmate,aliqn̄ cū melācholia, & ſilr cuiuslibet cū quo-
libet:& ī oībus talibus eſt denoīatio à magis dominā te,& vincūt accidētia vincētis. Eſt aūt & hic ſciendū,ꝙ ap̄a
eſt morbus cōpoſitus(ſicut in tractatu de cauſis Deo dāte dicemus)cuius cā eſt reumatiſmus ad mēbrū:cā aūt reu-
matiſmi eſt aut depulſio fortiorū ad ībecilliora,cū ſupfluitas ī eis abūdat:aut attractio ad mēbrū p calorē,aut do-
lorē in eo:qūo aūt dolor aut calor attrahat,infra dicemus.Eſt aūt & hic defluxus p venā & p oēm corporis meatū,
ſed,cū fuerit p venas,ē id,qd̄ defluit,ſanguis,eius.ſ.maneriei,cuius ī venis exiſtit,ſ.aliqn̄ cholericus,aliqn̄ phlegma
ticus,aliqn̄ melācholicus,aliqn̄ vero tēperatus,quē abſolute ſanguinē voco:ꝑpter quod dixerūt aliq,ꝙ oē ap̄a de
ſanguine eſt:& hoc eſt verū,cū reumatiſmus ad mēbrū fit per venas. Gal̃.aūt aſsignās cōpoſitionē morborū in
ap̄ata,prima part.de mor.& acci.dixit,ꝙ vna ſpēs cōpoſitionis morborū in eo euenit,qa humores ſm plurimum cap2.1.
ſunt cōmiſti,& raro ſimplices inueniūtur &c.Hoc verū eſt,cū ſimplex reumatiſmus ad mēbrū fit p venas,nam in
venis eſt oē genus humoris inuētū admiſtū ſanguini ſm medicorū poſitionē:& nos iā diximus,qd de hoc ſentien
dū ſit.Sed,cū reumatiſmus fit p alios meatus,nō eſt dubiū,ꝙ quęlibet ex tribus humiditatibus pōt ſola ad mēbrū
defluere:ꝑpter quod dicit Gal̃.2 part.de mor.& acci.ꝙ hi humores aliqn̄ defluūt ſimplices,aliqn̄ cōmiſti,ideoq; cap.6.
diuerſa ap̄ata fiūt & puſtulę.Nā aliqn̄ fiūt ex ſolo phlegmate,aliqn̄ ex ſola cholera,aliqn̄ ex ſola melācholia,aliqn̄ H
ex ſolo ſanguine,aliqn̄ ex alia materia,q̄ nullū iſtorū exiſtit,ſed,quia illa materia aut eſt calida humida,aut calida
ſicca,aut frigida humida,aut frigida ſicca,neceſſario(ſicut dicit)habet reduci ad aliquē quatuor humorū.Signū āt
hoc verū eſſe,eſt,ꝙ aliqn̄ dicimus de quodā humore,ꝙ nō ſit cholera,vel phlegma,vel melācholia,ſed cholericus,
vel phlegmaticus,vel melācholicus. Eſt aūt & hic cōſideratione dignū,ꝙ Gal̃.hic nō docuit,qūo tumor ſignifi
cet mēbrum ęgrū,ſed tm̄ quas ęgritudines:ꝑpter quod dicemus,ꝙ(ſicut dicit Prin.)tumor vel ap̄a tribus modis 2 primi do.
ſignificat,ſ.aut p ſui eſſentiā,& tunc ſignificat maneriē humoris,ex quo exiſtit,ſicut eryſipelas ſignificat cholerā 3.ſu.1. ca.1.
rubeā,ſclíroſis nigrā:aut ex loco,& tūc ſignificat mēbrū,vt,cū fuerit apud dextrū hypochondriū,ſignificat,ꝙ eſt
in hepate,cū vero apud ſiniſtrū,ſignificat,ꝙ eſt in ſplene:aut ex parte figurę,& tūc ſignificat ſuper mēbrū,nam,ſi
apud dextrum hypochondriū fuerit,lunaris figurę, ſignificat,ꝙ eſt in hepate, ſi vero fuerit longius, ſignificat,ꝙ
eſt in lacerto ſuperpoſito:talis enim eſt lacerti huius figura,ſicut hepatis eſt Lunæ ſimilis.

Dolores vero,ſecundum quem incūbūt locum,aut continuitatis ſolutionem,aut alterationes ſubitas Ant.
oſtendūt. Soluitur igitur continuitas inciſione,corroſione,& fractura,& tenſione:alteratur vero ſubſtātia
caliditate,frigiditate,ſiccitate,& humiditate.

Dolor

Leo. A Dolor autem,quęcunq; obsederit locum,aut continuitatis solutionem,aut subitam alterationem ostẽdit.Soluitur autem continuitas incisione,exesione,fractione,& tentione:alteratur vero substantia à caliditate,frigiditate,humiditate,siccitate.

Cō. 88. Cum subdistinxit tumorẽ,subdistinguit dolorẽ,& dicit, DOLORES &c.i.sed dolores,ẜm quęcunq; fuerint locũ,ostẽdunt vnã duarum ægritudinũ,s.aut solutionẽ cõtinuitatis,aut subitã alterationem in cõplexione:& hoc nõ est amplius dicere,q̃ ꝙ dolor est duplex ẜm duplicẽ causam eius. Assignant aũt & dolori multæ species ẜm ꝓprietatẽ sensus in eis,& naturã mẽbri,& causę faciẽtis dolorẽ:quidã.n.dicitur pruritiuus,quidã pungitiuus,quidã mordicatiuus,quidã exasperatiuus,quidã extensiuus,quidã cõcussiuus,quidã frangitiuus,quidã lassatiuus,quidã stupefactiuus,quidã pulsatiuus,quidã grauatiuus,quidã fatigatiuus,quidã pforatiuus,quidã acualis,& quidã cõpressiuus.Et est sciẽdũ,ꝙ neq; hic dicit,qũo dolor significet mẽbrũ ægrotũ,sed quas ægritudines indicet.Propter 2. primi do. quod dicemus,ꝙ(sicut dicit Prin.)doloris significationes in duobus cõprehendũtur generibus: nã dolor aut signi 3. 1. ca. 1. ficat p suũ locũ,sicut,cũ fuerit apud dextrum hypochondriũ,significat,ꝙ est in hepate,cũ vero apud sinistrũ,significat,ꝙ est in splene:aut per eius speciẽ,& tunc significat sup naturã causæ eius,vt,si fuerit grauatiuus,significat,ꝙ apostema est in mẽbro nõ sensibili,aut cuius sensus est destructus:si vero fuerit extensiuus,significat materiã mul B tam:si vero mordicatiuus,materiã acutã:& sic de alijs. Deinde,cũ subdistinxerit dolorẽ ẜm solutionẽ cõtinuitatis & alteratione subitã,nõ pertæsum est eũ dicere,quot modis fiat vterq;,& distinguit eas penes causas,& dicit, SOLVITVR IGITVR &c.i.sed continuitas mẽbri soluitur quatuor modis,s.incisione,corrosione,fractura,& tensione:& habent duę istarũ causas extrinsecas tm̃,s.incisio,& fractura:aliæ vero duæ habẽt causas intrinsecas & extrinsecas,s.corrosio,& tensio.Non est aũt quęlibet istarũ specierum solutionis continuitatis,doloris inductiua, quia non species fracturæ,quæ ꝓprie in osse habet contingere,quod est mẽbrum insensibile:nisi ẽt per fracturam intelligat species contusionũ,quę lacerto contingunt,hæ.n.& quandam fracturã efficiũt in villis mẽbri.Propter quod fortassis videtur,ꝙ,cũ ipse non dixerit cõtusionẽ,ad fracturã eã reduxerit. Deinde dicit, ALTERATVR AVTEM &c.i.sed substantia mẽbri alteratur à caliditate,frigiditate,humiditate,& siccitate.

2. primi do. 2. 1. c. 19. DICIT AVTEM Gal.lib.de mor.& acci.& Prin.primo cañ.cap.de causis doloris,ꝙ,licet mala cõplexio diuersa,sit vnũ ex generibus causarũ doloris,nõ tñ oĩs:nam(sicut dicit)frigidum & calidũ essentialiter causant dolorem:siccũ vero p accidẽs tm̃,s.solutione cõtinuitatis,quã facit ꝓpter fortitudinẽ constrictionis,humidũ vero nullo modo:& causam huius dicũt,ꝙ calor & frigiditas sunt qualitates agẽtes,siccitas vero & humiditas sunt qualitates passiuę,p quas non habet res,vt agat in aliud,sed ꝙ ab alio patiatur. Sed hoc nihil est,quia(sicut diximus in tractatu de corporibus)humiditas & siccitas per se agunt vnaqueq; in sibi oppositã,nã & humectat humidum,& exiccat siccũ. Adhuc autẽ,q̃uis humidũ nõ humectet,& siccum nõ exiccet,sed aliud sit illud,quod humectat,& C exiccat,s.calidũ & frigidũ(sicut ipsi volunt)nihilominus tñ contingit mẽbrum alterari ad humiditatẽ & siccitatẽ, q̃uis nihil tale ad eas ipsum alterauerit:sed hæc alteratio est sensibilis,nã tactus nõ est minus humidi & sicci,q̃ calidi & frigidi. Adhuc aũt sunt substantiæ mẽbri corruptiua,igitur poẜe est ea dolorẽ inferre. Adhuc aũt in fame & siti videtur esse dolor quidã,sicut dicit Gal.in lib.de mala cõplexione diuersa,in fame quidem ꝓpter humectationẽ:in siti vero ꝓpter exiccationẽ:quod patet ex diffinitionibus famis & sitis:Est.n.fames appetitus sicci propter salutẽ distẽperantiæ in humido:sitis vero appetitus humidi ꝓpter salutẽ distẽperantiæ in sicco. Nullum ergo dubiũ est,ꝙ ab alteratione ẜm quãlibet primarũ qualitatũ est sentire dolorẽ,non tñ lateat,ꝙ talis alteratio efficit dolorẽ in mẽbro,quod est sensibile,& nõ in mẽbro,quod est insensibile,quale est os. Propter quod sciendũ est, ꝙ duobus indigetur,ad hoc,ꝙ fit dolor,s.ꝙ mẽbrũ sit sensibile,& ꝙ transmutetur à natura sua. Adhuc aũt ꝙ trãsmutatio sit subita,non gradata:nam,quæ paulatim efficitur,est insensibilis propter assuefieri ei mẽbrum,& propter simul esse parũ,quod sensum non facit:oĩs aũt dolor est sensus transmutationis ad extra naturã. Vbi ergo trãsmutatio nõ est sensibilis,nõ est inductiua doloris.Propter quod nõ põt res habere dolorẽ,nisi dum exit à natura sua,& non postq̃ exierit:nam sensus actu nõ est nisi quędã alteratio organi ab obiecto,aut aliquid adiunctũ alterationi:vbi ergo nõ est alteratio,ibi nõ est sensus:sed,qñ mẽbrum exierit à natura sua,iam est trãsmutatum,& nõ est sub transmutatione,quare neq; in sensu:ergo nec in dolore.Propter quod malitia cõplexionis ęqualis nõ facit dolorem propter iam cõpletam esse alterationẽ ad malã,& exinde æqualem dici:in omni.n.alteratione aliud est, quod inducitur,aliud quod abijcitur: propter quod,dum pseuerat alteratio , dicitur esse mala cõplexio,diuersa à D naturali,quę abijcitur.Silr neq; soluto cõtinuo est dolor,sicut in solutione,sed aut ꝓpter alterationẽ cõplexionis, aut humorum mordicationẽ ei superuenientẽ.Manifestũ est ergo,ꝙ dolor nõ est nisi in exitu ad extra naturã:nõ aũt egreditur mẽbrũ à natura sua,nisi aut alteretur in cõplexione sua,aut eius cõtinuitas soluatur,sicut dicit Gal. do. .ca. 1. in lib.de malitia cõplexionis diuersæ. Non dicit aũt hoc,quia nõ possit mẽbrum egredi à natura sua per exitum à quantitate,numero,& figura,& situ naturalibus,siquidem natura apud medicum est cõpositio,sicut & cõplexio, sed quia exitus ab his ẜm plurimum concomitatur transmutationem membri in cõplexione vel vnitate:aut quia talis exitus non est immediate sensibilis:quare transmutatio in eis non efficit dolorem nisi per illas:perceptio.n. sensibilium cõmunium,qualia sunt magnitudo,figura,& numerus,non est nisi mediantibus proprijs.

SED QVAERET aliquis,quare exitus à figura,& magnitudine naturalibus,& reliquis naturis officialibus nõ efficit p se dolorẽ,sicut exitus à cõplexione naturali,cũ magnitudo,figura,& numerus,& reliqua sensibilia cõmunia p se sentiãtur,sicut & ꝓpria. Dicendũ,ꝙ sensibilia cõmunia p se sentiuntur,sed nihilominus mediãtibus ꝓprijs,sicut supius ostẽsum est:qđ aũt mediat ad aliud,semp habet aliquã principalitatẽ ad illud. Adhuc ẽt tactus nõ habet dolorẽ,nisi ad materialẽ organi trãsmutationẽ,nõ ad intẽtionalẽ & spũalẽ,qa tũc oẽ sentire esset dolor. Adhuc aũt nec ad oẽm materialẽ,sed ad magnã & fortẽ & corrũpẽtẽ organũ:& inde est,ꝙ,quãuis tactus sentiat

simul cum caliditate & frigiditate rei extrinsece,quæ in ipsum agit,aliqñ quãtitatem,& figurã,& numerũ in illa, E
quia tñ magnitudo,figura,& numerus ĩprimunt se in tactũ intẽtionalr tm̃,& neq; alterãt organũ eius materialr, sicut caliditas & frigiditas,ideo non est à magnitudine,figura,& numero sentire dolorẽ,cũ in extrinsecis pcipiunt obiectis,sicut est à caliditate & frigiditate,nam hęc nõ solum intentionaliter,sed ẽt materialiter organum sibi cõdisponunt,quando fuerint multũ excedentes,qm̃ fit per eas transmutatio & corruptio substantiæ mẽbri. Et,sicut magnitudo,& situs,& figura,& numerus percepta in extrinsecis nõ sunt potentia inducere dolorem in tactu propter id,quod dictũ est,sic nec exitus mẽbri sentientis,in magnitudine,numero,& situ,& figura naturalibus potest per se inducere dolorem,tũ quia ĩmediate non sentit,tum ẽt quia talis exitus non est per se substãtię mẽbri corruptiuus,sed p accidẽs tm̃,inq̃tũ.s.accidit exitus à cõplone & vnitate naturalibus,aut inq̃tũ exitus ab his illi accidit.

Dvbitabit avtem aliquis,qa videtur,ꝙ solutio cõtinuitatis nõ possit inducere dolorẽ,eo ꝙ non videtur ꝓprium sensibile,neq; cõmune,discurrẽdo p singula:quod aũt non est vllũ sensibile,neq; imprimit ẽt in sensum:quod aũt nõ imprimit in sensum,nõ põt facere dolorem. Nisi esset,ꝙ solutio cõtinuitatis est reducibilis ad numerũ,qui est sensibile cõmune: sensus.n.apprehendit vnum negatione diuisionis,& numerũ diuisiõe cõtinui aut negatiõe cõtinuitatis. Exitus ergo mẽbri ad hanc diuisionẽ & dualitatẽ fit sensibilis ad modũ numeri,nõ qdẽ sicut numerus intẽtionalr pceptus in extrinsecis,q nõ sensu pcipitur,sed sicut numerus substantię membri corruptiuus,q pcipitur tm̃ tactu. Quòd si dicat aliqs,dictũ est supius exitũ mẽbri à numero naturali nõ posse ĩmediate sentiri,ideoq; nec p se dolorẽ inferre. Dicẽdum est illi,ꝙ duplex est exitus membri à numero naturali,vnus scilicet,q est morbus officialis,alius vero est morbus cõis. Diminutio ergo consistis ex officiali,quę est morbus in numero,nõ inducit dolorẽ per se,sed p solutionẽ cõtinui,quã illa comitatur:sed solutio cõtinuitatis,quę est exitus mẽbri ad dualitatẽ ex vnitate,p se sentitur,nõ tñ à quocũq; sensu,sed à tactu tm̃,eo ꝙ tãgibilr afficit solũ. Propter qd̃ recte dicit Princeps suo li.de aĩa,ꝙ,qa aĩal cõstat ex elemẽtorũ cõmistione,& mistorũ cõpositione,oportuit de necessitate,ꝙ sanitas & infirmitas eius quędã cõparetur cõplexioni,quędã cõpositioni:&,sicut in corruptione cõplexionis est aliqd,quod est noxiũ,sic in corruptione cõpositionis est aliqd,quod est mortiferũ: &,sicut tactus est sensus,quo deprehenditur corruptio cõplexionis,sic est sensus,quo cognoscitur corruptio cõpositionis. Sicut aũt tactus nõ pcipit cõplexionẽ naturalẽ sui organi,eo ꝙ nõ est à se ipso pati,sensus aũt passio quędã,sed pcipit aduẽtiam,quæ illã ĩmutat,ita & ꝓpter idẽ nõ pcipit sui organi cõtinuitatẽ naturalẽ,sed illius solutionẽ extraneam. F

Dvbitabit avtem adhuc aliquis circa hoc,quod innuit duplicẽ esse causam doloris,s.subitã alterationem in cõplexione,& solutionẽ cõtinuitatis. Nõ.n.videtur,ꝙ alteratio in cõplexiõe inducat dolorem,nisi soluat cõtinuum:quare sola solutio continuitatis erit ĩmediata causa doloris. Quòd aũt hoc sit,ẽt Gal.alibi sensisse videtur,qa li.de mala cõplexione diuersa visus est dicere,ꝙ alteratio facta à calido & frigido nõ est doloris inductiua, donec non puenit ad terminũ,quo soluat continuũ. Et silr hoc in lib.de mor.& acci. Ait enim,ꝙ calidũ soluit cõtinuitatẽ p hoc,ꝙ dissoluit & separat substantiã,in qua vnitur: frigidũ vero p hoc,ꝙ adunat & astringit,& exprimens aliqd ab ea,dirũpit:quare ex hoc visus est consentire sermoni Hip.ꝙ oẽs ęgritudines sunt quędam vlcera:& puto,ꝙ Hip.intẽdebat de ęgritudinibus faciẽtibus dolorẽ. Sed hoc nihil est. Manifestũ est enim,ꝙ alteratio facta à calido,frigido,humido,& sicco nõ solũ ꝓpter solutionẽ continuitatis,quę ad eã cõtingit accidere,sed ẽt ex se ipsa doloris est inductiua:nã ipsa corrũpit & transmutat substantiã multo magis,q̃ solutio continuitatis:calidum enim,& frigidũ,humidũ,& siccum sunt primæ qualitates,à qbus est oĩs generatio & corruptio. Adhuc aũt est sensibilis per se ipsam,sicut illa:tactus.n.calidi est,& frigidi,nõ minus,q̃ solutionis cõtinuitatis:quare palam est,ꝙ ex se ipsa põt dolorem inducere nõ minus,q̃ propter cõtinuum soluere. Cuius declaratio(sicut dicit Princeps)est, qm̃ dolor factus ex alteratione in cõplexione videtur esse ęqualr in qualibet parte mẽbri,quod alteratur,cũ tamẽ solutio cõtinuitatis ab ea cõtingens nõ sit ab ea equaliter in qualibet parte illius. Quare,cũ dolor apud alterationem cõplexionis sit ẽt in loco,vbi nõ accidit esse solutionẽ continuitatis,nõ erit ille dolor nisi ex alteratione. doc.2.ca.4. lib. 4.ca.6. G 2.pri.do.1ba. su.2.c.19.

Adhvc avtem ẽt dubitabit aliquis,vtrum in quolibet sensu sit dolor:& videtur primo,ꝙ sic. Contraria enim sunt nata fieri circa idẽ:Sed delicia est in quolibet sensu,quilibet.n.sensus delectatur ex cõprehensione sensibilis conuenientis,si fuerit pfecte s̃m naturã dispositus,vt visus ex medijs coloribus,auditus ex melodijs suauibus, gustus ex dulcibus saporibus, odoratus ex aromaticis, sicut tactus ex tepidis & lenibus:Ergo quilibet erit doloris susceptiuus ex apprehensione incõuenientiũ,qualia sunt excellẽtiæ suorum sensibiliũ,talia.n.corrũpunt harmoniam sensus,sicut dicit Philosophus. Quæcũq; aũt sensibilia existẽtia fuerint sensus corruptiua,illa sunt sensui doloris illatiua,sicut,quęcũq; sensibilia existẽtia fuerint saluatiua sensus,sunt sensum delectantia. Sed in contrariũ videtur,ꝙ dolor nõ fiat nisi ex duplici causã,quę superius dicta est:quarũ quęlibet est cõprehensibilis solo tactu, sicut ostẽdemus. Propter quod dicendũ,ꝙ dolor maxime ꝓprie est in tactu. Si enim nõ est dolere,nisi ex aliqua corruptela sensiterij:nõ est aũt excellẽtia alicuius sensibilis potẽs materialiter transmutare organũ, sicut excellẽtia tangibiliũ:neq; in ipsum inducere aliqd,quod sit ęgritudo nisi tangibilr afficiat,nullũ aliorũ poterit inducere dolorem in suo sensu,nisi fortassis æquiuoce dictũ cũ dolore,qui est in tactu. Aliorum.n.excellentiæ corrũpunt in sensiterio harmonias & rõnem sensus ad sensibile tm̃,substantiam aũt sensiterij corrũpere nõ possunt,eo ꝙ oĩs talis transmutatio à qualitatibus tm̃ primis tangibilibus existit. Adhuc aũt tactus(sicut dicit Princeps)oĩbus sensibus spissior est,& magis retinens id,quod recipit ex impressione cõuenienti & inconuenienti:hoc aũt ideo,quia sensibile tangibile,maxime quod ex primis qualitatibus,efficit in eo nõ solũ intentionalẽ,sed materialẽ transmutationem,& ꝓpter hoc dolor & delicia fiunt apud ipsum maiores valde,& maxime aliorũ potẽtes:ideoq; medicus causas doloris assignans solũ tangibiles ꝓsequitur. Non est tñ dubiũ,ꝙ in oĩ sensu est delicia ex apprehensione cõuenientiũ sensibiliũ,& saluantium harmoniã sensus,à sensu ipso perfecte disposito:& silr dolor ex apprehensione inconuenientiũ & corrũpentium sensus harmoniam, contingit tñ sensus ęgre dispositos delectari aliquando ab H 2. de anima t.c.129.

apprehensione

A apprehensione sensibiliũ,quę non sunt absolute conuenientia,sed tñ ita dispositis,propter reduci ab eis ad conue niente harmoniam. Quod aũt Gal.dicit in lib.de mor.& acci.ꝙ in quolibet sensu videt esse dolor ex solutione cõtinuitatis, sicut in visu,ex lumine splendidissimo,cuius est dispergere spiritũ visibilẽ:in auditu, ex voce magna aspera & acuta:in gustu,ex sapore amaro,acetoso,pontico,& acuto:in odoratu,ex fumis salietibus ad cerebrum à talibus saporibus,qm̃(sicut dicit)de natura oĩum taliũ sensibiliũ est soluere cõtinuũ ĩ suis sensibus: Adhuc autem, quod dicit,ꝙ delicia est pasio,qua subito reducimur ad naturã,nõ videt cõuenienter dictũ.Solutio nãq; continui non pcipit nisi sensu tactus,sicut supra monstratũ est:sed,qm̃ organũ cuiuslibet sensus sentit tactu,hic.n.sensus cõ munissimus est,à quo nec alij separant,sed ipse ab alijs,accidit ꝓpter illud cuiuslibet sensus organũ solutionẽ cõtinuitatis posse sentire,non qdem inquãtum visus,vel auditus,vel odoratus,vel gustus,sed inquãtum cũ eis sensus tactus inerit: Sed nõ erit ipsis dolor,inquãtum sunt tales,ab hac solutione,sed à magna & forti alteratione,quæ fit eis ab excellentijs suorũ sensibiliũ,ex qua cõtingit harmoniã dissolui,quæ est ratio sensus ad sensibile:ꝓpter quod post sensum taliũ excellentiarũ nõ est aliqd sentire. Delicia vero nõ est nisi ex apprehensione cõuenientiũ & saluantium:sed,qm̃ dispositionẽ naturalẽ & harmoniã organi saluantẽ sensum accidit cõprehendi in subito reditu ad eam,quæ,dum aderat,nequaꝗ̃ erat ab illo cõprehensibilis,creditum est oẽm deliciam esse talem,quasi acciden tale sit assumptum pro substantiali,cum tamẽ omnis subita apprehensio sensibilis conuenientis & saluantis à sensu,non solum ad propriam perfectionem redeunte,sed sub ea existente,faciat deliciam.

B

Ant. Lęditur autem operatio tripliciter,aut leuiter,aut peruerse,aut omnino non fit.

Leo. Lęditur autem operatio tripliciter,aut quia debiliter,aut quia vitiose,aut quia nullo modo fit.

Cõ.89. Cum subdistinxit dolorẽ,subdistinguit læsionẽ operationis,& dicit, LAEDITVR AVTEM &c.i.sed operatio lędit tribus modis,aut leuiter,s.qñ est debilis aut tarda:aut peruerse fit,qñ.s.fit praua & corrupta:aut oĩo non fit,quod ꝓprie nõ est lędi,sed ex toto auferri:& respectu illius operatiõis quodãmodo dicit mors. Et est hoc nihil aliud dicere, ꝗ̃ ꝙ triplex est læsa operatio,qua est ęgrota mẽbra agnoscere. Sed hic sciendũ est,ꝙ distinctio nocumentorũ operationis nõ ostẽdit mẽbrum ægrotãs,nisi sciatur,cuius mẽbri sit operatio,sed potius modos & gradus ægritudinũ:Et est qdem prioris læsionis causa ẽm plurimũ neutralis dispositio tm̃,secũdæ vero læsionis causa est ęgritudo ipsa,tertię vero vltimum ęgritudinis dominiũ. Et est hic sciendũ,ꝙ operatio læsa ostendit nõ solum mẽbrum,cuius est operatio,esse ęgrotũ,sed aliqñ ex consequenti coniecturaliter ostẽdit esse ęgrotans aut mẽbrũ, à quo emanat virtus,quæ preest operationi:aut mẽbrum,quod est semita,qua influit,quod emanat.

Ant. Quæcunq; autem egerũtur,hæc quidẽ vt particulæ sunt eorum,quę patiuntur:hęc autem vt superfluitates:hæc vero vt in ipsis contenta secundũ naturã:ostensionẽ propriam vnũquodq; faciet.

Leo. Quæcunq; aũt excernuntur,non nulla quidẽ sunt veluti partes patientiũ locorum: non nulla vero tanꝗ̃ excrementa. Quę vero in ipsis naturaliter continentur,singula propriam facient iudicationem.

C

Cõ.90. Cum subdistinxit lęsionẽ opationis,subdistinguit egestiões,& dicit, QVAECVNQVE VERO &c.i.sed sunt egestiones duorũ modorum,quorũ vnusqsq; ẽm naturã facit ꝓpriam declarationẽ de mẽbro ægroto:quedam.n. sunt particulę mẽbrorũ patiẽtium: quedã vero sunt res in eis cõtentę. Translatio vero ex arabico tres modos egestionũ declarat,cum dicit,ꝙ ex eis alię sunt,que sunt partes mẽbrorũ,in qbus sunt læsiões:& aliæ sunt,quæ sunt supfluitates:& alię sunt res cõprehensę in eis natura. Et dicit Hali,ꝙ vult p res cõprehensas in eis natura,sanguinẽ contentũ in venis,quẽ aliqñ accidit euacuari p solutionẽ continuitatis in vena alicuius mẽbri, & tũc supfluitates nõ dicent contentę natura in mẽbro. Sed,licet hoc sit verũ de qbusdã superfluitatibus,sicut de sanie,& arena,& hmõi,quę corpore ẽm naturã se habẽte nequaꝗ̃ est egestiõibus cõmisceri, nõ tñ est verũ de generibus vrinarũ,& egestionũ,& aliorum supfluorũ naturaliter contẽtorum in suis receptaculis: quare ẽm hoc melius fuisset dicere, quedã sunt supfluitates,quædã nõ supfluitates. Præterea Gal.in prima parti.de mor.interioribus non facit eas nisi duorũ modorũ,cum dicit, A corpore vero egrediẽtia aut erũt pars mẽbri,aut eorũ,quę in eo habent.nequaꝗ̃ apponẽs ibi hanc dictionẽ,ẽm naturã:& tũc cõprehendunt in hoc dicto,contenta naturaliter, & contenta præter naturã. Quòd si hæc dictio,ẽm naturã,apponat,sicut hic apposita est,nõ debet cõiungi dicto præcedẽti huic,s.in

D ipsis cõtenta,sed dicto sequẽti,vt dicat,ꝙ vnũquodq; faciet ꝓpriã ostensionẽ ẽm suã naturã:alia.n.est natura earũ particularũ,quæ à mẽbro decidunt:alia vero eorũ,quæ in ipso continent,& alias & alias ægritudines in alijs & in alijs mẽbris significare apta nata sunt. Et est qdem de natura oĩum horũ egestorũ,maxime aliquorũ,significare tã mẽbrum patiens,ꝗ̃ ęgritudinis ipsius speciẽ. Cum.n.egredit aliqua mẽbri particula,significat species vulnerũ & vlcerũ,quæ in mẽbro existũt:sed mẽbrum patiens significat primũ ex loco,vnde egredit,secũdo ex sui substantia, tertio ex sui ꝗ̃titate,quarto ex colore: Ex loco qdem,qa,si exit cũ tussi,significat vulnera in mẽbris pectoris:si cũ vrina,in mẽbris vrinalibus: si cũ vomitu,in meri vel stomacho:si cũ egestionibus,in intestinis. Ex proprietate vero suę substãtię determinatius pandit mẽbrũ.Nã,si screauerit qs corpus anulosum,significatur,ꝙ pulmo vlcus corrosiuum patiatur,& silr si screet frustum venæ non paruum:ipose.n.est hoc euenire à corpore trachęæ,quãuis hoc corpus sit chartilaginosum & venas habẽs,nã eius chartilago nõ screaretur nisi à magnis in ea vlceribus,ad q̃ anteꝗ̃ deueniat,moritur patiẽs,sicut dicit Gal.lib.de interi.mor.venæ quoq; in eo sunt paruę, sicut pili. Adhuc ẽt à proprietate substãtiæ taliũ particularũ egestarũ discernimus,an vlcus sit in renibus vel vesica. Qui.n.mingit squamã,vlcera in vesica habet:qui vero sicut frustũ carnis,habet ea in renibus:& silr de alijs multis. Silr & à ꝓprietate suę quãtitatis panditur mẽbrum ęgrũ: Nam cortices,qui in dysenteria egerũtur,si fuerint crasi viscosi,significant vulnera in intestinis crasis & magnis; si vero fuerint tenues, significant ea in gracilibus. A proprietate vero

qualitatis,queadmodum petala rubea in vrinis apparētia significant vlcera in renibus: alba vero,in vesica. Sed E res in mēbris contentæ,quas euacuari accidit,aut sunt in eis contentę ſm naturam,aut pręter naturam.Si fuerint in eis pręter naturā,sicut lapis,arena,sanies,vermis,& similia,egressa qdem significabunt suū mēbrum ægrotans, tum ex via,qua fit egressio:tum ex ꝓprietate substantiæ,tum quātitatis,tum qualitatis: si vero fuerint contenta in mēbris ſm naturę cursum,tunc aut sunt supfluitates,aut non sunt supfluitates. Si fuerint nō superfluitates,qualis est sanguis,tunc significant sup mēbrum ægrotum ꝓprietate suę egressionis,& substantię,& coloris,& paucitatis, & multitudinis,& ꝓprietate suæ pmistionis multæ aut paucæ cum supfluitatibus,cū qbus emanat: si vero fuerint superfluitates,tunc significant super mēbrum ægrotum non solū sui euacuatione,sed ēt retentione,Euacuatione qdem,vt si egrediaẗ inuoluntarie,vel difficulter,vel īordinate,adhuc aūt proprietate suę substantiæ,quantitatis,& qualitatis:retentione vero penes accidentia comitantia apud membra diuersa,in quibus fit retentio.

Ant. Dictum est aūt de huiusmodi omnibus amplius in patientium locorum negocio,authore nullo hoc in artem prius redigente,aut perfecte assignante:quemadmodum nec aliud eorum , quæ inceperūt quidem, non perfecerunt autem veteres. Aegrotantium igitur corporum ex illo negocio cognitiones discere opor tet:ægrotaturorum autem & sanandorum ex præsenti facultate.

Leo. Dictum est autem de hisce omnibus plenius in tractatu de membris passis,quem nullus ante nos aut in artem redegit,aut ad absolutam perfectionem deduxit,quemadmodum & in omnibus alijs euenit,quibus F initium quidem aliquod ab antiquis est datum , non tamen absolutum est opus. Aegrotantium itaq; corporum ex tractatu illo indicia sunt sumenda:eorum autem,qui in ægritudinem lapsuri sunt,& qui sanitati restituendi,præsens doctrina complectitur.

Cō. 91. Cum subdistinxit quatuor genera signorū,à quibus est cognoscere mēbra ægrota nō apparentia,quia de proprietate huius doctrinę nō est,ꝓsequi singula,quātum contingit,sed in cōmunibus stare tm̄,remittit ad librum de morbis interioribus,vbi latius & particularius differt de cognitione mēbrorum interiorū ægrotantium per hæc quatuor genera signorū , & dicit, DICTVM EST AVTEM &c.i.sed dictū est de his oībus,i.de cognitione per tumorē,& dolorem,& operationis læsionē,& egestionē,amplius,q̄ hic dicaẗ,in libro locorū patientiū:& est liber intitulatus de cognitione morborū mēbrorum interiorū,in quo libro iactat se dedisse artificialē cognitionē tàm ægritudinū,q̄ locorū intrinsecus ægrotorū sicut difficile cōprehensibilē propter nō subiacere sensibus illa loca:cū nullus ex prioribus redegerit illud in artē,aut perfecte assignauerit: nec,si conatus quis fuerit,queadmodum neq; aliquid aliorum,quæ inceperunt,ad perfectionem deduxerit:& hoc intendebat , cū dixit, NVLLO in hoc artem prius &c.Et volebat per redigere in artem , assignationem doctrinæ cōpendiosæ & vniuersalis,quæ circa oīa singularia verificaẗ. Veteres.n.sicut insipientes & rudes,nō potuerunt neq; in hoc neq; in multis alijs oīo discernere, G quod vl̃e est,s.quod in multis & de multis verificaẗ:hoc.n.artis est,quæ non nisi post inqsitionē longā,plurimāq; obseruationē,& experientiam attentā pōt acquiri. Quare artificialē cognitionē mēbrorum interiorū ægrotantium scire volentē ad illū remittit librū,& dicit, AEGROTANTIVM &c.i.ergo addiscere oportet signa corporum ægrotantium,quę dicuntur vt nunc ęgra,ex libro pręditcto,non tamen nisi eorum,quæ ſm intrinseca tantū ægrotant,de talium enim signis ars ibi docetur:cognitionem autem ægrotantium extrinsecorum sensibus quidē perfecte suppositam nequaquam difficile in artem redigere. Deinde transiens ad sequentia intitulāt , quod docturus est subsequenter,& dicit, AEGROTATVRORVM &c.i.sed cognitiones corporum neutrorum vt nunc, quorum quædam dicuntur ægrotatiua,quædam sananda,oportet discere ex doctrina præsenti,s.ex sequenti capitulo:hoc autem dicit,sicut nusquam alibi in suis libris illorum signa demonstrauerit.

Ant. Ea igitur,quæ sunt ægrotaturorum,sunt in medio secundū formam eorum,quæ sanis & ægrotantibus accidunt.Secundum naturam quidem omnia sanis insunt:præter naturam vero,ægrotantibus , inquātum ęgrotant:in medio vero horum sunt ægritudinum futurarum declaratiua,quædam quidem ex genere existentia eorum,quæ secundū naturā sunt,sed in quantitatibus,aut qualitatibus,aut in temporibus īmutata: quædam vero ex ijs,quæ præter naturam quidē , sed minora ijs,quæ in ægritudinibus sunt.Et propter hoc H dispositiones ipsę corporū,quęcūq; ęgrotatura esse vidētur,neutrorū sunt,& declarantia ipsas signa:primo siqdē hæc sanitatē designāt,secūdo vero ęgritudines:& fiūt eadē signa secūdū primā habitudinē & neutra, & ægra,in eo quidē,ꝙ iam existētē dispositionē demonstrāt,neutra: in eo vero,ꝙ futurā declarāt,ægra.

Leo. Eorum igitur indicia,quibus ægritudinis periculū īminet,mediā formam habent inter ea,quæ sanis,& quæ ægrotātibus eueniūt.Siquidē sanis oīa secundū naturā insunt:præter naturā vero ęgrotātibus,quatenus ęgrotāt:in cōfinio aūt horum ea,quæ sunt corporū neutrorū indicia,quorū nō nulla quidē sunt ex eorum genere,quæ secundū naturā,sed vel qualitatibus,vel quātitatibus,vel tēporibus permutata:quędā aūt ex ijs,quæ præter naturā,ac minora ijs,quæ ægritudinibus adsunt. Atq; idcirco hæ quidē corporū dispositiones,quæ in ægritudinē casura monstraui,sunt ex neutrorū genere,atq; vnà ea,quæ ipsa indicant,signa, primo.n.hæc sanitatē ostendūt,secūdo aūt ægritudinē:& fiūt eadē signa secūdum ad aliquid habitudinem neutra,& insalubria:q quidē præsentē dispositionē ostēdūt,neutra:quæ vero futurā ꝑmonstrāt,insalubria.

Cō. 92. Cum declarauit signa corporū optime sanorum,adhuc aūt & corporū ab eo lapsorū,quorū quædā dicūtur vt multū sana,sub sanis simpl'r cōprehensa,quædā simpl'r neutra,& quædā simpliciter ægra,ambo siquidē sub sanis

nunc

A nunc intellectā,adhuc aūt & corporum ægrorum vt nunc: non reſtabant aūt de ſignis oīum corporum niſi ſigna corporū neutrorum vt nunc,incipit ab hoc loco ea declarare,& dicit, EA IGITVR &c.i.cum ex præſenti facultate diſcēda ſint ſigna ægrotaturorū & ſanandorum,ſciendū eſt,ꝙ ea qdem ſigna,quæ ſunt ægrotaturorū,ſunt in medio ſ̃m formā inter ſigna,quæ ſunt ſanis,& ea,quæ ſunt ęgrotantibus. Et volebat p hoc,quod dicit,ſ̃m formā, illā naturā,à qua corpus,& ſignū,& cauſa dicunt̃ neutra p abnegationē vtriuſq; extremorū,illa.n.vere extremorum media eſt,cū vtroq;.ſ.in aliquo participās: forma.n.ſigni proportionatur formę corporis:vnde,ſicut corpus neutrum eſt ſub forma media corporis ſani & ęgri,ſic & ſignum neutrum eſt ſub forma media ſigni ſani & ægri: ſunt.n.hęc ſigna in medio,ſicut dictum eſt:in medio qdem dico,ad vnum & idē corpus facta relatione,& non ad diuerſa,vt dicatur,ꝙ ſigna ægrotaturi ſunt in medio inter ſigna ſui ſani,& ſui ęgroti, ſiue prius exiſtat optime ſanum,ſiue vt nunc ſanum. Deinde,cum dixit,ꝙ ſunt in medio,declarat,quomodo,& dicit, SECVNDVM NATVRAM quidem &c.i.quia omnia ſigna,quę inſunt ſanis,inſunt ſecundum naturā,ſicut & ſanitas ipſa(ſecundū naturam autem dicit̃ id,cuius principium eſt natura)omnia vero,quæ inſunt ægrotātibus, inquātum ægrotant, ſunt præter naturam,ſicut & ægritudo,cuius principium eſt ab extra. Dicit aūt,inquantū ægrotāt,quia & in ipſis contingit apparere ſigna futuræ ſanitatis,quę nō dicunt̃ ægra,ſed ſana,quæ,cū erectione vigoris naturæ ſuperueniant,nō poſſunt dici præter naturā:inter quę ſigna,& ea,quæ ſanorū,nō dicunt̃ media ea,quæ ægrotaturorū,ſed

B inter illa ſolū,quæ declarātia ſunt pręſentē ægritudinē,& ea,quę ſunt declarantia præſentē ſanitatē:propter quod ſubiunxit, IN MEDIO VERO &c.i.ſed in medio his vel horū,quæ inſunt ſ̃m naturā,& horū,quæ ſunt preter naturā,ſunt ſigna declaratiua ægritudinū futurarū,quæ apparēt in ægrotaturis tm̄:& talia ſunt duplicia,ſ̃m.ſ.declinationē magis ad alterū extremorū: propter quod ſubiunxit, QVAEDAM &c.i.quorū quædā ſunt ex genere eorū,quæ ſunt ſ̃m naturā,ſed īmutata ſunt à curſu naturali aut in quātitate,aut in qualitate,aut tp̄e:& hæc declinant magis ad latus ſanorū,in quātitate qdem īmutata,ſicut appetitus minoris cibi aut maioris:in qualitate vero, ſicut appetitus frigidioris aut calidioris:in tp̄e quoq;,ſicut appetitus cibi tardior aut citior conſueto: hmōi.n.ideo reponuntur ſub genere eorū,quę ſunt ſ̃m naturam,quia ex toto genere pręter naturā non ſunt,ſed ſola quātitate, qualitate,vel tp̄e:radix.n.ſiue genus eorū eſt res naturalis,ſ.appetitus cibi: Quędā vero ſunt ex genere eorū,quæ præter naturā,ſed ſunt minora ijs,quæ apparent in ęgritudinibus:& hæc declinant magis ad latus ęgrorū,ſicut eſt mediocris quidā dolor,& hmōi,quæ ſunt præter naturā toto genere:nā dolor à toto ſuo genere remouet̃ à corpore ſano,eo ꝙ nulli corpori ſano pōt aliquis dolor ineſſe magnus vel paruus,ſ.non tm̄ intenſus,quantū ille,quem iam ęgrotātes habēt:Manifeſtū eſt enim,ꝙ dolor ſ̃m ſe eſt toto genere pręter naturā,nihil.n.de genere eius eſt res naturalis,ſicut de genere appetitus. Sicut aūt ſunt in medio prędictorū ſigna ęgrotaturorū,ſilr̄ & ſanandorū,ſicut poſt declarabimus. Deinde,cū dixit,ꝙ ſigna ęgrotaturorū ſunt in medio ſignorū,quæ inſunt ſanis,& eorū,quę inſunt ęgrotis,inquātum ęgrotāt,ſicut & ipſa corpora ęgrotatura ſunt in medio ſanorū & ægrotorū,colligit ex p̄-

C dictis,ꝙ talia ſigna duplicē habēt reſpectū,ſ̃m quēlibet quorū diuerſimode nominant̃,& dicit, ET PROPTER HOC &c.i.propter hoc.ſ.quia ægrotaturis quædā inſunt de genere vnius extremi,quędā de genere alterius,oportet,ꝙ hæ tales diſpoſitiones corporū,quę vident̃ ęgrotatura,ſint de genere neutrorum:& ꝙ ſigna declarantia ipſa, primo qdem,i.principalr̄,ſignificēt hāc neutralitatē:ſecūdo verō,i.p cōſequens,ſignificēt ęgritudines,quę futuræ ſunt.Non indicat̃ aūt ab eis futuras eſſe ęgritudines de neceſſitate,qa nō eſt neceſſariū,quod lapſum eſt ad mediū, deuenire vſq; in extremū,ſed cū veriſimilitudine quadā:& ꝙ ſ̃m hoc eadē ſigna dicant̃ ſ̃m primā habitudinem & neutra,& egra,in eo qdem,quod demonſtrāt diſpoſitionē iam exiſtentē,dicant̃ neutra:in eo vero,quod declarant futurā,dicant̃ ægra:& erunt qdē neutra demonſtratiua,ęgra vero ꝓgnoſtica. Et videt̃,ꝙ,cum habitudo ſit quædam relatio,debeat dicere ſ̃m duas habitudines,& nō ſ̃m primā:quod manifeſtat alia translatio,cū dicit, Fit ergo vnum ſignū per cōparationē ad aliquid preter aliud ex ſignis,quę nō ſignificant ſanitatē neq; ęgritudinē:& ex ſignis,quę ſignificant ęgritudinē.licet Hali intelligens de his,quę Gal.vult dicere,diuidat hoc ab illo,principiū paragraphi faciēs,vbi dicit,Et ex ſignis,q̃ ſignificāt ęgritudinē. Manifeſtū eſt enim,ꝙ cōparatio ad aliqd p̄ter aliud, duplicē ponit habitudinē:propter quod in hoc deficiēs mihi vr̄ noſtra trāslatio. Nō eſt aūt incōueniēs vnū & idē ſignū eſſe neutrū & ęgrū,ꝓpter diuerſos reſpectus,ſicut tales reſpectus poſſes eſſe monſtrauimus ēt apud corpus.

gra li exe- pla nō hj ho verbū, pri ā,ß ad ali id habit inē. t.4 ra.vl.

Ant. Secundum eandem rationem,& quæcunq; apparent in ęgrotantibus ſigna ſalutis,dicentur quidem ſa-

D na,eo ꝙ futuram ſanitatem denuncient:dicentur vero & ægra,ſecundum ꝙ exiſtentem ęgritudinem oſtēdūt:& manifeſtum,ꝙ ſic vtrorunq; declaratiua,dicantur neutra ſecundum vnum aliquod ſignificatorum, neutrorum vocis.Nihil vero mirandum eſt eadem ſigna tres rationes habere in differentibus habitudinibus,& ſana,& ægra,& neutra dici.

Leo. Eadem vero ratione,& quæcunq; ægrotantibus ſigna ſalutaria apparent,dicentur quidē ſalubria,quia futuram ſanitatem oſtendunt:dicentur etiam ægra,quatenus pręſentem oſtendunt ægritudinem;neq; in ambiguo eſt,ꝙ,quæ ſunt vtrorunq; indicatiua,neutra dicentur ſecundum vnum quoddam neutri vocabul ſignificatum. Neq; vero mirari oportet eadem ſigna tres in diuerſis habitudinibus ſeruare rationes, quæ ſalubria,& ægra,& neutra dicantur.

5.93. Cum oſtendit,ꝙ eadē ſigna,quæ apparent in ægrotaturis, poſſunt penes differentes reſpectus dici & neutra,& ęgra,oſtēdit,ꝙ ēt ea,quæ apparēt in ęgrotantibus,penes ſilr̄ differentes habitudines poſſunt dici & ſana,& ægra,& neutra,& dicit, SECVNDVM EANDEM rationē &c.i.ſ̃m rationē, quę eſt à differentibus habitudinibus:quia eadem ſigna apparentia in ęgrotaturis,ſunt & neutra & ægra:&, quæcunq; ſigna apparent in ægrotantibus,quæ ſunt ſigna futuræ ſalutis,ſicut digeſtionē indicantia,dicunt̃ ſana,ꝙ ſanitatē futurā denunciant:dicunt̃ etiam ægra,

inquāum

inquãtum oſtendunt exiſtentẽ ægritudinẽ. Quare eadẽ ſigna in differentibus habitudinibus ſunt & ſana & ægra, E ſana qdẽ prognoſtica, ęgra vero demonſtratiua. Deinde adhuc vlterius oſtẽdit, ꝙ hęc eadẽ ſunt neutra, & dicit, MANIFESTVM EST &c. i. manifeſtum eſt, ſi ipſa ſunt declaratiua vtrorũq;, ſ. ſanitatis futuræ, & ægritudinis pſentis, ꝙ ipſa ẽt dicerent neutra ſm aliquod vnũ ſignificatorũ p hanc vocẽ neutrorum, i. ſm aliquã intentionem, quã ſignificat hæc dictio, neutrũ. Et videt quibuſdã intentio ſecũda. Dicũt enim, ꝙ, ſicut corpus neutrũ penes ſcdm ſignificatũ eſt, ꝙ ſimul participat ſanitate & ęgritudine, ita & ſignũ, quod dictũ eſt, vnũ & idẽ exiſtens, ſignificans ſanitatẽ & ęgritudinẽ, dicet eadem intentione ſecunda neutrũ. Sed hoc nullo modo videt, eo ꝙ nõ refertur ad corpus neutrum in ſecũdo, cũ non ſignificet corpus ſub tali neutralitate. Non. n. corpus neutrũ in ſecũdo ſignificato eſt illud, quod habet pſentem ægritudinẽ, in qua apparet & ſignũ futuræ ſanitatis, ſed illud tm̃, quod ſimul habet vtrunq; ſm diuerſa mẽbra, aut ſm vnum, ſed in diuerſis naturis. Et huius qdem ſignũ eſt, ꝙ ſm aliquid qdẽ ſanam, ſm aliquid vero ęgrã declarat diſpoſitionẽ, ſicut dixi in principio ſummæ de ſignis: vt pulſus medius inter magnum & paruũ, ſpiſſum & rarũ, velocẽ & tardũ, ſignificat ex tẽperantia in illis ſanitatẽ cordis in actiuis, ex mollitie vero lapſum in humiditate. Non. n. fortaſsis corpori ſic habenti ſimul ſanitatẽ & ægritudinẽ eſt reperire vnũ ſignum, quod ex vna parte vtraq; ſignificet, maxime cũ ſanitas & ægritudo fuerint vni corpori in diuerſis mẽbris: ſed ſignum apparens in ęgrotantibus futuræ ſalutis ideo vnũ & idẽ exiſtens põt ſignificare vtrãq;, quia vnã ſignificat preſentẽ, alteram vero futurã. Quare ſignificatio huius ſigni ſimul eſt de vtraq; extremarũ diſpoſitionũ, ſed illę F non ſignificantur ſimul eſſe in eodẽ corpore: ſed hoc nõ facit ſignum eſſe neutrũ in ſecũdo, cum ſuperius dictum ſit ſignum & cãm dici ſanũ, & ęgrũ, & neutrũ, qa tale cauſet vel ſignificet corpus. Adhuc etiã manifeſtum eſt, ꝙ corpus ſimul participans ſanitate & ægritudine ideo dicitur neutrum, quia nec vnum nec alterum eſt perfecte: & ſimilem acceptionem debet habere ſignum in hac intentione ſecunda, qñ vnũ & idem exiſtens tale inuenitur: ſed ſignum, quod in ęgris apparens indicat futuram ſalutem, nullo modo videtur tale, eo ꝙ perfecte ſignificat ęgritudinẽ præſentẽ, & perfecte ſanitatem futurã: quare melius diceretur vtrũq;, quã neutrum. Propter quod melius diceretur, ꝙ tale ſignum ſit neutrum in tertio ſignificato, cum vnũ & idem exiſtens ſignificet vnũ & idẽ corpus modo ſub ſanitate, modo ſub ęgritudine. Deinde amouet admirationem, quæ euenit ab hac multiplici acceptione vnius & eiuſdem ſigni, & dicit, NIHIL VERO &c. i. ſed nihil mirandum eſt eadem ſigna habere tres rationes. i. diffinitiones, diffinitionem ſani, ęgri, & neutri, in differẽtibus habitudinibus & relationibus, qm̃ illud eſt propter relationis diuerſitatem ad diuerſa, qua contingit idem ad diuerſa relatum diuerſimode diffiniri.

Secundum vero alterum ſignificatum, quęcunq; ex ægritudinibus conualeſcentibus inſunt ſigna, dicimus neutra, ſecundum quòd (arbitror) & ea, quę in ſenectute. Hac igitur ratione omnia ſub plures cadunt intellectus & rationes. Quæcunq; vero perfecte ſanis inſunt, ſub ſola cadunt ſanorum cognitione: & quæcunq; ęgrotantibus, non manifeſtantia futuram ſanitatem, ſub ſola ægrorum & hęc cadunt cognitione. Ac de his quidem deinceps dicetur. Ant. G

Secundum vero alterum ſignificatũ, quęcunq; ijs, qui à morbo referuntur, inſunt ſigna, neutra appellamus: neq; in alio ſignificato accipiunt ea, quę ſenibus inſunt. Hęc quidem omnia pluribus & cõceptibus & rationibus ſubijciuntur. Quæcunq; vero in ijs, qui integra ſanitate fruuntur, inter ſalubria tantum modo computantur: &, quæcunq; ægritudinibus inſunt, neq; futuram prænunciant ſanitatem, ſoli & hæc ægrorum conceptui ſubijciuntur. Sed de his quidem poſtea dicetur. Leo.

Cum declarauit, ꝙ ſigna ægrotaturorũ ſunt in medio eorũ, quæ inſunt ſanis, & ægris: & ꝙ in duplici habitudine exiſtentia, ſunt dicta & neutra demonſtrantia, & ęgra prognoſtica, oſtẽdit, ꝙ eis proportionabilia ſunt ſigna ſanandorũ, & dicit, SECVNDVM ALTERVM VERO &c. i. ſed, quęcũq; ſigna inſunt conualeſcentibus ex ęgritudinibus, & ſenibus, arbitramur ẽt ſigna neutra, ſed tñ ſm alterum ſignificatũ neutrius ab ĩmediate dicto, ſ. à tertio, in quo diximus eſſe ſignũ apparens in ægris futuræ ſanitatis, ſm ꝙ ſignificat vtrãq; extremarũ diſpoſitionum in diuerſis tẽporibus, ſ. hanc qdem præſentem, illã vero futurã. Signa. n. cõualeſcentiũ & ſenum ſunt in primo ſignificato neutrius, ſicut & ſigna ægrotaturorũ: quæ qdem ambo dicuntur neutra per abnegationẽ vtriuſq; extremorũ. Sunt aũt & ſigna conualeſcentiũ ſilr in medio ſm formã eorũ, quæ ſanis & ęgrotantibus accidunt, ſicut ea, quæ ægrotaturorũ, ſed tñ nihil eorũ, quæ inſunt eis, eſt pręter naturã, exiſtẽtibus qdem omnibus ex genere eorũ, H quæ ſm naturam, ſed defectioribus ijs, quę in ſanis. Manifeſtum eſt enim, ꝙ cõualeſcens exiuit à morbo, traiectis qdẽ oĩbus iam morbi tpibus, & nullo ſemine morbi reſtante, quo dicatur ægrotaturus: propter quod nihil habet de ijs, quæ pręter naturã, ſed nondũ ſtat motus eius ad ſanitatẽ nequaq̃ adhuc recuperato gradu, in quo prius erat. Sicut enim, qñ natura mouet ad locum, nõ quieſcit, niſi conſequatur eum, qui debetur naturę ad ſui ſaluationem, ſimiliter, quando mouet ad formam ſeu qualitatem, non quieſcit niſi poſt adeptionem illius, in qua ſaluatur: ſed in conualeſcente nõ dum eſt adeptio hæc: propter quod omnia, quæ inſunt ei ex operibus & alijs, ſunt diminutiora ijs, quæ in ſanis: & eſt hic defectus & hæc diminutio à curſu naturali in quantitate, vel qualitate vel tẽpore, ſicut & in ijs eiſdem eſt immutatio apud ægrotaturos. Ergo, quod in illis dicebatur mutatio naturæ in exitu ad ægritudinem, dicitur in his defectus & diminutio naturæ in prouectu & recuperatione ſanitatis.

SED HIC EST dubitatio de corpore ſenis, vtrũ ſit corpus neutrum, ſicut videtur dicere Gal. quã Deo volente tractatu de cauſis abſoluemus. Deinde, qm̃ ea, quæ cõualeſcẽtibus inſunt, ſunt ſilr in duplici habitudine, ſicut ea, quæ inſunt ægrotaturis, eo ꝙ poſſunt dici ſana, inquãtum declarant futurã ſanitatẽ, & dici neutra, inquantum demonſtrant præſentẽ diſpoſitionẽ, ſubiunxit, HAC IGITVR RATIONE &c. i. igitur hac ratione, quæ ſumitur à diuerſitate relationis, oĩa, quæ apparent in ægrotaturis, & ipſis ægrotantibus, & conualeſcentibus, cadũt ſub

plures

A plures intellectus & rões:& vult p intellectus & rões,diffinitiões ipsas diuersas à diuersa relatiõe sibi cõpetẽtes. Et est hic attentione dignũ,q̃,cũ dicit oĩa,non intelligit oĩa,quæ apparent in ægrotantibus,sicut intelligit oĩa, quæ apparent in cõualescentibus & ægrotaturis,sed ea solũ oĩa,de qbus dixerat,s.quæ in eis sunt signa futuræ sanitatis. Manifestũ est enim,q̃ in eis apparent quædã signa,quæ nihil indicant de futura sanitate,& talia nõ cadunt nisi sub intellectu ægrorũ:propter quod adiecit sicut distinctionẽ huius,& dixit, QVAECVNQVE VERO &c. i.sed,quęcunq; insunt perfecte sanis,nõ cadunt nisi sub intellectu & ratione sanorũ:& volebat perfecte sanos,eos, q habẽt sanitatẽ sibi ꝓpriã,siue illa sit cũ hoc simplr sanitas,siue hñti tm̃. Deinde dixit, QVAECVNQVE &c. i.quæcunq; insunt ægrotantibus nõ manifestantia futurã sanitatẽ, cadũt solũ sub intellectu & ratione ægrorũ:& causa horũ in promptu est:manifestũ est enim,q̃ in perfecte sanis nullũ apparet vestigiũ futurę ægritudinis:quòd si appareret,non dicerent̃ pfecte sani,sed ægrotaturi: quare signa ipsorũ sunt sana tm̃ sicut demonstratiua p̃sentis sanitatis:In ęgrotãtibus vero signa,quę nõ indicãt futurã sanitatẽ,sed demonstrant ægritudinẽ p̃sentem tm̃,aut cũ hoc mortẽ futurã,non possunt aliter noĩari,q̃ ægra. Deinde dicit, DE HIS QVIDEM &c.i.de his signis,quę apparẽt in ægrotãtibus,nõ manifestantia futurã salutẽ,dicet̃ deinceps,qñ percurrerimus signa ægrotaturorũ,non qdem qa de illis sit signis hæc principalis intẽtio,sed sicut incidẽs huic caplo:ꝓpter qd reseruauit de illis in fine.

Ant. Futuræ vero ægritudinis prognostica percurramus prius.Duplici vero existẽte differentia eorũ,aggre-
B diamur priora quãtitatibus,aut qualitatibus,aut tpibus,non ipsis proprijs formis permutata ab ijs,quę secundum naturã,velut Orexim ciborũ intensam,aut remissam,aut quę nõ secundũ tempus consuetum fit, aut non consuetorũ ciborum:Aut egestionem superfluorum,esse pauciorũ aut plurium,aut humidiorum aut duriorum:Ita vero & humidorũ superfluorum indigẽtia & abundantia præter naturã,aut coloris,aut consistentię permutatio,aut tpis euacuationis:Et vigiliæ,& multus somnus,aut tpe non consueto:Secundum hæc vero & potus amplior aut minor,aut calidi aut frigidi concupiscentia præter consuetudinẽ:Quẽadmodum & circa venereorũ vsum imensurata,aut nõ tẽpore consueto concupiscẽtia:Et sudores plures, q̃ oporteat,aut pauciores:Pigritia ad motionẽ,aut tentãtibus moueri aggrauatio aut dissolutio valida:Et menstruorũ retentio,aut amplior aut minor euacuatio:Sic & quæ per hæmorrhoidas.Sed & secundũ eundem cibũ aut potum nõ similis ei,quæ prior,delectatio,cognitio est futuræ ægritudinis:Similiter & intellectus hebetudo nõ secundũ naturã,aut obliuio in nõ cõsuetis,aut phantastici magis somni,q̃ prius:& quidem auditus,& odoratus,& visus hebetiores & infirmiores:Et(vt simpliciter dicam)quęcunq; secundum naturam fiunt,hæc quidem aucta,hęc vero minuta,hæc vero tẽporibus quibusdã à quantitatibus aut qua-
C litatibus permutata:quare & corporis tumor minor factus,& rubicundior aut albior,& liuidior aut nigrior:Eructatiões quoq;,& sternutationes,& vẽtositates plures aut pauciores naturalibus:Ita & quæcũq; per nares,aut palatum,aut aures,quibus cerebrum expurgatur,quantitatibus,aut qualitatibus,aut temporibus permutata.Hæc igitur omnia generis eorum,quæ secundum naturam,sunt.

Leo. Nunc,quæ futuram præmonstrant ægritudinem,prius exequamur.Cum vero sit eorũ differentia duplex,prius ea pertractemus,quæ quãtitatibus,vel qualitatibus,vel tẽporibus,non aũt proprijs speciebus,ab eo,quod secundũ naturam,euariant,veluti Ciborum appetentia intenta,vel dissoluta,aut quæ non seruat tẽpus consuetũ,aut quę ad edulia non visitata feratur: Aut excretiones cibi superfluitatum,quæ aut pauciores aut plures,aut humidiores aut duriores existant: Sic humidorum excrementorum vel defectus,vel superabundantia præter consuetudinẽ naturalem,aut in colore aut in consistẽtia varietas aliqua,aut in tempore excretionis:Et vigiliæ plures,ac somnus,aut nõ consueto tẽpore: Eodem modo potus pluris aut paucioris,calidi aut frigidi insolens appetitus:Sicuti & circa rerum venerearum vsum imodica aut intẽpestiua concupiscentia:Et plures aut pauciores sudores ijs,qui sint opportuni: Et ad motus torpor,aut,si moueri tentauerint,grauitas,aut vehemens exolutio:Menstruorum occultatio,vel imodica aut diminuta eua-
D cuatio:Sic & quæ per ora venarum(græci hæmorrhoidas appellant)fit sanguinis effusio.Sed non eadẽ,quæ prius,in cibo potuq; voluptas sunt futuræ indicia ęgritudinis·Hebetudoq; animi nõ naturalis,aut obliuio quędã inconsueta,aut somni,qui pluribus imaginatiõibus abundãt,q̃ prius:Auditus,& odoratus,visus ve hebetiores aut turbulentiores:Et(vt simpliciter dicam) quęcunq; secundũ naturam inerant,hæc quidem augmentata,hęc vero cõminuta,hęc vero tẽporibus quibusdam aut qualitatibus imutata:Siquidẽ & ipsius corporis moles aut maior aut minor,aut magis alba aut magis rubra,queadmodum liuidior aut nigrior: Ructusq;,ac sternutamenta,& flatus plures aut pauciores ijs,qui secundum naturam:Sic & quæcunq; per nares,vel palatum,vel aures,per quos meatus cerebrum expurgatur,vel temporibus,vel quantitatibus,vel qualitatibus imutata.Hęc igitur omnia ex genere eorum sunt,quæ secundum naturam.

Co.94. Cum declarauit in genere signa ægrotaturorũ,quædam qdem dicẽs de genere eorũ,quæ ŝm naturã,sed quãtitatibus,aut qualitatibus,aut tẽporibus imutata:quędã vero de genere eorũ,quę præter naturã,sed minora ijs,quę in ægritudinibus,specificat de vtrisq;,& primo de ijs,quæ sunt de genere eorũ,quæ ŝm naturam,& dicit, FVTVRAE VERO &c.i.sed percurramus prius,q̃ dicamus signa,quæ apparent in ægrotantibus de futura salute vel morte,signa ægrotaturorũ,quæ dicunt̃ prognostica futuræ ægritudinis:& duplici eorũ differentia existente(sicut modo diximus)primo dicamus de prioribus,s.de ijs,quæ non sunt permutata in proprijs formis ab eo,quod ŝm naturam,

naturam,sed solũ in quantitate,vel qualitate,vel tpe:& volebat ,ppriam formam,naturam generis : nullũ.n.taliũ E
exiuit à genere suo,sicut patebit. Et sunt(vt vl̃r est dicere)signa,quæ dicent, sumpta ab effectibus vel casibus,sicut
ab aliqua leui lesione operũ naturaliũ,aut mutatione egestionũ,& colorum,& similium. Deinde,cũ proposuit
ordinẽ dicendorũ,incipit exẽplificare de eis,& dicit, VELVT &c.i.aggrediamur priora,velut appetitũ ciborum
intensum,vel remissum,aut q fit ante vel post solitũ tẽpus,aut q fit non ad solitos cibos,sed ad humidiores,vel sic-
ciores,& hmõi:aut egestionẽ supfluitatũ cibi pauciorũ vel plurium cõsuetis ẽm naturã,aut liquidiorũ,aut durio-
rum.Manifestũ est enim,ꝙ talis ĩmutatio in appetitu & egestionibus iam significat inchoationẽ lapsus à propria
sanitate ẽm aliquã speciem discrasię,quæ ẽm acceptionẽ medici nõ dum est ægritudo,sed ,pgnosticans illã.Intẽsio
enim in appetitu ẽm plurimũ significat inchoationẽ lapsus stomachi ad frigiditatẽ,aut abundantiã in eo humoris
acetosi,aut totius corporis dissolutionẽ maiorẽ,quare fit cibus cõtinuo necessarius,& fit ĩde suctio venarũ maior:
& hoc significat potius lapsum totius ad caliditatẽ.Remissio vero in appetitu cõtraria significat.Tardatio vero in
appetitu ẽm plurimũ significat abbreuiationẽ in digestione & retẽtione cibi in stomacho longiorem,& ex hoc la
psum ẽm plurimũ ad frigiditatẽ,& suctionẽ paucã,& repletionẽ multã.Anticipatio vero in ipso suctionẽ venarũ
maiorẽ,aut dispositionẽ silẽm suctioni factã ab humore acetoso. Appetitus aũt ad insolitos cibos significat ẽm na
turã cibi,ad quẽ fit cõuersio:si.n.cõuertitur ad humidiores,significat lapsum in siccitate: si ad sicciores,lapsum in
humiditate:& sic de alijs. Egestio vero maior solito significat indigestionẽ cibi ,,ppter quod est suctio ipsius à F
meseraicis pauca:aut significat oppilationẽ in meseraicis,aut debilitatẽ attractiuę in eis,aut repletionẽ in toto,aut
regurgitationẽ alicuius humoris p eas ad ĩtestina.Egestio vero paucior solito significat priuationẽ cibi & lapsum
in siccitate,aut retẽtionẽ fecũ ex debilitate expulsiuę & paucitate choleræ stimulãtis & abstergẽtis,& huiusmodi.
Egestio vero liqda indigestionẽ significat:dura vero siccitatẽ & adustionẽ, nisi in oĩbus fuerit cã ex parte ciborũ.
Deinde dicit, ITA &c.i.& silr̃ prognosticãtur futurã ęgritudinẽ,augmentũ vel diminutio præter naturã sup-
fluorũ humidiorũ,& pmutatio coloris & substantię in ipsis,& silr̃ mutatio tẽporis euacuationũ.Et volebat p sup-
flua humidiora,vrinã,& quæ cũ ea descẽdũt ex hypostasibus:nõ intelligit aũt pręter naturã,toto genere,sed quã-
titate vel qualitate tm̃.Manifestũ est enim,ꝙ oĩa signa,quæ hic dicit,sunt generis eorũ,q̃ ẽm naturã,sed delinquen
tia à naturę cursu in quãtitate,vel qualitate,vel tpe. Significat aũt vrinæ abũdantia aut renũ caliditatem plurẽ
exuccantẽ sanguinẽ,aut sanguinis aquositatẽ plurimam.Hypostasis aũt copiosior solito significat,ꝙ minus solito
de chylo in sanguinẽ cõuertit,& ꝙ malæ materiæ in venis abũdãt,quæ excutiẽdæ sunt.Paucitas aũt vrinę signifi-
cat oppilationẽ,aut renũ frigiditatẽ,& debilitatẽ attractiuæ in eis,& ex hoc sanguinẽ repleri aquositate.Permuta-
tio vero coloris in vrina silr̃ significat initiũ lapsus aut ad caliditatẽ,aut frigiditatẽ(oẽs.n.colores,qui sunt post ci-
trinũ,caliditatẽ significãt,q̃ vero ante ipsum,frigiditatẽ)& silr̃ pmutatio substãtiæ:nã Attenuatio substãtiæ vrinæ
significat ẽm plurimũ aut oppilationẽ,aut cruditatẽ & maturationis priuationẽ;Inspissatio vero silr̃ significat ma
turationis priuationẽ,quia maturationẽ substantiæ comitat mediocritas : significat quoq; materiei multitudinẽ, G
& ipsius corruptionẽ,& ,phibitionẽ digestionis separantis,& ad fundũ descendẽtis. Permutatio quoq; tpis eua-
cuationũ silr̃ aliquod initiũ lapsus significat:nã Anticipatio solitæ horæ significat aut acuitatẽ vrinæ stimulantem
expulsiuã vesicæ,aut contẽtiuę debilitatẽ,& hmõi:Postpositio vero insensibilitatẽ vesicæ significat,aut oppilatio-
nem viarũ vrinalium,aut aliqd huiusmodi. Deinde dicit, ET VIGILIAE &c.i.aut vigiliarũ multitudo,aut
somni:aut vigilia & somnus nõ in tpe cõsueto,sunt de signis ,pgnosticis ęgritudinũ. Vigiliarũ enim supfluitas si-
gnificat ẽm plurimũ lapsum ad caliditatẽ & siccitatẽ:somni vero ad frigiditatẽ & humiditatẽ,& maxime si in tpe
fiant nõ consueto. Deinde dicit, SECVNDVM HAEC &c.i.& silr̃ prędictis est signũ ,pgnosticũ futurę ægri-
tudinis augmentũ aut diminutio potus,aut appetitus potus calidi aut frigidi præter solitũ.Et significat additio po
tus initiũ lapsus ad caliditatẽ & siccitatẽ:diminutio vero cõtrariũ.Appetitus aũt potus calidi pręter solitũ,signifi-
cat lapsum in frigiditate : frigidi vero in caliditate. Deinde dicit, QVEMADMODVM &c.i.significat cõcupi-
scentia coitus ĩmensurata & inordinata pręter cõsuetudinẽ: nam hæc significat spermatis prurítiui abundantiã,&
vẽtositatis inflatiuę in neruo cõcauo ipsius virgæ,qualis fit in priapismo. Deinde dicit, ET SVDORES &c.i.
sudores plures opportuno aut pauciores:nã plures significant repletionẽ aut rarificationẽ pororũ,& virtutũ dige-
stiuarũ debilitatẽ:pauciores vero contrariũ. Et est hic attentione dignũ,ꝙ Gal.videtur velle,ꝙ sudor aliquis na
turalis sit,aliter.n.nõ esset hoc signũ de genere eorũ,quæ ẽm naturã,de qbus intendebat in isto paragrapho,cum
tñ in cõmento sup illo aphor.Ventres hyeme & vere. visus sit consentire Diocli,qui dixit eũ esse præter naturam. particula 1. aphoris. 15.
Ait enim,ꝙ transpiratio corporis,quãto vtiq; fuerit robustius innatũ calidũ, tanto magis effugit sensum.Et pro- H
pterea præter naturã esse sudores Diocles dixit,qm̃ bene oĩbus dispensatis ẽm corpus,& superato nutrimẽto à na-
tura,nequaq̃ vnq̃ sensibilis per cutim humiditas excernetur.Quãtũcũq;.n.ex balneis,vel vehemẽtibus exercitijs,
vel propter æstuum calores sudent hoĩes,violentarũ causarũ sunt germina. Sed,licet Dioclẽ in hoc allegauerit,
non tñ ei consensit:propter quod in tertia particula de mor.& acci.dixit se cõtradicturũ ei ad hanc sententiam de ca. 6.ĩ fine
sudore. Propter quod credẽdum est(sicut puto)ꝙ,sicut natura virtutẽ habet excernendi aquositatẽ sanguinis capituli.
ad renes,ita & ad cutim:sed nõ cuiuslibet corporis sanguis est tantæ aquositatis,ꝙ nõ sufficiãt ad excernendum eã
renes,sed corporis humidi tm̃,nõ multum tñ habẽtis calidũ,quod innatũ,& debiliter digerentis:quare in talibus
sudores naturales sunt,sicut & in aliquibus corporibus naturaliter est hęmorrhois ad silitudinem mulierũ.Quare
in talibus pauciores aut plures opportuno significãt(sicut diximus)futuras ægritudines. Deinde dicit, EX PI-
GRITIA &c.i.& de signis prognosticis futuræ ægritudinis,simile prædictis,existens de genere eorũ,quæ ẽm na
turam,est & pigritia ad motiones,& sensus aggrauationis in tentatione motionũ,& debilitas multa,cũ fiunt mo-
tiones:quæ oĩa apud spontaneos labores contingunt. Nisi quis dicat hos labores esse dolores aliquos leues,de
genere quidẽ eorum,qui præter naturã,sequenti paragrapho attinentiũ:verũtamen,inquãtum ipsi sunt læsiones
in virtute

A in virtute motiua,non eſt dubiũ,ꝙ ſunt de genere eorũ,quę ẽm naturam,ſed ĩmutata à curſu naturali quantitate, vel qualitate:inquãtum vero ſenſum cum motu cõiunctum accidit ex his & ex horũ cauſis dolorẽ ſentire,ex toto genere pręter naturã iudicant. Et horũ qdem triplex eſt ſpẽs.Quidam.n.eſt vlceroſus,qdã vero eſt extenſiuus,& qdam apoſtemoſus.Et ſignificat vlceroſus humiditates ſubtiles acutas,ſparſas & motas in carne muſculorũ:Extẽſiuus aũt aut vẽtoſitatẽ,aut repletionẽ ex humiditatibus nõ malæ ſubſtãtiæ retẽtis in muſculis: Apoſtemoſus vero repletionẽ & extenſionẽ cũ caliditate quadã. Eſt aũt & in apparitione ſpontanearũ laſsitudinũ vicinia morbo-
1.2.pt.2. rum:vnde recte.Hip.Labores ſpontanei narrãt morbos.In oĩbus.n.hmõi laſsitudinibus eſt pigritia motus,& fit corpus ſolito ponderoſius virtuti mouẽti,quę cũ ſenſu tactus eſt cõis:propter quod apparet ſenſui grauitas in motu,eo ꝙ muſculus,qui eſt organum motus,factus eſt ineptus virtuti propter repletionem aut cõplexionis malitiã.

Deinde dixit, AVT MENSTRVORVM &c.i.aut retẽtio mẽſtruorũ,aut amplior aut minor ipſorũ euacuatio ꝓgnoſticaꝰ ęgritudines.Retẽtio.n.ſignificat oppilationes in venis matricis,& humorũ groſsitiẽ in corpore,ſicut amplior ipſorũ euacuatio ſignificat apertionẽ orificiorũ venarũ,& ſanguinis ſubtilitatẽ & caliditatẽ,aut aquoſitatem & cruditatẽ:minor vero cõtrarium. Deinde dicit, SICVT VERO &c.i.ſilr eſt ſignũ prognoſticũ futuræ ęgritudinis,retẽtio fluxus hęmorrhoidarũ,aut amplior aut minor opportuno:& ſignificat p hoc,ꝙ fluxus ſanguinis p hæmorrhoidas aliqbus põt eſſe quodãmodo naturalis,quẽadmodũ menſtruũ mulieri.Sunt aũt tales maxi-
B me effœminatę naturę,& ſanguinẽ male digerẽtes,qbus natura hęmorrhagiã adinuenit p venas ani,excernẽs quidem malũ & ſupfluum p illas.Retẽtio ergo talis fluxus,aut ipſius ſupfluitas p̃dicit ęgritudines more menſtrui ſilr ſe habẽtis. Et eſt manifeſtũ,ꝙ in oĩbus dictis & dicẽdis p̃dicunꝰ ęgritudines indicio cauſæ antecedẽtis in corpore aut cõplexionalis,aut cõpoſitionalis,aut humoralis,ſicut patere põt inſpicienti. Deinde dixit, SED SECVNDVM &c.i.ſed ẽt nõ ſilis delectatio ei,quę prius,ẽm eundẽ cibũ & potum eſt ſignũ futuræ ęgritudinis,qm̃ iam ſignificat quãtitatẽ lapſus penes quantitatem diminutionis delectationis. Deinde dicit, SIMILITER &c.i.ſilr hebetudo intellectus nõ ẽm naturã eſt de numero p̃dictorum ſignorũ. Dicit aũt,non ẽm naturam,qm̃ aliquibus eſt p naturam hebes intellectus.Et volebat p hebetudinẽ intellectus,debilitatẽ imaginationis & cogitationis,quæ aliqñ cõplexionis malitia circa cerebrum cõtingit. Deinde dicit, AVT OBLIVIO &c.i.aut obliuio circa ea, quorũ conſueuit rememorari poſſe,qm̃ hoc ſignificat lapſum cerebri ad humiditatem:in talibus.n.nõ fit habitus de phantaſmate acqſito ꝓpter paucitatẽ fixionis in illo. Deinde dicit, AVT MAGIS &c.i.aut magis phantaſtici ſomni,q̃ prius:& volebat p hmõi,eos,cũ qbus multa ſunt ſomnia & monſtroſa:nã tales ſignificant repletionẽ capitis ab humore & vapore multo. Deinde dicit, ET AVDITVS &c.i.& auditus,& odoratus,& viſus hebetiores & infirmiores ſolito,ſunt de numero ſignorũ prędictorũ, ſignificãtes qdem aliquã cõplexionis malitiã in ſuis organis,aut oppilationes meatuũ,p quos obiectũ ĩmutat organum,aut aliquid hmõi. Deinde colligit talia ſigna in genere,& dicit, ET VT SIMPLICITER &c.i.&(vt ſimplr eſt dicere)quæcũq; ẽm naturam exiſtentia
C aucta quidẽ,vel ĩmutata à ſua naturali conſiſtentia,vel tẽporibus quibuſdã vel qualitatibus permutata,ſunt ſigna prognoſtica futuræ ęgritudinis.Et addit adhuc hmõi quædã,& dicit, ET CORPORIS &c.i.& tumor corporis factus maior aut minor ſolito,eſt de talibus ſignis,& ſignificat maior repletionẽ:minor vero cõtrariũ. Deinde dicit, ET RVBICVNDIOR &c.i.& ipſe tumor factus rubicundior,& albior,aut liuidior,aut nigrior ſignificat futuras ęgritudines.Color.n.corporis humorũ dominiũ oſtẽdit,niſi qñ propter aliquod accidens humores in ꝓfundo corporis ſeceſſerint. Deinde dicit, ET ERVCTATIONES &c.i.& eructationes,& ſternutationes,aut ventoſitates plures vel pauciores naturalibus ſilr prognoſticantur ægritudines. Et innuit hic quibuſdã quaſdã naturaliter exiſtere,ſanis exiſtẽtibus ipſis ſua ꝓpria ſanitate.Et volebat p eructatiões,ventoſitates,quæ erũpunt ſuperius ab ore p meri:p ſternutationes vero,eas,quas expellit cerebrũ p vias colatorij:p ventoſitates vero,eas,quas inteſtina expellũt ab infra.Et ſignificant,vt generaliter,hæ differẽtię defectũ caloris & malitiã operationis cõtẽtiuę.

Deindæ dicit, ITA &c.i.& ſilr,quæcũq; ſuperflua purganꝰ à cerebro p nares,& aures,aut palatũ,qñ mutãtur in quãtitatibus,aut qualitatibus,aut tpibus,ſigna prognoſtica ſunt futuræ ęgritudinis:& patet,ꝙ atteſtãtur cauſę antecedẽti ipſius aut humorali,aut cõplexionali,aut cõpoſitiõali. Deinde epilogat ſicut cõcludẽs totum genus ſignorum,& dicit, HAEC IGITVR &c.i.igitur ſigna oĩa prędicta,& quęcũq; alia hmõi ſunt,exiſtunt de genere
D eorũ,q̃ inſunt ẽm naturã,eo ꝙ genus eorũ naturale eſt,licet q̃titas,qualitas,vel tp̃s eorũ,naturę curſum dereliqrit.

Ant. Tortio vero in ventre,aut ſecũdum ſtomachũ,aut ſecundum aliquod inteſtinorũ,aut in egeſtionibus, aut in ijs,quę euomuntur,aut minguntur,aut alius aliquis mediocris dolor de genere quidem eſt eorum, quę præter naturam,non dum tamen ęgrotare ita habentes dicuntur,quemadmodum neq; grauati caput, aut dolentes,aut vigilantes,quando non dum propter hęc à conſueta operatione impediuntur.Et terminus quidem ægritudinis iſte eſt in talibus diſpoſitionibus.Et propterea ad aliquid eandem diſpoſitionem & ægram & neutram dicimus adhuc:ad vigorem enim facile ferentis,aut victæ virtutis,aut ægra eſt,aut neutra diſpoſitio ſingulorum,quæ dicta ſunt.

Leo. Morſus autem ventris,vel in ore ventriculi,vel in aliquo inteſtinorum,aut cum aluus ſubducitur,aut cum vomitus excitatur,aut cum mingitur,ſiue aliquis alius dolor mediocris,ex genere quidem exiſtit eorum,quę præter naturam,non tamen,qui ita ſe habent,ęgrotare dicuntur,ſicuti neq; qui capite grauãtur, aut dolent,aut vigilant,cum non dum in conſuetis impediuntur operationibus.Hic enim in huiuſcemodi diſpoſitionibus terminus eſt.Atq; idcirco in eo,quod ad aliquid,eãdem diſpoſitionem ægram atq; neutrã appellabimus:nam pro vigore potentiæ,quæ vel facile ſuſtinet,vel vincitur,vnaquæq; ex ijs,quas antea diximus,vel morbus eſt,vel neutra diſpoſitio.

Cum

Cum declarauit ſigna ſimpliciter corporũ ægrotaturorũ neutrorum, exiſtẽtia qdem in eis prognoſtica futuræ Cō 96.
ægritudinis,illa ſcilicet,quę ſunt de genere eorũ,quę ſm naturã eis inſunt,declarat illa ſpecialiter,quę ſunt de ge- E
nere eorũ,quę preter naturã eis inſunt,& dicit, TORTIO VERO &c.i.ſed tortio,aut aliquis alter dolor medio-
cris(quaſi tortio ſit dolor mediocris)exiſtens qdẽ in ventre,aut in ſtomacho,aut in meri(ſicut habet alia trãslatio;
& eſt rectior textus,quia vẽter & ſtomachus idẽ ſunt)aut exiſtens in aliquo inteſtinorũ,aut apud egeſtionẽ,aut vo
mitum,aut mictũ,eſt ſignum futurę ægritudinis,exiſtens de genere eorũ,quę præter naturã. Genus.n.tortio-
nis & doloris nõ eſt vllo modo naturale,à parte.ſ.rei,quæ ſenſu ꝑcipiť,licet à parte ſenſus nõ exeat à genere ſuo,de
cõditione ſenſus hoc exiſtẽte,quod poſsit ꝑcipere oẽ,quod lędit:ſed,cum parua exiſtũt,nõ ſignificãt adhuc corpus
ęgrotũ,ſed ægrotaturũ.Et eſt qdẽ hęc tortio,de gñe punctionũ & dolorũ exñs,ad quos accidit cõtorqueri patiẽtẽ
ſicut quęrentẽ figuram ẽt,qua minus doleat,aut ſicut quęrẽtem exprimere cauſam doloris ad alia loca:& eſt eius
cauſa,quę ꝑ eã ſignificať,aut humor mordicatiuus,aut vẽtoſitas extẽſiua,aut vlcus ab ãpate,aut cõmotio vermiũ,
aut humor viſcoſus frigidus,qui nõ expelliť,aut ciborũ quęcũq; corruptio & in malã qualitatẽ conuerſio. Et hoc
intẽdebat,cũ dixit, AVT IN egeſtionibus,aut in ijs,quæ euomunť,aut mingunť,nõ ſicut volẽs tortiones exiſtere
in egeſtis fęcibus,aut vrinis,aut ſupfluitatibus euomitis,quę inſenſibiles ſunt,ſed ſicut in ipſis actibus expulſionũ:
multoties.n.contingit in expulſionibus harũ ſupfluitatũ has ſentiri tortiões,ſicut cũ fęces,& vrinæ acutæ fuerint,
aut baurachię,aut cũ in vijs trãſitus earũ fuerint vlcera. Deinde dicit, NON DVM VERO &c.i.ſed habẽtes ta
les tortiones,& paruos dolores nõ dum dicunť ægrotare, quẽadmodũ neq; dicunť ægrotare habẽtes grauedinẽ in F
capite,aut dolorẽ,aut parũper amplius ſolito vigilantes(& interpoſuit hoc ſignũ vigiliarũ,quod nõ eſt de gñe eo-
rum,quæ preter naturã)qñ nõ propter talia pati ꝓhibenť exercere actiones,quas conſuetũ eſt eis efficere,ſicut aut
militare,aut venari,aut ſm quãcũq; ſolitarũ artiũ artificare.Et volebat ꝑ cõſueta operationũ,tales occupationes,
ſicut dicit Hali,recte illud intelligẽs.Et dedit cãm huius,& dixit, AEGRITVDINIS &c.i.qm̃ in talibus diſpoſi
tionibus iſte eſt terminus ęgritudinis,i.à quo inchoat ægritudo,ſ.ꝓhibitio cõuerſationis in ſolitis operibus:ab ap
paritione.n.huius iudicamus corpus ęgrotans,& non à quocũq; dolore, ſeu vigilijs,aut deſtructione appetitus,&
ſenſu laſsitudinis, & hmõi,ſicut ẽt innuit primo de creticis de principio ęgritudinis inueſtigãs. Non.n.quicunq; cõ.6.
lapſus à ſanitate diciť ægritudo, ſed qñ ꝑuenerit ad terminũ,quo ĩpediat dictas occupationes.Et hoc idẽ voluit in
principio de mor.& acci.ait.n.Vnuſquiſq; dicat ſe eſſe ſanũ,dũ ſolitas pręter vllũ ĩpedimẽtũ facit actiones.et vult ca.2. primi
ꝑ actiones,cõuerſationes ꝑ̃dictas,ſicut habet alia translatio.Deinde dicit ibidẽ,Mẽbro aũt eius aliquã actionẽ ſuã libri.
facere nequeũte,vel ĩpedite faciẽte,infirmũ ſm illud appellať.Ex quo habeť,ꝙ corpus nõ dicitur ægrotãs abſolu-
te,ĩpeditũ ſm aliquod opus mẽbri,ſed dicitur ægrotãs ſm illud tm̃:abſolute aũt ægrotãs nõ dicitur niſi ĩpeditũ in
cõuerſationibus ſupra dictis. Nulla ergo corporis diſpoſitio,quę grauedinẽ,aut dolorẽ,aut vigiliã inducit,dici
tur ægritudo,niſi qñ propter eã & lęſiones operũ,quas inducit,prohibetur ꝗs in cõſuetis exerceri: nõ.n.quæcũq;
læſio opationis alicuius organorũ prohibet in conſuetis exerceri,ſed magna & fortis.Sic ergo videtur,ꝙ ſenſibilis
læſio alicuius opationis virtutũ aĩæ ſignificat ægrotare mẽbrũ,cuius eſt opatio,non tñ ſignificat corpus totũ de- G
bere dici ægrotãs,niſi ab illius læſione totũ corpus ſit ĩpeditum in cõſuetis occupatiõibus. Manifeſtũ eſt enim,
ꝙ dolor,& ſenſus laſsitudinis,& deſtructio appetitus,& hmõi ſunt ſenſibiles lęſiones operationũ,& tñ Gal.in lib.
de criticis nõ videtur iudicare ab eis adhuc corpus ægrotãs,niſi ĩpediatur,quod diximus. Propter quod,cũ Gal.di cõ.7. hui'.
xit ſupra,corpora vt nũc ægra diſtingui à ſanis ꝑ ſenſibilẽ læſionẽ operationis,expoſuimus,ꝙ intẽdebat ꝑ hoc ma
nifeſtum ĩpedimẽtũ in talibus occupatiõibus,hoc.n.vocabat ſenſibilẽ læſionẽ in operatiõibus: dolor nãq;,& ſen-
ſus laſsitudinis,& deſtructio appetitus,& hmõi ęquiuoce ſunt ſenſibiles læſiones cũ illis. Deinde,qm̃ diſpoſitio
ſignata ꝑ hmõi tortiones vẽtris & alios mediocres dolores,ſicut eſt ſenſus laſsitudinũ,& hmõi,apud quędã corpo-
ra ſicut mollia,& delicata,& valde paſsibilia,eſt ĩpeditiua talis cõuerſationis in cõſuetis operationibus,colligit ex
ꝑ̃dictis,ꝙ vna & eadẽ diſpoſitio põt dici neutra,& ægra,ſm cõparationẽ ad virtutẽ magis & minus tolerãtẽ,& ſilr
ſignũ eius,& dicit, ET PROPTEREA &c.i.& propter hoc,ſ.quia ægritudinis terminus iſte eſt,dicimus eandẽ
diſpoſitionẽ & neutrã,& ægrã:nã quælibet diſpoſitionum ſignificatarũ ex vnoquoq; prędictorum ſignorũ,com
parata ad virtutem fortem,adhuc eam facile ferentẽ,& nõ ceſſantẽ propter hoc in conſuetis exerceri,diciť neutra:
comparata autem ad virtutem vincibilem de facili,dicitur ægra.Manifeſtum eſt ergo,ꝙ duobus propoſitis corpo
ribus,quorũ vnum ſit fortis virtutis,reliquũ debilis,ſi vtrũq; labatur à ſua ſanitate verſus eandẽ qualitatẽ,& pari H
gradu,ita ſcilicet,ꝙ vtrunq; diſtet à ſua ſanitate ęqualiter alteri,accidet lapſum fortis eſſe neutralitatẽ,debilis vero
ægritudinem,imo fortaſsis alicuius fortiſsimi non eſſe exitum à latitudine ſuæ ſanitatis.

Ita vero & quęcunq; ſecundũ ſenſus non in eo,quod eſt magis & minus,differunt abinuicem,ſed toto Ant.
genere præter naturã ſunt.Et hæc ſunt ægritudinũ ſigna,quãdiu tñ fuerint parua,& non dum à conſuetis
vnicuiq; actionibus ĩpedire ſufficientia.Talia vero ſunt,ſecundũ guſtũ quidem,qñ ſalſæ,aut amaræ,aut al-
terius alicuius qualitatis manifeſtatio eſt & in comeſtis & bibitis oĩbus:aut ſine acceptione cibi ſaliua ei vi
detur talis.Secundũ odoratum vero,qñ vel aliquã ſentimus vnã qualitatẽ odorabili nullo præſente,vel af-
ferentes plurima & diuerſa,oĩa vt ſimilia ſentimus:plerũq; vero oĩo ſenſus nobis nullius,aut fętoris alicu-
ius ſit nullo præſente fætido.Secundũ auditum vero,ſonitus & crepitus generis eorũ, quæ præter naturã,
ſunt. Quẽadmodũ & ſcd̃m viſum,quęcunq; apparere videnť nigra,& alba,& cærulea,& rubea,& rufa:&
hæcquidem rotunda,hæc vero oblonga,& hæc quidẽ gracilia,hæc vero craſſa:aut præteruolare oĩa viden
tur.Secundum tactum vero,qñ inęqualitas quędam,aut ſpiſsitudo,aut grauitas,aut tenſio,aut ſtupida aut
dolens diſpoſitio apparet ſecundum totam habitudinem. Ita vero & ſecundũ quãlibet partem tenſio,aut

tribulatio,

A tribulatio,aut punctio,aut grauitas,quando paruæ quidem fuerint & non manentes,dispositionem quidem neutram esse declarant,pronunciant vero futuram ęgritudinem.

Leo. Sic & quæcũq; in sensibus nõ in eo,quod magis aut minus,inuicẽ differunt,sed toto genere sunt præter naturã.Et hæc sunt signa morborũ,donec modica fuerint,& nõ dum hoĩem à consuetis opibus sufficiunt amouere.Talia vero sunt in gustu quidẽ,cũ vel salsæ,vel amarę,vel alicuius alterius qualitatis sapor nobis indicat̃ siue ĩ oĩbus,quæ bibũtur,aut mãducãtur,aut p̃ter ꝙ aliquid assumatur,saliua ipsa talis sentiatur.In odoratu aũt,qñ alicuius vnius qualitatis sensum habemus nullo odore p̃sente:aut,cũ plura differentia naribus admouemus,oĩa veluti similia sentimus:sępius vero nihil sentimus,aut aliquid fętens,ẽt si nihil adsit, quod fęteat.Quãtum vero ad auditũ,soni & strepitus ad id,quod p̃ter naturã,ptinent.Queadmodũ in visu,quęcũq; ante oculos apparere credũtur,nigra,& atra,& cærulea,& rufa,& flaua,& nõ nulla rotũda,nõ nulla aũt oblonga,quædã gracilia,quædã crassa oculis prætendi vidẽtur.In sensu aũt tactus,cũ inæqualitas aliqua,vel spissitudo,vel grauitas,vel tentio,vel torpida vel vlcerosa dispositio in toto corporis habitu sentitur.Sic & in singulis partibus vel tentio,vel cõpresio,vel morsus,vel grauitas,qñ modicæ fuerint ac minime firmæ,neutrã quidẽ dispositionẽ adesse demonstrant,futurã vero ægritudinem prænunciant.

B

c.97. Cum declarauit,ꝙ torsio,& dolor,& grauitas,& hmõi sunt signa corporum neutrorũ ægrotaturorũ de genere eorũ,quę p̃ter naturã existẽtia,& prognosticantia in eis futurã ęgritudinẽ:& ꝙ p cõparationẽ ad virtutẽ magis & minus tolerantẽ possunt esse signa neutra & ægra,nõ qdem ęgra sicut prognostica,quia ẽt neutra existentia dicũtur talia,sed sicut demonstratiua iam p̃sentis ægritudinis,ostẽdit,pportionaliter se habere p̃dictis quasdã sensuum læsiones,& dicit, ITA VERO &c.i.silr supra dictis sunt signa neutra,& futurę egritudinis prognostica,quęcũq; lesiões sensuum nõ differũt à naturalibus opationibus eorũ in magis & minus,sed existũt toto gñe pręter naturã, ita scilicet,ꝙ quãdiu sunt parua & nõ dum sufficiẽtia ĩpedire ab actionibus cõsuetis vnicuiq;.Et dicit hoc ideo,qa, qñ essent adeo magna,ꝙ hoc ĩpedimentũ p̃stare possent,nõ dicerẽtur prognostica futuræ ægritudinis,sed demonstratiua p̃sentis.Dicit aũt,Quæcunq; nõ differunt in magis & minus.quia,quę sic differrẽt,essent de gñe eorũ,quę s̃m naturã insunt,sed qualitatibus aut q̃titatibus pmutata,p̃cedenti qdẽ & nõ huic paragrapho attinẽtia.Sunt aũt talia oĩs debilitas sensus in cõprehensione sensibilis,vt nõ pfecte discernat illud:talis.n.perceptio differt à naturaliter se habente per esse minus:naturaliter vero minus se habens differt ab hac per esse magis.

SED DVBITABIT hic aliqs per hoc,quod dicit,ꝙ tales lesiones in sensibus sunt signa neutrorũ & ægrotaturorũ,cũ nõ dum sufficiũt ĩpedire à cõsuetis vnicuiq; actionibus.Læsio.n.operis nõ videt̃ illud,quod impedit in cõsuetis exerceri,sed illud,quod est cã lesionis,s.mala dispositio,quæ est ægritudo. Nisi esset,ꝙ & sapiẽter hoc dixit.Quia.n.per cõsuetas actiões vnicuiq; volebat occupatiões & conuersationes in diuersis artiũ exercitijs,quibus

C vnusqsq;,p voluntate sua natus est ĩplicari,ad eas vero multarũ virtutũ,quæ in corpore,opationibus indigemus, oportet,ꝙ,si illę operationes,qbus ad occupationes p̃dictas indigemus, plurimũ lędunt̃,ĩmediate ĩpediant in eis exerceri: ægritudo vero,quę illarũ læsionũ est causa,ĩpedit illis mediãtibus tñ,cũ tñ ĩmediate virtutũ operatiões ĩpediat. Deinde,cũ dixit lesiones sensuũ toto genere p̃ter naturã,minores tñ ijs,quę in ægritudinibus,esse de signis,pgnosticis ęgritudinũ,declarat,spãlr q̃ sint illę læsiões s̃m vnũquẽq; sensum,& dicit, TALIA VERO &c.i. & talia signa sumpta s̃m gustũ sunt apparẽtia salsæ aut amaræ qualitatis in oĩbus comestis & bibitis,aut alicuius alterius qualitatis nõ existẽtis in eis,aut apparẽtia taliũ saporũ sine vlla acceptiõe cibi apud ipsam saliuã tñ:& hoc qdẽ accidẽs ad prauã virtutis operationẽ reducit̃. Et manifestũ est,ꝙ apparẽtia taliũ saporũ nõ existẽtium in ijs, quę gustãtur,aut apud saliuã tñ,est toto gñe p̃ter naturã,nõ qdem à parte gustus,sed à parte rei pceptę per ipsum. Omnino.n.p̃ter naturã est,ꝙ aliqd intus existat,quod afficiat organũ alicuius sensus.Si.n.illud esset naturale,tũc accideret naturã sibi fecisse ĩpedimentũ in pceptione extrinsecorũ:sed ipsa in oĩbus facit,quod melius:ergo ea qualitas,quę non est in extrinseco obiecto,sentitur toto gñe p̃ter naturã,& nõ sentitur naturaliter vllo modo,q̃uis in natura gustus sit,vt possit eã pcipere. Et est qdem cã taliũ apparentiarũ infusio organi gustus,s.linguæ,ab humore talis saporis,& cõmistio illius humoris cũ saliua,aut alteratio illius saliuæ tñ ad tales qualitates:quod cũ ac-

D ciderit,cõmiscetur ipsa cõmestis & bibitis,& denigrat,& cõfundit ipsorũ sapores:ipsa enim,s.saliua, est mediãs in gustu,sicut aer in visu.Quia ergo est susceptiua oĩum saporũ,& redditiua organo gustus,tũc tñ discretissime reddet eos,cũ fuerit expers oĩum,eo ꝙ tũc de facili põt ad oẽm trãsmutari:Si aũt fuerit alicuius saporis ex alicuius mistione,vel sui alteratiõe,recipiet eos s̃m sui exigentiã,nequaq̃ tũc de facili potẽs ad sapores extrinsecos cõuerti.Idẽ aũt faceret instrumẽtũ,quod facit & mediũ,si esset s̃m se aliquo sapore affectũ.Et prognosticatur qdẽ hoc ægritudinẽ,eo ꝙ significat dominiũ qualitatis extraneę in corpore,& augmentũ humoris cholerici,aut salsi,seu alterius p̃ter naturã existẽtis in stomacho & superficie oris illi continua:quæ,cum amplius augebuntur,ægrotare facient.

Deinde,cũ declarauit,q̃ sint tales læsiões s̃m gustũ,declarat,quę sint hmõi s̃m odoratũ,& dicit, SECVNDVM ODORATVM &c.i.sed s̃m odoratũ sunt tales læsiões,qñ accidit sentire odorẽ aliquẽ odorabili nullo p̃sente:aut qñ oblatis pluribus & differẽtibus odorabilibus accidit nõ discernere vniuscuiusq; odorẽ,sed sentire vt silis odoris:aut qñ accidit nullũ eorũ sentire odorẽ:aut qñ accidit sentire fętorem nullo p̃sente fętido:oĩa.n.hæc,dum sunt parua,& nõ sufficiẽtia ĩpedire ab actionibus cõsuetis vnicuiq;,demonstrant neutralitatẽ,&,pgnosticãtur ægritudinẽ.Sentire qdẽ.n.fætorẽ aut aliũ quẽcunq; malum odorẽ nullo p̃sente fætido aut odorabili,pprio illius odoris, significat,ꝙ humor putrefactus alicuius malæ qualitatis dominatur in vẽtre,aut in pectore,aut naso,aut cerebro ipso,ex quo vapores sui gñis eleuantur ad partẽ anteriorẽ cerebri,vbi est organũ odoratus,& afficiunt ipsum, ac si venirẽt ab extra:odor.n.aut est fumalis euaporatio,aut nõ sine illa s̃m plurimũ,sicut pręcipuis videtur.Et est hoc

toto

toto genere ꝑter naturā per modū,quē in guſtu diximus. Non diſcernere aūt inter odorabilia diuerſa,aut nul- E
lius odorabilis odorem ꝑcipere,ſignificat debilitatē odoratus,& paucitatē paſsionis eius ab odorabilibus:aut eius ablationē,& ꝑ hoc malitiā cōplexionis in inſtr̄o eius:aut oppilationē meatuū, in ꝗbus tranſit odor ad ipſum. Sed debilitas qdē eſt de gn̄e eorū,quæ ẜm naturā,non aūt ablatio:nequaq̄ tn̄ pōt quis diffiteri,ꝙ ablatio odoratus nō ſit ſenſibilis oꝑationis læſio,nec tn̄ vult,ꝙ demonſtret corpus ęgrotare,donec non prohibet à cōſuetis actionibus.

Ex quo apparet,ꝙ ſenſibilis læſio operationū, qua corpora vt nūc ægra diſtinguunt̄ ab vt nunc neutris,eſt ea, quā dicebamus:& ꝙ ablatio odoratus,& hm̄oi eſt ſenſibilis oꝑationis lęſio ęquoce cū illa:& ꝙ talis lęſio,ꝗtūcūq; ſit ſenſibilis,niſi ꝓhibeat in cōſuetis cōuerſari, nō demonſtrat corpus ægrotare,licet ægrotū demonſtret mēbrū, cuius eſt oꝑatio:nō tn̄ ꝙ ablatio odoratus valde poſsit ꝓhibere in cōſuetis exerceri,niſi qn̄ malitia cōplexionis aut oppilatio,quæ ablatiōis eius ſunt cā,ꝑ ſui incremētū ad alias læſiōes extēdat̄. Eſt aūt & aliud accidēs in odoratu toto gn̄e ꝑter naturā,de quo nō facit mētionē, qđ maxime praua eius oꝑatio dicit̄,ſ.cū odorē malū iudicat bonū & placidū,ꝓpter inuentionē alicuius qualitatis in eo,cōtrariātis ad diſpoſitionē aliquā organo dominantē:quod qdem ꝓportionat̄ comeſtioni carbonū,& terræ,& delectationi in eis: & ſil'e hm̄oi eſt accidere in quolibet ſenſu, quod ꝓprie dicit̄ mala ſenſus oꝑatio. Deinde,cū declarauit,quæ ſint talia accidentia ẜm odoratū, declarat,quæ ſint talia ẜm auditū,& dicit, SECVNDVM AVDITVM &c.i.ſed ſunt ẜm auditū talia accidētia,qn̄ accidit audi re ſonitū vel ſtrepitū nullo præſente ſonabili: hoc.n.eſt ex toto gn̄e ꝑter naturā ꝑ modū ꝑdictū,habens qdē cōtin F
gere,ꝓpter inundationē factā in aere qeto,contēto in auris cōcauitate. Talis aūt inundatio cū nō ſit ab inundatiōe exterioris aeris mouētis intrinſecū ad imaginē ipſius,oportet ꝙ ſit aliqd ab intra mouēs & inundans ipſum ſupra motionē & inundationē,quā habet à natura:& eſt ẜm plurimū vētoſitas gn̄ata in parte capitis & mota in ipſo:aut feruor puris ī aure:aut agitatio tēdēs verſus cerebrū,ſicut in ꝑcuſsiōe,& caſu,& vomitu laborioſo:aut cōmotio vaporū multorū,ſicut ī ebrietate,& hm̄oi. Hoc ergo cū eſt paruū,nō ſufficiēs īpedire ab actiōibus cōſuetis vnicuiq;, demonſtrat neutralitatē,& ꝓgnoſticatur ęgritudinē ꝑ hoc,ꝙ ſignificat initiū malæ cōplexionis in corpore iā afficientis auditū ꝑter naturā,ꝑ cōmotionē vaporis aut venti ad aurē. Deinde continuans ſermonē ſuū tranſiuit ad oſtendendū tale genus accidētis in viſu,& dixit, QVEMADMODVM &c.i.ita eſt in auditu,quemadmodū & tale qd cōtingit ēt ẜm viſum,qn̄ vidētur viſui apparere corā ipſo & nigra,& alba,& rufa,& rubea:& hæc qdē ipſorum eſſe rotūda,hęc vero oblonga:& hęc qdē gracilia,hęc vero groſſa,tanq̄ volitātia corā ipſo ſub talibus coloribus & figuris. Contingūt aūt hæc accidētia aut ab interclusiōe vaporū inter pupillā & cryſtallinū,habētiū qdē colorē in ſe ipſis penes naturā humoris,à quo cōſurgūt, figurantiū aūt ſe nūc vno modo,nūc altero,& ita ſe īprimentiū in cryſtallino,quēadmodū eſt videre in ijs,ꝗbus fluxurus ē ſanguis de naribus,aut ꝗbus vomitus eſt vēturus,ſicut dicit Hip.in ꝓgnoſticis:ī vtriſq;.n.accidit oculos repleri vaporibus:aut ſicut eſt videre,in ꝗbus digeſtio ſtomachi li.3.t.cō.35.
praua ſit ex mala materia in ſtomacho clauſa,quæ ad caput fumū emittit. Aut contingūt ꝓpter veſtigiū aliquod, quod eſt in albugineo corā cryſtallino,ſicut qn̄ albugineus ẜm aliquā partē ſui mutatur ad craſsitiē,aut ad colorē G
extraneū, ex ꝗbus mutatur eius diaphaneitas:tunc.n.apparent imaginatiōes viſui penes mutationes,quas habet albugineus, tanq̄ videatur ei,ꝙ ꝑuolet coram eo aliquod ſil'e muſcæ,aut cimici,aut grano hordei,aut capillis,aut hm̄oi penes figurā veſtigij,quod eſt ī albugineo. Et prognoſticātur talia accidētia ẜm plurimū cataractā,quę fit à deſcēſu aquę in oculū,ex qua tāta fit craſsities albuginei,vt nihil ꝑmittat ab extrinſecis trāſmutari cryſtallinū. Et ſunt talia accidētia toto gn̄e ꝑter naturā ꝑ modū ꝑdictū. Sed,qn̄ fuerīt parua,& nō dū ſufficiētia īpedire à cōſuetis vnicuiq; actionibus,demonſtrant neutralitatē & ꝓgnoſticantur ægritudinē,ſ.eā,quā diximus. Vltimo aūt declarat talia accidētia in tactu,& dicit, SECVNDVM TACTVM VERO &c.i.ſed ẜm tactū talia eueniūt,qn̄ ẜm totā habitudinē corporis,ſ.ẜm oēs muſculos(in ijs.n.ſtat totius corporis habitudo,ſicut ſupra diximus)appareat tactui,ꝙ apud ſuū organū ſit inæqualitas quędā(& volebat ꝑ hoc aſperitatē)aut ꝙ ſit in eo ſpiſsitudo,aut grauitas, aut tenſio,aut ſtupor,aut dolor aliquis:nō hæc quidē ſicut īpreſſa in ipſum ab extrinſecis obiectis, ſed ſicut inficiētia ipſum organū tactus ab intra. Talia itaq;,ſi fuerint parua & nō manſiua,demonſtrant neutralitatē,& prognoſticantur ægritudinem. Et volebat ꝑ ſtuporem,priuationē ſenſus,quæ obdormitatio dicitur,quæ quidē tactu ꝑcipitur ẜm accidens, ſicut tenebræ à viſu. Deinde dicit, ITA VERO &c.i.ſed, ſicut talia accidentia ſunt,ẜm ꝙ dictū eſt,ſignificātia,qn̄ hæc apparent tactui,ẜm totā corporis habitudinē,ita &,qn̄ ẜm quālibet partē apparet tactui illius partis aut extēſio,aut tribulatio,aut punctio,aut grauitas,& hm̄oi,ſi fuerint paruæ,& nō manſiuę diſpoſitiones,demonſtrāt diſpoſitionē neutrā,& ꝓgnoſticātur ægritudinē ad modū illorū. Sunt aūt hm̄oi diſpoſitio H
nes tactui apparētes inuentæ ẜm plurimū apud ſpontaneas laſsitudines. Hæ.n.ꝗuis principal'r ſint accidēs quoddā in motu volūtario,tn̄,quia motui volūtario ſenſus tactus cōis exiſtit,eodē ſecū organo vtens,accidit ipſi īpedimentū motus,illaſq; diſpoſitiones,quę motū īpediunt,eſſe tactu ꝑceptibiles,eo ꝙ toto genere ꝑter naturā tactum afficiūt ſil'r ſupradictis apud alios ſenſus. Aſperitas.n.ſentitur apud laſsitudinē,quā Prin.arefactiuā appellat: cuius 3.primi do.
cauſa eſt aut nimietas exercitij deſiccans corpus,aut ſiccitas aeris,aut multitudo ieiunij & vigiliarū,& huiuſmodi. 3.ca.12.
Punctio vero & tribulatio,apud vlceroſam:cuius cā eſt humor acutus & mordax,qui mouetur in carne muſculorum. Spiſsitudo autē,& ſtupor,& grauitas,apud apoſtemoſam:cuius cauſa eſt repletio ab humore malo. Tenſio aūt,apud extenſiuam : eius cā eſt repletio vaporoſa ab humore nō malo,aut vētoſitate. Dolor vero eſt oībus cōis.

Prognoſticantur aūt tales laſsitudines ẜm plurimū febres putridas ꝓpter humorem iam vicinū eſſe putredini ex tali decurſu ꝑ mēbra:ſi aūt calor innatus eū ſuperaret, nō reumatizaret per ipſa. Aſſumit ergo eū extraneus calor,præſertim cum ſecundum aliquem locum concluſus reſpirare non poſsit. Et eſt hic attentione dignum,ꝙ tacuit ſigna neutrorum ſanandorum,qui dicuntur conualeſcentes,aut ſicut manifeſta per exitum ab ægritudine, aut quia ſunt ſimilia ſignis ægrotaturorum, illis ſcilicet,quæ ſunt de genere eorum,quæ ẜm naturam eis inſunt (ſicut dixeramus)ſed differunt in hoc tm̄,ꝙ ſub eis eſt motus ad ſanitatē:ſub his vero ad ægritudinem.

Quæcunq;

Ant. Quæcunq; vero in iam ægrotantibus fiunt signa,hæc quidem sanitatem designant,hæc vero mortem.
A Sana quidem priora,altera vero genere quidem ægra,secundum speciem vero perniciosa dicuntur.

Leo. At,quæ iam in ægrotantibus signa videntur, ex quibus non nulla salutem,non nulla mortem portendunt,prima quidem salubria:altera vero genere quidem ægra,secundū speciem aūt perniciosa dicuntur.

3.98. Cum declarauit signa neutrorum ægrotaturorum,redit ad declarandum id,quod promiserat,postq̃ ea percurrisset,s.ad declarandum signa,quæ apparent in ægrotantibus,non manifestantia futuram salutē. Et videt̃ istud capitulum hic intercidēs propter tria,primo quia ex signis ægrotantiū est quędam(sicut dicet)vocari neutra,de talibus aūt hic intendebat: secūdo quia ex eis est quædā vocari sana,prognosticātia.s.futurā salutem,ex quibus signa conualescentiū hic omissa,sicut recuperata p illa,coniecturabilia fiunt:tertio vt signa mortis,quæ sunt de genere ægrorum,non dum dicta, recuperentur in hoc loco. Vt ergo hæc distinguat abinuicem,dixit, QVAECVNQVE VERO &c.i.talia sunt signa ægrotaturorum, sed,quæcūq; signa apparent in iam ægrotantibus,duorū sunt modorum,nā hæc qdem sunt demonstrantia sanitatē,hæc vero mortē.Et volebat per hoc,quod dixit,demonstrātia, prognosticantia: manifestū est enim,q; signū demonstratiuū super re presenti assumitur,sicut patuit in principio summę de signis:sed in corporibus ęgrotantibus neq; mors,neq; sanitas est præsens:quare ambo significant̃ vt futura. Et videt̃,q; demonstratiuū conueniēter posit accipi ad illud,quod ꝓprie dicit̃ demonstratiuū, & illud,quod ꝓgnosticū,& illud, quod rememoratiuū,nō minus ꝓprie,quā de eis dicat̃ prognosticū,cuiuslibet.n. est aliqd demonstrare,maxime cū oē signum sit principalr̃ sup re p̄sente,ex cōsequenti vero posit esse super p̄terita & futura, sicut ibi ostendimus.

B Deinde,cum ostendit,q; sunt duo modi signorum, declarat, qūo vocetur vterq;,& dicit, SANA QVIDEM &c.i.priora qdem,s.demonstrantia sanitatē,dicunt̃ sana prognostica. Sunt autem signa sana prognostica,quę apparent in ęgrotis,aliqñ simpliciter sana,si,quod ægrotat,est simplr̃ sanum:aut vt nunc sana,si, quod ægrotat,erat prius vt nunc sanū.Ea quoq;,quæ essent sana rememoratiua,silr̃ distinguent̃. Altera vero.s.demonstrantia mortē,sunt ſm genus ægra,ſm speciē vero sunt mortalia,eo q; ęgrū prędicat̃ de mortali,sicut genus de specie(omne.n.signum mortale dicitur ægrū, sed nō conuertit̃)non qa mors posit dici ægritudo,licet eueniat ex vltimo eius dominio,qñ.s.nō accidat à natura mori,sed quia ipsum idem signū,quod prognosticat̃ mortē futuram,declarat ægritudinem præsentē. At,qm̃ signa apparentia in ægrotantibus sunt triū modorū(vt post dicet)interpretandum hoc aliter, tanq̃ sub vna constructione accipientes dictum,s. Quæcunq; in iam ægrotantibus fiant signa,quorum quædam sunt sanitatē demonstrantia,quædā mortem,sciendum est priora,s.sanitatem demonstrātia esse sana:altera vero esse ſm genus ægra,ſm vero speciem mortalia. Et est hoc verius,siquidem in ægrotātibus contingit apparere aliqua signa,quę neutra vocari posint,sicut subsequenter ostendet.

Ant. Accipiuntur vero,vt vniuersaliter quidem dicere est,ex operationum virtute & vitio:secundum vero
C partem ex ijs,quæ sunt secundum partem,operationibus,quarum genera prædicta sunt. Primum quidem principiorum. Secundum vero eorum,quæ ab illis nata sunt. Et tertium,proprium habentium regimen,à principijs vero quędam supplementa recipientium. Nam quartum genus eorum,quę dicta sunt,ex se qui dem inutile ad cognitiones,secūdum accidens vero ex ijs erit aliquo modo prænotio, quemadmodum & ex superfluitatibus, semper ex ijs quidem ratione compasionis,ex superfluitatibus vero,quoniam digestionis & indigestionis in eis erunt signa.

Leo. Sumuntur autem, vt vniuersaliter dicamus, ex operationum virtute ac vitijs: secundum partem vero ex particularium operationibus, quarum genera antea diximus. Primum quidem eorum, quę principia existunt. Secundum vero illorum,quæ à principijs ortum habent. Et tertium eorum,quæ ex se ipsis gubernant̃,à principijs autem quasdā deriuationes habent. Quartum siquidem genus eorum,quę tunc diximus, ex se quidem ad aliquid prænoscendum inutile est, secundum accidens autem & ex ijs aliquando præcognitiones erunt,quemadmodum & ex excrementis,ex his quidem compatiendi ratione,ex excrementis autem semper,quoniam coctionis & inconcoctionis signa continent.

D

99. Cum declarauit genera signorum,quæ in ægrotantibus apparent,& denominationes suas,quas ex suis merent̃ significatis,ostendit,ex quibus est accipere talia signa,& primo, ex qbus vlr̃,& dicit, ACCIPIVNTVR &c.i.sed (sicut vlr̃ est dicere)talia signa,s.tam quæ declarant futuram sanitatem,q̃ quę declarant futurā mortē,accipiuntur ex virtute & vitio operationum:& volebat p virtutē bonitatem. Et attende,q; non dixit ea accipi ab alio,q̃ à virtute & vitio operationum,eo q; signa mortis, quæ maxime veridica sunt,nō possunt ab alio sumi: sicut.n.vita est operatio,ita eius priuatio mors existit. Quare maxime ab operationū virtute & vitio est signa veridica vitę & mortis assumere:à substātialiter aūt inhærentibus non multū est assumere signa prognostica eius,quod est futurū,sed signa demonstrātia eius,quod est p̄sens:nā substātialr̃ inhęrētia intelligunt̃ illa,quę sunt de substātia significati:sed nihil de ijs,quæ sunt in ęgrotāte,est de substātia corporis mortui,ſm q; tale:aut de substātia corporis sani,ſm q; tale. Oīs aūt coniectura,quę ab eis sumit̃ sup futura morte vel vita,verificat̃ intm̃, inquātum & illud,à quo sumit̃, opationes imutat magis vel minus. A casibus quoq; signa,q̃ super futura sanitate vel morte sumunt̃,silr̃ non sunt veridica,nisi q̃tum sup operationes retorquent̃. Deinde,cū dixit,à qbus vlr̃ est ea accipere,ostēdit,à qbus particulariter,& dicit, SECVNDVM PARTEM VERO &c.i. sed particulr̃ ē ea accipe à virtute & vitio particulariū opationū vniuscuiusq; mēbrorū,quorū gñá diximus prius eē quatuor,s.in principio capl̄i de signis corporis ægri simplr̃,primū qdē.s.principiorū:ſm vero ab eis natorū: tertiū hn̄tiū ꝓpriū regimē p virtutes,quas supra vocauit innatas,& sunt virtutes nutritiuę,& cū hoc recipiētiū quędā supplemēta à principijs,q̃ dicunt̃ virtutes eis influētes

ab illis,ſupra illas,quas ex ſe habebāt:& ſunt,quas vocat vitales,& ſenſibiles,& motiuas:et nos iam diximus,q̄d de hoc ſentiendū ſit. E Deinde dicit, NAM QVARTVM &c.i. ſed quartū genus eſt habētiū virtutes innatas tm̄,ſ. eas,quibus exiſtit regimen ipſorū:& ab hoc genere(ſicut dicit)non ſumitur prognoſticatio ſup ſanitate vel morte,qm̄ ẜm ſe inutile eſt ad talē præcognitionē:& cauſa huius eſt,quia ab operationibus horum non dependet vita totius;quare neq; ab ipſarum defectu pōt vnq̄ mors prædici veridice,neq; ab ipſarum virtute poteſt veridice ſanitas prænunciari,niſi fortaſsis tantūmodo,qn̄ ab ipſorum ægritudinibus corpus ægrotabit:& cauſa huius eſt,quia talia membra nihil,quod ſit conſiderabile,influunt ſuper toto,quare nec operationis eorū bonitas poteſt ſignificare ſanitatis erectionem futurā in alijs niſi per viam accidentis. Propter quod ſubiunxit, SECVNDVM ACCIDENS VERO &c.i.ſed erit aliqn̄ ex bonitate & malitia operationis talium membrorum præcognitio ſanitatis vel mortis ẜm accidens,inquantum.ſ.ad bonitatem & malitiam operationis aliorū generum mēbrorum accidit comitari aliqn̄ malitiam & bonitatem in ea,quæ illorū,queādmodum ēt ẜm accidens eſt præcognitio ex ſupfluitatibus,quę deſcendunt à corpore,inquantū ſuperfluitates atteſtantur operationibus digeſtiuæ virtutis in mēbris nobilibus,& per illas ſuper futura ſanitate vel morte. Deinde,cum dixit,ꝙ operatio quarti generis mēbrorum in hoc conuenit cum ſuperfluitatibus,ꝙ ẜm accidens eſt ex vtriſq; prænotio,ſubiunxit continuo,in quo differt,& dixit, SED EX HIS &c.i.ſed ex his.ſ.operationibus quarti generis mēbrorum eſt prænotio ſanitatis vel mortis non principaliter,ſed ratione cōpaſsionis:ẜm.n.ꝙ cōpatiuntur alijs plus vel minus,prænoſcitur ab hoc mors futura vel ſanitas. F Ex ſuperfluitatibus vero ſemper eſt poſsibilis illa prænotio,& dedit cauſam huius,& dixit, QVONIAM &c.i.quoniam ſigna digeſtionis & indigeſtionis ſemper erunt in ſuperfluitatibus:& volebat per ſigna indigeſtionis tàm ea,quæ ſunt abſolute talia,q̄ ea,quæ cum hoc ſunt ſigna perditionis,ſicut poſt apparebit.

ET VIDETVR EXTRANEVS eſſe modus aduerſandi,cum dicit,Ex ſuperfluitatibus vero ſemper.cum dictio eius,ſemper,nō opponatur cōpaſsioni,ſicut opponit̃ ad aliqn̄. Adhuc aūt,ſi ex ſuperfluitatibus ſemp eſt poſſibilis prænotio,tunc non debet dici ẜm accidens:quod.n.eſt accidentale,eſt aliqn̄,& non ſemper. Niſi eſſet,ꝙ, qn̄ dicit, Sed ex his quidem ratione cōpaſsionis.quia cōpaſsio ad reliqua non ſemper eſt,ſed aliqn̄ tm̄,intelligit, ꝙ prenotio eſt ab eis aliqn̄,& non ſemp,ſicut à ſupfluitatibus:neq; propter hoc erit minus ẜm accidēs prænotio à ſuperfluitatibus.Dupliciter.n.dicitur ẜm accidens,ſ.quod opponitur ad per ſe,& hoc modo ẜm accidens eſt aliqn̄ tm̄,vt medicus per ſe medicat,& ẜm accidens ſcribit,ſ.inquantum accidit medico ſcriptorem eſſe,hoc enim accidens non eſt ſemper.Secundo mō dicitur ẜm accidens,quod opponitur ad īmediate, & hoc modo ẜm accidēs nō eſt incōueniens eſſe ſemp:& hmōi eſt prænotio à ſuperfluitatibus,nam ab eis eſt prænotio ſanitatis & mortis non principaliter,ſed īmediate,ſicut per ipſas operationes,ſ.inquantū atteſtantur operationibus:& ita per medias operationes atteſtantur in ipſum ſemp,ſicut ſemper reſolutę ab eo,circa quod ſunt operationes. Et eſt hic ſciendū, ꝙ ſigna prognoſtica ſanitatis vel mortis fortiora oībus & magis veridica ſunt ea,quæ ſumuntur ab operationibus G mēbrorum,quæ vocantur principalia, ſ.cordis,hepatis,cerebri,& teſticulorum:& cauſa eſt neceſsitas influentiæ ipſorum ſuper toto ad durationem vitæ,& ſuarum operationum vtilitas,quæ redundat ſuper toto,licet teſtes ſint inferiores alijs tribus in hoc.Ex his autē fortiora & magis veridica ſunt,quæ ſumuntur ab operationibus cordis,ſ. reſpiratione,& pulſu:reſpiratio.n.illius eſt operatio nō prima, ſed ſecunda,ad quā ſibi iuuamentaliter deſeruiunt mēbra pectoris:& cauſa eſt,quia per eam principiatur alijs primum inſtrumentum virtutum,& eſt calor & ſpūs, ad cuius defectum omnes virtutes deficiunt,& illo ſolo ſtante ſub proprio temperamēto poſsibile eſt adhuc alias in vigorem erigi:nullius autem aliarum eſt talis ad eam proportio. Poſt ſigna autem,quæ ſumuntur ab operatione principalium,ſunt veridica ea,quæ ſumuntur ab operatione habētium virtutem innatam & influentem,ſicut ab operationibus ſtomachi,& inteſtinorum,ſplenis,& renum,& veſicę,& huiuſmodi:talium.n.operationes ſunt ēt toti vtiles,nō quidem principaliter,ſed ſecūdario.Poſt iſta vero ſunt,quæ ſumuntur ab operatione eorum,quæ deſeruiunt principalibus,& hæc ſunt debilia in veridicitate,niſi inquantum atteſtantur principalibus.

Itaq; non contingit non demonſtrare ea ſemper aut naturam ſuperare materiam, aut materiā naturā, Ant. aut neutrum neutrū. Sana igitur dicentur ſigna ſuperante natura, ægra vero ſuperata natura,neutra vero inæqualibus pugnis. Manifeſtæ igitur digeſtionis ſigna, ſanorum ſunt,queādmodum indigeſtionis ægra: neq; digeſtionem vero neq; indigeſtionē manifeſte indicantia,naturæ neutrorum ſunt.Neutra vero,quęcunq; H nunc quidem hoc,nunc vero cōtrarium declarāt, quemadmodum denigrati digiti. Tales vero ſunt & creticæ ſuperfluitates: dictum eſt autem de omnibus his,in ijs,quæ de criſibus,quemadmodum & de vniuſcuiuſq; operatione in libro de cauſis accidentium morborum dictum eſt: ex ijs igitur oportet ſecūdū partem omnem materiam colligere.Ego vero longitudini parcens,hic quidem iam finio de ſignis orationem:tranſibo vero ad eam,quæ de cauſis.

Quare fieri nō poteſt,quin omnino ſignificent aut naturam materiei, aut materiam naturę,aut neutrū Leo. neutro dominari.Salubria quidem ſigna dicentur natura ſuperante: inſalubria vero ſuperata: neutra autē, quæ pugnas habent æquales.Sed,quæ quidem manifeſtam indicant coctionem,ex ſalubribus ſunt,ſicuti, quæ cruditatem,ægra:quæ vero neq; coctionem neq; cruditatem oſtendunt, ex neutrorum ſunt natura. Sunt vero & neutra,quęcunq; nunc quidem hoc,nunc vero contrarium ſignificant,veluti digiti denigrati. Talia ſunt etiam critica.i.decretoria accidentia, de quibus omnibus in libris de criſi dictum eſt,ſicuti ēt de ijs,quę ad vnamquāq; attinent operationem,in ijs libris,in quibus de cauſis accidentium agitur: quare omnium horum ſingulorum materiam ex eiſdem libris colligere oportet.Ego vero prolixitati parcēs hic ſermoni de ſignis finem faciam:trāſgrediar autem ad illum,qui de cauſis.

A Cum declarauit,ꝙ ſigna futuræ ſanitatis vel mortis accipiuntur ſm ſe ab opationibus trium generũ mẽbrorũ, & ꝙ ab opationibus quarti gñis mẽbrorũ accipiunt̃ ſm accidens tm̃,ſicut à ſupfluitatibus:aſsignauitq; differentiã ſignificationis,accepte ab opatione quarti gñis mẽbrorum,ab ea,que accipit̃ à ſupfluitatibus,pſequit̃ oſtendens, quo à ſupfluitatibus p̃dicta genera ſumant̃,& dicit ſicut colligẽs ex p̃dictis, ITAQVE &c.i.igitur, qm̃ ex ſuperfluitatibus eſt ſemp poſ̃s talis p̃notio futuræ ſanitatis & mortis ,ppter ſemp eẽ in eis ſigna digeſtionis & indigeſtionis,nõ poterit cõtingere,ꝙ ſupfluitates non ſemp demonſtrẽt aliquod triũ,ſ.aut naturã ſuperare materiã,quæ eſt cauſa morbi,aut ecõuerſo materiã ſuperare naturã,aut neutrum ſupare neutrũ,eo ꝙ in oĩ pugna agentis & patientis eſt hoc neceſſariũ. Et eſt hoc verũ in egritudinibus,quæ habẽt cauſas humorales,eo ꝙ digeſtio & indigeſtio in his tm̃ exiſtit,& in ſupfluitatibus gratia illorũ. Tales aũt cauſas conſuetũ eſt medicis vocare materias,nõ q̃dẽ quia ſint cã materialis morbi,ſed efficiẽs tm̃(ſicut ſubſequẽter oſtẽdemus in ſumma de cauſis)ſed q̃a reſpectu cauſæ cõplexionalis ſunt res materiate,ſicut q̃d corpulentũ. Deinde,cũ dixit ſemp alterũ trium demonſtrari à ſupfluitate,oſtẽdit,qualiter tale ſignũ denoĩetur ab oſtẽſiõe cuiuslibet triũ,& dicit, SANA IGITVR &c.i.igitur ſigna oſtẽdẽtia naturã ſuperare,dicũtur ſana:oſtẽdentia vero naturã ſupari dicũtur ægra:oſtẽdẽtia vero pugnas equales ipſius & cauſe morbi,dicũtur neutra. Deinde oſtẽdit,quæ ſint illa,que demonſtrãt quodlibet horum,& dicit, MANIFESTAE QVIDEM &c.i.& ſunt q̃dẽ manifeſte digeſtionis ſigna,ea,quæ ſignificant naturam ſuperare:

B quare ſunt ſigna de numero ſanorũ,q̃a futurã ſanitatẽ oſtẽdẽtia:Que vero ſunt ſigna manifeſte indigeſtiõis,ſunt, quæ ſignificãt naturam ſuperari:quare ſunt ſigna de numero egrorum,quia futuram mortem portendentia:Que vero nec ſignificant manifeſtam digeſtionem vel indigeſtionem,deſignant pugnas æquales: quare ſunt de numero neutrorum in primo ſignificato,& quia neq; ſanitatem neq; mortem portendentia.

DVBITABIT AVTEM hic aliq̃s,quia ille modus neutralitatis ĩproprius videtur. Neq;.n.dicitur hoc ſignũ neutrũ,q̃a demonſtret,vel rememoret,vel pgnoſticetur aliquod corpus neutrũ ex ijs,quæ p̃dicta ſunt,ſed ſignificat corpus egrũ,in quo nõ dum apparet victoria alicuius duorũ,ſ. egritudinis, vel virtutis:ergo dicitur neutrũ ſignificatione victoriæ neutrius illorũ:ſed corpus,in quo tale q̃d apparet,neq; eſt neutrũ,neq; ſignificatur futurum neutrũ. Niſi eſſet,ꝙ põt fortaſsis q̃s dicere,quia neq; Galenus alicubi dixerit, ꝙ ſignũ dicatur neutrũ in primo, quia ſignificet corpus neutrũ in primo,aut q̃a ſignificet diſpoſitionẽ tertiã,que dicitur neutra p abnegationẽ ſanitatis & egritudinis,ſed à ſignificatiõe neutrius duarũ extremarũ diſpoſitionũ,qualitercũq; eas ſignificet,ſ.ſiue ſignificet neutrã earũ p̃ſentem,vel neutrã earũ præteritam,vel neutram earũ futurã:& ꝙ tale ſignũ eſt neutrum in primo ſignificato,q̃a neutrã extremarũ diſpoſitionũ pgnoſticatur,neq; ſanitatẽ,neq; mortẽ,quaſi mors p altero extremorũ ponatur,ſ.pro egritudine,eo ꝙ videtur illius vltimũ dominiũ. Sed in veritate ſignũ neutrũ nõ videtur ita ſupius acceptũ,ſed p relationẽ ad corpus,quod tale ſignificat aut p̃ſentis,aut p̃terite aut future,& nõ p ſignificationẽ victorie neutrius in corpore,ſ.egritudinis,vel virtutis. Niſi fortaſsis adhuc diceremus,ꝙ & hoc pgno-

C ſticetur quodãmodo corpus neutrũ.Nam tale ſignũ,quod neq; ſanitatẽ neq; mortẽ pgnoſticatur,eſt illud,quod (ſicut dicemus)ſignificat longitudinẽ egritudinis:longitudo aũt egritudinis eſt neutralis diſpoſitio reſpectu ſanitatis & mortis:quare ſigñat corpus futurũ ſub hac neutralitate:ſed hec neutralitas proculdubio alia eſt à dictis in principio,licet ſit ei pportionalis,ſicut mihi videtur. Sed dicamus,quæ ſint ſigna manifeſte digeſtionis in ſupfluitatibus,& q̃ ſint ſigna manifeſte ĩdigeſtiõis : queq; ſigna neq; indicãtia manifeſtã digeſtionẽ,neq; ĩdigeſtionẽ.

Dico ergo,ꝙ digeſtio,cuius ſigna hic intẽdimus,nõ eſt niſi victoria q̃dam nature ſup cãm morbi,& obtẽtio q̃dã eius à calore innato,& redactio ad equalitatẽ,à qua exiuit,diſponẽtẽ eã aut nutrimento,aut ad minus expulſioni: ppter quod ẽ ſignũ future ſanitatis.Dignoſcitur aũt digeſtio talis in ſupfluitatibus à corpore reſolutis,q̃ q̃dẽ ſunt ſupfluitates eius,q̃ quotidie gñatur,humoris,qualis eſt vrina,& egeſtio,& ſputũ,& quecũq; talia. Taliũ.n.ſupfluitatũ alia eſt natura,qñ digeſtio eius,cui ſunt admiſta,cõpletur ab ea:alia vero eſt natura,qñ non cõpletur ab ea.Et ſigñat q̃dẽ vrina ſup digeſtionẽ,q̃ venarũ:egeſtio vero ſup eã,quæ ſtomachi : ſputũ vero ſup eã,que pectoris,ſicut & mucus colatorij ſup eã,que cerebri. Primũ ergo dicemus,ꝙ(ſicut dicit Gal̃.primo de criſi)ſigna ex ſupfluitatibus accepta q̃dã ſigñant digeſtionẽ,quedã contrariũ digeſtiõis.Quæ ſignificãt cõtrariũ digeſtionis,ſunt duobus modis,nã q̃dã ſigñant digeſtionis priuationẽ abſolute:q̃dam vero cũ hoc,ꝙ ſigñant priuationẽ digeſtiõis,ſigñant pditionẽ:& prima q̃dẽ(ſicut dicit)ſunt ſigna ſanitatis,ſecũda vero mortis,tertia vero longitudinis morbi. Et exẽplũ horũ in vrina eſt ſm hũc modũ. Ea nãq;,que in colore declinat ad rufedinẽ tinctã,in ſubſtãtia vero ad medio-

D critatẽ,in qua eſt nubes alba,lenis,equalis,aut reſidẽs in fundo vaſis,aut pendens in medio,aut natãs in ſupremo, ſigñat digeſtionẽ:ea vero q̃ eſt alba,ſubtilis,ſigñat contrariũ digeſtionis tm̃:quæ vero eſt fuſca,nigra,& viridis,& fœtida,in qua reſidet aliq̃d ſil̃e granis tritici fracti,aut petalis,aut furfuribus,nõ ſigñat cõtrariũ digeſtionis tm̃,ſed cũ hoc pditionẽ.Proportionalr̃ aũt his currit exẽplũ in egeſtionibus,& ſputo,& muco.Sed ſigna manifeſte digeſtionis,q̃ dicit eſſe ſanorũ,apparẽtia q̃dẽ iam ſuperante natura,ſunt illa,ab apparitiõe quorũ Gal̃.in lib.de criſi docet cognoſcere terminũ principij,& initiũ augmenti: q̃ q̃dẽ ſunt inter ſigna digeſtiõis occulte,& ſigna digeſtionis cõplete.Signa vero digeſtionis occulte(ſicut dicit)ſunt pmutatio vrine à diſpõne ſil̃i aque ad rufedinẽ ſubtilẽ:aut pmutatio à diſpõne tenuitatis ad ebullitionẽ q̃dam,remanẽtẽ ſm diſpõnẽ ſuã,poſtq̃ mingitur,ita,ꝙ nulla fiat diſcretio apud ipſam.Signa vero digõnis cõplete ſunt,vt ſit vrina ĩ colore & ſubſtãtia,ſicut diximus prius,ĩ qua ſit ſubſidẽs fex alba,lenis,eq̃lis.Signa aũt,q̃ ſunt inter hec,ſunt,vt ſit vrina ĩ colore p̃dicto,hñs nubẽ albã,lenẽ,equalẽ in ſupremo,aut ĩ medio vrine.Signa vero manifeſte indigeſtionis,q̃ dicit eẽ egrorũ,apparẽtia q̃dẽ iam ſuperata natura nõ ſunt ea,q̃ ſunt ſigna indigeſtiõis tm̃,nã ex talibus nõ ſigñatur ſupata eẽ natura,ſed pigritãs,ſed ſunt ea,q̃ cũ hoc,ꝙ ſint ſigna indigeſtiõis,ſunt ẽt ſigna mortis.Signa vero,q̃ neq; manifeſtã digeſtionẽ ſigñant,neq; manifeſtã indigeſtionẽ,q̃ dicit eſſe neutrorũ, apparẽtia q̃dẽ in pugnis equalibus,ſunt duorũ modorũ: Quædã ſunt ſigna indigeſtiõis tm̃,nã talia neq; ſignificãt digeſtionẽ nature ſupantis,neq; indigeſtionẽ nature ſupate,licet ſignificent

indigeſtionẽ abſolute,quare ſunt in medio illorũ,ſed magis declinant ad partẽ ſuperatæ naturę,q̃ cauſæ:Quędam vero ſunt ſigna digõnis occultæ,& hæc magis declinãt ad partẽ ſuperatæ cauſæ. SED POTEST quis fortaſsis dicere,ꝙ ſigna,quæ dicit eſſe neutrorũ,apparentia in pugnis ęqualibus,nõ poſsint eſſe illa,quæ ſignificant cõtrarium digeſtionis abſolute,vt vrina alba,ſubtilis.Nam,cũ de natura talis vrinæ ſit,ꝙ appareat in morbi principio, in quo natura nõ dũ inſurgit in cãm morbi,nõ põt ſignificare ęqualitatẽ pugnæ,ęqualitas.n.pugnæ magis videť in augmento. Quare cogemur & hoc aliter exponere,vt dicamus,ꝙ velit per ſigna manifeſtæ digeſtionis ea,quæ dicebamus cõpletæ:p ſigna vero manifeſtæ indigeſtionis,tàm ea,quæ ſignificãt cõtrarium digeſtionis tm̃,quã ea, quæ ſignificant cũ hoc pditionẽ,hæ.n.vrinæ ſunt ægrorum,ex qbus nihil ppendiť de futura ſalute:per ſigna vero neq; manifeſtæ digeſtionis neq; indigeſtionis,ſigna,quæ participãt cũ vtriſq;,ſ.aut ſigna digeſtionis occultę,ſicut ea,quæ dicebanť prius:aut ſigna indigeſtionis occultæ,ſicut eſt nubes alba,ſed diuulſa,& hmõi. Sed iſto modo ſigna digeſtionis manifeſtæ,erunt eadẽ ſignis digeſtionis cõpletę,quod ipſe nõ vult,ſicut in primo de criſi.Sed,qualitercũq; ſit,hoc manifeſtũ eſt,ꝙ ſigna neq; manifeſtæ digeſtionis neq; indigeſtionis ſignificant quandã neutralitatem primi ſignificati,ſ.quia neq; ſignificant manifeſte futurã ſanitatẽ,neq; futurã mortẽ,ſed naturã quandã mediam inter hęc duo extrema,quę põt dici longitudo morbi. Deinde,cũ dixit,ꝙ ſigna,quæ neq; ſunt manifeſtæ digõnis neq; indigeſtionis,ſunt ſigna neutra,ad primũ ſignificatũ neutrius reducta,quia adhuc in ægrotãtibus eſt apparere alia ſigna neutra,quę ad tertiũ reducuntur,ſubiungit,& dicit, NEVTRA VERO .i.ſed & neutra etiam ſunt,quæcunq; ſignificant nũc hoc,ſ.ſanitatẽ:nunc vero cõtrarium,ſ.mortem:& exẽplificat de his,& dicit, Velut denigrati digiti. Nam(ſicut dicit Gal. in cõmento ꝓgnoſt.)denigratio digitorum in febrę acuta apparẽs ſignificat mortificationẽ caloris innati ꝓdeuntis à corde: aliqñ vero materiã melancholicã,quæ ad ipſos effundiť per viam criſis.Et ſignũ diſtinctiuũ huius ab illo eſt,ꝙ cũ hoc eſt tolerãtia ægritudinis facilis,& aliquod aliud ſignũ ſalutis de ſignis notis:cum illo vero grauitas in motu,& alia ſigna mortis. Deinde dixit, TALES VERO &c.i.& de numero talium ſignorũ neutrorum ſunt ẽt oẽs criticæ ſuperfluitates:& vocauit criticas ſupfluitates,materias,quę expelluntur p viam criſis. Eſt aũt criſis(ſicut ipſe in cõmento aphor.dicit)acuta reptatio corporis ægri ad ſanitatem vel mortẽ:& volebat p reptationem,aut ſubitã alterationẽ,quæ accidit ęgrotanti,ad ſanitatẽ vel mortem:aut perturbationẽ antecedentẽ ad illam alterationẽ, quæ eſt quaſi quædã cõmotio ad prolationem iudicij,noĩe criſis ſignificati,ad quã continuo cõſequitur iudicij executio,quæ eſt alteratio prædicta:Per acutam vero volebat velocem & vehementẽ alterationem:quæ.n.eſt paulatim facta & parua alteratio, nõ eſt digna vocari criſis.Fit aũt talis reptatio(ſicut dicit Gal.)natura à benignis mala diſcernẽte,& ad excretionem properante:propter quod continuo ſubſequitur malignorum excretio iuxta menſuram poſsibilitatis naturæ. Tales ergo ſuperfluitatum excretiones malæ & bonæ criſi cõmunes ſunt:fluxus enim ſanguinis narium,& ſudor,& vomitus,& fluxus ventris,& huiuſmodi,quæ tunc ſuperueniunt,aliquando ſignificant ſanitatem,aliquando mortem.Si enim poſt apparitionem digeſtionis eueniant,ſunt ſignum ſalutis:ſi vero antecedunt,ſunt ſignum mortis.

E

F

2. progno. tex.cõ.8.

p.2.aph.13.

SED ADHVC ETIAM dicet quis,ꝙ talia ſigna ĩproprie dicuntur neutra in tertio ſignificato,cũ neq; declarent corpus neutrũ in tertio ſignificato,ſ.qđ eſt in vno tpe ſanũ,in alio ægrũ:quod qdẽ videť illud ſignum, quod demonſtrat pñtem ægritudinẽ, ſed prognoſticať futurã ſanitatẽ. Niſi eſſet,ꝙ põt qs fortaſsis dicere,ꝙ neq; Gal. inueniť dixiſſe,ꝙ ſignũ ſit neutrũ in tertio ſignificato,qa ſignificet vel demõſtratiue,vel rememoratiue,vel ꝓgnoſtice vnũ & idẽ corpus in diuerſis tpibus ſub ſanitate & ægritudine,ſed ꝙ ſignificet nunc vnã extremarũ diſpoſitionũ,nunc alterã,nequaq̃ exiſtẽs tale ſignũ vnũ numero reperibile,qđ nunc ſanitatẽ nunc mortẽ ſignificet,ſed vnũ ſpecie tm̃. Sed in veritate,ſi tales acceptiones neutralitatis in ſigno receperimus,oportebit pari ratione,ꝙ ſignũ dicatur vt nunc ſanum,non quia ſignificet corpus vt nunc ſanum,ſed quia vt nunc ſignificet corpus ſanum:& ſimiliter ſignum vt nunc ægrum,nõ quia ſignificet vt nunc ægrum,ſed quia vt nunc ſignificet corpus ægrũ:& eodem modo ẽt dicatur ſignum ſimplr ſanum,& ſimpliciter ægrũ,non quia ſignificet corpora ſimplr talia,ſed quia ſimpliciter ſignificet corpora talia.Similiter quoq; oportebit de cauſa,ſ.ꝙ dicatur vt nunc ſana vel ægra, nõ quia cauſet corpus vt nunc ſanum vel ęgrum,ſiue quia ſanitatem vel ęgritudinẽ cauſet vt nunc:& ſimiliter ſimplr ſana vel ægra,non quia talia cauſet corpora,ſed quia ſanitatẽ & ęgritudinem cauſet ſimplr. Sed hoc eſt incõueniens, quia,cum ſignũ & cauſa dicantur ſana,quia hoc ſignificet ſanitatẽ,hæc vero cauſet,oportet de neceſsitate,ꝙ dicantur ſimplr vel vt nunc ſana,quia talem ſignificẽt vel cauſent ſanitatẽ: ſicut enim genus ad genus,ita ſpecies ad ſpeciem referẽda eſt. Propter quod videtur, ꝙ tales modi neutralitatis in ſigno ĩproprij ſint,& præter numeratos in diffinitione propoſita in principio huius doctrinę.Signum enim neutrũ in tertio ſignificato proculdubio non eſt aliud,q̃ illud,quod vnũ & idem exiſtens in numero ſignificat corpus ſub ſanitate & ægritudine in diuerſis temporibus,vt quia vnã ſignificet pręſentẽ,alteram vero prognoſticetur futurã,ſicut ſuperius diximus. Deinde,qa de talibus ſignis manifeſtæ digeſtionis,& manifeſtæ indigeſtionis:& ijs,quæ neq; manifeſtæ digeſtionis vel indigeſtionis ſunt:adhuc autem & de criticis ſuperfluitatibus:& de ſignis ẽt ſanitatis & mortis,ſumptis ab operatiõibus vniuſcuiuſq; generis mẽbrorum non eſt proſequi artificẽ diffinitiuæ doctrinæ ſuccincte cuncta perſtringentem, remittit ad libros ſuos, ĩ qbus particulariter de talibus executus eſt,& dicit, DICTVM EST AVTEM &c.i. ſed dictum eſt de oĩbus his ſignis,i.digeſtionis & indigeſtionis,& criticis ſuperfluitatibus,quæ aliqñ ſunt ſignum ſanitatis,aliquãdo mortis,in libro de criſi:ſicut ẽt dictum eſt de operatione vniuſcuiuſq; virtutis in libro de cauſis accidentium:& ſunt quatuor poſtremi tractatus de morbis & accidẽtibus,in quibus habens ipſe loqui de cauſis accidentibus in opatione virtutũ,de vniuſcuiuſq; virtutis operatione tractauit. Quare p illũ librũ eſt ſcire virtutẽ & vitiũ operationũ,à quibus ſumunť ſigna ſanitatis & mortis. Deinde dicit, EX HIS ERGO &c.i.ergo ex his libris oportet colligere oẽm doctrinã taliũ ſignorũ. Ego.n.parcens longitudini(vt dicit)gratia.ſ.huius doctrinę, non pſcrutabor de eis in hoc loco,ſed hic quidẽ iam finio orationẽ de ſignis,tranſiturus ad orationẽ de cauſis.

G

H

TVRISANI PLVS QVAM COMMENTVM IN TERTIVM MICROTECHNI.

Ant. QVoniam vero & harum ſunt quædam ſalubres,quædam ægrę,quædam neutræ,primum de ſanis ſermo erit.Quoniam vero & harum ipſarum hæ quidem ſeruantes,hæ vero efficientes, ſunt autem & tempore & dignitate priores ſeruantes facientibus,à ſeruantibus incipiendum eſt.Cum igitur ſit non vnum ſanum corpus, ſed plura(quemadmodum determinatum eſt prius)ſecundum vnumquodq; eorum erit conſeruatiua,quoniam omnis cauſa ad aliquid eſt.Rurſus igitur & hic principium ab optima compoſitione corporis faciendum eſt,conſiderantes,quæ ſint ad hanc ſalubres.

Leo. Quoniam vero & harum hæ quidem ſalubres,hæ autem inſalubres,hæ vero neutræ,primum de cauſis ſalubribus erit ſermo.Quia vero & harum non nullæ quidem conſeruatrices,non nullæ vero effectrices, B ſunt autem & tẽpore & dignitate priores conſeruatrices,incipiendum eſt à conſeruatricibus. Quum igitur non vnum tantum ſit ſanum corpus,ſed plura(vt ſupra diffiniuimus)in eorũ ſingulis propria erit cauſa conſeruatrix,ſiquidem omnis cauſa in eo,quod ad aliquid,exiſtit.Hic igitur denuo ſumendum initium ab optima corporis conſtitutione,ac,quę ei ſalubria ſint,conſiderandum.

Cō.1. Cum cõpleuit explanationem diffinitionis medicinæ ad partes,quæ ſunt corpora & ſigna, conſignificatas per differẽtias eius,ſanorũ,ægrorum,& neutrorũ,explanat eã ad eius partes,quæ ſunt cauſę,ſilr cõſignificatæ per eaſdẽ drĩas.Diſponit aũt in principio huius ſummæ ordinẽ dicẽdorũ deinceps,& dicit, QVONIAM VERO &c.i. finita de ſignis oratione tranſeamus ad eã,quæ de cauſis. Sed,qm̃ harũ cauſarum quædam ſunt ſanæ,quędã ægræ, quædam neutræ,ſicut & corpora(in ad aliquid.n.eſt cauſa,ſ.ad corpus,vt ipſe paulo poſt dicet:quoties aũt vnum ter cō. 3. relatiuorũ dicitur,toties & reliquũ)qm̃ igitur ſic eſt,primum fiet nobis ſermo de cauſis ſanis,i.principalr: non.n. loquitur in hac ſumma niſi de cauſis ſanis ſeruantibus & efficientibus ſanitatẽ:ſed de cauſis ægris & neutris,tàm efficientibus,q̃ conſeruãtibus ægritudinẽ & neutralitatẽ nullo modo ꝓſequitur,ſicut videtur ꝓmittere ex hac dictione, primũ,ſi ordinẽ diceret ad ſcdm,eo ꝙ, licet ſcia medicinæ ſit harũ,non tñ eſt principali intentione de eis. cō. hui⁹. Sicut.n.recte dicit Hali,ſcia medicinę per ſe eſt de cauſis ſanis,p accidens aũt de ægris & neutris,vt.ſ.abijciat illas & caueat. Cum igitur in hoc libro diffinitionẽ medicinæ exponat ad principales & gñales ſummas tm̃,quæ ſunt C velut capitula & cõcluſiones,nõ principalr,ſed accidẽtaliter faciet ſermonẽ de ęgris & neutris,cũ ſanas declarabit, eo ꝙ non ſunt de principali intentione medici,ſed accidẽtes ei. Attinget ergo eas tm̃ ſm genus,& non ſm ſpecies, adaptando,ſicut infra patebit. Deinde,ꝓſequẽs vlterius dicit, QVONIAM VERO &c.i.&,qm̃ harũ ipſarũ,i. ſanarũ cauſarũ,hę qdem ſunt ſeruãtes ſanitatẽ,hę vero ſunt efficiẽtes eã:& ſeruãtes ſanitatẽ ſunt priores efficientibus eã,tpe & dignitate,inchoandũ eſt à ſeruãtibus ſanitatẽ ſicut à prioribus duplici modo prioris. Sunt aũt cauſæ ſeruãtes ſanitatẽ priores efficientibus eam,tpe & dignitate,ſicut ſanitas eſt prior ægritudine,tpe & dignitate,cũ ſeruantes ſanitatẽ ſint pertinentes ad ſanitatem:efficientes aũt eam,ſint pertinentes ad ægritudinẽ. Sanitatem aũt eſſe priorem ægritudine,tpe,dubium non eſt,cũ ſanitas ſit diſpoſitio naturalis, quæ corpori connaſcitur:ægritudo aũt ſit diſpoſitio,quæ ſuperuenit ad naturã.De dignitate aũt eius ſuper ęgritudinem nihil ambigitur,cum hæc perficiens,illa officiens vitæ ſit,corporis qualitas. Deinde,cũ dixit incipiendũ eſſe à conſeruantibus ſanitatem, qa toties dicit̃ cauſa ſana conſeruans,quoties dicitur corpus ſanũ,oſtẽdit ad hoc,de cuius ſani corporis cauſis conſeruantibus primo agẽdum ſit,& dicit, CVM IGITVR &c.i.poſtq̃ inchoandũ eſt à conſeruantibus ſanitatẽ cauſis,cũ ſanũ corpus conſeruandum nõ ſit vnũ,ſed multiplex(ſicut in ſumma de corporibus dictũ eſt)vniuſcuiuſq; eorũ erit ꝓpria cauſa cõſeruãs,& dicit cauſam huius,dicẽs, QVONIAM &c.i.qm̃ oĩs cauſa eſt ad aliquid:cauſa.n. tàm efficiens,q̃ conſeruans,& quęcunq; alia,alicuius cauſa eſt. Si ergo cauſa ſana ſeruans eſt corporis ſani ſeruans, D tunc,quoties corpus ſanũ dicitur,toties & conſeruans eã dicetur:quare erit ſm vnũquodq; propria ſeruans cauſa. Deinde cõcluſit ab hoc,& dixit, RVRSVS IGITVR &c.i.poſtq̃ vniuſcuiuſq; corporis ſani eſt ꝓpria conſeruatiua cã,facere oportet ab hoc loco principiũ de cauſis cõſeruatiuis corporis optimę cõpoſitionis,ſicut ſilr huius fecit in ſumma de corporibus & ſignis,ab optima cõpoſitione ſemp incipiẽs ſicut ab ea,quę eſt melior & antiqor in natura,reſpectu cuius oĩs lapſus & oĩs inequalitas dicitur. Incipere ſiqdem à meliori eſt melius & laudabilius, & inueſtigare,quę ſint cauſę cõſeruãtes talẽ optimã ſanitatẽ,quæ.ſ.dicũtur eſſe ſimplr ſanæ:& hoc intendebat,cũ dixit, CONSIDERANTES,quę ad hãc ſalubres.&,licet tam cõſeruatiua q̃ effectiua dicãtur ſalubres,nõ volebat in hoc loco p ſalubres niſi cõſeruatiuas:quod alia trãſlatio declarat,cũ dicit,Quia oportet,vt inquirã cauſas,q̃ ſunt ſeruãtes ſanitatẽ illius corporis. Vbi aũt,& qũo determinet de cãis effectiuis optimę ſanitatis,poſt declarabimus.

2. ꝑ ni do. 1. NVNC AVTEM dicemus,ꝙ(ſicut dicit Princeps) cauſa in libris medicorum eſt id,quod primo eſt, ex quo prouenit inuentio alicuius diſpoſitionis in corpore humano,aut eius fixionis.Per hoc autem,quod dicit,Id,quod primo eſt.intelligit principalitatẽ cauſæ ſuper ſuum effectum,natura tamẽ,& ſi non tempore: per hoc vero,quod dicit, Ex quo prouenit inuentio &c. intelligit cauſam efficientem:per hoc autem,quod dicit, Aut eius fixionis. intelligit conſeruantem.Sed dicet aliquis,ꝙ conſeruans non eſt id,quod primo eſt.Nam primo videtur ſanitas cõſeruanda,q̃ conſeruans eã cauſa,eo ꝙ ſm illam & ad illam dicitur:id aũt,quod ad aliquid refertur,ſemp poſterius eſt eo,ad quod refertur,cum nõ conuertitur relatio. Niſi eſſet,ꝙ ſanitas licet,inquantũ ſanitas,ſit prior cauſa eam

conseruante,tñ sanitas,inquantum conseruatur,posterior est causa cõseruante posterioritate naturæ : aut,si,fm ꝙ talis,intelligatur cõuersim ad eã dici relatiue,erunt ad minus simul natura, fm ꝙ talia,quemadmodũ est,ꝓprium relatiuorum. Dubitabit aũt iterũ aliquis causam conseruantem sanitatis & ægritudinis nullũ esse genus causæ, eo ꝙ non videtur materialis:materia.n.est intra rem,& nõ conseruat eam in esse,sed potius facit hoc forma. Item sanitas,cum sit accidẽs,nõ habet causam materialem,ex qua:causa aũt materialis in qua,est mẽbrum,& nõ causa conseruans:nec est efficiens,cum veniat ad eandẽ diuisionem cum illa:nec videtur formalis,cum cõseruans eam, de qua intendit medicus,sit extrinseca,forma vero sit intra rem,cuius est forma,adhuc ẽt formę non est forma,q̃a sic iretur in infinitum:nec ẽt est finalis,non.n.est causa conseruans finis sanitatis vel ægritudinis,sed potius sanitas & ægritudo finis illius. Nisi esset,ꝙ conseruans causa reducitur ad efficientem,& aliquo modo sapit naturam formalis. Videtur enim,ꝙ causa efficiens,cũ effecit,põt effici conseruans,si influxus eius nõ abscindat̃ à patiente:lux enim efficit colores actu colores,& effectos postea conseruat:magnes ẽt attrahit ferrum,& vnit sibi ipsum,& vnitum conseruat:humor ẽt decurrens ad mẽbrum calefacit aut infrigidat ipsum,assimilando suæ naturæ,postq̃ aũt conuerterit ipsum,si non abscindat̃ ab ipso,conuersum cõseruat:& silr decurrẽs ad mẽbrum oppilat meatus eius, & post,oppilatos conseruat:& hoc est quod dicit Ioannitius,ꝙ occasiones ægræ faciũt infirmitates,& sunt res easdem infirmitates conseruantes. Est ergo verũ de causa efficiente ægritudinẽ,cum effecerit,si non abscinditur à patiente,quòd cedit in conseruantẽ:cuius causa nõ est alia,q̃ continuatio suę actionis,& oppugnatio contrarij agentis:& inde sapit ẽt naturam formæ,eo ꝙ rem custodit in forma. Non est aũt similiter verũ de causa efficiente sanitatem,nam hæc,cum effecerit sanitatẽ,non cedit in cõseruantem illius,imo,si continet actionem suam,conuertit eam in partẽ oppositam eius,ex qua reuocauerat:quod ideo est,quia causa efficiens sanitatem pertinet ad ægritudinem , & non ad sanitatẽ sicut conseruans,eo ꝙ ipsa tñ distat à sanitate ab vna partium,quantum ægritudo à sanitate distat ab altera,sicut post apparebit. Causa vero tàm efficiens ægritudinem,q̃ seruans,ad ægritudinem pertinet,nihilominus tamen & causa sanitatẽ conseruans,licet non possit respectu eiusdem corporis esse vna eadem numero cũ efficiẽte,reducit̃ tñ ad ipsam:ipsa.n.est de genere corrigẽtiũ causarũ,sicut ipse paulo post dicturus est.

Margin notes: E; isag.c.41.; F; tex.3.hui'.

SED DVBITABIT ALIQVIS de hoc,quod dicit Princeps,ꝙ causa in libris medicorum nõ nominat nisi efficientẽ & cõseruantẽ sanitatis,& ægritudinis,& neutralitatis,maxime cũ ipse idem dicat cap. de subiectis medicinæ,ꝙ oportet in medicina scire sanitatis & ægritudinis causas,cũ scientia rei acquirat̃ per scientiã causæ eius. Deinde dicit,ꝙ causæ sanitatis & ægritudinis quædã sunt naturales,quędã formales,quędã efficientes,quædã finales: ex quarum causarũ cognitione pendere dicit sciẽtiã sanitatis & ægritudinis. Sic ergo videtur,ꝙ causa in libris medicorũ nominet genus causæ aliud à prædictis. Et nos dicemus ad hoc,ꝙ sanitas & ægritudo nõ habent causam materialẽ proprie dictam,s.causam materialẽ,ex qua,cum ipsa sint accidentia,quorum natura nõ est fieri ex materia:est.n.materia id,ex quo aliquid fit,cum insit:quare materia est pars facti ex materia : propter quod materia proprie dicta nõ assignat̃ nisi substantiæ cõpositæ:sed(sicut dicit Prin.) habent causam materialẽ,in qua ipsę mensurantur,hoc aũt est earũ subiectum:& est subiectũ q̃dem earum ꝓpinquum,mẽbrum : longinquũ,humor:longinquius vero,elementũ. Propter quod errãt quidã,dicẽtes ægritudinẽ aliquã fieri ex materia,sicut febris putrida ex humore:est.n.humor causa illius efficiẽs,& similiũ,& nõ causa materialis:vnde nõ fit ex eo,sed ab eo,nisi sicut aliquid dicit̃ fieri ex aliquo sicut ex habente principiũ motus. Sed,si alicubi apud libros medicorũ inueniatur ægritudinẽ fieri ex materia,ĩpropria locutio est. Dicunt̃ tñ aliquę ęgritudines habere materiã,quæ efficientẽ causam habẽt humoralẽ,respectu nullã habentiũ causam in corpore,aut habentiũ cãm cõplexionalẽ vel cõpositionalem,quę dicunt̃ materię,nõ tñ ꝙ humor sit materia,ex qua existẽte fiat febris,sed q̃a est ĩ se res materiata subiecta dimensionibus. Preter hoc aũt nec est verũ,ꝙ sanitas & ęgritudo mensurent̃ in humore vt in subiecto,ita.s.ꝙ, dum humor est humor,sit in eo sanitas aut ęgritudo fm esse,ꝓprium suum,sicut in membro. Nam,cuius nulla est actio,quę possit pfici aut lędi,eius est nulla sanitas vel ęgritudo:sed humor nullã aĩæ participat actionem:propter quod nõ mẽsurat̃ in eo,nisi sicut in subiecto remoto,inq̃tum ipse.s.est materia mẽbrorũ,in mẽbra videlicet conuertẽdus p viã nutrimẽti:vel fm ꝙ ex eo facta sunt mẽbra,vt ex elemẽto secũdo:aut dicit̃ ĩ eo sanitas & ęgritudo, sicut in causa efficiẽte,nõ sicut in susceptiuo. Similiter & causę formales sanitatis & ęgritudinis ĩproprie dicunt̃ cõplexiões & cõpositiões,& ẽt virtutes,quas Prin. causas formales earũ vocat,qm̃ formę nõ est forma,sicut supra dictũ est:sed põt intelligi,vt dicatur,ꝙ cõplones & cõpositiones sint formę materialiter se habẽtes ad eas:nõ.n.est cõplo & cõpositio,sanitas & ęgritudo,sed tẽperamẽtum in eis:quare sanitas & ęgritudo vidẽtur formę additæ illis formis. Vidẽtur ẽt sanitas & ęgritudo eẽ materialiter se habẽtes ad virtutes: virtutes.n.aĩę sunt post illas bene vel male opantes ĩ corpore,fm ꝙ bene vel male disponũtur illę. Sunt ergo sanitas & ęgritudo medię inter vtrasq; formas,ad has q̃dẽ materialiter se habẽtes,ad illas vero formalr. Opationes aũt ꝓculdubio vidẽtur causę finales sanitatis & ęgritudinis,sicut & ipse dicit. Sed de his tribus gñibus cãrũ nõ attinet medico scire,nisi q̃tũ sibi à naturali offert̃:vnde,q̃cq̃d de eis attingit,sicut suę artis principia supponit,nihil,inq̃tũ medicus,de ipsis demonstrans. De causis aũt efficiẽtibus & cõseruãtibus ex ipsa sua arte ĩuestigat & quęrit:ꝓpter qđ cã ĩ libris medicorũ ꝓ efficiẽte & cõseruãte ĩtelligit̃ tñ,sicut dicebã:qđ Gal. ẽt sigñat ĩ principio huius libri,nõ diuidẽs eã nisi ĩ efficiẽtẽ & cõseruãtẽ:

Margin notes: 1.primi do. 1.cap.2.; G; H

Inuentionem vero earum rei ipsius natura denũciat. Si.n.impassibile esset & ĩmutabile corpus,semper maneret optima cõpositio,& nihil indigeret arte cõstituente ipsum. Quoniam vero mutatur,& corrũpit̃, & cõuertitur,nõ seruans,quã habebat ex principio,cõsistentiã,procuratione secundũ hoc indiget. Ant.

Eorum autem inuentionẽ ipsius rei natura insinuat. Si.n.impatibile atq; inalterabile esset corpus,semp optima constitutio perduraret,neq; artis præsidio indigeret. Quoniam vero alteratur,corrũpitur,& vertitur,neq; eundem seruat prioris status tenorem,ea ratione auxilium desiderat. Leo.

Cum

Cō.2. Cum dedit, ꝙ in hac summa causarum inchoãdum est à causis conseruatiuis corporis optimæ cõpositionis,ne
A crederet aliquis ipsum eis nõ indigere propter vocatum esse semper sanum,primum ostendit necessitatem inuentionis earũ,& dicit, INVENTIONEM VERO &c.i.sed opportunitatẽ & causam inuentionis causarũ cõseruatiuarũ corporis optimę cõpositionis manifestat nobis ipsius corporis optimæ cõpositiõis natura:& hoc intẽdebat cũ dixit,Ipsius rei natura denũciat.natura aũt,quę huius inuẽtiõis necessitatẽ ostẽdit,est possibilitas corruptiõis & alterationis ipsius corporis:ꝓpter quod subsequẽter adiecit, SI ENIM &c.i.si corpus optimæ cõpositionis esset ĩpassibile & ĩmutabile,& semper inesset ei optima cõpositio à gñatione cõnata,nõ indigeret arte ordinãte sibi cõseruatiuas causas,qualis est ars cõseruatiua sanitatis. Deinde destruxit antecedẽs,& cõclusit oppositũ cõsequẽtis, & dixit, QVONIAM VERO &c.i.sed,qm̃ mutat̃,& corrũpit̃,& cõuertitur,& nõ seruat sanitatẽ,quã à natiuitate cõtraxit,q̃tum ad hoc,indiget arte cõseruante:& volebat p ꝓcurationẽ,cõseruationẽ.Sed,à qbus accidat ipsum mutari & corrũpi,paulo post dicet.Ergo ipsum non dicebat̃ semp sanũ,qa semp actu sit tale,quale natũ est,sed qa
cõ. 15. aptitudinẽ naturalẽ habet ad semp tale manendũ,ꝓpter id,qđ supra expositũ est tractatu de corporibus. Est aũt hic attentiõe dignũ,ꝙ vtit̃ syllogismo hypothetico cõtra cõem legem suã,à destructione.s.antecedẽtis cõcludens oppositũ cõsequẽtis,ꝓpter paritatẽ eorũ,quę cõditionali copula coniũgunt̃.Si.n.corpus est mutabile,indiget arte
B cõseruãte,& ecõtrario,si corpus indiget arte cõseruãte,ipsum est mutabile:& negatiue, si corpus est ĩmutabile,nõ
in The. & indiget arte cõseruãte,& econtra,si corpus nõ indiget arte cõseruante,ipsum est ĩmutabile. Sicut.n.in logica scitũ
A... 1. de est,ꝓpositionibus hypotheticis cõiunctis,in qbus cõsequẽs necessarium est esse cũ antecedẽte, fit argumentũ aut à
a... c.13. destructione cõsequẽtis,aut à positiõe antecedẽtis,nisi antecedẽs & cõsequẽs pariter se antecedãt & cõsequãtur,in qbus possumus à cõstructiõe & destructione vtriusq; cõponere syllogismũ,vt in exẽplo p̃dicto est manifestum.Si vero cõsequẽs fuerit pošse esse cũ antecedente,tũc in talibus hypotheticis formabit̃ argumentũ à positione pariter & destructiõe antecedẽtis,& nunq̃ à destructione cõsequẽtis,vt in hoc exẽplo:Si natabit Dion,cõtinget ipsum bñ natare:si aũt nõ natabit Dion,nõ cõtinget ipsum neq; bene natare:sed nõ sequit̃,Si nõ cõtingit ipsum bene natare,neq; ẽt ipsum natare cõtingit. Aut in hoc exẽplo:Si hoc visibile est aĩal,pošse est,ꝙ sit homo : sed nõ est hoc visibile aĩal:ergo nõ est pošse,ꝙ sit homo:à destructiõe aũt cõsequẽtis nõ valet argumentũ,vt nõ est pošse,ꝙ sit homo: ergo nõ est hoc visibile aĩal:põt.n.esse aĩal,& si nõ sit pošse,ꝙ sit homo. Vbi aũt hæc trãslatio habet,Inuentionem vero earũ rei ipsius natura denũciat.trãslatio,quę ex arabico,habet,Sed inuentio illarũ causarũ est ex ipsa re q̃sita.
cõ. huius. Hali aũt hoc exponens dicit,ꝙ ex ipsa re quęsita innuit̃ qualitas causarũ:& ꝙ res quęsita in meliore formarum est conseruatio sanitatis:& ꝙ inuentio causarũ cõseruantiũ est ex ipsa re quæsita,i.ꝙ,sicut ipsum in qualitate tẽperatum est,ita & causę cõseruãtes ipsum oportet esse in qualitate tẽperatas. Sed falsitas huius expositiõis manife-
C ste patet p id,qđ Gał.subsequẽter subiũxit,Si.n.esset ĩpassibile &c.Non.n.vult Gał.in hoc loco innuere qualitatẽ causarũ cõseruantiũ corpus optimę cõpositionis,cũ ipse eã ostẽsurus sit infra,sed vult innuere necessitatẽ inuẽtionis earũ ex natura ipsius rei quęsitæ:hæc aũt res q̃sita ẽ corpus optimæ cõpositiõis,cuius natura(vt hic est innuẽs) est passibilis corruptionis & alteratiõis ipsius:ꝓpter quod cõtinuo dixit, Si.n.esset ĩpassibile & ĩmutabile corpus, nõ indigeret &c. Latuit aũt eũ expositio huius verbi,quia fecit ipsum finẽ paragraphi,principiũ alterius faciens, vbi dicit,Si.n.esset ĩpassibile &c.multo aũt fortius necessitas inuentionis causarũ cõseruãtiũ reliqua corpora sana innuit̃ hac eadẽ natura,quãto & ipsa minus stabilia sunt in sua sanitate,& facilius subijcibilia ęgris causis.

SED EXPEDIAMVS & nos hic breuiter causam,vnde corpus humanum est corruptibile & mutabile.Dico ergo,ꝙ(sicut volũt philosophi)eius corruptibilitas est,ꝓpter cõpositũ esse ex cõtrarijs,semp se adinuicẽ impugnã-
lib. cap.2. tibus.Ideoq; recte Gał.ait in principio de mor.& acci.inuestigans numerũ morborũ,ꝙ ꝓpterea,quia corpus cõpositum est ex cõtrarijs elementis,habentibus potestatem cõmisceri,& mutari,& ad se ipsa cõuerti,& passionibus subijci,erit corpus corruptibile & mutabile,passibile non solũ ex natura cõpositionis(sicut volebat Democritus, ex atomis indiuisibilibus & ĩpassibilibus cõponi faciens corpus)sed ẽt ex ipsa natura cõponẽtiũ.Dicit.n.ꝙ,si corpus esset vnũ simplex,nõ susciperet magis nec minus,nec melius nec peius,sed,si ex diuersis partibus cõpositũ fuerit & ad se inuicem passibilibus, multa diuersa sibi erunt alijs alia meliora. Et hoc consonat dicto Hip.in libro de
ca. i prin. humana natura,ꝙ,si homo esset res vna,nõ doleret,nec pateretur,nec corrũperet̃,quia(sicut dicit)nõ inueniretur aliqd,quod faceret eum dolere,& pati,& conuerti,eo scilicet,quia,si esset res vna,tũc & multo magis oĩa corpora essent vnũ,quia non inueniretur alterans ipsum: à se ipso autẽ nihil alteratur. Accidit ergo ex his,quæ diximus,ꝙ
D calidũ,& frigidum,humidũ,& siccum,ex quibus corpus componitur,aliqñ ęquentur in eo ęquatione,qua decet: aliqñ ita,ꝙ vnum vincat super alterum. Aequatio aũt causat & sanitatẽ & vitam: Victoria autẽ vnius super alterũ
lib. cap.3. aut est parua,& prouenit inde ægritudo:aut est vehemẽs valde,& prouenit inde mors(sicut dicit Gal.in lib.de cõplexionibus)cuius victoriæ causa tàm intranea,q̃ extranea,reperitur. Sed obijciet aliquis,ꝙ,si propterea,ꝙ corpus corrũpitur & cõuertitur,indiguit inuentione causarũ conseruantiũ,tunc debẽt causæ conseruantes obsistere corruptioni eius & conuersioni ipsius,ita scilicet,ꝙ perpetuet̃ & nõ senescat:sed,qm̃ hoc non faciunt,frustratoria
fen primi cap videtur earum inuentio. Propter quod aliud principiũ facientes dicemus,ꝙ(sicut ait Princeps) qm̃ principium generationis nostrorum corporum est sperma viri & mulieris, quorum vtrunq; est substantia humida & fluida, oportuit,ꝙ coagulatio horũ duorũ in principio esset coagulatio humida:&,licet terreitas,quæ in eis est,cum sua duritie,& igneitas cum sua virtute maturandi,se aliqualiter iuuerint ad coagulatum durũ faciendum,tñ ad terminum coagulationis durorum corporũ non peruenit, qualia sunt lapides,& vitrum,& metalla,& huiusmodi,ex quibus nihil aut parum resoluitur : propter quod ex nocumẽtis,quæ propter longissimam & assiduam accidunt resolutionem,non securantur.Inde ergo duabus nocumentorum speciebus exposita sunt,quarum prima est humiditatis innatæ resolutio,q̃ ordinate aduenit:& secũda est humoris restaurãtis putrefactio,& corruptio,& ipsius alteratio,vnde fomẽto vitę cõueniens non est.Et hæc duo sunt p̃ter alia multa,quę à causis extraneis & casualibus

eueniunt,qualia sunt frigiditas congelatiua,& venena,& continuitatis solutiones perniciosæ,& hmõi:& vnumquodq; istorũ duorũ nocumentorũ causam habet intrinsecã & extrinsecã,quas in principio fen tertię numerauit. E

Hæ igitur duæ species nocumentorũ deducũt corpus humanũ ad duplicem speciem mortis,s.naturalẽ,& accidentalem seu ægritudinalẽ: interimuntur.n.aĩalia aut ægritudine,aut natura,sicut dicit Arist.in lib.de longit.& bre.vitę. Humiditatis ergo innatę resolutio,quę ordinate aduenit,est causa mortis naturalis,quia,cũ vita sit actus viuentis cũ igne quodã,i.calore,quasi instrumẽto,sicut dicit Philosophus,caloris aũt ꝓpriũ subiectũ sit innata humiditas (sicut Gal.& Prin.dicunt) ex quo iam calido & humido viuere confessum est,accidet de necessitate ad naturalem humiditatis innatæ cõsumptionẽ naturalis mors. Humiditatis aũt innatæ naturalis est cõsumptio,eo ꝙ, qui in ea calor,naturaliter eã depascit:propter quod calor innatus fit causa se ipsum extinguẽdi accidẽtaliter,propterea,ꝙ est causa sui ipsius materiã consumẽdi,sicut lampadis flãma,quæ extinguit,qa consumit suã materiam: Cum ergo siccitas vltimat,calor innatus extinguit,& mors subsequit naturalis,quæ est præter ægritudinem. 3.pri.cap.1. circa medium libri.

SED DICET ALIQVIS, ꝙ siccitas nõ debet esse causa exiccationis,& cõsequẽter extinctionis caloris naturalis,cũ caliditas in igne,oĩ sit priuata humido. Nisi esset,ꝙ hoc est verũ in igne,quod est corpus simplex iam genitum & quiescens in ꝓpria sphæra,nõ aũt est verũ in corpore cõmisto & cõposito,nec ẽt in ipso igne,q est in continua gñatione & corruptione, qualis est ignis,quẽ hic inferius apud nos videmus in lignis,& candela,alijsq; cõbustibilibus:Hæc.n.res cõmista est,carbo.n.est res terrestris ignita,& flãma vapor ignitus:in his nãq;,dum durat humidũ ignibile,durat ignis gñatio cõtinua,& corruptio ab exustione humidi,qm̃ siccũ terreste,quale dominat in cõbustis,nõ est sustentamentũ ignei caloris,sicut humidũ aereũ,quod igni vicinum est in natura. Habet igitur vnũquodq; corpus terminũ sibi ꝑfixum in natura,quem nõ excedit,vsq; ad quẽ quãtitate suæ humiditatis resistit huic siccitati,quæ sibi necessario debetur à calore innato:& est terminus naturalis,qui in diuersis diuersus existit. Nec ẽt innata humiditas sola sufficit ad resistendũ suæ resolutioni tanto tpe,quanto vitã videmus,imo tam longa pduratio non existit nisi p nutriens,quod restaurat illud,quod ex ea resoluitur:quod qdem quia nõ potest oĩo similari deperdito, fit semp ꝓcessus ad dissimilius suæ primæ radici,vt ex hoc accidat deuenire ad nõ posse aliquid transmutare ad sui restaurationẽ,primum senectute,deinde morte comitante,quæ dicit naturalis. Inde ẽt accidit reliqua species nocumẽti,quæ est ex parte hmõi restaurantis,& illa est duplex,s.aut caloris naturalis suffocatio ex humoris cruditate,quæ sequit malitiã digerendi,plurimas causas habentẽ,ex qua fit inconueniens fomento vitæ, sicut aquea humiditas flãmę:aut ipsius calidi innati exustio ex talis humoris putrefactione & pluribus siĩbus causis inducta,ex qua sequit calor extraneus exurens:quarũ vtrãq; speciem sequit mors accidẽtalis siue ęgritudinalis. F

His ꝑmissis dicemus,ꝙ causæ conseruantes nõ sunt ad resistendũ neq; senectuti neq; morti,quæ per naturã adueniunt,licet sint ad resistendũ causis accelerare faciẽtibus illa,sed ꝓprie sunt ad resistendũ morti,& corruptioni, & alterationi accidentali,quæ est ab ægris causis:& à parte huius nõ est earum inuentio frustratoria,sed includens intentum. Propter quod egregie dicit Prin. ꝙ ars sanitatem custodiendi non est ars,quæ à morte securos faciat,s. naturali:neq; corpus ab extrinsecis nocumẽtis muniat,eo ꝙ casualia sunt,de qbus non est ars: neq; corpus ad vltimam vitę longitudinẽ perducat,quę est ẽm hoĩem absolute,sed(sicut dicit)de duabus rebus securitatem prębet,s. putrefactionis penitus prohibitione,& in hoc securat à morte accidentali:& defensione humiditatis,ne cito resoluatur,& in hoc securat à causis siccitatem & mortem naturalem accelerare facientibus, propter quod deducit ad longitudinem vitæ,quæ est ẽm hominem hunc,non ẽm hominem absolute. loco alleg. G

Secundum igitur quot modos alteratur corpus,totidem genera procurationum habebit,hoc est seruãtium causarũ,quæ manifestum est iam ex ipsis,quę dicta sunt, ẽ corrigentium genere existere. In eo vero, ꝙ velociter faciunt correctionem,priusq̃ occurrat omnis læsio,non præseruantia à futuro malo appellata sunt à medicis,sed seruantia pręsentem consistentiam. Ant.

Secundum quot igitur alteratur modos,tot auxiliorum,hoc est causarum cõseruatricum genera habebit,quas ex his,quæ dicta sunt,liquet esse ex correctiuarum genere. Sed,quia paulatim correctiones faciũt, anteq̃ oĩs ingruat noxa,nõ præseruantes à futuro malo,sed ꝓsentis status cõseruatrices medici appellãt. Leo.

Cum dedit necessitatẽ inuentiõis causarũ ex corruptione & cõuertibilitate corporis cõseruandi ab inde,nunc docet extrahi numerũ ipsarũ ẽm genus, & dicit ex supioribus colligẽdo, SECVNDVM IGITVR QVOT &c. i.igitur ẽm quot genera modorum alteratur corpus,ẽm totidem cõseruatur:cuilibet.n.modo alterationis opponitur suus modus conseruationis ex eisdem ipsis rebus:sicut.n.cõtrarium vel distẽperatum alterat, sic & siĩe vel tẽperatũ cõseruat ex eisdem generibus rerũ. Et vult p modos alterationis, eos, quibus corpus mouetur à dispositiõe naturali ad extra naturã:palam.n.est,ꝙ nõ intelligit species alterationis naturalis,quibus homo deuenit ad seniũ, & ad mortẽ naturalem,qm̃ ad illam nulla species conseruationis opponitur,sicut supra dictũ est. Deinde continuans sermonem,ostẽdit causas conseruantes,q̃uis sint de genere corrigentiũ,siue ꝑseruantium,non tñ dici præseruantes à medico,& dicit, QVAE MANIFESTVM &c.i.quæ causæ conseruantes(sicut manifestũ est ex supradictis)sunt de genere causarũ corrigentium,siue præseruantiũ. Dixit.n.supra,ꝙ,quia corpus cõuertitur,& corrũpitur,& nõ seruat,quam habuit ex principio consistentiã,indiget causis conseruãtibus,quia causę conseruantes ꝑseruant corpus à conuersione & corruptione,in quã labendo deueniret,si artis conseruatiuæ regimine destitueretur:qua consideratione censeri possunt de genere corrigentium, seu præseruantium causarum. Deinde dixit, IN EO VERO &c.i.sed in eo,ꝙ velocius & citius corrigunt & præseruant,q̃ corpori superueniat læsio in operatione,nõ dicuntur à medicis præseruantes,sed seruantes præsentẽ consistentiã:non.n.preseruant ab ægritudine, cuius esse sit in causa sua, quæ iam corpus afficiat,sicut faciunt causæ, quæ proprie dicuntur ab eo præseruantes, Cõ. 3. H

cõpetentes

A competentes.s.corporibus neutris, in quibus aliquam læsionem, licet insensibilem, est videri, sed præseruant ab ægritudine, cuius non dum aliquid inchoauit neq; simpliciter, neq; ꝑm quid: hoc autem faciunt conseruando præsentem sanitatem: propter quod proprie conseruantes dicuntur, large autem præseruantes.

.aph.cõ.1. DVBITABIT AVTEM aliquis ex hoc, ꝙ videt̃ præsens consistentia conseruari nõ posse. Dicit nãq; Gal. in cõmento aphorismorũ, ꝙ tp̃s acutum est seu strictũ, in quo.s. nostrum opus expandit̃, propter fluxibilitatẽ materiæ, circa quam versat̃ opus huius artis. Breue.n.tempus est, in quo corporis dispositio, ad quam est opus, ĩmutata persistat: inde ẽt nostri operis experiẽtia minus certa resultat corpore non manente. Vnde etiam Damascenus ait, ꝙ non est eadẽ sanitas, quæ in mane, ei, quæ in sero. Quare videt̃, ꝙ præsens cõsistẽtia seruari nõ possit corpore in .primi c.1. continuo fluxu existẽte. Nisi ẽt (sicut Gal. & Prin. dicunt) neq; æqualitas neq; sanitas vnum habet terminũ, ẽt ꝑm ›pe finẽ. vnum corpus, sed est multæ latitudinis inter duas extremitates, inter quas licet vaget̃ ex fluxibilitate materiæ, quæ dicta est, tñ, si conseruans causa conseruet eã infra illas, præsentẽ consistentiam conseruabit ꝑm totam latitudinẽ, & si nõ ꝑm partes latitudinis. Adhuc ẽt præsens consistẽtia, cũ sit indifferens, quantũ ad sensum, ab ijs, quę sunt eiusdẽ latitudinis, ẽt ꝑm sensum conseruata est, licet nõ quantũ ad veritatẽ, quod medico qdẽ sufficiẽs est & rectũ.

Ant. Alteratur igitur corpus à quibusdam ex necessitate, à quibusdam vero non ex necessitate. Dico autem B ex necessitate quidem, quibus impossibile est ipsum non approximare: non ex necessitate vero reliqua. Nam semper in continẽti morari, & comedere & bibere, & vigilare & dormire necessarium: gladijs vero & bestijs occurrere non necessarium. Vnde in priori quidem genere causarum circa corpus ars conficitur, circa secundum vero nequaquam.

Leo. Alteratur igit̃ corpus à non nullis quidẽ necessario, à quibusdã vero nõ necessario. Dico aũt necessario, quę nulla est euitãdi ratio: nõ necessario aũt reliqua. Nã aerẽ quidẽ nos ambiẽtem semꝑ attingere, comedereq; ac bibere, & vigilare & dormire est necessariũ: ensibus aũt & exitialibus feris obuiare nõ necessarium. Quare circa primum causarũ genus versatur ars corporis conseruatrix, circa secundũ aũt minime.

Cõ.4. Cum dixit numerũ causarum conseruantiũ ꝑm genus adęquari numero alterantiũ extrinsecorũ, diuidit hic & subdiuidit alterantia corpus humanũ, vt numerum conseruantiũ extrahere possit, & dicit, ALTERATVR IGITVR & c.i. sed corpus alteratur à quibusdam de necessitate, à quibusdã non ex necessitate. Deinde exponit dictionẽ suã ex necessitate, & nõ ex necessitate, & dicit, DICO AVTEM & c.i. & intelligo alterantia corpus ex necessitate, ea, q̃bus ĩpoſ̃e est corpus nõ approximare. Et supponit hic, ꝙ extrinseca, q̃n occurrũt corpori, aut corpus eis, alterant ipsum: de quorũ numero est, q̃cq̃d non est intra corporis substantiã & naturã, q̃d naturale vocamus, per quẽ modũ actiones & passiones aĩæ extrinseca appellant̃: nec inest corpori præter naturã, vt ægritudo, causa, & accidẽs, quod cõtra naturã dicimus: tale tñ existẽs, q̃d ineuitabil̃r occurrit corpori: quod, quia differt ab vtroq;, C melius est noĩe ꝓprio dici nõ naturale, de natura.n. taliũ occurrẽtiũ est, q̃n occurrũt corpori, mutare ipsum mutatiõe quadã. Sed, si ĩpoſ̃e est talibus nõ occurrere, ĩpoſ̃e est ab eis nõ alterari: ĩpoſ̃e aũt nõ esse, & necesse esse, ęquiualentia sunt, & vnũ per alterum exponibile est. Deinde dicit, NON EX NECESSITATE & c.i. sed alterantia nõ ex necessitate sunt reliqua, à q̃bus poſ̃e est corpus nõ alterari, eo ꝙ poſ̃e est ipsum eis non occurrere. Deinde, cũ exposuit, q̃d intelligat ꝑ alterãtia ex necessitate, & nõ ex necessitate, exẽplificat de vtrisq;, & dicit, NAM SEMPER est necessarium morari in aere hoĩem, & ipsum comedere & bibere, & exerceri & pausare, & vigilare & dormire, inaniri & repleri, gaudere & tristari, irasci & timere: sine occursu.n. ad ista nõ est eius vita: quare ineuitabil̃r occurrit: occurrẽs aũt alterat̃ ab eis propter vim alterãdi, quę in eis existit. Sed occurere bestijs, gladijs, & venenis, & ſiſibus, q̃bus à casu aut volũtate occurrit, nõ est necessariũ: casualia.n. (sicut dicit Philosophus) non habent cãm determinatã: propter quod euitabilia sunt in vita, volũtaria.n. nõ sunt coactiua, quia ꝑm propositum mutabilia.

Deinde, cum dixit, ꝙ duo sunt genera alterantiũ, & exẽplificauit de vtroq;, amouet vnũ eorũ ab arte, sicut ĩpoſ̃i existente penes illud artẽ conseruatiuã inueniri, & dicit, VNDE & c.i. vnde, cũ quædam sint alterãtia necessario, D quædã nõ necessario, circa primũ genus alterantiũ ars cõseruatiua corporis est inuenibilis, circa ꝑm vero nequaq̃, 2.phy.t.50. & infra. ideo scilicet, quia (sicut dicit Philos.) casualia sunt indeterminatarũ causarũ: vnde nõ sunt semꝑ, neq; sæpe, nec adhærent viæ vni, sicut necessaria: quare nõ possumus ab eis experiri, quid ab eis ꝓmuniat, quare nec artẽ inuenire, si 2.post t vlt. 1.mer. in ꝓlogo. experiẽtia quidẽ fecit artẽ, sicut ait Philosophus, recte dicẽs. Sicut ergo à casu alterãt, sic à casu ab eis ꝓmunimur.

Fortassis aũt & astrologus existimans se casualiũ determinatas causas scire, prædicẽdo, ab illis docebit præmuniri: sed apud talẽ astrologũ nihil est casuale, sed pene necessariũ totũ, de quibus & alter fit sermo. Circa aũt alterationes corporis, quæ à voluntate fiunt, nõ põt ars conseruatiua cõstitui: nã faciẽs nõ velle nõ est ars, sed aut virtus, aut lex, aut castigatio quedã: impressiones aũt derelictę ex casualibus & volũtarijs, cũ præter naturã sunt, nõ est dubium, ꝙ arti curatiuę subijciunt̃: ergo ab arte nõ remouẽt̃, sed ab arte venire nõ prohibẽtur. Dicamus aũt nũc, cũ necessarium dicatur multis modis, in quo illorũ modorũ cadat alterans ex necessitate. Dico ergo, ꝙ (sicut dicit textu 6. Ari. 5. metaphy.) necessariũ dicitur, sine quo nõ contingit viuere aut esse, sicut cum casuali: vt spirare, & cibus aĩali necessariũ est. Necessarium ẽt dicitur, sine quo nõ contingit aut bonũ sumere, aut malũ expellere: vt necessarium est bibere pharmacũ, vt nõ laboret, & ad Aeginã nauigare, vt pecuniã recipiat. Dicitur ẽt necessariũ, quod coactũ est: vnde cogens necessarium facit, vis.n. necessitas quædã est. Adhuc ẽt quarto modo, quod nõ contingit aliter se habere, necessariũ dicimus, & hoc modo demonstratio necessariorũ est, quia nõ contingit habere aliter, quod demonstratum est simpl̃r: & hic diuiditur in duos modos, qui sunt sibi inuicẽ tanq̃ causa & effectus. Aut.n. non contingit aliter se hr̃e, quia eius cãm sil̃r nõ contingit: & hoc necessariũ, est cõclusio demonstrationis, quia eius principia prima impermutabilia sunt: Aut nõ contingit aliter habere, quia est primũ simpl̃r, quod prius habere nõ põt:

& hoc

& hoc est vt causa prima vel principium demonstrationis, vt prima dignitas, sicut De quolibet dicitur affirmatio aut negatio vera. Dicit aũt Arist. ꝙ ad quartum modũ primi tres modi reducunt. Post hoc aũt dicemus, ꝙ alterans corpus humanũ ex necessitate dicit̃ necessariũ ſm primum modũ, & ẽt ſm secundũ. Prenoĩata.n. sex genera rerum alterantium ex necessitate sunt quodamodo cõcausæ essentiȩ & vitæ, si bene considerent̃, sine eis.n. non cõtingit viuere, vel esse. Sunt ẽt, sine q̃bus nõ contingit bonũ sumere, aut malũ expellere, sine vigilia.n. non cõtingit bonum sumere, ad quod est animal, neq; sine somno malum expellere, ad quod per vigiliam deuenitur. E loco alleg.

Dvbitabit avtem aliquis ex his, quȩ dicta sunt, qm̃, si ĩpoſe est corpus à talibus non alterari, tũc ĩpoſe est ipsum conseruari. Amplius alteratio nõ fit nisi à contrario, à sĩli aũt cõseruatio: sed ex his sex rebus nõ naturalibus reperitur aliquid sĩle corpori, cui põt approximare: igit̃ à tali poſe est non alterari. Nisi esset, ꝙ oĩa p̃dicta sex gñа rerũ nõ naturaliũ, quãtũcũq; melius & magis ꝓportionẽtur corpori, cui offerunt̃, semp ipsum alterant, sicut primum de aere manifestũ est. Dicit nanq; Prin. ꝙ neq; aeris frigiditas peruenit apud nos in terris habitatis tanta, quin aliquo modo resoluat, imo (sicut dicit) in oĩbus resoluit dispositiõibus ꝓpter id, quod in eo existit de virtute Solis & stellarũ: quanto ergo plus, si fuerit tẽperatus, aut calidus? De cibo aũt & potu nõ est dubiũ, ꝙ in principio aduentus sui ad corpus ĩmutat ipsum, quãtũcũq; sit ꝓportionatus ad naturã corporis, cui offertur: quod ostendit pulsus ĩmutatio: quãto ergo plus, si fuerit frigidior aut calidior, q̃ oporteat? Et sĩlr est de exercitio & quiete, somno & vigilia, inanitione & repletione, & accidẽtibus aĩæ: quãtũcũq;.n. ista sub debita quantitate & qualitate offerantur corpori cõseruãdo, alterant tñ alteratione quadã: sed nõ quæcũq; talis alteratio remouet corpus à sanitate sua, cum ipsa magnæ sit latitudinis (sicut dictũ est) imo tales alterationes leues, cũ sibi inuicem cõtrariant̃, cõferunt ad cõseruationẽ sanitatis, imo necessariæ sunt ad illã: vt ea, quæ ex somno, ei, quæ ex vigilia: & ea, quæ ex exercitio, ei, quæ ex quiete, & sic de alijs. Ergo ĩpoſe est corpus ab eis nõ alterari, & tñ, si debite offerẽtur, nihilominus cõseruabunt eius salutẽ. Quòd aũt dicitur, ꝙ sĩle nõ alterat, verũ est, sed istarum rerũ non est assignare pfectã sĩlitudinẽ ad corpus, nisi quòd appellamus tẽperatũ aut sĩle corpori ex istis rebus, quod ipsum à sanitate ꝓpria non deducit, sicut dicemus, vbi assignabimus sĩlitudinem causarum cõseruantium ad corpus conseruandum. 2.primi do. 2.cap.3. A F I

Quot igitur sint ex necessitate alterantia corpus, diuidentes secundũ vnumquodq; eorum, propriũ genus causarum salubriũ inueniemus. Est igitur vnum quidẽ ex cõtinenti nos aere. Alterum vero ex motione & quiete, & totius corporis & secundũ partes. Tertiũ ex somno & vigilijs. Quartũ ex ijs, quæ offerunt̃. Quintũ ex ijs, quȩ retinent̃ & egeruntur. Sextũ ex aĩæ passionibus. Sub his.n. oĩbus necesse est corpus dispo ni quodamodo. Sub continenti quidem aut calefactum, aut infrigidatũ, aut siccatum, aut humectatũ, aut secundũ cõplexionẽ horum aliquid patiens, aut secundum totam substantiã alteratum. Ex motione vero & quiete, immoderatis existentibus vtrisq;, aut calefactum, aut infrigidatum, aut siccatum, aut humectatum, aut secundum complexionem horum aliquid patiens. Ita vero & ex somno & vigilia necesse est pati ipsum. Secundum eandem rationẽ ẽt ex ijs, quæ offeruntur, aut egerũtur, aut retinentur, & aĩæ accidẽtibus passionibus. Oĩa.n. hæc, hȩc quidem manifeste, hæc vero per medias alias causas alterant corpus, & corrũpunt salutem: scriptumq; de his ipsis est separatim de vnoquoq; in salubrium causarum negocio. Ant. G

Quot igitur numero sint ea, quȩ ex necessitate corpus alterant, distinguentes, proprium in singulis eorum causarum salubrium genus inueniemus. Inest igitur vnum quidem ex ambientis aeris adflatu. Alterum vero ex motu & quiete, & totius corporis & partiũ singularum. Tertium ex somno & vigilia. Quartum ex ijs, quæ assumuntur. Quintum ex ijs, quæ excernuntur & retinentur. Sextum ex aĩæ affectibus. Ex his necesse est aliquo modo affici corpus. Ab aere quidem ambiente, quia aut calefit, aut frigefit, aut exiccatur, aut humectatur, vel secundum horum patitur coniugationem, aut in tota alteratur substantia. Ex motu vero & quiete, cum vtraq; modum excesserint, aut calefactum, aut refrigeratum, aut humectatum, aut exiccatum, vel aliquid secundum horum patiens coniugationem. Sic & ex somno & vigilia ipsum pati est necessarium secundũ eandẽ rõnem. Et ex aĩȩ affectibus, & ex ijs, quæ assumuntur, aut excernuntur, aut retinentur: hæc siquidẽ oĩa partim quidẽ euidenter, partim vero per alias causas medias alterãt corpus, & sanitatẽ corrũpunt: & de horum singulis seorsum scripsimus in tractatu, qui de salubribus inscribitur. Leo. H

Cum dedit diuisionẽ alterantium, & alterum mẽbrum ab arte remouit, subdiuidit reliquum, s. alterans ex necessitate, in multa genera, vt scd̃m quodlibet salubrem causam inueniat, & dicit, Qvot igitvr &c. i. igitur, postq̃ ſm secundum genus alterantium, s. non necessariorum, non conficitur ars conseruatiua, diuidamus alterãs ex necessitate, in quot habet species, & ſm vnamquãq; inueniamus causam salubrem, i. conseruatiuam, ex opposito sibi respondentem. Deinde dat numerum specierum eius, & dicit, Est igitvr vnvm &c. i. est igitur primum alterans ex necessitate & c. Et numerat sex genera rerum à nobis iam supra memorata, & est planum. Cõ.5.

Svnt avtem hic dubia multa, in q̃bus, anteq̃ procedamus, certificari oportet, primũ scilicet, q̃a alterãtia ex necessitate videntur plura, q̃ sex genera. Videtur.n. terra ex necessitate alterans: ĩpoſe est.n. eam non cõtingere, & contactum aliqualr̃ ab illa conuerti. Nec põt quis dicere, ꝙ terra cõprehẽsa est in genere aeris, nam ipsa est de ĩmutantibus aerem aut propter causam latitudinis terrarũ, aut propter sui altitudinẽ vel sui profunditatẽ, aut propter vicinitatẽ montium aut marium aut ventorũ, aut propter naturã terræ ipsius in se ipsa. Licet.n. ipsa ĩmutet corpus mediãte aere, per hoc, ꝙ aerem sequitur ĩmutari à talibus accidentibus terræ, tñ ipsa, cum per se contangat, est de per se ĩmutantibus & non solũ mediãte aere. Et sĩlr aqua præter hoc, ꝙ ĩmutat corpus, cum per viam

potus

A potus ingreditur:& præter hoc,ꝙ ĩmutat mediante aere,in quē conuertitur,mutat ēt ipſum per ſe contingendo, & ĩpoſ̃e videtur non approximare ipſum vtriq;. Item cęlum ēt per ſe ĩmutat corpus immutatiõe ꝓpria prętermutatioñe cõmunem,quā facit in eo mediante aere,quē ĩmutat per motū & lucem. Hoc.n.eſt,quod Gal̃.dixit in tertio de criticis,ꝙ accidūt in corporibus noſtris per Lunam duo modi mutationum,quorū vnus eſt ꝓprius,alter cõmunis,proprius qdem(ſicut dicit)eſt ſm inceptionē cuiuſq; rei ex eis,quæ accidunt in eis:cõmunis aūt eſt,qui eſt ſm impreſsionē aeris in eis cum toto:& dicit,ꝙ reuolutio Lunæ in orbe ſignorū eſt ꝓpinqua principio eſſendi cuiuſq; rerū,quæ fiunt corā nobis:& tēpus viſionis Lunę,qñ mutat aerem contingentē terrā,facit in nobis oĩbus operationē participantē cõmunem. Dicit ēt,Et,cum dico mutationē ꝓpriam,tunc intellige à me mutationē,quę fit ꝓpter reuolutionē Lunę in orbe ſignorū,quod eſt,qa impreſsio in vnoquoq; ipſorū,quæ fiunt,propter hoc eſt: p̃ter impreſsionē factā in alio. Et,cū dico,Mutationē cõmunem,tūc intellige à me ĩpreſsionē factam in nobis ex tpe viſionis Lunæ,qm̃ hæc eſt cõis multis. Ergo cęlum & ſtellę præter mutationē,quā faciunt mediante aere,ĩmutant ēt per ſe oēs res,quæ oriunt̃ ſub eis,quaſdā mutatiõe bona,quaſdā mala,ſm ꝓportionem eorū ad res ipſas ex naturis,ex ſitibus,& aſpectibus ſuis. Adhuc ēt ætates,& artes,& mores,& hm̃oi vident̃ alterātia ex neceſsitate: quæ oĩa Prin.cap̃.de ſubiectis medicinę inter cauſas efficientes & cõſeruātes ſanitatē cõnumerat. Impoſ̃e.n.videt̃ hoĩem nō participare & arte,& moribus in vita ſua:hęc aūt ſine dubio mutant corpus à natura ſua. Dicit.n.Prin. ꝙ,ſicut mali mores malitię cõplexionis ſpeciē ſunt ſequentes,ita,cū ex conſuetudine acciderint,ſequit̃ eos malitia

B cõplexiōnis. Sil̃r quoq; & artes vident̃ ĩmutare,ſicut & mores:mutatio.n.aĩæ ad nouos habitus & corpus ĩmutat, cuius eſt pfectio:ſe.n.inuicē cõſequūtur aĩa & corpus in ſuis diſpoſitionibus. Aetas ēt videtur alterans ex neceſsitate:mutatio nāq; in ætate p hoc,ꝙ facit mutationē in cõplexione,quoſdā diſponit ad ſanitatē,quoſdā ad infirmitatem:& ĩpoſ̃e eſt viuenti,huic mutationi ętatum nō approximare. Sed dicendū eſt ad hoc,ꝙ contactus terrę & aquę ad corpus nō eſt vl̃is,ſicut aeris nos ab oĩ parte circūdātis, ſed modicus valde,propter quod mutatio,quā faciunt,p̃terq̃ mediante aere,eſt parua,de qua non curamus. Adhuc ēt nec eſt neceſſariū eis oĩo approximare per modū neceſſarij ſupra expoſitū, ſicut neceſſarium eſt approximare aeri:ſine aere.n.ſpirato nō ſtat vita ſicut cõcauſali,ſine terra aūt & aqua contingētibus ab extra non eſt illud ĩpoſ̃e. Reducūtur ergo terra,& aqua,& ignis,& hm̃oi ad aerē,quo mediāte maxime corpus conuertūt. Immutatio aūt ꝓpria,facta à Luna;& qualibet ſtellarū ſm ortum cuiuſq; rei ſub eis,nō eſt ſcibilis medico,ſed aſtrologo. Quare huic alteratiõi nihil opponitur conſeruatiuum,per ſciam medicinę inuenibile: nō.n.attigit ſenſus medici ad tales ĩpreſsiones,cõſequētes naturā ſtellę ſm cõpoſitionē ſuorū ſituum ad aſcendēs ortę rei,vel ad dominū aſcendētis. Adhuc hæc ĩpreſsio ꝓpria,licet ex parte ĩprimentiū ſit neceſſaria,ex parte tñ materię, quę multoties cõtrarijs eſt affecta,contingens eſt & ad caſualē reducitur. Aetas ēt nullo modo eſt alterās corpus,ſed eſt menſura alteratiõis corporis viui ex calido & humido in frigidū & ſiccū à principio vitę vſq; in finē eius. Alteratur ergo corpus in ea,ſed,qm̃ illa alteratio eſt naturalis,non

C pōt ei opponi cauſa cõſeruatiua,qa tūc eſſet poſ̃e ſenium ĩpediri,quod abſurdū eſt. Sed,quia ætas inſeparabil̃r comitatur illā alterationē in cõplexione,ſicut tēpus motū,& vl̃r ꝓpria paſsio ſubiectum,rebus naturalibus eſt adiectā quaſi naturalis exiſtēs. Nō ergo eſt inter nō naturales cõputāda,ſed Prin.ideo numerat eā inter cauſas efficientes & cõſeruātes ſanitatē,quia ex mutatiõe facta in ea cõtingit quoddā corpus fieri p naturā magis diſpoſitū ad ſanitatē,quoddā ad ęgritudinē p cõparationē ad ſeipſum in eo,quod fuit,ſicut diximus in capl̃o neutrius ſm intentionē tertiam:hęc aūt p̃paratio corporis,cum ſit ab intra p viā naturę,ĩproprie ponitur cauſa efficiēs vel cõſeruans ſanitatē vel ęgritudinē. Artes aūt & mores,ſm ꝙ inducūtur in aĩam ex experimētis & opibus p̃cedentibus hos habitus,aut ſm quod īducti,ſunt principia aliquorū operū,p hoc,ꝙ opa & experimēta exercēt,& mouēt corpus, reducūtur ad exercitiū & quietē:ſm aūt ꝙ ſpeculatione quadā mouēt ſpiritū & calorē,ſicut accidētia aĩæ,reducūtur ad illa,niſi qs dicat,ꝙ hi habitus nō inducūtur ex neceſsitate,nec inducti ſunt ex neceſsitate opis,ſed ex volūtate:ab ea aūt alteratione,quę ab volūtate,p̃ſeruatio fit aut ethica,aut legibus,aut caſtigatiõibus,nō medicina. Poſſunt aūt artes & mores inter cauſas efficiētes & cõſeruātes numerari,non tñ ꝙ arti medicinæ oĩ ex parte ſupponātur. His ergo & ſimilibus vijs reſpondetur de multis alijs,quæ videntur de neceſsitate alterantia.

AMPLIVS AVTEM quæreret aliquis,quare motus & quies,& ſomnus & vigilia,euacuatio & retētio,& accidentia aĩæ dicātur res nō naturales,cū videātur eſſe opationes quędā aĩæ,aut quædam illius paſsiones. Et dicen-

D dum,ꝙ hm̃oi,inquātum ſunt opationes ab aĩa ꝓdeuntes,dicūtur res naturales:inquātū vero contingit ab eis corpus ĩmutari à natura ſua,dicuntur nō naturales,imo ſunt,dicit Gal̃. in lib.de pulſibus ad Teucrū,loquēs de cauſis vertētibus pulſum,naturalibus,nō naturalibus,& cõtra naturā. Quæ.n.ſm quātū ſunt ſupabundantes,earū,quę ſm naturā,& earū,quę nō natura dicūtur,cauſarū,in id,quod p̃ter naturā eſt,tranſeunt,quaſi dicat,cū ſomnus & vigilia,cibus & potus,motus & quies,& hm̃oi ſuperabundāt ſm quātitatem,iam fiunt cā ægritudinis,cauſa vero ægritudinis eſt vna ex rebus cõtra naturā:ſm vero ꝙ prædicta ſunt cõiter cauſæ ſanitatis & ægritudinis ex diuerſa relatione ad corpus,res nō naturales dicūtur:propter quod vocātur à Principe cauſæ cõmunes ſanitatis & ęgritudinis,quæ(ſicut dicit)ſua generalitate ſunt neceſſarię,& nō ſm plurimum ſuarū ſpecierum. Deinde,cū numerauit neceſſario alterātia,ſubiungit,qual̃r alteretur ab eis corpus,& dicit, SVB HIS &c.i.quia ſub his oĩbus ſex generibus rerū contingit de neceſsitate alterari corpus aliquo modo,ſicut ſub cõtinente nos aere contingit ipſi calefieri,& ĩfrigidari,humectari,& exiccari,aut cõpoſite calefieri & humectari,aut calefieri & ſiccari,&c.& hoc intēdebat,cum dixit,Aut ſm cõplexionem horum aliquid patiens. Aut cõtingit ipſum putrefieri & corrumpi:& hoc intendebat,cum dixit,Aut ſm totam ſubſtantiam alterari. Contingit autem ſic corpus ſub continente conuerti, quia & continens has ſuſcipit ab alio conuerſiones,& ſuſceptas contentis immittit.

SED INQVIRAMVS, vtrum putrefactio ſit alteratio ſm totā ſubſtātiam: alteratio enim ſm totā ſubſtantiā non videtur niſi generatio & corruptio,qm̃ iſta ſunt mutationes in ſubſtātia tm̃,alteratio aūt abſolute dicta eſt in qualitate:

ite p.

rimi do. cap.4.

primi do. cap.2.

pite 4.

primi do. cap.17.

qualitate:sed putrefactio(sicut dicit Philos.4.mete.)est corruptio propriç innatæ caliditatis ab aliena caliditate in vnoquoq; humido,sed corruptio caliditatis rei,non est corruptio substantiæ ipsius,cũ res nõ sit id,quod est à caliditate. Adhuc ẽt(sicut infra dicetur)putrefactio in humore põt cessare manente substantia:igit ipsa nõ erit alteratio ſm totam substantiã. Sed Ari.in lib.prædicto dicit,ꝙ simplici & naturali generationi rei cõmistæ cõmune contrarium est putrefactio,qm̃(vt dicit)oĩs ſm naturã corruptio in hac via est,i.via in putredinẽ.Generatio.n. in rebus,quę cõmiscentur,est,cũ vincunt actiuæ super passiuas:corruptio aũt,qñ victoria est econuerso:in putrefactione aũt semp est victoria passiuarũ super actiuas:vnde & humida primũ,vltimo vero arida fiunt putrefacta. Quãuis ergo putrefactio sit corruptio caliditatis innatæ tm̃,tñ ad eam sequitur corruptio substãtiæ ſm plurimũ. Sicut.n.dicit Auer.in cõmẽto sup lib.prædicto,omne cõpositum habet calorẽ ꝓprium in se ſm sui naturam,qui est ei ſilr̃udo formæ,qm̃ calor includit materiã & terminat ipsam sicut forma substantialis,& ꝓpter hoc nõ inest forma substantialis sine illo. Hac igit consideratione põt dici putrefactio alteratio ſm totam substãtiam,sicut ꝓxima via in illã ex corruptione caliditatis ꝓpriç.Propter quod si contingit aliqñ cessare putrefactionẽ remanẽte substantia(sicut infra clarius faciemus)hoc fit solum,qñ putrefactio nõ multum ꝓcesſit:ꝓpter quod sicut habens latitudinẽ non est corruptio substantiæ,sed talis qualitatis,ex qua ꝓxima est via in corruptionẽ substãtiæ. Hali aũt exponit hæc oĩa de aere,dicens,ꝙ aer calefit,& infrigidat,& humefit,& siccatur,aut ſm totã substantiam alteratur,intẽdẽs,ꝙ ita mutatus silr̃ mutet corpus. Tolerat aũt textus suæ translationis,ꝙ exponatur & de corpore, & de aere.Sed,si debeat exponi de aere, tunc oportebit addi ad textũ nostrum : cum.n.dicit,Sub cõtinente qdem aut calefactum &c.tunc oportebit addere hanc dictionẽ,cum,vt dicatur sub continente qdẽ,cũ aut calefactũ,&c. fuerit continens.Sed hæc expositio cõiecturari facit,ꝙ solũ,qñ aer ſm totam substãtiam alterat,alteret ſm totam substãtiam & corpus,sed hoc est falsum,nã corpori sæpe accidit putrefactio ex calore solo continentis(sicut notat in diffinitiõe putrefactionis)ẽt si nulla sit in continẽte putrefactio. Propter quod expositio nostra melior est,dans intelligi corpus ſm totam substantiã alterari ab aere,nõ determinãdo,ex qua causa,quæ sit in aere,illud cõtingat, cum illa causa nõ sit sola eius putrefactio. Sciendũ est aũt,ꝙ aer fortius ĩmutat corpus oĩ alia re nõ naturali,tũ quia cõtinue degimus in ipso,& sine eo inspirato nõ contingit viuere:tũ quia circũferentialiter circũdans,vndiq; tangit nos:tum quia subtilitate substãtię in profundũ corporis ingreditur p vniuersos corporis poros,dilatatione arteriarũ attractus.Ipse aũt in se multas patitur mutationes, quia ex raritate suæ substãtiæ est valde conuertibilis. Sicut.n.dicunt astrologi,sphæra Solis mouet ignẽ,sphæra Lunæ aquã,sphæra stellarũ fixarum terrã,reliquæ vero sphære,sicut Saturni,Iouis,Martis,Veneris,& Mercurij,mouẽt aerem:& propter hoc multæ mutationes sunt in aere,sicut dicunt. Accidunt ergo aeri mutatiões naturales,& nõ naturales,& cõtra naturã,sicut dicit Princeps. 2. primi do. Naturales aũt sunt illæ,quæ accidũt ei ſm quatuor tẽpora anni:& ipsorũ principiũ est transitus Solis de quadrangulo in quadrangulũ sui circuli:maximę.n.mutationes,quæ à stellis fiunt,nõ sunt nisi à quadraturis suorũ circulorum,sicut dicitur tertio de criticis.Immutat aũt Sol & oĩs stella aerem & motu,& luce,ſm ꝙ in obliquo circulo accedit & recedit à nobis. Mutationes aũt,quæ cursui naturæ nõ sunt valde contrariæ,& dicũtur nõ naturales, qñq; sequunt res cęlestes,qñq; terrestres:illę vero,quæ sequũtur res cęlestes,sunt sicut quæ stellarũ causa accidũt,s. ex earum cõiunctione,& separatione ab inuicẽ & à Sole,& appropinquatiõe ad oppositionẽ capitum nostrorũ, & ab ipsa remotione. Et est sciẽdum,ꝙ cęlum hoc totũ suo motu aerẽ calefacit,attrito qdem aere ab ipsius latione:luce vero calefacit,& infrigidat,humectat,& siccat ſm ꝓprietatem corporis emittẽtis lucẽ,q̃uis de proprietate oĩs lucis sit calefacere per modũ, quẽ supra diximus. Quòd si dicat aliquis solũ Solem lucere,& ꝙ reliquæ stellæ nõ lucent nisi illuminatæ à Sole,sicut cõmunis Peripateticorũ sententia est, Dicemus,ꝙ lux Solis,cũ recipit & profundat in corporibus earũ,induit apud eas alias & alias ꝓprietates. Quæ aũt sequũtur res terrestres,alię sunt causa latitudinis terrarũ,aliæ propter altitudinẽ ciuitatũ & earum ꝓfunditatem,aliæ propter causam montium, aut mariũ,aut ventorũ,aliæ propter causam terræ in se ipsa. Mutationes aũt contra naturã in aere sunt aeris putrefactio,quæ pestilentia vocatur,aut puentio eius ad caliditatẽ vel frigiditatem intolerabilẽ,intantũ scilicet,vt p ipsum messis & gñatio corrũpatur.Sed,qualiter vnaquæq; istarũ disponat aerem,& vnde accidat sic disponi,& ad quid corpora p tales eius dispositiones mutentur,determinatũ est à Gal.in lib.de cõstitutionibus aeris. Deinde dicit, EX MOTIONE VERO &c.i.ex motu & quiete ĩmoderatis existẽtibus cõtingit corpus esse aut calefactũ, aut infrigidatũ &c.aut ſm cõplexionem,i.copulationẽ horum,aliqd patiens.Et bene dixit,Immoderatis existentibus,nam,si moderatæ corpori occurrãt,non alterãt alteratione,de qua curetur:tale aũt est,quod eligitur ab arte conseruatiua sanitatis,sicut dicetur. Alterationes aũt corporis à motu & quiete plane cõsiderantur. Motus.n.p se fit excitans calorẽ in re motã : calidum.n.omne mobile est,& motiuũ,ideoq; motui congaudet,s.locali,de hoc enim sermo est:hic.n.est,qui fricat partes rei motæ,& subtilitas,& resoluens igni assimilat:propter quod igniuntur ligna & lapides,adinuicẽ confricta,& plũbea sagitta mota p aerem liquatur. Accidit aũt motui,cũ superfluerit,p hoc,quod vehemẽter resoluit calorẽ & humorem naturalẽ,ꝙ infrigidet & siccet.Sępe aũt & materia exercita in motu ĩpedit alterationẽ,quã facit,sicut aqua in motu artis fullonum:aut adiuuat,sicut ignis in motu artis ferrariorum.Quies vero semp infrigidat propter priuationẽ viuificationis caloris,& propter constrictionẽ suffocantẽ: frigidum.n.ĩmobile est & sistens motũ,ideoq; & quieti cõgaudet.Humectat ẽt quies propter defectũ resolutiõis superfluitatum. De speciebus aũt exercitij & motus,& eorũ effectu in corpore,in libro Gal.de causis primitiuis, adhuc aũt in libro de cõseruatione sani.sufficientius requirendũ est. Deinde dicit, ITA VERO &c.i.& silr̃ necesse est pati & disponi corpus ex somno & vigilia,sicut ex motu & quiete:nam ĩmoderatis vtrisq; existentibus necesse est ipsum calefieri & infrigidari &c.& ſm cõplexionem horum aliquid pati:moderata enim non alterant alteratione considerabili. Alterationes aũt corporis ab eo factæ nequaquã latebunt scientes,ꝙ somnus est vinculum sensuum & ĩmobilitas quædam,& vigilia ipsius solutio ad operationes:& ꝙ accidit vinciri sensus ex duabus

in genere

tex. cõ. 6.
E
cõ. 38.
4. mete. cõ. 5.
F
2. primi do. 2. c. 2.
cap. 4.
G
H
li. de causis procatar.
li. 2. de reg. sani

.9.sup li. rod.pul. in genere causis,sicut dicit Gal. in lib.de summis causæ pulsus. Dicit enim,quod somnus fit innato calore aut propter laborem aliquē & siccitatē ampliorem ad cibū reuertente,aut propter superfluitatē humiditatis nequeunte extrorsum extendi. Prior siquidē causa causat somnū in sanis. Sicut.n.supra diximus,prius & dignius oībus virtutibus instrumentū est calor,hic aūt saluatur in humido. Humiditate ergo in vsu operū resoluta,ideoq; iam calore diminuto aut infrigidato,& in oppositā qualitatē cōuerso propter sparsionē ipsius ad frigidum cōtinentis,ideoq; non potente virtutibus ministrare,accidit virtutes fugere ad principiū, & trahere secum calorem ad viscera & vētrem, vt recuperet amissam naturā:& obstruere simul post se meatus oēs in locis,ex qbus retrahit,iam frigore in eis dominante:qua de causa vinciunt sensus & motus. Adiuuat aūt ad hoc corpulētus vapor,q ex visceribus & vētre post cibū,& potū & labores colliquatiuos,& hmōi sursum fert:hic enim obnubilat & ingrossat spūs latores virtutum,& pigros reddit:&,cū in superiore fuerit regione infrigidatus à cerebro & dēsatus,deorsum fluit ad modū pluuiæ,& calorē propellens oppilat meatus,p quos effluit sensus & motus à cerebro ad mēbra,& eos,qui à corde ad cerebrum,p quos diffundebatur calor & virtus à corde:ex quo accidit sensum & motū vinciri calore cōstricto in angustū,& aditū nō habētē ad organa sensus & motus,quæ in cerebro sunt:hoc.n.facit Ar.esse causam somni, sicut supra diximus. Cum aūt calor humiditate sufficiēte potit intrinsecus,vt & iam eā,quæ sm naturam,qualitatem habeat(sicut dicit Gal.)aut cū digestio facta fuerit,& obtinuerit,quē īpacta fuit caliditas in angustū ab eo vapore,qui circundabat(sicut vult Ari.)fit expergefactio & solutio,calore iam suū naturalē habente motū,qui est à cētro ad circūferentiā. Secūda aūt causa causat somnū cōtra naturā,qualis est in stupidis & lethargicis:cui(sicut dicit Gal.)opponitur vigilatio,quæ in phrenesibus: hæc enim(sicut ait)fit desiccato calore innato, & tunc velut exignito,&,ppterea exterius īmensurate moto. Ex his ergo patet,quæ mutationes corporis somnū & vigiliam cōitent. Somnus.n.intrinseca calefacit, & inferiora magis superioribus,humectat ēt prohibitione resolutionis: extrinseca aūt infrigidat,& superiora magis inferioribus,si aūt multum prolixus fuerit,interiora infrigidat & humectat suffocatione quadam caloris. Vigilia aūt ecōuerso calefacit exterius & superius,interius autem & inferius infrigidat,eo magis,quanto prolixior fuerit:exiccat autem omnis. Sufficientius autem de his mutationibus in libris prædictis requiratur. Deinde dicit, SECVNDVM VERO &c.i. similiter necesse est corpus disponi ex ijs,quæ offeruntur,maxime immoderate oblatis vtrisq; ,scilicet aut calefieri aut infrigidari &c. aut secundum cōplexionem horum aliquid pati,aut totam substantiam alterari.

le somno vigilia. B

PERSCRVTANDVM aūt nobis modo de vsi mutatione corporis ex cibis & potibus. Dico ergo,quod cibus est reparatio ītegritatis corporis:potus aūt est delator cibi p corpus. Et diffinit cibus à Galeno,quod est res,in qua ē pote, vt corpori assimilet nutrito. A Principe aūt dicitur,quod est id,quod solet assimilari corpori,cuius est cibus,& restaurat ei id,quod ab eo dissolutū fuit,aut plus,aut minus. Assimilatio aūt huius ad illud non fit nisi p virtutes illius,s. corporis,quod nutrit,digerētes & transmutātes illū à suis qualitatibus & sua substātia,& inducētes illū in naturā & substantiam corporis,quāto melius pote est. Quoniam aūt trāsmutationes istę sunt multæ,quarum vna post alterā gradatim,pcedit,eo quod cibus,ppter distātiā à corpore nō pōt subito suscipere naturā illius,accidit inde,quod cibus seu nutrimētū dicitur multis modis,sed vsr tribus,sicut Gal.refert primo de nat.virt. Hippocratē dixisse. Ait enim,Primo dicit nutrimentū,quod iam nutrit:secūdo,quod est velut nutrimentū:tertio,quod est futurū nutrire. Ex quo patet,quod diffinitiones pmissæ nō dantur de primo,qm tale nō est possibile assimilari,sed iam sile factum est,quia & actu fouēs. Gal. aūt prædicta exponit,dicens,quod illud,quod iam oī ex parte mēbris similatur, deperditi locū habens,nutrimentū vocauit:quod aūt velut,quale id,quod apponit & vnitur mēbris, velut nutrimentū vocauit:aliud aūt omne,quod qdem in ventre & venis continet,futurū vocauit. Primū qdem iam sile est,scdm vero sicut sile,tertium vero futurū sile. Absolute ergo nutrimentū est,quod iam sile est in effectu,& ab hoc nō est corporis īmutatio,sed reparatio,nisi inquātum silitudo est rerū differentiū nō totalis cōuenientia. Ex quo ostēditur, quod semp in nutrimento remanet aliquid diuersitatis à corpore nutrito,licet lateat sensum:quæ diuersitas paulatim exaucta fit causa allationis senij. Nutrimentū aūt dictū in secūdo & tertio modo,quod nō est absolute nutrimētū, sed futurū,est,cuius est corpus īmutare,dum in silitudine pseuerat agēs & patiēs. Ex quo scitur illud Ar.secūdo de aīa,quod nutritio sm sui finē est per sile,sm vero sui principiū est per dissimile,futurū tn simile,licet sm principium īproprie dicatur nutrire. Sed hic videndū est,cum oē illud,quod ingredit corpus,opetur in illud aut sui qualitate,aut sui materia,aut tota sui substātia,qūo operetur in illud cibus. Et est sciendū,quod,quia nutrimentū non est nisi restauratiuū deperditi,deperditū aūt non est nisi materia mēbrorū,nā sola materia est,quæ est in continuo fluxu, ,ppterea nutrimentū absolute dictū nō operat in corpus nisi sola sui materia:& hoc est,quod dicit Prin.cap.de eo, quod comeditur & bibit. Sui vero operans materia est illud, cuius materia,cū de substātia,quā habebat,alteratur alteratione,quā in ea fecit virtus,restaurat illud,quod ex eo dissolutū fuit:hæc aūt talis opatio passio quędā videt, qua materia corporis,qua fit nutritio,subit formā nutriti. Et videt cōtrariū huius euenire circa mēbrum nutritū: nam,ipsum cū sit forma & materia, ipsum dictū sm formā nutritur & augetur,& nō sm materiā,sicut supra expositum est:futurū aūt nutrimentū,non est dubiū,quod operat in corpus suis qualitatibus,sicut & patitur ab illo,eo qdem magis,quāto amplius medicinale pstiterit. Rursus aūt dicemus,quod possibilitas assimilatiōis passiua,quæ est in cibo(sicut Gal. dicit tertio de cōplex.)est,quia in totā substantiā nutrimenti,& totā substantiā nutriti est cōmunitas aliqua,& silitudo,quo fit,quod sunt adinuicē actiua & passiua,licet nutrimentū magis sit passiuum,nutritū vero magis actiuū. Symbolū aūt vnius ad alterū(sicut dicit)est sm magis & minus, qm quædā res plus accedūt ad silitudinem rei nutritæ ab eis,quedā minus:res autē,quæ magis sunt distantes à corpore humano,indigent operatione corporis fortiori & spacio,plixiori ad hoc,vt nutriant:res vero minus distātes indigent operatione debiliori; & spacio breuiori. Caro nāq; gallinarū maiore indiget digestione,q caro duragi:& caro bouina,q porcina:& vsr (sicut dicit)quod minima indiget digestione & resolutione, est vinū,& tn ante,q nutriat,oportet,quod cōuertatur in oībus

de cōple. p.2.

C pite 11.

t.cō.44.

D primi do. um.2.

pite 4.

omnibus inſtrumentis,quorum opus eſt pro toto digerere,ſ.ſtomacho,hepate,& venis: non.n.eſt poſsibile(ſicut E
ibidem dicit)vt nutriat corpus,niſi cum ante præceſſerit eius digeſtio in his mēbris. Sed,qm̄ ciborum cōitas ad
corpus eſt ſm magis & minus,ſciendū eſt iterum,ꝙ rerum,inter quas & corpus currit agere & pati,quędam ſunt,
quarum natura eſt vltime cōtraria corporibus hoīum,& ſunt illa,quæ in corporibus noſtris nullo modo mutan-
tur,ſed īmutant tm̄,& dicunť abſolute venena,ſicut venenū viperarū,ſcorpionis,& napelli,amplius aūt & opiū,
& hyoſcyamus,& ſiſia,licet infra illa,qm̄ nō ꝓprie dicunť abſolute venena: Quarūdam aūt rerū natura eſt vltime
ſiſis,quarū tranſitus in natura corporis velociſsimus eſt:& hæ īmutātur à corpore,& nō īmutant ipſum īmutatio-
ne,de qua cureť,ſicut vitellus oui,& vinū,& ptiſana:& dicūtur abſolute cibi,non tn̄ eo reſpectu,quo ſupra nutri-
mentū dicebamus,hic.n.cibū vocamus ēt eum,qui extra eſt:talia.n.& ſi in corpus agāt aliquid(victum.n.in eo,
quod ipſum vincit,aliquā efficit operationē,ſicut dicit Gal.& ſi ſuæ quātitatis paruitate ſenſui occultetur)tn̄ plus 3.de cōple. cap.4.
nata ſunt operationē à corpore recipere,q̄ in corpore operari:Reliqua aūt oīa(ſicut dicit Gal.)ſunt inter hęc duo
extrema;nā quędā ſunt,quę in corpus agunt,& ab eo patiunť,& iſtud erit duobus modis:nā aut corpus ad vltimū
vincet rē aliquā,& annihilabit eius actionem:aut vinceť ab illa,& ipſa erit remanēs faciens operationē ſuā.Sed,ſi
corpus ad vltimū vincet,tūc aut cōuertet eam in ſiſitudinem ſui,& erit medicinale nutrimentū,cuius reſpectu vi-
tellum oui & hmōi cibū abſolute vocabimus:aut nō poterit eā cōuertere in ſiſitudinē ſui,& illud erit duobus mo
dis:Quia aut illa res erit operans in corpore effectū non excedentē ęqualitatē,& eſt medicina tēperata:aut effectū F
excedentē,& dicitur medicina abſolute, qm̄ talis(ſicut dicit Gal.in principio de ſimplici medi.) eſt illud,de cuius lib.1. diſt.1.
ꝓprietate eſt,vt alteret corpora noſtra:ſi vero vincať corpus ab illa,tunc eſt medicina venenoſa.Hęc aūt diſtinctio cap.1.
ſparſim colligitur tertio de cōplexionibus. Et eſt differētia inter nos & Princi.in recollectione huius diſtinctio 2.primi do.
nis,qm̄ ipſe facit medicinā tēperatam eſſe de numero patientiū,& nō agentium,quale eſt cibus abſolute:differre 2.ſū.2.c.15.
vero ab illo p nō conuerti in ſiſitudinem corporis. Nos aūt,quia videmus Gal.poſuiſſe duo talia extrema p̄di- 3. de cōple.
cta,ſ.cibum abſolute,& venenū abſolute:& dixiſſe quoq; reliqua oīa eſſe inter hæc duo: quia ēt medicina tēpera- cap.3.
ta vtimur ad aliquā operationē faciendā in corpore,preelegimus modū diſtinctionis,qui dictus eſt. Sed,qm̄ in
tentio noſtra nō eſt niſi de eo,quod in corporis ſiſitudinem conuerti pōt,qm̄ inter prædicta hoc ſolū eſt,cui īpoſe
eſt nō approximare:reliqua vero ſunt de non neceſſario alterantibus,qbus nō vtimur ad cōſeruandum ſanitatem
inuentā,ſed ad reuocandū amiſſam,Dicemus poſt hoc,ꝙ oīs cibus,ſ.tā abſolute cibus,q̄ medicinalis cibus cōpara
tur corpori humano,ſicut ligna cōparantur igni. Quēadmodum.n.ligna conuertūtur in ignē,addentia in ſubſtā
tiam & virtutē ignis,qui eſt calidus actu abſolute & ſimplr,ſic & cibi cōuertuntur in corpus humanū,quod eſt ca
lidum actu puincens, augentes ipſius ſubſtantiā & virtutem.Propter quod cōmune eſt oībus cibis conuerti,& tra
duci in corpus actu calidū,quod eſt ſanguis:Amplius aūt &,cum mēbris vniuntur,& ſimilanť,quorū calore ſan-
guis ipſe calebat,augebunt calorē innatum in quātitate ſuæ ſubſtātiæ,& ſi nō augeant intenſiue:augmentū autē
ſubſtātię in quātitate facit ēt augmētum virtutis in robore ſuo,ſicut dicit Princ.ſuo libro de aīal.Dum aūt primo G
corpori occurrūt,& ſtomachū ingrediūtur,& ſi non habuerint calorē exterius acquiſitum ab igne,cuiuſcūq; ſint
naturæ,ſemper infrigidāt,& aliqualr obtundunt calorē innatum,donec in eis accendať, licet illud ſit quaſi inſenſi
bile & p modicum tempus,ſiſi quidem accidente calori innato à cibis,ei,quod igni à ſuppoſitis lignis:refrigeſcit
enim,donec digeratur,ſicut dicit Philoſ.in libro de ſomno. Hæc eſt ergo gn̄alis mutatio corporis à cibis,cuiuſ
cūq; ſint maneriei.Cōtingit tn̄,ꝙ cibi,maxime tamen hi,qui ſunt medicinales, quales ſunt pleriq;,qn̄ in digeſtio-
ne & conuerſione pſeuerant,pręter p̄dictas alterationes alterant ēt corpus p virtutes ſuas,quas habēt,ſm ꝙ parti-
cipāt naturā medicinæ.Si.n.fuerint virtute calidi,calefaciunt:ſi frigidi,infrigidāt:verūtn̄,qn̄ in ſanguinē conuerſi
ſunt,ambo calefaciunt p modum,qui ſupra dictus eſt,verbi gratia,ſicut allium & lactuca,q̄uis vnicuiq; eorū poſt
conuerſionē in ſubſtantiā aliquid innatæ qualitatis aſſocieť:& eſt hoc vſq; ad tēpus,ſicut dicit Princeps.Sunt autē 2.primi do.
& aliæ corporis mutatiōes à talibus cibis,ſ.ſm ꝙ vnus ē aptior,vt ex eo fiat cholera:& alter,vt ex eo fiat phlegma, 2.ſū.2.c.15.
ex qbus diuerſimode corpora diſponūtur:Adhuc aūt,ſm ꝙ qdam durę digeſtionis,qdam facilis:quidā ſolutiuus,
qdam conſtrictiuus:qdam aperitiuus,qdam oppilatiuus,& hmōi,ex quibus oībus multiplices eueniunt corpori
mutationes.Iſtę ergo ſunt,vt in genere,mutationes,quas qualitatibus ſuis efficiunt.Sed ſua ēt quātitate alterāt cor
pus:nā,ſi p̄eminēt virtuti,vt nō digeranť,tunc primo infrigidabūt calorē innatum,extinguētes ſui cruditate,ſicut
Gal.dicit.Quòd ſi nō virtuti,ſed vaſi p̄eminent,periculū eſt aliqn̄ calorem innatū inde ſuffocari,aliqn̄ vero ope- H
rationes & fixuras vaſorū euenire:quare ſilr & hoc modo infrigidabit:vtroq; aūt modo deducēdo ad oppilatiōes,
quas ſequitur putrefactio, calefacient: Si autem infra virtutem & vaſa diminuatur eorum quantitas,deducent ad
ſiccitatem & phthiſim,& poſt ad frigiditatē. De potu aūt non oportet amplius ſcire,niſi ꝙ eſt delator cibi p cor
pus,lubricare ipſum faciēdo,vt facilius ad mēbra perueniat,quæ ipſo fouenť.Diuiſiones aūt eius ſunt,ꝙ qdam eſt
pure potus(vt dicunt)ſicut aqua:non.n.pōt nutrire quod ſimplex eſt.Nā nutrimentū cōuertitur ad formā nutri-
ti:ſed ſimplex nō pōt ſuſcipere formā cōpoſiti,niſi cōponatur:igitur nec cōpoſitum nutrire. Adhuc aūt aqua ſola
liquidorum(ſicut dicit Philoſ.)indigeſtibilis & impinguibilis eſt,ideo nō nutrit,nec aliquo modo cibus eſt:ſed in 4.met.tex. cō.37.
veritate nō euacuatur à virtute medicinæ,cū corpus ſumme infrigidet.Eſt ēt alter potus,q eſt cibus & potus,ſicut
vinū,portat.n.cibū per corpus,& ēt nutrit.Eſt & alter,qui eſt potus & medicina,ſicut oxymel,quo nō ad cōſerua
tionem,ſed ad curationem vtimur:nec eſt ēt cōputandus inter neceſſario alterantia. Sed de his oībus ſufficientius
requirendū eſt in libro de cibis. Deinde dixit, AVT EGERVNTVR & c.i.& ſm eandē rationē neceſſe eſt cor
pus diſponi ex ijs,quæ egeruntur,aut detinētur,īmoderatis exiſtētibus egeſtione & retētione,ſ.calefieri,aut infri-
gidari & c.aut ſm cōplexionē horū aliquid pati:Immoderatæ aūt exiſtūt,cū euacuatur,quod oportet retineri,aut
econuerſo: moderamē vero eorū,ſ.cum retinetur & euacuatur,quod oportet tm̄,non alterat alteratione,de qua
cureť,ſed cōſeruat,ſicut in alijs dictū eſt.Et intelligit p egeſtionē,oēm modū naturalis euacuatiōis,ſiue p ſeceſſum,
ſiue

A siue per menstrua,siue per vrinam,siue per hæmorrhoidas,siue per nares,aures,& palatum,& insensibiles poros: p hos.n.modos accidit euacuari & retineri,quod oportet & quod nō oportet,& exinde aliqualiter corpus dispo-ni. Nam retētio eius,quod naturaliter euacuari debet,suis causis eueniens,quas est in cognitis locis addiscere,īmutat corpus à sua sanitate ſm plurimum,p comitari eam, repletionē dirūpentem,& oppilantem,ex qua fissura rece ptaculorum,& apostemata,& paralyses,& spasmi contingunt. Accidit ēt ex ea putredo prohibitione euentatiōis, & caloris innati constrictione, ex quo fit conuersio eius ad extraneū. Fortasis aūt & prolixitate cōstrictionis eius accidit ipsius extinctio,& dominium frigiditatis sup corpus. Comitatur ēt eam corporis humectatio,maxime si materię retentę,fuerint humidę,& aliæ ęgritudines,quę materias retentas,& loca,in qbus retinentur,sequuntur.

Euacuatio aūt eius,quod naturaliter debet retineri,ſm plurimū transmutat corpus ad frigiditatē propter euacuationem materiæ,quæ erat apta ad incendiū,ex qua calor nutrit innatus. Aut fortasis transmutat ad caliditatē p viam accidentis,cū illud,quod euacuat,est declinans ad frigus,sicut phlegma,eo φ accidit inde dominari,quod est calidum,s.cholerā. Sed,quod ex ea semp prouenit,est siccitas,nisi per viā accidentis proueniat inde humiditas, euacuatione.s.rei siccæ,vt choleræ,ex quo fit dominans phlegma,quod humidū est per naturā:aut multiplicatione phlegmatis ex debilitate digerendi. Semper vero,si superflua fuerit euacuatio,accidit inde frigiditas & siccitas in substantia mēbrorum,licet aliter ipsorū calor accidat extraneus, & humiditas non bona. Sed particulares aliæ

B mutatiōes corpori ab his cōtingētes ex cognitis librorū capłis cognoscant. Deinde dixit, ET ANIMAE &c. i.& ſm eandē rōnem contingit corpus calefieri,& infrigidari & c. Ex accidentibus aīæ,qualia sunt gaudiū & tristitia, timor & ira,spes & diffidentia,amor & odium,solicitudo,& inuidia,& hmōi,maxime tñ eis imoderatis existentibus,sicut in reliquis dictum est. Si.n.parua & debilia sint,neq; multum prolixa,vix impresionē faciunt apparentē:eorū vero moderamē ad corpus,ingredit in conseruationē sanitatis,sicut infra patebit. Licet aūt talia sint

.de anima x.cō.63. dicta aīæ accidentia,sunt tñ pasiones coniuncti,sicut dicit Philos. sed,quia principalius sunt pasiones animæ,q̄ corporis(sicut videt Principi suo lib.de aīa)puto dicta esse à medicis accidentia aīæ. Sunt aūt pasiones eius partis aīæ,quæ dicitur appetitus,ſm quas est principiū mouens corpus ad imitationem,vel fugā,vel repulsionē,vel vindictam. Et videt,φ genera harum pasionū sint gaudium,tristitia,& ira:timor.n.quædam tristitia videt,spes vero gaudium præconceptum, sicut diffidentia præconcepta,tristitia:amor est gaudiū quoddā,odium vero tristitia,& silr inuidia,& solicitudo:verecundia vero pasio cōposita ex timore & ira. Mouet aūt appetitus ad imitationē per gaudium,ad fugam vero per tristitiam,ad repulsionem per iram. Est aūt gaudium siue delectatio & delicia,silr tristitia & dolor in virtutibus apprehendētibus tm̄,quæ cū appetitu idem sunt subiecto,licet differant ſm modū, sicut dictum est supra. Et est gaudiū siue delicia,acquisitio perfectiōis,proprię alicui ex virtutibus apprehensiuis, sicut sensui sensibilia conuenientia,vt gustare dulce,& odorare odorem aromaticum,& huiusmodi:aut perceptio & obtentus vindictæ virtuti irascibili,& obtentus cupiti virtuti concupiscibili,& spes virtuti cogitatiuæ,& theo-

1. primi do. 1. cap. 3. per ſe manifeſtũ,obticuit. Princeps aũt determinat tẽperamentũ quãtitatis exercitij à tribus,primo.ſ.à calore, nam,dũ ipſius augeť bonitas,adhuc eſt hora:ſecundo à leuitate motuũ,nã,dum pſeuerant adhuc leues,& nõ dum apparet laſsitudo,adhuc eſt hora:tertio à mẽbrorũ inflatione,nã,donec augẽtur,adhuc eſt hora. Cum aũt diſpoſitiões iſtæ cœperint minui,& ſudor vaporalis liqdus factus fuerit,iam ęqualitatẽ quãtitatis excedit,& dimittendũ eſt:& ab his eiſdẽ terminat ipſum Gaľ.in fine tertiæ particulæ ſanatiuę artis: adhuc aũt & à diminutione roboris, His.n.apparẽtibus iam vtilitas exercitij trãſit in nocumẽtũ, primum qdem ſupflue calefaciẽdo,demũ vero infrigidando & ſiccãdo. Sed in hoc loco ſummarie loquẽs tm̃ terminat ęqualitatem quãtitatis exercitij ab apparitione laſsitudinis tm̃:nã certũ apud eũ eſt,ꝙ,dũ motus pſeuerant leues,adhuc augeť bonitas coloris,& mẽbrorũ inflatio:& ꝙ laſsitudo incipiẽs iam deſtruit illa.

4. de regi. ſani. 3. primi do. 3. cap. 12. Sed laſsitudinis ſunt tres ſpẽs, & duo modi(ſicut Gaľ.& Prin.dicũt) ſ.vlceroſa,extenſiua,apoſtemoſa: quarũ quęlibet euenit duobus modis,ſ.aut ex exercitio,aut ex cauſa intrinſeca. Cauſa aũt vlceroſæ eſt ſupfluitas ſubtilis acuta mordicatiua,ſ.chymi mali:extẽſiuæ aũt,multi,& nõ mali:apoſtemoſę aũt,vtriuſq;. Laſsitudo aũt,quę ꝓuenit ab exercitio,duo facit in corpore,quorũ vnũ eſt,ꝙ mẽbra ſimiliũ partiũ exiccanť:alterũ eſt,ꝙ loca vacuà mẽbrorũ,quę dicuntur medię regiones,repleňť humiditate ex liquatione carnis & adipis: Quę humiditas aliqñ eſt bona,& accidit inde repletio extẽdens: aliqñ eſt ſubtilis,mala,mordicatiua,& accidit inde dolor,quaſi ſpinis infixis pungereť:ꝓpter quod(dicit Gaľ.)duabus indiget medicinarũ ſpẽbus,
B vna ſcilicet,quę humectet ſiccitatẽ corporis:alia,q̃ euacuet p̃dictas humiditates:quarũ cuilibet ęqualet balneum. Propter quod ait,ꝙ balneũ ex aqua dulci humiditate ſua humectãdo,& caliditate reſoluẽdo,plus oĩbus rebus cõfert laſsitudini ex exercitio ꝓueniẽti, maxime ſi ſubſequať frictio cũ oleo & aqua ſimul miſtis: oleũ.n.viſcoſitate ſua retinet aquã fluẽtẽ ſup corpus,ne cito labať,& recluſam in poris,ne cito egrediať. Addit aũt Princ.quartam ſpẽm laſsitudinis,quã vocat arefactiuã,cuius cãm dicit exercitiũ multũ,vel frictionem aſperã,vel ieiuniũ,vel aeris ſiccitatẽ: Gaľ.aũt in tertia particula ſanatiuę methodi dicit,ꝙ nõ eſt labor,ſed diſpoſitio ſiľis labori. Siluit aũt Gaľ. hic de hora inchoãdi exercitiũ,breuitati cõgaudẽs,& qm̃ hora offerẽdi vnãquãq; dictarũ ſex rerũ nõ eſt ſicut tertia cõditio pficiẽs cãm ſanã vel ęgrã,ſicut patuit.

1. primi do. 1. cap. 1. Sed nos rurſus ĩcipiẽtes dicamus de neceſsitate exercitij & eius vtilitate,& addemus horã inchoandi ipſum,vt finis quietis ſit manifeſtus. Dico ergo,ꝙ(ſicut dixit Prin.)exercitiũ eſt motus volũtarius,ꝓpter quẽ anhelitus magnus & frequẽs eſt neceſſarius: Eſt aũt hic motus aliqñ vnius mẽbri, aliqñ pluriũ,aliqñ totius corporis. Per hoc aũt,ꝙ dicit,volũtarius,ſeparať à naturalibus motibus,q nõ ſunt dicẽdi exercitia mẽbri:p hoc aũt,ꝙ dicit,ꝓpter quẽ & c.vult,ꝙ non oĩs motus volũtarius ſit exercitiũ,ſed ille,q tm̃ auget calorẽ,ꝙ ſequatur ꝓpter illud additio manifeſta in anhelitu magnitudinis & frequentię. Fit aũt anhelitus magnus & frequẽs aliqñ totalis,qualis eſt,qui pectoris,vt in exercitio totius corporis: aliqñ partialis,qualis eſt partis vnius tm̃,ſ.pulſus illius,vt in exercitio particularis mẽbri. Quòd aũt poſsit augeri pulſus vnius mẽbri, aliorũ mẽbrorũ
C pulſibus ƒm vnã diſpõnẽ manẽtibus,ex ſupius dictis manifeſtũ eſt. Differt aũt nihil mõ pulſum vnius mẽbri vocari anhelitũ eius:eſt.n. Anhelitus pectoris qdã pulſus,& pulſus cordis & arteriarũ qdã anhelitus.

in princi. Poſt hoc aũt dicemus,ꝙ(ſicut dicit Gaľ.in prima parti.ſanatiuę artis)duę ſunt intẽtiones ſanatiuę diętę,vna eſt repletio euacuatorũ:altera euacuatio ſupfluitatũ,vt corpus cuſtodiatur purũ & ſine ſupfluitatibus,& organa non oppilẽtur,neq; debilitẽtur circa ſuas actiões: Ex qbus ſeqtur tertia intẽtio,ſ.nõ cito ſeneſcere:ſi.enim,quę euacuãtur,replebũtur, & ſupfluitates intus nõ remanebũt,ſanus erit,& multo tpe iuuenis,ſicut dicit. Sed euacuatorũ repletio eſt ex nutrimẽto nobis cõueniẽte quãtitate & qualitate,quod qdẽ,cũ ſit in potẽtia nutrimẽtũ,nõ põt mutari ad nutrimentũ cũ effectu cũ oĩ totalitate ſua,imo in vnaquaq; digeſtione ſemp eſt aliqua ſupfluitas, refugiens opationẽ naturę in eã,quę euacuatione indiget. Sed natura nõ põt eius cõpletã euacuationẽ pficere,quare ſemp remanet aliqd ĩpreſſionẽ faciẽs,ex cuius aggregatiõe oẽ genus ęgritudinis euenire põt. Cõpletio aũt euacuationis eius non fit niſi aut medicinis,aut exercitio:ſed medicinę aut ſunt venenoſę,q̃ naturã frangũt:aut,ſi nõ ſunt venenoſę,purgãt & inueterant(ſicut dicit Hippo.)eo ꝙ cũ ſupfluitatibus euacuãt de humiditatibus naturalibus & ſpiritibus partẽ magnã: propter quod relinqtur,ꝙ exercitio,earũ euacuationẽ cõpleri melius fit:quãquã,vbi deeſt exercitiũ,ad medicinas recurrere oportet. Propter quod dicit Gal.ĩ principio ſecũdę parti.ſanat.artis,ꝙ,ſi volumus cuſtodire ſanitatẽ,incipiamus ab exercitijs,deinde ęquenť cibi & potus,deinde ſomni,deinde,ſi vſuri ſunt venereis,venerea. Eſt aũt
D (ſicut Gaľ.ibi dicit)exercitiũ,vt in gñe,ad duo vtile,ſ.ad euacuationẽ ſupfluitatum,& ad bonã valetudinẽ ſolidorũ corporũ. Quia.n.exercitiũ eſt vehemẽs motus,neceſſario tria facit in exercitato corpore, primũ ſcilicet duritiẽ organorũ inuicẽ cõtritorũ,quã ſeqtur ĩpaſsibilitas eorũ & ad actiões robur: Secũdũ vero,augmẽtationẽ naturalis caloris,quã ſeqtur redditorũ attractio fortis,& alteratio paratior,& nutritio melior,& effuſio oĩum corporũ,qua ſolida qdẽ mollificãtur,humida vero ſubtiliãtur,& pori latiores efficiũtur: Tertiũ vero,fortiorẽ motũ ſpũs,quem ſeqtur expurgatio pororũ,& euacuatio ſupfluitatũ. His ergo nõ ſolũ reliqua corpora indigẽt,ſed & optime ſanũ, vt eius optima cõpoſitio pſeueret. Sed hora exercitij cõueniẽs eſt,qñ heſternus cibus iam digeſtus eſt in ſtomacho & venis,& alterius cibi tẽpus inſtat. Si.n.prius fiat,cũ exercitiũ cõferat redditionibus ciborũ, crudi & indigeſti cibi,& humores in ventre & venis contẽti ad mẽbra attrahẽtur loco ſupfluitatum,quæ ab ęis tunc euacuãtur: ſi vero multo poſt illã horã fiat,rubeã cholerã generabit ampliorẽ. Sed has qdẽ horas diſcernes ex vrina:nã aquoſa vrina ſignificat humorẽ redditum ex ventre in hepar adhuc indigeſtũ eſſe:ignea vero & cholerica ſignificat,ꝙ ex multo tpe iam digeſtio cõpleta eſt:moderate vero citrina ſignificat nũc ſecundã factã eſſe digeſtionẽ,& tunc exercitandum. Ad exercitia igitur agẽdus eſt qs,cũ minxerit,& egeſſerit,ne qd horũ robore caloris,q in exercitio, ad ambitum corporis reducatur. Sicut tñ Gaľ.dicit,ad omne exercitium debet frictio quędam præcedere,quędã ſequi:duę.n.ſunt frictionis ſpecies,ſ.præparatiua ad opera,& curatiua,quę poſt opera. Quę qdem qualiter fiãt,&
b. 3. ad qd,ſiľr aũt & de balneis tàm calidæ,q̃ fridæ aquæ,in libro ſanatiuæ doctrinæ requirendum eſt.

In cibis vero,digeſtionum perfectio,& egeſtionis modus ſecundū quantitatem & qualitatem. Aequa- Ant.
tur vero quodāmodo in his orexis digeſtioni ita,vt præceptore non indigeant,quātitatem in oblationibus E
metiente.Optima enim natura,quantum appetit,tantum digerere bene poteſt.

In cibis autem,coctionis perfectio,& excrementorum modus in quali quantoq; conueniens. Aequalis Leo.
vero in his quodāmodo eſt coctioni appetitus.Quare neq; præſide egent,qui ſingulorum,quæ aſſumunt,
quantitatem metiatur.Optima ſiquidem natura,quantum appetit,tantum etiam concoquit.

Cum dedit tēperamentū quātitatis in exercitio,dat illud in cibis,& dicit, IN CIBIS VERO &c.i.ſed pfectio Cō.13.
digeſtionū,& modus egeſtionum,i.ęqualitas egeſtorū ſm quantitatē & qualitatē,eſt cōſideratio tēperantiæ quā-
titatis in cibis & potibus,i.eſt,vnde illā cognoſcimus,quaſi dicat,tm̄ de cibo & potu iudicatur ei tēperatę quātita-
tis eſſe,quantū tale corpus perfecte digerere pōt ſm omnem ſpēm digeſtionis,ſ.primā,quę ſtomachi:ſecundam,
quæ hepatis:tertiā,quæ venarū:& iterum tm̄,quāto egeſtiones ſupfluorum,quæ ſm vnāquāq; digeſtionē exclu-
duntur,proportionales fiunt in quātitate & qualitate.Si aūt plus vel minus digerere pōt,minori qdem cedente in
aduſtionē,pluri vero crudo remanēte:aut qualitas & quātitas egeſtorū non ꝓportionant quantitati aſſumptorū,
ſed eſt vel plus,vel minus,vel alterius qualitatis à debita ꝓportione,tūc eſt ſupra vel infra tēperatam quantitatem. F

EST AVTEM digeſtiōis pfectio in cibo tàm in ſtomacho,q̄ in hepate & venis,ꝙ cōuerſus ſit in eſſentiā aptā
operationi virtutum,in ea ſubſequēter pmutationē facientiū:& conuerſus ſit.ſ.in cōplexionem,quæ conuerſioni
nutrientis in effectu eſt cōpetens. Virtutes.n.in cibū operantes ſunt multę,quarū aliæ alias cōſequunt,ſicut dige-
ſtiua hepatis comitatur digeſtiuā ſtomachi,& digeſtiua venarū digeſtiuam hepatis,deinde has oēs comitantur vir
tutes nutritiuę,quę in mēbris.Tunc ergo cibus pfecte digeſtus eſt in ſtomacho,qn̄ eſt aptus receptioni digeſtionis
hepatis,& ſic inde. Proportionem enim quandam habent mēbra,naturæ cognitam,penes vitam,ſicut chordæ in
cithara penes ſonū:& tunc eſt pfectio vitę,cū vniuſcuiuſq; mēbri virtus reddit opus, quod ſuū eſt per cōparationē
ad alterā,quaſi ciuitas bene diſpoſita cum legibus ſuis:propter quod bene Damaſce.ait,ꝙ cōpoſitio animati cor- aphoriſ. 16.
poris ad figurā conſoni eſt nerui. Significat aūt talis digeſtionis pfectio maxime in egeſtis ſupfluitatibus,adhuc
aūt priuatione grauitatis & tenſionis,dum digeſtio fit. Propter quod iterū,quis ſit modus egeſtionū ſm quāti-
tatem & qualitatem,determinādum nobis. Dico ergo,ꝙ modus ſiue ęqualitas egeſtionum in quātitate & quali-
tate,relatiua eſt ad quātitatem & qualitatem aſſumpti cibi,nō ita tn̄,ꝙ egeſtiones debeant eſſe eiuſdē quātitatis &
qualitatis cū aſſumptis,ſed debent eis rn̄dere in aliqua ꝓportione,naturæ cognita p certitudinē, nobis aūt per ex-
perientiam coniecturabilē,& cū appropinquatione quadā ad veritatē:debet.n.eſſe minoris quātitatis, ſed nō plu
rimum,propter cōuerſionem cuiuſdā partis aſſumptorū in nutrimentū. Si.n.ęquantur eis,tūc nihil aſſumptorū
tranſit in nutrimentū digeſtione diminute celebrata:aut,ſi plurimū minoris fuerit quātitatis,tunc plurimū exic-
cari fęces oſtendūt,& in tali corpore nihil aliud,q̄ nutrimēti paucitatē,ſignificat.Non ēt debet eſſe eiuſdē qualita- G
tis cū aſſumptis,cum digeſtio trāſmutatio quædā ſit,ſed ſine dubio qualitatibus aſſumptorum aſsimilari debet:&
hoc tàm in ſtercore,q̄ vrina,& alijs ſuperfluitatibus vndecūq; eductis. Eſt aūt modus vel ęqualitas qualitatis in
ſtercore,ꝙ ſit iunctum,lene,ſimiliū partium,aquoſitatem valde pmiſtam habens terreſtreitati,ſpiſsitudinē habēs
mellis,& colorē trahentē ad citrinitatē,non multi fętoris,nec oīo priuatum fętore,ſine gurgulatione & ſpuma,&
in oībus his ſm plus & minus penes naturā aſſumptorū. Aequalitas aūt qualitatis in vrina eſt,ꝙ declinet in co-
lore ad citrinū tinctū,& ſit mediocris in ſubſtātia,inter tenuem.ſ.& ſpiſſam,nō ſit habēs hypoſtaſim aut paucam
valde,& illa ſit tenuis,alba,ęqualis,lenis,in fundo ſubſiſtens. Hi aūt modi qualitatū in egeſtionibus,digeſtiōis
ſignificant cōplemētum,ſicut ſcitur ex primo de criſi(& ſilr ꝓportionales his in ſputo,& muco) perfectio aūt dige cap.7.
ſtionis eſt cognitio ſup quātitate tēperata ciborū & potuū.Igiť manifeſtū eſt,ꝙ pfectio digeſtionis,& egeſtionum
modus ſm q̄titatē & qualitatē ſunt cognitio tēperatæ quātitatis aſſumptorū. Sed,qm̄ illa duo nō ſignificabant
nobis eam ante omnē oblationē ciborum & potuū,ſed poſt tm̄,quaſi docētia quantitatē præteritorū ciborum &
potuū fuiſſe tēperatā,& inde admonentia ſup regulatione quantitatis eorū in diebus ſequentibus,ne crederet ali-
quis ſe poſſe errare in oblatione prima,ſubiunxit cognitionē tēperatæ quātitatis offerendorū per ſignū antecedēs
omnem oblationē,ſumptam ab operatione appetitiuæ,& dicit, AEQVATVR VERO &c.i.& appetitus(& hoc
intendebat p orexim)ęquatur quodāmodo digeſtioni,in his,i.in corporibus optimę cōpoſitionis,ita,ꝙ non indi- H
gent præceptore medico, qui menſuret tēperamentum quātitatis in offerendis. Deinde dedit cauſam huius,&
dixit, OPTIMA ENIM &c.i.quia optima natura,i.optima cōplexio & virtus cū illo metitur ſibi,illud tm̄ appe
tens,quātum digerere bene pōt.Cum.n.appetitus deſeruiat digeſtioni,īpoſſe eſt,ꝙ optime diſpoſita natura exhi-
beat illi de cibo vltra recipientis potentiæ menſuram.Igitur ars in nullo pōt,nec debet eā dirigere,cum ſit talis na
turæ imitatrix potius,q̄ directrix.Propter quod verus terminus tēperatæ quantitatis offerendorū in ea indicatur
à termino appetitus:donec.n.appetit,adhuc eſt quantitas accedens ad temperamētum,non excedens. Et ſimile
huius dicit in ſecūda parti.ſanat.doct. Ait enim,ꝙ moderata natura pueri ipſam manifeſte oſtēdit mēſurā frictio- cir. mediū.
nis,& exercitiorum,& ciborū,& potuum,& ſomni,tunc primū renuens,cū iam non amplius eis indigeat.Suffi-
cienter.n.frictus ad exercitia currit,laſſatus quieſcit,plenus abſtinet,& ſine magiſtro impetu naturæ gubernatur,
à ſe ipſo cuncta inueniens,maxime ſi nō malo more,& eruditione aliqua inhoneſtius & pinguius diætatus bonā
animi naturā corrūpit.Propter quod dixit in prima particula illius libri,oportere qdem medicum cuſtodientem
ſanitatem,ſtudere,ne mores animi corrūpantur,nō qdem intentione conſeruandi aīæ ſanitatē, ſed vt nō facile in
ægritudinem deueniat corpus. In alijs aūt corporibus nō æquatur appetitus digeſtioni.Nam in diſtemperatis
in frigiditate penes ſtomachū appetitus ſuperat digeſtionē:in caliditate vero econtra,ſicut ſupra capitulo de ſignis
complexionis ventris dictum eſt:propter quod indigent talia corpora in eis præceptore medico,qui menſuret ea.

A Hoc autem,quod dicit,quodamodo,non notat diminutionem adęquationis appetitus & digestionis in eis,maxime cum ipse subiunxerit,quod talia corpora tantum appetunt, quantum digerere possunt,sed notat improprietatem sermonis. Appetitus.n.& digestio operationes sunt,in prædicamento actionis vel passionis existentes:solius autem proprium est quantitatis secundum ipsam æquale vel inæquale dici. Propter quod intelligitur,quod quantitas rei appetitę ęquatur quantitati rei digestæ in talibus corporibus:aut quod naturæ operatio circa id,quod digeritur,non est ęqua,sicut circa id, quod appetitur,nam aliter est in iuuatiuo, aliter in superfluo:circa autem appetibile vniformiter se habet,cum adhuc sit indiscreta,nec appetitus habeat illa distinguere:propter quod non omni modo ęquatur,sed quodamodo. Tacuit autem determinationem temperatæ quantitatis in offerendis ab operatione contentiuæ,quia cognitio eius ex perfectione digestionis illam presupponit:non.n.fit perfecta digestio,vbi non est continenti perfecta contentio. Sed,quæ sit ciborum & potuum ad hoc corpus vtilitas,conspicabile est ex supradictis:sed hora assumptionis eorum reticita est,propter illud, quod dixi de hora exercitij. Est autem hora,quandocunque indiget:indiget autem, quando appetit:appetit autem,quando sentit stomachus suctionem venarum:sugunt autem venæ,quando omnia membra attrahendo sibi nutrimentum, euacuant illas:euacuant autem membra illas,quando eorum calor innatus resoluens substantiam eorum,facit indigere restaurativo : indiget autem eo,vt perduret in esse:hæc autem omnis hora est post exercitium superius dictum.

Ant. Ita vero & somni quantitatem natura ipsa metitur in ijs,quę sunt in optima compositione:& quiescunt

B statim dormientes,cum non amplius indiget corpus.

Leo. Sic & somno modum ipsa natura pręfinit ijs,qui optimam corporis constitutionem sunt sortiti. Et tunc à somno excitantur,cum corpus ampliori quiete non eget.

Co.14. Cum dedit temperamentum quantitatis in cibis,dat illud in somno & vigilia,& dicit, ITA VERO &c.i.&,sicut natura metitur sibi temperatam quantitatem cibi & potus in corporibus optimæ compositionis,adæquando appetitum digestioni,ita & metitur sibi in eis temperatam quantitatem somni. Nam,cum somnus non accidat nisi propter impotentiam vigilandi,impotentia autem vigilandi sequatur resolutionem spiritus & caloris in operibus sensus & motus in vigilijs (quorumcunque.n.est aliquod opus secundum naturam,quando excesserit tempus,in quo possunt aliquid facere,necesse est ea languescere propter resolutionem substantiæ operantis)oportet de necessitate,quod hac impotentia accidente natura & calor omnis corporis tam optime sani,quam ab illo lapsi,fugiens ad principium faciat somnum. Sed debitam quantitatem somni sola natura corporis optime sani sibi cometitur : aliæ autem non cometiuntur eam sibi,magis infra vel supra mensuræ terminum transeuntes,quam eis expediat ad bonam sanitatem,propter distemperantiam complexionis eorum,sub qua virtutis & naturę opera & passiones non correspondent sibi inuicem,sicut chordę in cithara: propter quod tales indigent artifice dirigente. Optime autem disposita natura potius artem dirigit,quam ab illa dirigatur;propter quod adiecit,ET QVIESCVNT &c. i.& hi,qui sunt in optima compositione,quiescunt à somno,cum non indigeant ampliori,cum restauratio dissoluti facta fuerit per cibi digestionem,sicut supra diximus. Tunc ergo calore & virtute,quę propter impotentiam intus refugerant,foras prodeuntibus expergiscuntur : alij autem aut tardius aut citius opportuno euigilant. Nam in corpore calido &

C sicco minor est somnus,quam vt restauret deperditum:in frigido autem & humido maior est,quam vt solum restauret,sed etiam nimia caloris constrictione suffocat & extinguit:propter quod aut adiuuante aut prohibente somnum indigent corpora penes quantitatem suorum lapsuum ad caliditatem,vel frigiditatem,vel humiditatem. De vigilia autem,cuius debitam quantitatem comensurat sibi natura talis corporis,sicut somni,tacuit,non ob aliud,nisi quia facilius erat illud intelligi ex eo,quod dixerat de somno. Si.n.comensurat sibi ad bonam sanitatem quantitatem somni,quam eligit ad restaurationem deperditi,multo fortius comensurat sibi ad perfectionem sanitatis quantitatem vigilię,qua inducitur indigentia restaurationis,non amplius vigilans,quam suæ competat sanitati de exercitio caloris & spiritus,& eius dilatatione,quæ prohibitiua est constrictionis extinctiuæ,sed vergens in somnum,quam cito accidit calorem superflue aut infrigidari,aut resolui. Corpora autem lapsa in caliditate & siccitate,propter superfluum in eis motum caloris ad exteriora superflue vigilantia incurrunt resolutionem spiritus & sanguinis,à tali motu caloris factam,magis,quam expediat ad bonam sui sanitatem:lapsa vero in frigiditate & humiditate,econtra. Sed,quę sit somni vtilitas,iam ex superius dictis conspicabile est. Vigilare autem finis est animalis,quia sentire & sapere omnibus est finis(sicut dicit Philos.in lib.de somno)hic autem in vigilia:finis autem appetitur semper vt optimum:quare magis est desiderium naturæ ad vigiliam,quam ad somnum,sicut ad

ca medi- a libri. D viuere & esse. Finis autem somni vigilia est:dormimus enim,vt melius vigilemus. Confert autem & aliter vigilia calorem dilatando,& poros aperiendo,ideoque ad superfluitates excludendas adiuuando. Tempus autem inceptionis somni est finis potentiæ ad vigiliam,qui plerunque est post assumptum cibum,maxime quando coadiuuat casus Solis, & ita quando corpus indiget illo:terminus autem somni est,qui positus est in textu.

Ant. Et ita eis diæta vtentibus in egestionibus nihil delinquitur circa ventrem,& vrinas,& totum corpus. Has.n.egestiones temperantia metitur oblationum : secundum vero totum corpus respirationem,gymnasiorum mediocris vsus salubrem efficit.

Leo. Cumque talem victus rationem adhibuerint,nullum est in eorum excrementis delictum,quæ vel per ventrem,vel per vrinæ meatus,vel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex modo eorum,quæ assumuntur,temperantur:totum vero corpus salubriter perflari facit exercitij vsus moderatus.

Co.15. Cum declarauit temperamentum quantitatis in somno & vigilia,declarauit istud in euacuatione & retentione,& dicit, ET ITA EIS &c.i.& corporibus optimæ compositionis vtentibus diæta,quæ prædicta est,s.aere,& exercitio,cibo,& somno in quantitate temperatis,tunc in eis erunt temperatæ secundum quantitatem omnes corporis euacuationes propter necessariam cocomitantiam ad prædicta:& hoc intendebat,cum dixit, IN egestionibns nihil delinquitur &c. quia

quia euacuationes siłr cibo & somno nõ indigent arte regulante: propter quod subiecit, HAS ENIM & c.i.quia tales euacuationes ŝm ventrem & vrinas nihil in quãtitate delinquẽtes efficit tẽperantia quãtitatis oblationum:re spondẽt.n.in corpore optime cõposito ŝm quantitatem oblatis egesta,sub ꝓportione,quã diximus,non peccante reliqua dięta.Quare,si quãtitatem oblatorũ natura regulauerit,tunc & egestorum siłr regulabit. Deinde dixit, SECVNDVM VERO & c.i.sed respirationes tẽperatas,i.euacuationes insensibiles,quę fiunt per exteriores cutis poros à calore innato,efficit vsus gymnasiorũ in quãtitate tẽperatus: de iuuamẽtis.n.exercitij erat,illud,quod de superfluitatibus aggregaŧ in corpore,sup quas natura est ĩpotens dissoluere & in fumũ conuertere,sic occulte euacuare:q̃re,sicut ars regulabit gymnasiorũ vsum,sic p cõsequẽs regulabit has respirationes.Patet ergo,ꝙ in talibus corporibus quædã euacuationes regulanŧ à natura tm̃,arte nihil indigentes,si reliqua dięta bene disponaŧ:quædã autem & cũ hoc arti subijciunŧ.Vtilitas aũt talium euacuationũ in vita & sanitate est pręcautela ab aggregatione supfluitatũ infirmantiũ,& contristãtiũ corpus, sicut patuit supra. Tempus aũt initij euacuationis cuiusq; supfluitatis est post cõplementum digestionis illius,cuius est superfluitas: etenim tunc iam segregatum est purum ab impuro,& indiget tunc iam corpus impuri euacuatione,ne persistens naturã cõtristet:& hoc virtus expulsiua,con termina digestiuæ apud corpus tale,est procurans.Terminatur aũt euacuatio finito supfluo euacuabili. Tacuit aũt de temperamento quantitatis retentionis,quia conspicabile est ex tẽperamento euacuationis.Nam,si euacuatio non excedit mensuram debitę quãtitatis,tunc & retentio retinendorum conuincitur fuisse tẽperata.Erat autẽ temperantia quantitatis eius in superfluis per spaciũ digestionis & separationis eorum à iuuatiuis:in iuuatiuis aũt retentio temperata,est retentio totius eorum substantiæ, quantum possibile est naturæ. Dico autem hoc,quia & in illis est dissolutio continua per calorem innatum necessario assequens. E F

Abstinere vero,manifestum est,qm̃ ab intemperantia oportet harũ oĩum animæ passionũ,iræ,tristitię, furoris,timoris,inuidiæ.Exterminant.n.hæc & mutant corpora ab ea,quę secundũ naturã,consistentia. Ant.

Liquet autem ab ipsis caueri oportere omnes animi immodicos affectus,videlicet iræ,tristitiæ,furoris, timoris,inuidiæ.Hæc enim alterant atq; à naturali statu corpus auertunt. Leo.

Cum declarauit tẽperamẽtum quãtitatis in euacuatione & retentione,declarat illud in accidẽtibus aĩe,& dicit, ABSTINERE VERO & c.i.manifestum est, qm̃ hoc corpus oportet abstinere ab intemperantia oĩum harum passionum aĩæ:& numerauit quasdã,& dixit,iræ,tristitię,furoris,timoris,inuidiæ. Deinde dedit causam huius, & dixit, EXTERMINANT ENIM & c.i.quia talia ponũt corpus extra terminos naturę suæ,& mutant ipsum à dispositione naturali ad extra naturam,maxime versus siccitatẽ:propter quod dicit infra cap.de causis cõseruatiuis corporis lapsi,ꝙ aĩæ passiones siccant corpus oẽs. Et ŝm hanc expositionẽ videtur,ꝙ reperiri possit tẽperamentum quãtitatis tristitiæ,iræ,& timoris,& siłium ad conseruationẽ corporis optime sani,sed nõ facile determinabile est,quę horũ quantitas ei sit conueniens iudicanda,maxime cũ talia toto genere sibi disconuenire videanŧ. Qũo.n.vlla quãtitas tristitiæ sibi conueniat,quę constrictione calorẽ extinguit,& humidũ exiccat?Et siłr timoris, & irę,& hmõi nõ est in promptu enunciabile. Nisi quis dixerit,ꝙ horũ modica quãtitas nõ ĩmutat ĩmutatiõe, de qua curetur,ad aliqd prę̃ter naturã,imo spiritum & calorem exercendo modo p dilatationẽ,modo per constrictionem,saluant ipsum,atq; in sui natura custodiunt: & videtur corpus eis indigere. Nam,cũ calor & spũs ab intrinsecis ad exteriora ꝓfundatur ad aĩæ opera cõplenda,resoluiŧ magna pars eius: propter quod modica ipsius coadunatio,qualis est per somnũ,modicamq; tristitiã,& timorẽ,& hmõi,conuenire sibi videtur ad salutẽ:ne autem postea supfluitas constrictionis extinguat eum,dilatatio competit tẽperata,qualis est,quæ p vigiliam & gaudium. Cõ.16. G

Fortassis aũt & hic textus aliã tolerat expositionẽ,si prædicta nõ placet:vt dicatur,ꝙ oportet hoc corpus abstinere ab intẽperantia harũ passionũ,quas numerauit,& similiũ:vt intelligat ab intẽperantia harũ,i.ab intẽperantijs his,quasi oĩa talia intẽperata sint ŝm omnẽ sui quãtitatem,quia & gñe.Signũ cuius videŧ,ꝙ de gaudio tacuit, quia nihil,aut minus oĩbus aĩæ accidentibus extrahit corpus à dispositione naturali ad extra naturã,æqualem.n. præstat calorẽ,sicut dicit Hali:& qm̃ ẽt dixit,Exterminant.n.hæc corpora & c.Si.n.forte intelligeret,ꝙ intẽperantia sola earum exterminet corpora,dixisset in singulari,Exterminat.n.& hoc corpora & c.sed dixit,hæc & c.i.hęc accidentia,non solũ eorum intẽperantia,exterminant corpora. Sed ŝm hanc expositionem videnŧ talia accidẽtia aĩæ non habere ingressum in cõseruatione sanitatis corporis optime sani:Quod neq; incõueniens reputamus: non.n.oẽ genus cibi ingreditur in illam,sed tẽperamento attinens:& siłr neq; omne accidens aĩæ,sed quod spiritum & calorẽ paulatim & leuiter mouet ad exterius,sicut gaudium,& quod siłr gaudio mouet,vt spes,& amor,& hmõi:hæc.n.nequaq̃ exterminant corpora. Dicit aũt Hali,ꝙ sup hoc loco medicus non cõtemplaŧ in arte sua in accidentibus aĩæ,neq; mensurat illa ad conseruationẽ sanitatis, licet vtaŧ eis(vt dicit)ad curationẽ ægritudinis, sed dicit,ꝙ speculatio & mensuratio eorũ ad illud est p philosophiã & legẽ. Hoc aũt repugnans est ijs,quæ Gaľ. supra dixit,cum ait,Quot igitur ex necessitate alterãtia corpus,diuidẽtes,ŝm vnumquodq; eorũ ꝓprium aliquod genus causarum salubriũ inueniamus. Adhuc autẽ palã est,ꝙ medicus scrutatur de effectibus horũ accidentiũ in corpore humano,qd autẽ sint,& vnde sint,philosopho naturali credit:sicut quædam scrutatur,& quedã credit in somno & vigilia,& cibo & potu,& hmõi.Si ergo est reperibile in accidentibus aĩæ aliquod tẽperamentum ad conseruationẽ corporis optime sani,tunc attinet medico per experientiã illud inuenire, ipsumq; pcipere,& nulli alteri:&,sicut homo obedit ei in exercitio corporis p voluntatem suã,sic & in exercitio aĩæ põt ei aliqualiter obedire,cauendo ab intẽperamento accidẽtium eius siłr per suã voluntatem,Hoc solo excepto,ꝙ,si talia accidẽtia aię acquisitum morẽ comitentur,nõ põt de facili medico obedire in illis,& indiget ad illud philosophia,& legibus, & castigationibus ad contrariũ ĩmutantibus:Si aũt sequãtur naturã corporis,cui aĩa est vnita,& ita mores vel habitus naturales,tunc in corpore optime cõposito erũt talia accidentia non excedẽtia tẽperamentũ: nihil.n.seqtur H cõ.84.hui⁹. cõ.5.huius.

natura

A naturam talis corporis nisi tēperatum & optimum,propter quod nihil medico directore opus erit. In alijs aūt corporibus,in quibus naturales aptitudines intemperatæ sunt,poterit ēt medicus in cōtrarium naturæ suæ præcipere tēperamentū aliquod appropriatū eis,circa hæc accidentia aīæ,& experiri illud ad cōseruationem eorū: imo ēt talia cū præcepto medici in contrarium ꝓpriæ aptitudini assuefient,& reducenť ad melius. Sicut.n.mali mores, malitiæ cōplexionis speciem sunt sequentes,ita,cum ex consuetudine acciderint,sequitur eos cōplexionis malitia, sicut dicit Princeps: quare silr & bonos sequitur cōplexionis bonitas,sicut & boni bonum comitantur.

1.primi do. 1.cap.1.

Ant. Venereorum vero secundū Epicurum quidē nullus vsus salubris: secundū aūt veritatē,ex interuallis tātis,vt in vsibus neq; dissolutionē sentiat,& leuior ipse se ipso videatur factus,& melius dormiens.

Leo. Venereorū vero iuxta Epicuri sententiam nullus est vsus salubris: re vera autē confert,si tantum interualli in eorum vsu adhibeatur,vt neq; resolutio aliqua sentiatur,& ipse se ipso homo quodammodo leuior factus,ac melius spirare videatur.

Cō.17. Cum declarauit tēperamentum quantitatis sex rerū nō naturaliū ad conseruationem corporis optime cōpositi,remanserat ipsi ex caplo vnius illorū,s.euacuationis & retentionis,coitus,cuius non dum ītēperantiam quantitatis assignauerat,ideo subiungit de eius tēperamēto specialē sermonē,sicut specialis est euacuatio,à pdictis diuersa. B Multa.n.delectatio,quæ in eo habetur,ꝓuocat appetitum ad superfluum eius vsum,propter quod magis,q̄ in cæteris euacuationibus,in ipso peccatur. Ad alias.n.euacuationes ꝓuocat nos tm̄ euacuandæ rei stimulans naturā grauitas,hic autē & cum hoc ardens desideriū delectationis,quæ in eo fit: propter quod circa ipsum admonet dicens, VENEREORVM &c.i.sed ẜm sententiā sectæ Epicureorū nullus vsus venereorum est saluber,siue cōseruatiuus sanitatis alicuius corporis,nedum optime sani. Et vult p venerea,opera coitus à Venere stella dicta,quæ eos,qbus in natiuitate dominatur,ad illorū disponit appetitum: propter quod à poetis & astrologis filij Veneris dicti sunt.

Sed Epicuri snīa falsa est,quod patet ex hoc, Quia,cum sperma sit superfluitas nutrimēti vtilis & vltimi,qua nō indiget indiuiduum,licet indigeat ea,species: quæ qdem superfluit digestioni quartæ,incipienti fieri in venis capillaribus,per quas alimētum resudat ad mēbra: oīs aūt superfluitas corruptiua fit naturæ,nisi resecetur,manifestum est,ꝙ,si sanitas debeat cōseruari,excerni debet,sicut aliæ superfluitates p̄cedentium digestionum: Signum cuius est, studium naturæ in euacuando illā in somno p somniū: Et ꝙ,si coerceatur in corpore,consurgūt ex ea ad cor & cerebrum vapores mali de genere veneni,corrūpentes sanitatem,& inducentes silitudinem quādam epilepsię & syncopes in viris,in mulieribus aūt suffocationē matricis: Et ꝙ sequitur retentionē eius debilitas appetitus cibi,& grauitas motus,& frigiditas corporis,& tenebrositas visus,& dolores capitis & renū & emunctoriorū & ancharum, & hmōi: Et ꝙ sanatio eorū est cum euacuatione spermatis: Et ꝙ illius euacuatio,est ab his p̄seruatio. Et,qa ita est, C subiungit Gal.aliter hoc se habere à sentētia Epicuri,& dicit, SECVNDVM autem veritatem &c.i.sed ẜm veritatem,quæ diuersatur à sententia Epicuri,aliquis vsus coitus est saluber,s.ille,qui fit ex tanto interuallo,ꝙ vtens nō sentiat in vsu debilitatē virtutum(& hoc vult p dissolutionem)& fiat inde leuior in motu, q̄ prius,& melius dormiens. Dicit aūt, EX interuallis &c. quia illud,quod de semine in vno coitu effunditur,nō colligiť in testiculis,& in venis & in arterijs minutis,ex orificijs quarū resudat ad eos,nisi in tpe quantitatem habente,& continente fortassis periodum nō vnius cibationis tm̄: spacium cuius tpis solo experimento dignoscitur,& in diuersis diuersificatur. Ex toto nanq; corpore resudat aliquid ad hæc mēbra,si supfluat aliquid nutrimento mēbrorum: dico autē,si supfluat,quia in multum abstinentibus cibo nō superfluit aliquid,de quo fit curādum. Si ergo illius interualli spacio non expectato coeat,& semen effundat,tunc testes supflue euacuati attrahunt à toto corpore, sicut ventosa,de illo,quod supfluum nō est: ad quod adiuuat & superflua frictio partium genitalium,& earū calefactio,p frequentiam coitus acquisita. Quare ablato nutrimento mēbris accidit inde substantias mēbrorum diminui & siccari,& deinde virtutes eorū deficere. Similiter ēt & superflue euacuato spiritu,latore virtutum,qui ex coitus multiplicata delicia foras eijcitur tum cū semine,tum per oēs corporis poros, sicut in gaudio,accidit virtutes deficere,quæ illo indigebant sicut primo instrumēto: imo euacuatione calidi & humidi,qbus stat vita,accidit inde festina senectus. Si aūt fiat expectatio illius interualli, non accidet inde virtutū debilitas,eo ꝙ nihil aufertur corpori,quo virtutes indigeant,& debilitentur,sed euacuatione superflui,quasi grauantis oneris,fiet inde leuior,sicut leuior fit ab euaD cuatione debita aliarum superfluitatū: & vlr sicut euacuatio superflua stercoris & vrinæ debilitat & aggrauat,temperata alleuat & conseruat,sic & spermatis. Sciēdum tñ,ꝙ maior debilitas fit ex superflua seminis euacuatione vel effusiōe,q̄ alicuius alterius supfluitatis: imo ēt plus debilitat,q̄ magna phlebotomia: quod nō est ob aliud,nisi quia rapitur mēbris nutrimentū ꝓximum coagulationi, quod iam fere stat loco deperditi: & quia pluris est spūs in ea euacuatio. Per transitū aūt illius interualli accidūt ægritudines prædictę suffocatione caloris innati ex nimia repletione,& coarctatione vaporis fumosi in corpore. Fiet ēt inde melius dormiens: cuius causa est,quia,cum virtus in euacuatione supfluitatum,presertim cū tanta delicia eiectarū,foras ꝓminuerit cum calore & spū,accidit inde calorē & spūm sparsione tali paulum infrigidari(cuius signū est rigor post mictū,eueniens ex fuga ipsius ad intrinseca)& ex hoc ad interiora,suū contrariū fugientē, fortius moueri,& ex hoc facilius somnum sequi. Adiuuat ēt ad hoc,ꝙ coitus expellit fumum spermatis aggregatum in parte cerebri & cordis: ex quo sequitur expulsio cogitationis dominātis,& melancholiæ,& oīs īpedimenti somni. Propter quod,si coitus sit distēperatus in minus,q̄ oportet,sequitur inde somni ablatio,inductio cogitationū,& melancholiæ,quæ retentionē seminis comitantur: Si aūt in plus,propter inductionē siccitatis & caliditatis extraneę peius dormire facit: imo frequentia euacuationis & delectationis in eo acquirit corpori supfluum motū caloris abintus ad extra,qualis est,qui in occasionatis vigilijs,& ex hoc corporis raritatē & passibilitatem ab extrinsecis. Et fortassis hac de causa,quia vidit Hali in coitu

ræca lec. on,dormi ns, sed,spi s, habet, ita arabi etiam ha uisse vide r, cū īqt, aīa ēt me or.ꝙ añ,i. spiratio.

in coitu propter deliciam esse multam sparsionem caloris & spũs,sicut in gaudijs,vocauit coitum accidens aĩę,nõ attendens,ꝙ & hic motus caloris & spũs in alijs euacuationibus inueniť,imo ẽt in vigilijs,nec tñ numeramus illas inter accidentia aĩæ:propter quod ĩproprie loquiť. Est aũt hic attentione dignũ,ꝙ coitus non ingrediť in cõseruatione corporis optime sani apud omnem ætatem,sed apud adolescentiam tm: & hoc est,ꝙ Gal. dicit in secunda parti.sanat.doctrinæ,ꝙ exercitiũ,cibus & potus,somnus & vigilia,& hmõi,cõmunia sunt oĩs ętatis,venerea vero solius adolescẽtię:addo aũt fortaßis & ętatis status:anteriores vero & posteriores ętates non emittũt sperma,vel in fœcundũ emittũt:ꝑpter quod coitus eis nocet,hos qdẽ ĩpediẽs ad augmẽtũ,illos vero trahens in detrimẽtum. E in princi.

SED QVAERAMVS, ne lateat,quare in euacuatione spermatis maior sit delicia,q̃ in euacuatione aliarũ sup fluitatum. Dicit aũt Gal. super hoc,4.particula de mor.& acci.ꝙ oĩs delicia est ex subitaneo reditu ab extra naturam ad dispositionẽ naturalem,paulatim.n.factus reditus non sentiť:& ꝙ in euacuatione cuiusq; superfluitatis est hic reditus propter euacuationẽ superflui grauantis,& ad extra naturã transmutãtis:& ꝙ euacuatio seminis tanto est alijs delectabilior, quãto purgatio nociui superflui citior efficiť. Sed hæc sentẽtia corrupta est,Primo qdem propter non esse omnem deliciã ex hoc,quod dicit:fit.n.delicia apud sensum ẽt,qñ nullus reditus est apud naturã, sicut in gustu saporis dulcis,& auditu suauis melodiæ,nullã habentibus his sensibus dispositionẽ præter naturam.

Secundo vero,quia(sicut ipse idem dicit)nocumentũ,quod ex semine paulatim coadunato generať,non nimis sentitur:& causa huius est, quia semen est supfluitas alimẽti vtilis & vltimi,nullã habẽtis malitiã,nisi sicut alimẽtũ ipsum. Quare non põt aggrauare nisi superabundãtia suæ quãtitatis:reliquæ aũt superfluitates nocent quantitate simul & qualitate:propter quod subiunxit, Ideoq;,si nocet,paruißimũ erit illud respectu delicię in coitu existentis. Vbi ergo minor lapsus est ad extra naturã,ibi reditus ad naturã minorem debet facere deliciam:sed palam est, ꝙ facit maiorem. Tertio,quia videmus,ꝙ in coitu supflue facto testes quasi coacte rapiunt à mẽbris,quod supfluum non est:vbi ergo nõ est dispositio ꝑter naturã ex nocente supfluo,nullus põt esse reditus ab illa: quare nulla deberet esse delicia ibi:sed palã est,ꝙ ẽt in illius euacuatiõe sentiť delicia. Quãuis ad hoc tertium posset forte qs dicere,ꝙ,sicut in diabete & diarrhœa , quãuis euacueť,quod simplr non est superfluum , tñ efficit illius euacuatio deliciam quandã in capite longaonis,& colli vesicæ,quia,postq̃ ibi fuerit,superfluum ibi iudicatur,quia aggrauat ibi sensum & lædit,Silr qdem est de semine,quod in distẽperato coitu testes rapiunt: ipsum.n.simplr est nõ superfluum,vt nunc aũt & ꝭm quid superfluum,grauans testes & vasa seminalia. Sed in veritate tũc nec est eius nocumentũ sensibile , sicut vrinæ in diabete,& stercoris in diarrhœa. Propter quod dicemus,ꝙ delicia(sicut dicit Prin.libro suo de aĩa)est acquisitio perfectionis proprię virtuti apprehẽdenti,vt sensui sensibilia conuenientia,vt gustui dulce,& hmõi. Accidit aũt sensui in reditu à dispositione nõ naturali hanc ꝑcipere perfectionẽ,quã nõ percipiebat,existens in illa,eo ꝙ nõ agebat in sensum:tactus.n.non sentit tẽperamentũ carnis,in quo saluať,eo ꝙ nõ est sui in se ipsum actio. Quare,si dicať,ꝙ delicia est paßio,qua subito reducimur ad naturã,assumiť accidẽtale pro substantiali,cũ delicia(sicut dicebať)fit ẽt,vbi nullus est reditus ad naturã , sicut in ꝑceptione maxime conuenientium sensibiliũ à sensibus ipsis perfecte & bene dispositis: pfectio.n.taliũ,est acquisitio cuiusdã ꝓpriæ pfectionis, quia est acquisitio ĩpresionis nõ corrũpentis organũ,sed saluantis. Concedimus tñ,ꝙ in expulsione cuiuscũq; sup fluitatis est qdam reditus ad naturã,& ex hoc quædã delicia,non tñ in virtute expulsiua,quæ nihil percipit ex ijs, quæ facit,sed in sensu secũ iuncto , quia.s.exonerať sensus,ab illis aggrauatus,maxime si supfluitas fuerit cõtristãs & lædens:quod in semine raro inuenitur. Non tñ mihi videtur,ꝙ expulsio seminis sit citior , q̃ vrinæ,neq; p mẽbra magis sensibilia,cum transitus vrinæ sit per virgã,sicut & seminis:quare,quantum est ex citiori euacuatione, nõ debet esse maior delicia in coitu,q̃ in mictu,imo minor,quãto vrinæ retentio plus aggrauat,q̃ seminis. Quare dicemus,ꝙ(sicut dicit Arist.in lib.de gen.aĩal.)delicia,quę est in coitu,est ex multo pruritu & titillatiõe,quã facit semen in exitu propter interclusionẽ multi spũs:quam ẽt manifestat delectatio,quã pueri nõ dum seminãtes,habent in coitu ex solius tũc spũs effusione. Hęc aũt titillatio est suauis tactui semper & oĩmode,magis qdem existẽs in coitu,quã in euacuatione alterius superfluitatis,propter pluris spũs salientis interclusionem : Signum cuius est (sicut dicit Philos.)quia,si frequenter fiať,nec accidit inde tm̃ delectari ꝑpter diminui spũs & semen. Sed quæret aliquis,cui attribuatur delicia,quæ videtur esse in euacuatione seminis in somno,in quo non est sentire. Cui dicemus,ꝙ attribuetur phantasiæ,quæ quidẽ sensus est,sicut quodcũq; aliud gaudiũ in somno apparẽs,quale est, videri cõgratulari cũ amicis,& hmõi,sed differt in hoc,qa id,quod hic facit deliciã,fit aliqualiter, licet nõ sicut apparet:ibi aũt nõ fit,sed videtur fieri. Fiens aũt hæc expulsio in somno ideo facit deliciã in phantasia,non mediante sensu ligato p somnum,quia ipsa phantasia,est principalis causa excitans hanc expulsionem,sicut & in vigilia est causa erectionis nulla frictione præcedente. Sed,qualiter phantasia hoc faciat,alterius est negocij.

(Margin: F; pt.4.ca.5.; G; li.1.ca.19.; H)

Tempus vero vsus est,quando perfecte medium fuerit earum,quæ extrinsecus , omnium circũstantiarum corpus,neq; superrepletum , neq; superindigens,neq; superinfrigidatum,neq; supercalefactum,aut siccatũ,aut humefactũ immoderate. Si vero peccet corpus aliquando,paruũ fit hoc peccatũ. Melius vero ẽ calefacto magis,q̃ infrigidato:& repleto magis,q̃ euacuato:& humectato,q̃ exiccato corpori vti venereis. Ant.

Tempus vero ad vtẽdũ opportunũ,cum oĩum in rerũ circũstantiũ exquisita mediocritate corpus fuerit cõstitutũ. Cum.s.neq; supra modũ plenũ,neq; vacuũ extiterit:aut in calore aut frigore,aut siccitate aut humiditate excesserit corpus. Quòd si aberrare contigerit,paruus sit error. Melius aũt illi calefacto magis,q̃ infrigidato:& pleno,q̃ vacuo:& humecto potius corpore,q̃ exiccato,vti venereis. Leo.

Cum declarauit tẽperantiam quãtitatis coitus ad conseruationẽ corporis optime sani,declarat tẽpus cõueniens ei ad vsum eius. Quãuis.n.tẽpus non sit habendũ,vt tertia cõsideratio,diuersa à quãtitate & qualitate,quia tamen Cõ.18.

plurimũ

A plurimum confert ad diſcretionem debitæ quantitatis & qualitatis,vtimur eo vt tertia conſideratione,ſicut ſupra dictũ eſt. Et docuit tẽpus vſus in eo,cum tacuerit illud in alijs,quia plurimũ peccatur in tpe vſus eius:quo ſcito tẽperamentum quãtitatis eius pro magna parte diſcernitur. Intelligas tñ,ꝙ,ſi corpus indiget tanto & tali coitu,tem pus continue cõueniens eſſe iudicatur,ſicut de reliquis.Sed,vt ſciamus,qñ corpus indiget quantitate,quã ex inter uallo ſuperius aſsignato prẽmonuit, docet tẽpus diſcretiuũ illius,& dicit, TEMPVS VERO &c.ideſt,ſed tẽpus vſus coitus maxime conueniens corpori optime ſano,eſt,qñ tale corpus fuerit mediũ inter oẽs duas cõtrarias diſpoſitiones,quæ accidunt ei extrinſecus,ſ.mediũ inter repletũ & euacuatũ,fatigatum & quietum, gaudioſum & triſtẽ,calefactum & infrigidatũ, & hmõi:inter tales.n.circũſtantias non ſemp eſt mediũ,ſed aliqñ magis declinat ad alterũ extremorũ,ꝓpter vſum rerũ nõ naturaliũ ita diſponentẽ, licet ſemp ſit mediũ circũſtantiarum,quæ intrinſecus ſunt,cũ ipſum ſit in oĩ tẽperantia,& in mediocritate,ad ſĩitudinem ſtatuæ Polycleti,ſicut dictũ eſt ſupra
c 59. ſcdi. tractatu de ſignis. Ipſum nãq; cum fuerit medium extrinſecus circũſtantiarũ oĩum,põt vti coitu ad ſuperflui ſemi nalis euacuationẽ p interuallum ſuperius dictũ abſq; vllo nocumento,qm tunc magis indigere videtur,interuallo tñ ſeruato. Coitus aũt ſuper repletionem ꝓhibet digeſtionẽ,& facit cadere in ægritudines,quas efficit motus ſuper repletionem: ſuper vacuitatem vero eſt debilitans & pernecans calorẽ innatum, & attrahens liquefactionẽ & hecticam. Infrigidatos,amplius eſſentialiter infrigidat euacuatione ſpiritus & caloris,licet tũc cõcuſsione quadã
B & motu caloris ad extrinſeca calefacere videatur,& maxime in exterioribus:calefactos aũt,licet eſſentialiter infrigidet,tñ accidentaliter calefacit,vt dictũ eſt: ſiccatos aũt auget in ſiccitate,& humidos in humiditate,attractione indigeſtionis p diminutionẽ caloris. Et ſic in extremis circũſtantijs poſito corpore accidũt ei nocumenta ex coitu, ipſum.n.tunc nõ videtur indigens coitu vllo modo. Hora vero cõueniens ex parte vacuitatis & repletionis eſt, cum cõpleta fuerit digeſtio prima & ſecũda,& mediat tertia:hęc.n.eſt hora media inter vacuitatẽ & repletionem,
a tertij tra & nõ cõpleta digeſtione tertia,quæ eſt hora vacuitatis,ſicut dicit Princeps. Hæc aũt hora fortaſsis eſt in ſecũda vel
c.1.c.20. tertia hora noctis,qñ pręceſſerit ſomnus, & ẽt ſecuturus eſt. Cui aũt accidit coiuiſſe ſup repletionẽ,moueatur poſt paulatim,vt deſcẽdat cibus de ſtomacho,deinde dormiat. Cui aũt accidit coiuiſſe ſup vacuitatem,potus lactis eſt ſibi remedium. Qm aũt medietas iſtarũ extrinſecus circunſtantiarũ difficulter obſeruari põt,docet ad quod extremorũ ſit tutius declinare,& dicit, SI VERO &c.i.ſed,ſi peccetur aliqñ in aliqua circũſtantia,facito,ꝙ peccatum ſit paruũ,& hoc dupliciter,ſ.aut ꝙ corpore exiſtente in illo extremo,coitus non multiplicetur:aut ne coeat eo multum lapſo verſus extremũ,&ſi coire poſsit eo parum lapſo verſus illud,parua.n.nocumẽta non conſiderãtur ab arte. Deinde,cum admonuit tẽperantiã haberi debere in peccato,cõparat inter coitus factos tpe duorũ extremorum,& dicit, MELIVS VERO &c.i.ſed coire melius, ideſt minus malũ,eſt calefacto,q̃ infrigidato,qm nocumentum eſſentiale coitus eſt infrigidatio corporis,licet accidentale ſit calefactio:hoc aũt peius eſt infrigidato,minus aũt malũ calefacto,nam nocumentũ eſſentiale magis põt tolerare calefactus,q̃ infrigidatus,licet infrigi
C datus magis iuuari videatur p accidẽtale nocumẽtũ coitus,quod eſt calefactio quędã extranea,nã eſſentiale nocumẽtũ maius eſt in eo accidẽtali iuuamento,quod eſt in extrinſecis tm̃. Deinde dixit, ET REPLETO &c.i.& minus malũ eſt repleto,q̃ euacuato:nã nocumẽtũ indigeſtiõis corrigibilius eſt nocumẽto arefactiõis,& phthiſis. Deinde dixit, ET HVMECTATO &c.i.& minus malũ eſt humectato,q̃ exiccato,p viã eãdẽ: & in alijs ſĩr.

Ant. Qualitatem vero ſingulorum eorum,quæ dicta ſunt,eligere in ijs,quæ ſunt optimæ cõpoſitionis,oportet,Gymnaſiorum quidem,in quibus omnes partes corporis proportionaliter mouentur,& non hoc qui dem ſuperdolet,hoc vero minus dolet. Eorum vero,quæ comeduntur & bibuntur,maxime eucrata: hæc enim maxime conuenientia eucratis naturis:ſimiliter vero & in alijs.

Leo. Horum autẽ ſingulorum,quæ dicta ſunt,qualitas in ipſa corporis conſtitutione eſt eligenda,Exercitij quidem,in quo totius corporis partes æqua proportione mouentur,ita vt non alię quidem vltra modum fatigentur,aliæ vero citra. Cibi autem & potus optimã habeant tẽperiem,ſunt enim naturę conuenientio res,qui optima fuerint prædita tẽperatura. Eadem in reliquis etiam eſt ratio adhibenda.

Cõ.19. Cum declarauit tẽperamentum quãtitatis vniuſcuiuſq; ſex prædictarũ rerum neceſſario alterantiũ,ad conſer
D uationem corporis optime ſani,declarat tẽperamentũ qualitatis,& dicit, QVALITATEM VERO &c.i.ſed eligere oportet qualitatẽ cõpetentem earũ,quæ dictæ ſunt,rerũ ad conſeruationẽ corporis optime ſani,ſicut & quãtitatem. Deinde exẽplificat de cõpetenti qualitate quarundã earũ,& dicit, GYMNASIORVM &c.i.inter ſpecies exercitiorum talẽ oportet eligere,in qua oẽs partes corporis proportionaliter exerceãtur,cum oẽs indigeant exercitio:& in qua non contingat vnã partem magis altera dolere,aut magis altera calere,ſed ęqualiter,ẽm ꝓpor tionem indigentię exercitij. Non.n.oẽs ęqualiter indigent illo,ſed quędam magis, quædã minus,propter plus & minus egere calore & ſuperfluitatũ excretione:ęqualitas.n.horum & ſĩium effectuum exercitij ẽm oĩa corporis mẽbra eſt tẽperata qualitas exercitij,vt ſit qualitas exercitij,ſpecies,et modus eius:tẽperata aũt,in qua oĩa corporis mẽbra ꝓportionaliter mouẽtur. Sunt aũt ſpecies eius luctari,ſalire,digladiari,incedere,lanceare,manus manibus
le re. ſa. contorquere,& hmõi,quę numerat Gal. & Prin. Hęc aũt facere eſt velociter & tarde,debiliter & fortiter,& cõpo
rimi do. ſite velociter & fortiter,& ſic inde. Quæ aũt iſtarum ſpecierũ ſit,in qua accidat corpus æqualiter exerceri,non eſt
ap.2. facile determinabile, ſed per experimentũ diſcibile eſt. Deinde,cum exẽplificauit de temperamento qualitatis gymnaſiorũ,exẽplificat de tẽperamento qualitatis oblatorũ,& dicit, EORVM VERO &c.i.& inter ſpecies cibo rum & potuũ oportet eligere maxime tẽperatos cibos & potus,qm tales maxime conueniunt corporibus optime tẽperatis. Et ſĩr eligere oportet in alijs,iam.n.ſupra dixi,ꝙ talibus corporibus ad ſui conſeruationẽ oĩa cõpetunt ſuo tẽperamento ſĩia. Non eſt aũt intendendũ,vllum cibũ tẽperatum eſſe tẽperamento corporis humani,niſi cum

cum iam actu cibat & nutrit,ſed intendendũ eſt,ꝙ tẽperatus ſit cõparatione ſuorum effectuum in corpore,q non ſunt æqualitatẽ excedentes,qñ.ſ.in digeſtione perſeuerat,eo modo,quo & medicina dicitur tẽperata:nam eadem cõparatione dicunt habere tẽperamentũ,ſ.quia ĩmutãtur à corpore,& nõ ĩmutant ipſum ĩmutatione, de qua ſit curandũ:differunt tñ per hoc,ꝙ cibus conuertit in ſĩlitudine corporis,medicina vero nequaq̃.Et hic cibus in qualitatibus ſuis ita tẽperatus,dicit abſolute cibus:alius vero,q non eſt ita tẽperatus,nõ dicit abſolute cibus,ſed medicinalis:propter quod dixit,ꝙ de numero eorũ,quæ comeduntur & bibũtur,oportet eligere maxime eucrata,i.ea, quæ maxime appropinquant ad hoc,ꝙ ſint abſolute cibi:cõparabilis.n.eſt cibus ſm eucraſiam,exiſtẽs plus & minus eucratus,ſicut & corpus.Quid aũt ſit talis cibus & potus,in alijs requirendũ. Sed tẽperata qualitas aeris iam ſupra dicta eſt. Poteſt autẽ & vlterius explicari,ſ.ꝙ ſit clarus,mundus à vaporibus malis ſtagnorũ & cauernarum: neq; ſit cõſtrictus intra parietes,ſed diſcoopertus & perflabilis à ventis bonis,q veniũt à terris altis:neq; ſit in terra ꝓfunda,quæ cito calefit,cũ Sol oritur,& cito infrigidatur,cũ occidit:neq; ſit in vicinia arborũ & herbarum malarũ,quales ſunt nux,& ficus,& caules,& eruca,& quæcũq; veneno participant. Tẽparata aũt qualitas ſomni eſt figura eius conueniens,quæ debet eſſe ſuper alterum laterũ,vt.ſ.incipiat ſuper dextrũ,quia cũ hac figura fit facilis deſcenſus cibi ad fundũ ſtomachi,qui eſt locus digeſtiõis:deinde fiat reuolutio ſup ſiniſtrũ,quia cũ iſta figura cõcidit hepar ad amplexũ ſtomachi,quod adiuuat ad digeſtionẽ:vltimo aũt ſit reditus ſup dextrum,nam hæc figura ꝑparat deſcenſum cibi ab eo ad inteſtina. Connumeratur ẽt in tẽperamento qualitatis,ꝙ nõ ſit abſq; cooperimẽto pãnorum,& eleuatione ceruicalis:nam hoc ẽt iuuat ad digeſtionẽ cibi,propter quã ſomnus maxime expetit:& ꝙ nõ ſit diurnus,nã hic eſt retẽtiuus expiratiõis,ſolitæ exhalare à corpore,& alia hmõi,quę ſomni conditionẽ meliorant. Tẽperata aũt qualitas egeſtorum eſt pendens à tẽperantia qualitatis aſſumptorũ:aut ẽt exquiſita expulſio,dum ſentitur ſtimulus expellendorũ,cõnumeratur pro tẽperantia egeſtionum. Sed temperamentũ qualitatis in accidentibus aĩæ tunc fortaſſis cõparabitur cauſæ extrinſecæ,quæ inducit illã,nam ſm illam ẽt variatur effectus eius in corpore.Et erit ſm hoc tẽperata qualitas eorum,quæ à parte talis cauſæ non alterant corpus optimę compoſitionis alteratione exterminãte,ſed conſeruante. In pluribus tamen ex his ſex rebus eligit ſibi optima natura temperamentum qualitatis, niſi aliquid impediat,ſicut temperamentum quantitatis. E F

SED DICET aliquis,ꝙ cõmenſuratio iſtarum ſex rerũ nõ ſeruat niſi tẽperamentũ eius in cõplexione,ſed coæqualitatem eius in cõpoſitione nequaq̃:quare non videtur ſufficienter dediſſe cauſas cõſeruantes corpus optime ſanum. Niſi eſſet,ꝙ hæc cõſequenter & ſecũdario conſeruant eius coęqualitatem in organicis,eo ꝙ ſm plurimũ bonitas cõpoſitionis cõſequit bonitatẽ cõplexionis,ſicut ſupra diximus.Hic eſt ergo modus cuſtodię optimę ſanitatis ꝑ abbreuiata capitula,cuius cuſtodię adminiſtrationi duę ſunt à natura attributę virtutes(ſicut dicit Prin.)ſ. nutritiua,quę reſtaurat illud,quod ex corpore reſoluit,attinens terreitati & aqueitati:& ſpũalis pulſatiua,quæ reſtaurat illud,quod ex ſpiritu reſoluitur,attinens igneitati & aeritati.His aũt virtutibus deſeruiũt ab intra quatuor virtutes naturales,ſ.attractiua,retentiua,digeſtiua,& expulſiua:quę q̃dem principalr deſeruiunt nutritiuę,ſecundario aũt pulſatiuæ,inquantum pulſatiua non reſtaurat ſpiritũ niſi ex cibo:ad extra aũt deſeruit eis ars cuſtodiẽdi ſanitatem,cuius adminiſtrator eſt medicus ſm illius præcepta.Medicus vero non deſeruit eis niſi cõmenſurando ſibi ſex prædicta genera neceſſario alterantiũ,per modum,quẽ breuiter hic expoſuit,latius vero in libro de cõſeruatione ſanitatis,docens q̃dem in illo appropriationẽ debitæ quãtitatis & qualitatis eorum apud omnes ętates. 3.primi c.1. G

Si vero ſecundum aliquod ab optima cõpoſitione deficit corpus,non multum vero,& conſeruantes ſalutem cauſæ ſecundum proportionem mutabuntur.Pluribus vero talibus exiſtentibus corporibus ſecundum ſingulum genus ſeparatim dicendũ.A craſi igitur optima ĩmutatum,in organicarum vero partium conueniẽtia nõ permutatum,duplicem formã habet ſalubrium cauſarum,alteram quidem ſeruantiũ eius craſim:alteram vero earũ cauſarũ,quę ad optimam ducunt,Seruantes aũt eius craſim tm̃ permutantur ab eucrata natura cauſæ, quantum & totius corporis craſis ab illa perfecta permutatur.Calidiora.n.corpora calidioribus indigent adiutorijs:frigidiora frigidioribus:ſicca vero ſiccioribus:humida humidioribus: & ſecundum complexionem calidiora & ſicciora,calidioribus & ſiccioribus:& his proportionaliter in reliquis tribus complexionibus. Ant.

At,ſiquod ab optima conſtitutione defecerit corpus,non aũt vehementer,& hæ,quæ ipſius ſanitatem cauſæ conſeruant,ad proportionem mutabuntur.Sed,cum multa ſint huiuſcemodi corpora,per ſingula genera ſeorſum dicendum.Quod igitur in tẽperatura euariat,inſtrumentariarũ autem partium ſeruat cõmenſurationem,duplicem habet ſalubrium cauſarum formã:alteram quidem earũ,quę ipſius conſeruant temperaturam:alteram vero earum,quę ad optimam transferunt.Quę itaq; ipſius tẽperaturã conſeruant, tantum à cauſis optime tẽperatæ naturę diſtabunt,quantum & totius corporis tẽperatura ab illa euariabit. Calidiora ſiquidem corpora calidioris victus rationẽ expoſcunt,frigidiora aũt frigidioris,& ſicciora ſiccioris,& homidiora humidioris:ac ſecundum coniugationem calidiora ac ſicciora,calidioris ac ſiccioris,eadem in reliquis etiam coniugationibus proportione ſeruata. Leo. H

Cum dedit cauſas conſeruatiuas corporis optime ſani,quę dicunt ſimpliciter ſanæ,ſ.conſeruantes, dat cauſas cõſeruatiuas corporis ab eo lapſi.Quòd ſi corpus fuerit parũ lapſum,in gradu.ſ.multum ſani exiſtens,tunc cauſę conſeruantes illius ſanitatẽ adhuc dicuntur ſimpliciter ſanæ,ſicut & illud corpus docuit in ſumma de corporibus ſimplr ſanum dici,conſideratione facta ſm ſenſum,quia, licet lęſum & lapſum ſit ſm veritatem,non tñ ſenſibile hoc,ſicut dixit.Si aũt fuerit amplius lapſum,in gradu.ſ.neutrius ſimplr,vel ægri ſimpliciter exiſtens,tunc cauſæ Cõ.20. t.15. huius.

cõſeruãtes

A conſeruantes ſanitatẽ taliũ corporũ dicent̃ vt nunc ſanę,ſicut corpus vt nunc ſanũ quodlibet horũ eſſe monſtraui
mus tractatu de corporibus precõmẽtato. Incipit aũt,& dicit, SI VERO &c.i.ſed, ſi corpus nõ ſit optime ſanũ,
ſed deficiens ab optima cõpoſitione illius ſm aliquid,& non multũ,tunc cauſæ cõſeruatiuæ talis corporis ſunt in
ꝓportione ad cauſas cõſeruatiuas corporis optime ſani,quę eſt huius ad illud,aut ab eadem parte,aut à contraria,
ſicut dicemus:& hoc intendebat,cũ dixit, ET CONSERVANTES ſanitatẽ cauſæ &c. Et iſte eſt cõis canon in cõ
ſeruatione corporis lapſi,in quocũq; gradu lapſum ſit:ſed hic,ꝓpoſitus eſt tm̃ in conſeruatione ſanitatis corporis
parum lapſi,ſiue vt multum ſani, qm̃ ipſe ſolas ſummas artis ptranſiens in hoc libro,vult p declarationẽ cauſarũ
cõſeruatiuarũ corporis vt multũ ſani,manifeſtas eſſe cauſas conſeruatiuas aliarũ duarum ſequentiũ latitudinum,
ſicut p ſigna corporis ægri ſimpliciter,duas antecedentes latitudines voluit eſſe pſpicuas. Hunc aũt canonẽ parti-
cularius explicare volens ſubiunxit, PLVRIBVS VERO &c.i.ſed,cũ corpus non multum lapſum ab optime
ſano,ſit multiplex ſm multimodos lapſus eius(nam aut eſt lapſum ab illo in natura conſilĩ,aut in natura officia-
li,aut in natura cõi:& in natura cõſilĩ,aut verſus calidiatẽ,aut frigiditatẽ,aut humiditatẽ,aut ſiccitatẽ:& in natura
officiali aut ſm formã,aut ſm q̃titatẽ,aut numerũ,aut ſitũ)dicẽdũ eſt de cãis cõſeruatiuis eius ſm quẽlibet modũ
lapſus ipſius:& incipit dicens, A CRASI IGITVR &c.i.ſed,ſi corpus lapſum fuerit ab optime ſano in cõple-
xione,& nõ in cõpoſitione,tũc tale corpus contingit habere cauſas duorũ modorũ, Vnus modus eſt cauſarũ con
B ſeruantium cõplexionẽ inuentam in eo: Alius modus eſt cauſarũ meliorantiũ eam,& ducentiũ ad optime tẽpera
tam:quæ ẽt quodã reſpectũ dicunt̃ conſeruantes,ſicut infra monſtrabit. Deinde,cũ præmiſit diuiſionẽ cauſarũ
ſeruantium corpus lapſum in cõplexione, ꝓſequitur primo primũ membrũ diuiſionis,& dicit, SERVANTES
AVTEM &c.i.ſed cauſæ ſeruantes in eodẽ cõplexionem parũ lapſam ab optima,tm̃ debent diſtanter pmutari à
cauſis ſeruantibus optime tẽperatũ,verſus eundem modũ lapſus,quãtum totius corporis illius cõplexio pmutata
eſt ab optime tẽperata:vt ſilr̃ ſe habeant adinuicẽ cauſæ,ſicut corpora. Deinde,cum poſuit canonẽ,exẽplificat
ipſum,& dicit, CALIDIORA ENIM &c.i.quia corpora,quę ſunt calidiora tẽperatis,indigent ad cõſeruationẽ
ſuæ cõplexionis in eodẽ adiutorijs cauſarũ calidiorũ cauſis tẽperatis per eam quãtitatẽ & gradũ,per quẽ ẽt corpo
ra ſunt calidiora tẽperatis,& ſilr̃ frigidiora frigidioribus,& ſic inde:à ſuo.n.ſimili res nõ patitur nec mutatur,ſed
potius cõſeruatur. Sicut ergo cauſa tẽperata cõſeruat tẽperatum,ſic & diſtẽperata diſtemperatũ,qñ quidem cauſa
tantũdem labitur à cauſa,quãtum corpus à corpore,& verſus eandẽ qualitatẽ,quia id vere eſt ſilẽ in natura,à quo
res nõ patitur nec mutatur. Corpus.n.calidũ tribus numeris ſupra tẽperatũ corpus,non patitur à cauſa,quæ tri-
bus numeris lapſa eſt à tẽperata cauſa,quæ(ſicut videtur)tribus numeris põt calefacere ipſum tẽperatum,ſed bene
pateretur ab ea, quæ poſſet ipſum diſtẽperatum calefacere vno numero tm̃: ſed talis cauſa calefaceret tẽperatum
quatuor numeris. Feruens.n.aqua feruenti admiſta nõ intendit eius calorẽ,ſed cõſeruat in eodẽ:calidæ.n.aquę ca
lidior addita mutatur verſus ampliorẽ calorem. Non docet aũt adaptare huic corpori ad ſui cõſeruationẽ debi
C tam quãtitatem & qualitatẽ vniuſcuiuſq; p̃dictarum ſex rerũ, ſicut docuit ad cõſeruationẽ corporis optime ſani,
contrarium faciens ei,quod obſeruauit in ſignis. Cum.n.optime ſani corporis generalia tm̃ ſigna poſuiſſet,lapſo
rum vero ab illo particularia explicaſſet,econtrario qdem in cauſis particulares cauſas corporis optime ſani cõſer
uantes explicauit,lapſorũ vero ab illo,ꝓſequitur generales tm̃,præterq̃ reductiuas lapſus in organicis,quas parti-
cularius explicabit. Et prima huius cauſa eſt delectatio breuitatis in hoc opere:ſecũda vero fortaſsis,quia ꝓportio
numeri lapſus cauſæ ad numerum lapſus corporis ſola habetur cõiectura:quare nõ eſt de facili conſiderabile,quę
quãtitas & qualitas vniuſcuiuſq; ſex rerũ cõpetat ſibi ad cõſeruationem in eodem. Ex his ergo,quæ dicta ſunt
in conſeruatione corporis optime ſani,deriuabilis eſt cauſarũ adaptatio particularis debitæ quãtitatis & qualita-
tis ad cõſeruationem corporis lapſi,bene cõiectãti ꝓportionem numeri lapſus cauſæ ad numerũ lapſus corporis.
Quare,qm̃ nõ eſt oĩo in medico offerre poſſe aerem coæqualẽ corpori in caliditate,frigiditate,humiditate,vel ſic-
citate,in qbus corpus lapſum eſſe cõtingit, reminiſcẽdũ eſt canonis dicti in ijs,quæ de cauſis cõſeruatiuis optime
ſani corporis,ſ.ꝙ,ſi aer non corrñderet corpori ĩ pari lapſu à tẽperato aere ſm eandẽ qualitatẽ,ſed ſm oppoſitam,
inclinãda erunt reliqua neceſſario alterantia tanto amplius in lapſum ſilẽm corpori,quã ſit corpus,quòd ſufficiãt
ad denigrandũ aeris contra factam actionẽ. Si vero ſm eandem qualitatem ſit plus vel minus in gradu,q̃ corpus,
adæquandus erit corpori per additionem vel diminutionem gradus illius qualitatis in alijs.
6. DVBITABIT autem aliqs,primo ex hoc,ꝙ Gal.ipſe dixit in libro de conſeruatione ſanitatis, & in libro ci-
D borum(ſicut refert Hali)ꝙ corpora,quæ ſunt calidiora,indigent regimine frigidiori. Secũdo ex hoc,quod di-
5.2. lib. xit ſupra ca.de ſignis cõplexionis oculorũ,cõmune p̃ceptum eſſe in cognitiõe craſium diſtẽperatarum oĩs partis,
lædi à ſilibus ſuæ craſi facile,iuuari vero à contrarijs moderato vſu. Tertio ex hoc,quod dixit in cõmento illius
oriſ.3. aphoriſmi tertię particulę, Aegritudinũ alię ad alias &c.ꝙ ætates calidiores bene adiacẽt regionibus,horis,& dię-
tis frigidioribus:& frigidiores calidioribus:ſed cõmoderata ætas comparari debet commoderatæ regioni,horę,&
diætæ,hæc.n.ſola ſuo ſilĩ bene diſponitur,ſicut dicit. Adhuc aũt his authoritatibus nõ deeſt ratio. Nam,quorũ
eſt maior ſilĩtudo,facilior eſt conuerſio(ſicut vult Ariſt.in 2.de generatio.)conuerſio.n.in genere ꝓportionali fa-
oriſ.50. cilior eſt,q̃ ad cõtrarium,ſicut dicit Princeps. Gal.ẽt in cõmento ſuper illo aphoriſmo, Quæ ex multo tpe con-
t.2. ſueta &c. dicit,ꝙ à ſimilibus ſingulũ citius alteratur:ergo facilius res patitur à ſimili,q̃ à cõtrario:ergo ſilẽ mutat
rẽ,ſic ut & cõtrarium,& facilius,q̃ illud,licet nõ mutẽt ad idẽ. Adhuc aũt de neceſsitate ſeq videtur,ꝙ,ſicut cor
pori tẽperato cõpetunt ad cõſeruationẽ oẽs cauſæ tẽperatæ,ita & diſtẽperato debẽt cõpetere ad hoc idem oẽs di-
ſtẽperatę,quæ talẽ ꝓportionem habẽt ad cauſas ſalubres tẽperati,quales habet & hoc corpus ad illud: ſiqdem à ta
libus ſilibus nulla eſt paſsio,ſed conſeruatio tm̃. Sed ĩpoſẽ videtur corporis ſic directi per medicum non augeri
diſtẽperantiam valde. Si.n.corpus calidũ deget in aere calido,cũ cibis & potibus calidis,& vigilijs,& exercitijs plu
rimis,& iracũdijs,& hmõi,ægritudines calidas incurret facile,ſicut eſt experiẽtes diſcere. Ita ergo videt̃ hoc dictũ
non

non habere veritatem. Adhuc aũt & ſibi obuium eſſe in multis locis. Hali aũt his contradicentibus authori E
tatibus cõſentiens,magis hũc textum eius conat̃ exponere,vt cõtradictio occultetur,dicens,ꝙ,qñ Gal.dicit,ꝙ ca- cõ.44.
lidiora corpora indigent calidioribus adiutorijs, intelligit indigere tali calidiori regimine,quod faciat remanere
ſup ipſa cõplexionẽ calidam ſm diſpoſitionẽ ſuã abſq; additione & diminutione:& regimen efficiens hoc,eſt per
cauſas minus lapſas in frigiditate à cauſis tẽperatis,q̃ ſit corpus à corpore in caliditate,Vt verbi gratia dicit,ꝙ con
ſeruatio corporis tẽperati ſeparati ab æqualitate duobus gradibus verſus calorẽ,ſit p illud,quod infrigidat in gra-
du primo,i. per id,quod vno gradu ſeparat̃ à tẽperata cauſa verſus frigiditatẽ : & dicit,ꝙ hoc tale eſt calidius p cõ-
parationem ad regimen reductiuũ illius,habens fieri(vt poſt dicet)per cauſas æque lapſas à tẽperatis in frigidita-
te,vt eſt hoc corpus à temperato in caliditate. Dicit enim,ꝙ corpus calidum reducendũ indiget regimine frigidio
ri:cõſeruandũ aũt indiget calidiori , intelligens qdem,ꝙ frigidum in primo cõſeruans calidũ in ſecũdo,eſt calidũ
per cõparationẽ frigidi in ſecũdo,quod deducit illud ad tẽperamentũ:& ſaluans p hoc,ꝙ calidiora indigent cali-
dioribus adiutorijs,nec tñ diſtẽperantur aut infirmant̃ ab illis. Hæc eſt ergo expoſitio Hali,per quam conatur
euadere paſſum iſtum:quæ ſine dubio multis modis eſt corrupta,Primo ſcilicet,quia intelligit,cũ Gal.dicit,Cali-
diora calidioribus indigent adiutorijs.ꝙ cõparatio fiat ad adiutoria reductiua,vt intelligatur,ꝙ corpora lapſa in
caliditate,ſi debent cõſeruari in eodẽ,indigẽt calidioribus adiutorijs ipſis reductiuis adiutorijs.Sed tunc eſſet hæc
cõparatio abuſiua,nã adiutoria reductiua talis corporis nõ ſunt calida: igitur nec cõſeruatiua calidiora ſunt illis. F
Adhuc ẽt intentio Gal. eſt cõparare ad adiutoria tẽperata,vt intelligat̃,ꝙ corpora calidiora indigent adiutorijs
calidioribus,ipſis tẽperatis adiutorijs,qbus ĩdigebat optime ſanũ corpus,ſicut & ipſa corpora ſunt calidiora illis.
Propter quod dixit,ꝙ conſeruantes eius craſim tm̃ permutãtur ab eucrata natura cauſę,i. à cauſa tẽperata,qua in-
diget optime ſanũ corpus,quãtũ & corporis totius craſis,ſ. corporis lapſi,pmutat̃ ab illa,i. à craſi corporis optime
tẽperati. Adhuc aũt frigidum in primo,quod dicit cõſeruare calidũ in ſecũdo,nõ eſt tm̃ pmutatum ab eucrata
natura cauſę,quãtum & totius corporis craſis ab illa pmutat̃.Prẹter hoc aũt nec eſt permutatũ verſus eandẽ quali
tatem,verſus quã eſt corpus,ſicut Gal.ſe manifeſtat intendere,cũ infra dicit,ꝙ regimen reductiuũ eſt contrarium te,22.& 23.
conſeruatiuo in eodẽ. Nam,ſi corporis calidi in ſecũdo eſt regimen reductiuũ per frigidas cauſas in ſecundo,erit
conſeruatiuũ in eodẽ illius eiuſdẽ p cauſas cõtrarias eis:ſed nõ eſt dare ſm veritatẽ cauſas alias contrarias,q̃ calidas
in ſecũdo:ex quo patet,ꝙ cõſeruatio illius in eodẽ eſt per cauſas tantũdem lapſas verſus eãdem qualitatẽ ſm men
tem Galeni. Quare nõ videtur dicere mẽtẽ eius. Item quærat̃ ab eo,qualiter intelligat frigidũ in primo. Aut.n.
cõparatur ipſum ad corpus tẽperatum,vt dicat̃ frigidũ in primo,quia infrigidat corpus tẽperatum vſq; ad primũ
gradum frigiditatis:aut cõparat ipſum ad corpus calidũ in ſecũdo,quod per ipſum debet cõſeruari,vt dicatur fri-
gidum in primo,quia infrigidat corpus calidũ in ſecũdo vſq; ad primum gradũ frigiditatis. Sed ad corpus tẽpera-
tum cõparari nõ põt:nam nõ omne,quod infrigidat corpus tẽperatum,infrigidabit corpus calidũ:ipſe aũt intel-
ligit corpus calidũ debere infrigidari,ſi debeat cõſeruari in eodẽ:Nec ad corpus ẽt calidũ in ſecũdo,quod p ipſum G
debet cõſeruari:nam,ſi infrigidat ipſum in primo gradu,nõ facit remanere cõplexionẽ eius ſuper ipſo. Intẽtio
ẽt eius,ꝙ oportet ipſum infrigidari,ſi debeat conſeruari,nullo modo eſt intelligibilis. Si.n. hoc dicit,ꝙ retrahat à
lapſu,in quẽ deueniret,tũc dicam,ꝙ aut deueniret à ſe,aut ab alio: à ſe aũt eſt ĩpoſ,quia nihil ſeipſum diſtẽperat, 5.phy.t.63
mouẽs.n. aliud eſt à moto de neceſsitate:Si aũt ab alio,tunc cõtinget,ꝙ diſtẽperans & retrahens , qñ ſimul agunt,
ſunt tanq̃ vna cauſa cõſeruans,quæ cũ ſibi inuicẽ miſcent̃,fiunt quaſi vnũ ſil̃e corpori,quod debet conſeruari : &
accidet conſeruationẽ eſſe per ſil̃e in qualitate & gradu. Adhuc aũt vidẽdum eſt ipſi,vtrum gradus cauſarũ ca-
lefacientiũ & infrigidantiũ ſupra tẽperatas ex iſtis rebus ſint ꝓportionales gradibus corporũ calefactorũ & frige-
factorum ſupra tẽperatum,vel non. Si.n. ſunt ꝓportionales,tunc , ſicut tẽperate cauſæ conſeruant tẽperatum,ſic
calidæ in primo calidũ in primo:& calidæ in ſecũdo calidũ in ſecũdo:& ſil̃r frigidæ frigidũ,& ſic inde:& talis fuit
expoſitio noſtra ſupra. Si aũt nõ ſunt ꝓportionales,tunc debuit illud dicere,& pariter aſsignare cauſam, quare cã
frigida in primo,conſeruat corpus calidũ in ſecũdo. Propter hęc igitur oĩa indecens eſt expoſitio Hali,& omnino
abijcienda. Nos ergo,vt expoſitionẽ noſtrã cõfirmemus,quæ textui conſonat,rñdebimus authoritatibus eius,
quæ alijs cõtradicere vidẽtur,& rationibus ẽt experimẽtis ĩpugnare viſis hãc eius ſententiã in hoc loco. Dico ergo
(ſicut dicit Ariſt. in primo de gene. & cor.)ꝙ actio & paſsio eſt inter cõtraria:ſed cõtraria ſunt eadẽ genere,diuerſa tex.cõ.51.
ſpecie:cõmunicant ẽt in materia,qua ponitur res in genere,diuerſantur in forma,qua ponitur res in ſpecie:omnis H
aũt actio,ſi ꝓcedat ad vltimum,aſsimilat paſſum agenti,qñ agens fuerit naturale & vniuocũ. Ergo,cum à princi-
pio actionis ſint cõtraria,ad vltimũ fiunt ſimilia:in tota aũt via media paſſum habet ſm plus & minus de permi-
ſtione cõtrarij:ſed,quia actio non fiebat niſi ad remouendũ cõtrariã formam agenti,quãdiu eſt in materia aliqua
portio illius,ſemper dicit̃ actio in cõtrarium fieri , licet minor ſit contrarietas medij ad extremũ,q̃ extremi ad ex-
tremum. Si ergo aliqñ dicatur actio fieri inter ſil̃ia,quia ſit à medio in extremũ,vel ab eo,quod eſt ſupra mediũ
valde ꝓpinquum extremo,in ipſam formã extremi,ſicut ſi de calido fiat calidius,nõ præiudicat ei,quod diximus,
nã medium cõparatum vni extremorũ eſt,vt alterũ extremum(ſicut dicit Philo.)& calidũ reſpectu calidioris fri- 5. phy.tex.
gidum iudicat̃. Qñ aũt paſſum deuenit in ſil̃itudinem agẽtis completam,tunc ceſſat actio:propter quod ſæpe dici cõ.52.
conſueuit,ꝙ à ſimili res nõ patitur:& intelligendũ eſt(ſicut dicit Prin.)non de oĩ ſimili,cum iam dictũ ſit contra-
ria in aliquo eſſe ſimilia,& mediũ extremo adhuc magis aſsimilari,amplius aũt &,quod eſt ſupra medium,magis
illi vicinũ eſſe:inter quæ oĩa currit agere & pati,ſicut inter cõtraria,vt dictũ eſt. Sed(ſicut dicit)ſimile,à quo res nõ
patitur,eſt illud,cuius quãtitas & qualitas cũ quãtitate & qualitate illius , quod ei ſimile exiſtit,eſt vna in ſpecie &
natura. Et intelligit p quantitatẽ,gradum qualitatis:cum.n. illud,quod erat frigidũ,deuenit ad eundẽ gradũ calo-
ris cum calido,quod in ipſum agebat,iam nõ patitur ab illo. Cum ergo dicit,ꝙ ſimile ĩmutatur à ſuo ſil̃i facilius,
q̃ à cõtrario,quia conuerſio in genere ꝓportionali facilior eſt,quã ad cõtrariũ,intelligendũ eſt de ſil̃i in qualitate,

A & non in gradu siue in quātitate qualitatis:tale.n.simile adhuc habet aliqd de cōtrario, propter quod ab illo pas-
sibile est.Quia aūt modicū habet,facilior est ei cōuersio,q̃ si ex toto sibi esset cōtrariū.Cū vero nihil inest ei de cō
trario nullo modo pōt est ipsum pati:sed ei,quod deuenit ad eundē gradū qualitatis,quę in agēte,iam nihil inest
de cōtrario,quare nec de passiōe. Sed,quę sit sil̃itudo & cōtrarietas p̄dictarum sex rerū ad corpus humanum,&
qualiter intelligatur,cōsequēter dicemus. Post hoc aūt ad obuias authoritates r̄ndebimus, primum ponētes totū
textū,quē allegat Hali ex libro ὑγιεινῶν,i.sanatiuę doctrinę,vt & hanc eius cōtrarietatē melius exponamus. In
sexta ergo particula illius libri,post,q̃ ostēderat,ꝙ familiaritas oblatorū ad corpus est duplex,s̄m simplices quali-
tates,& s̄m totā substantiā,ait,Fiunt aūt & s̄m qualitatē familiaritates.Si qdem custodire volueris cōplexiones,
humidis qdē humectātes cibi cōgrui,siccis vero sicci:si vero subalterare volueris,cōtrarij cōgrui sunt.In euersiōe
vero,quę est in discrasia,quę est s̄m calidū & frigidū,cōtrariorū oblatio semp cōuenit, efficacissimę.n.sunt,&(vt
ita dicat)virtuosiores ijs,quę s̄m humiditatē & siccitatē,discrasijs,hæ tales:facilius deniq; & à sil̃ibus cibis in mor
bosam discrasiā deueniūt.Sicciorē vero operās quācūq; particularū nullo manifeste nocebis, sicut neq; si custo-
dieris humidā.Euidētius aūt tibi argumentū ętates fiant,hæ qdem à prima gn̄one vsq; ad pueritiā humidissimā
habentes carnē:siccā aūt sufficiēter,quę seniles.Ita ergo iacet textus eius.Ex quo videbit fortassis alicui,ꝙ Gal.ibi
velit,ꝙ discrasia humida & sicca suis sil̃ibus cōseruētur in eodē,reducātur vero ad melius contrarijs: discrasia vero
B calida & frigida nunq̃ cōseruet in eodē p similia,sed p cōtraria tm̄:hoc.n.significare videt p hoc,quod dicit,ꝙ cō-
trariorū oblatio semp eis cōuenit,siue volumus eas in eodē cōseruare,siue ad melius reducere:adhuc aūt & p hoc,
quod dicit,ꝙ facilius à similibus cibis in morbosam discrasiā deueniunt: sed hoc cōtrariatur ijs,quę hic dicit,Ca-
lidiora calidioribus indigēt adiutorijs:& frigidiora frigidioribus,cū in eodē intendūtur cōseruari. Sed certe,si
bene cōsideretur,dictū eius nullo modo obuiat ijs,quę hic dicūtur.Ipse.n.dicit,ꝙ cōtrariorū oblatio semp cōue-
nit discrasijs,quæ sunt s̄m calidū & frigidū,non qa quælibet earū nō possit sibi similibus cōseruari, s̄m ꝓportio-
nem conuenientē eis, oblatis,sed qa vsus cōtrariorū in eis nunq̃ pōt esse nociuus,sicut vsus similium:hic.n.aliqñ
est nociuus,vt improportionatorū similium:hoc.n.dicebat p respectum ad discrasias,quæ sunt s̄m humidum &
siccum,nulla quarū manifeste læditur p intendi à sibi similibus,sicut illæ:quod significabat,cū subdidit,Sicciorē
vero operans quācūq; particularum nullo manifeste nocebis,sicut neq; si custodieris humidam,Signū super hoc
innuens ab ætatibus,in qbus corpus semp amplius exiccatur,& tm̄ non manifeste læditur:quod quidem,si impe-
diatur p custodiam vel augmentationē humiditatis,nec ēt lædetur,imo retardabitur senectus. Quare nō cōtingit
errare conseruare volentē discrasias,quæ sunt s̄m siccū & humidū,per offerre similia cuiuscunq; modi:siquidem
eis bene ꝓportionata eas cōseruabūt,improportionata aūt non manifeste lædent.Sed hoc non contingit apud di-
scrasias,quæ sunt s̄m calidum & frigidum,eo ꝙ à sibi similibus,si nō conseruētur propter nō sibi ꝓportionari ex
augmento gradus,multū læduntur. Et dedit causam hm̄oi,cum dixit,Efficacissimæ enim &c.quasi dicat,Ideo
cōuenit eis semp contrariorum oblatio,quia,si peccetur in oblatione similiū improportionatorū ad discrasias in
C actiuis,accidet apparere nocumentū in opere magis,q̃ si peccetur in oblatione similiū improportionatorū ad di-
scrasias in passiuis,eo ꝙ actiuæ qualitates sunt efficaciores & virtuosiores ad ꝑficiendum opus,vel nocendū operi,
q̃ passiuæ:propter quod subiūxit,Facilius deniq; & à similibus cibis in morbosam discrasiam deueniunt. supple,
quàm deueniāt à sibi similibus discrasiæ in passiuis:& ideo cōtinuo adiecit,Sicciorē vero operans &c. Cū ergo
dedit,ꝙ cōtrariorum oblatio semp eis cōuenit,non intelligit,ꝙ cōueniat eis,siue volumus eas in eodē cōseruare,
siue ad melius reducere,sed intelligit,ꝙ semp eis cōueniat,quia p oblationē contrariorū non cōuenit errare apud
eas,sicut per oblationē similium.Sic ergo cōtraria semp eis conueniūt,similia vero nō semper,sed qñ accidit non
peccasse in augmento gradus:quod qdem difficile est inuenire.Quare nō,quia cōtrariorum oblatio semp eis con
ueniat,propterea credendū,ꝙ à cōtrarijs cōseruentur in eodē, sicut credebat Hali,ponens calidū in secūdo,cōser-
uari per frigidum in primo. Sed hoc,quod dicit,Sicciorem vero operans quācūq; particularū nullo manifeste
nocebis,consideratione indiget.Nam ex hoc videtur sequi,ꝙ nulla ægritudo possit esse simpliciter sicca,quod est
contra ipsum in pluribus alijs locis,& cōtra id,quod videmus,& oēs confitentur. Adhuc aūt,si sic est,nō debet
eā vocare discrasiā,sed eucrasiā.Neq; signum sumptum ab ętatibus signat illud sufficienter:siccitas enim in ætate
procedens,fit naturaliter & paulatim:nos aūt nullam cōplexionē paulatim inductā ęgritudinem iudicamus,sicut
post ostendemus:sed,quęcūq; maior siccitas inducit magis subito,morbosa est proculdubio. Quare(sicut mihi
D videtur) potius credendū est,ꝙ oīs discrasia naturalis à sibi similibus subito intensa morbosa fiat,& noceat opera
tioni. Quod aūt dicit in eo, qui de alimentorum virtute,non contrariatur hic dictis:quod quidem vt perfecte
1. post- clarescat,sermonē similiter ipsius,qui ibi,totū ponamus.Ait enim in primo libro:Sed & hæc quædam determi-
ium. natio est maxime vtilis,neq; ipsa à Diocle dicta,sicut neq; aliorum aliquo,quoscunq; vsq; huc perlegi.Si quidem
corpus hoīs sit certitudinaliter mediū cōplexione,conseruabitur vtiq; ab alimento medio complexione in præ-
senti consistentia.Si itaq; aliquod frigidius,aut calidius,aut siccius,aut humidius sit,huic medios cōplexione ci-
bos & potus male vtiq; quis dabit,permutari enim oportet vnūquodq; talium corporum ad cōtrarium,inquan-
tum distat à media certitudinaliter complexione:erit aūt hoc per contraria præsenti discrasię &c.Et similiter eius
vlti. sententia est in tertio eiusdem libri circa finem,vbi dicit,ꝙ habentibus prauā cōplexionem à principio,aut poste-
rius acquirentibus non esus similium ipsis,sed qui cōtrariorum,est vtilis &c. Sed palam est,ꝙ per hunc sermo-
nem eius nunq̃ innuitur,quòd corpora ab optime sano lapsa nō possint conseruari in eodē à sibi similibus in na-
tura & gradu,sicut & optime sana corpora,sed bene innuit,quòd nō est bonū neq; vtile ea cōseruare in suis mali-
tijs,in qbus habēt pronitatem ad ægrotandum.Semper.n.ad id,quod melius est,intendere est artis & naturę:hoc
aūt est reducere ipsa ad optimū tēperamentū,qđ fit nō p similia suæ distēperātię,sed p contraria:& hoc innuebat,
cum dixit,Permutari.n.oportet vnūquodq; taliū corporum ad contrariū &c.Manifeste ergo dicit Gal.in vtroq;

prædictorum librorum,ꝙ regimen reductiuum ex lapſu expedientius & tutius eſt in talibus corporibus, q̃ con- E
ſeruatiuum in eodẽ. Nam,cũ talia corpora ex ipſo ſuo lapſu ab optime ſano,ſint in ęgritudinẽ inclinata,nõ forti-
ter repugnant ægris cauſis,ꝓpter quod facilius ægrotant,quã optime ſana. Reductio ergo minuit hanc eorũ apti-
tudinem,ideoq; tutior eis eſt & maxime expediens,magis,q̃ cõſeruatio in eodẽ: propter quod dixit Gal.ibi,ꝙ ca-
lidiora indigent regimine frigidiori. Quod aũt Gal.dixit ſupra cap̃.de ſignis cõplex.oculorũ,ꝙ oĩs pars diſtẽ-
perata lædit̃ à ſiĺibus ſuæ craſi facile &c.intelligendũ eſt non de pfecte ſimili ex prędictis ſex rebus, quod quidem
(ſicut poſt dicemus)proportionalẽ habet effectũ qualitati corporis,qm̃ tale cõſeruat in eodẽ, ſed de alio ſiĺi,quod
eã excedit p effectũ vlterioris gradus eiuſdẽ qualitatis:à tali.n.ſimili patit̃,& amplius ſm eũdẽ lapſum diſtẽperat̃.
Eſt ẽt & hic attentione dignũ,ꝙ non dixit oẽm partem à ſiĺibus ſuæ craſi abſolute lædi,ſed & facile:nõ ergo lę-
ditur abſolute à qbuſcunq; ſiĺibus. Contingit tñ facile lędi ab eis,quia difficile ſit habere punctũ ſiĺitudinis veræ,
quod qdem ſi excedat̃,lædetur pars diſtẽperata facilius,quã pars tẽperata,ſi diſtẽperatũ ſibi approximetur, ꝓpter
aptitudinẽ ægrotandi,quã pars diſtẽperata habet ad illã partem. Ergo non ſolũ facile læditur,quia facile calidũ fit
calidius(ſicut in cap̃.de ſignis cõplex. oculorũ expoſuimus)ſed ẽt quia facile peccatur in approximatione ſimiliũ, 2.h⁹ cõ.30.
propter id,quod dictũ eſt. Quod aũt dicit in cõmẽto ſup aphoriſmo p̃dicto,ꝙ ſola tẽperata cõplexio ſuis ſimili
bus bene diſponit̃,nõ põt aliter ĩtelligi,q̃ duobus modis,Primo.ſ.quòd tẽperatũ nõ dicatur maius & minus tẽpe
ratum;ex quo ſequit̃,ꝙ ſiĺe in p̃dictis ſex rebus nõ põt dici magis & minus ſimile,ſed in pũcto cõſiſtit: tali.n.acce F
ptioni concordare videt̃ Philoſ. in 2.ethi.cum dicit,ꝙ rectũ & bonũ vno mõ eſt,malũ vero infinitũ eſt. Et ex hoc cap.5.
manifeſtũ eſt,ꝙ ſola tẽperata cõplexio dicitur abſolute bene diſponi ſiĺibus: diſtẽperata vero nõ abſolute,quia nõ
qbuſcũq;,ſed ſibi ſiĺibus ĩ gradibus ęqualibus,quorũ eſt homogeneã,& nõ excedẽtẽ,ſuę qualitatis facere actionẽ:
diſtẽperatum.n.diſtẽperato eſt plus & minus ſimile in infinitũ. Secundo vero põt intelligi,ꝙ ideo ſola dicat̃ bene
diſponi ſiĺibus,& nõ diſtẽperata vllo modo,qa diſtẽperata cõplexio ſiĺibus in gradu excedẽtibus amplius diſtẽpe-
ratur:pfecte aũt ſiĺibus licet cõſeruetur,non tñ adhuc bene diſponitur,qa,cũ mala ſit,cõſeruatur in malitia:quod
non eſt abſolute bene diſponi,eo ꝙ ſic cõſeruata nõ eſt ei poſsibile tm̃ durare,q̃tũ adęquata,& ad melius reducta.
Reſtat aũt,ꝙ rñdeamus ei,quod videtur experimentũ oſtẽdere,ꝙ,qñ corpora calidiora tẽperatis ponuntur de-
gẽtia in aere calido,cũ cibis calidis,vigilijs,& exercitijs plurimis,ſolicitudinibus & iracũdijs,cõperiũtur facillime
ęgrotare:ex quo videtur,ꝙ ſimilia cõſeruare nõ poſſunt in eodẽ. Dico aũt ad hoc audacter & nõ temere,ꝙ oĩa
neceſſario alterantia verſus calorẽ, nõ excedentẽ illorũ calidã cõplexionẽ,conſeruant ſanitatẽ eorũ in eodẽ procul
dubio,ſed facilius cõtingit in eorũ cõſeruatione peccare,quã in cõſeruatiõe corporis optime ſani. Nã à modicum
excedẽtibus verſus calorẽ ſupra tẽperamentũ ſibi debitũ facilius lædũtur,quã corpora optime ſana lędãtur à mul
tum excedẽtibus ſuũ tẽperamentũ verſus quãcũq; qualitatẽ, propter aptitudinẽ ægrotãdi,quã habet ad illã partẽ
ex naturali inclinatione in eã. Propter quod nõ eſt adeo tutũ ea conſeruare in eodẽ,ſicut ad melius reducere,ſicut
ſupra diximus. Signum,ꝙ à talibus ſibi ſimilibus cõſeruentur,ẽt eſt,ꝙ talia vidẽtur appetere,ſibiq; eligere p na
turã. Non eſt aũt veriſimile,ꝙ talia appetant ad ſui corruptionẽ,ſed potius ad ſaluationẽ: oĩa.n. eſſe appetunt,& G
illius cauſa agunt,qcqd naturaliter agũt. Nullius ergo naturalis appetitus põt eſſe ad ſui corruptionẽ,ſed appeti-
tus naturalis ad ſimilia eſt:ergo ſimilia non ſunt corruptiua,maxime pfecta ſimilia,quæ ſupra diximus. Quòd
aũt talia ſimilia appetant,ſibiq; eligãt,manifeſtũ eſt. Gaudent.n.cibis & potibus calidis,i.calidioribus tẽperatis,
quia & ipſa calidiora ſunt tẽperatis,vt ſupra dictũ eſt cap̃.de ſignis cõplex.ventris:vlterioribus ẽt vigilijs & exerci
tijs,& iracũdijs,alijſq; ſupercalefacientibus,q̃ tẽperata optime corpora,qm̃ talia eis ſunt cõnaturalia,& à cõnatu-
ralibus corpora nõ læduntur. Nos.n.videmus,ꝙ plantæ conuenientibus ſibi innaſcuntur locis,ſicut herbæ quę-
dam in locis ſitæ incultis & montanis,quæ,ſi tranſplantẽtur ad aquoſa & domeſtica,corrũpuntur & non viuunt.
Hoc ẽt de hoĩbus,qui in ſeptimo climate oriũtur,videmus: ſi.n.deueniunt in clima quartũ,& ſecũdũ,liqueſcunt
ibi & diſſoluũtur:alia ẽt,quæ in quarto & tertio climate oriũtur,non viuunt in ſeptimo,ſicut de leonibus manife
ſtum eſt. Adhuc ẽt in frigidis & humidis regionibus habitantes voraciores ſunt piſcium,quã carniũ,& ab ijs ſani
perſiſtunt magis,ſicut à magis homogeneis ſuę naturæ. Ex his ergo & ſimilibus palã videtur,ꝙ connaturalia &
ſimilia conſeruãt,& hæc natura diligit,& his delectatur. Si ergo natura talia ſibi eligit ad ſui ſaluationẽ, tũc & ars
cõſeruatiua,quę eſt imago naturę,ſimilia debet offerre. Quòd aũt talia corpora ęgrotabiliora videntur in aere
calido,vt in æſtate,cũ cibis calidis,& exercitijs,& vigilijs ĩmoderatis,& hmõi;ideo eſt,qa aer æſtatis ſuperflue exce
dit eorũ calorem,aut quia cibus ſuperflue calidus eſt ad eos & nõ ęque,& ſimiliter vigilię & exercitia. Licet.n.ipſa H
vlteriores expectẽt vigilias,& vlteriora exercitia,corporibus tẽperatis,ad hoc,vt pſiſtant in ſui natura,tñ,ſi adhuc
vltra ſuũ moderamen cogãtur vigilare & exerceri,facilius lędũtur,quã corpora optime tẽperata,ſupra ſuũ mode-
ramen coacta,propter cãm,quã diximus. Nõ ergo ſimpliciter verũ eſt,quod experimentũ videtur oſtendere.
Decipimur enim,qa nõ eſt facile dignoſcibile,quãto vlterior gradus ſupra tẽperatũ de p̃dictis ſex rebus ſit ei mo-
deratus,cũ quãtitas ſui lapſus à tẽperato ſola habeatur coniectura,nõ determinante eã nobis abſolute:& ſimiliter
q̃titas lapſus cauſarũ à tẽperata cauſa ſibi proportionalis & ęqualis. Sic ergo verificatũ eſt ſimilia ſimilibus cõſer-
uari in eodẽ,non p expoſitionẽ Hali,ſed p eã,quæ à nobis eſt ſupius inducta. Fortaſsis aũt adhuc poterit intelli-
gi,ꝙ calidũ cõſeruetur à frigido. Sicut.n.in conſeruatione corporis optimæ cõplexionis,ſi aer fuerit diſtẽperatus
ſm aliquã qualitatẽ,inclinãda ſunt reliqua neceſſario alterãtia in oppoſitã qualitatẽ,& tantundẽ,vt impreſsiones
hincinde ſibi contrariãtes ſe ipſas cõtẽperent,ęquiualere facientes aerem aeri tẽperato,Ita corpore exiſtẽte calido
duobus numeris,ſi aer æſtiuus adhuc ſit calidior, calidus quidẽ exiſtens 5 vel 6 numeris, aut pluribus,oportebit
reliqua inclinare in qualitates oppoſitas,tm̃,ꝙ ſufficiat ad reducẽdum impreſsionem aeris ad moderamen,quod
illi debetur corpori, vt impreſsiones hincinde contrariantes æquiualeant impreſsioni,quæ fieret ab aere calido
duobus numeris tantum. Et ſic iſto modo continget calidum à frigido conſeruari per accidens.

Dubitabit

A Dvbitabit aūt adhuc aliquis ex hoc, quod dicit Ari. in lib. de respiratione aduersus Empedoclē, dicētem aquatilia esse calidissima aīaliū, & habere ignē plurimū, ꝓpter quod fugiētia excessum saluari infrigido & humido sicut in cōtrario. Cū. n. ostēdisset ei pisces, nō in terra prius factos ad aquā transferri, sed in aqua ortū habere, & frigida & humida esse magis aquatilia cāpestribus, ꝓpter exāguiora esse illis, dicit ei, ꝙ materia, ex qua fiunt aīalia, semp est homogenea loco, in quo fiūt, & nunq̄ cōtraria, sed habitus & dispositiōes cooriri possunt in materia sīles & cōtrarij ipsi loco. Propter quod dicit, ꝙ natura saluatur in ꝓprijs locis, sicut & coorit: nature. n. materię, in quo qdē loco sunt, tales existūt, quę qdē in aqua, humidę: quæ aūt in terra, siccę: quæ vero in aere, calidę: quare & in talibus locis, materiæ homogeneis saluant magis, sed habituū excessus (vt dixit) loca & tēpora cōtraria saluant: ergo vult, ꝙ distēperantiā habētia, ꝑterq̄ ab homogenei sui loci natura, saluent in locis cōtrarijs quęsitis in materia sibi ꝓpria, vt, quæ terrestria, in locis cōtrarijs terrę: quę aquatica, in locis cōtrarijs aquę: aerea in locis cōtrarijs aeri: & sic sīlr in tpibus habētibus cōtrarietatē ad habitū. Quare forte suspicabit aliqs ex hoc cōseruationē distēperantiæ esse p cōtraria. Nisi esset, ꝙ Arist. nō ponit ibi saluationē pro conseruatiōe in eodē, sed ꝓ reductione ad melius: quod apparet, cū dicit ibidē, Reducit. n. ad cōmensuratū locus habitus excessum. Adęquatio. n. ex loci cōtrarietate saluat magis, quia in plurimū tempus saluat, nihilominus tamen conseruatio in eodem, est per sīlia habitui, quę non excedunt ipsum, sicut conseruatio materiæ per sīlia materię. Ex quo videt, ꝙ hoīes septimi climatis, & maxime

B frigidiores, quàm à climate, possint ad cōmensuratum deduci in climatibus eis contrarijs, si nō subito fiat talis deductio: quòd enim accidit in quarto & tertio liquari & dissolui, est propter nimis subito ab eis ad contrariū alterari: quod quidem est eis ægritudo, & non sanitas, sicut post ostendemus.

Ant. Vtetur vero materiis causarū recte, innatas virtutes sciens earum, Vt ꝙ motio quidem, & indigentia, & vigilia, & egestio, & omnes animę passiones siccant corpora: contraria vero his humectant. Ita vero & de calefacientibus & infrigidantibus studijs, & cibis, & potibus. Et (vt simpliciter est dicere) de omnibus ijs, quæ secundum corpus, cognoscens aliquis materias & virtutes, salubribus causis vtetur, similia similibus afferens, quando vult seruare corporis crasim, quam accepit.

Leo. Recte siquidē causarū vtet materia, qui naturales earū potētias agnouerit, Veluti ꝙ motus, defectus alimēti, vigiliæ, excretio, & oēs animi affectus corpus exiccāt: at, quę his cōtraria existūt, humectant. Ita vero & calefacientia, & refrigerantia vitæ instituta, & ciborum, ac potuū. Atq; (vt simpliciter dicam) oīum, quæ corpori afferuntur, materias quis noscēs atq; potētias, salubribus vtet causis, similia similibus afferendo, si quidē eius propositum fuerit eandem, in qua acceperit, corporis seruare temperaturam.

Cō. 21. Cum dedit canonē conseruationis sanitatis corporis parū lapsi in cōplone ab optime sano, ostēdit, qualiter ꝭm

C illū canonē possimus recte operari, & dicit, v t e m v r v e r o & c. i. postq̄ oportet vti in cōseruatione corporū lapsorū ab optime sano in caliditate vel frigiditate, humiditate vel siccitate, calefaciētibus vel frigefaciētibus, humectātibus & siccātibus ꝭm mēsurā lapsus eorū, tūc accidet vti materijs causarū recte, qn̄ sciemus innatas virtutes suas. Et vult p materiā causarū, ꝓdicta sex gn̄a rerū, quę dicunt materię causarū ꝓpter id, quod scitū est: p innatas aūt virtutes cuiusq; materiæ ex prędictis sex rebus, vult virtutes seu potētias calefaciēdi & infrigidādi, & aliter qualitercūq; corpus disponēdi, quas ex se ipsis habēt: de qbus supra gn̄alr breuiterq; ꝑscripsimus. Et exēplificat de eis, dicēs, v t q v o d & c. i. sicut qn̄ sciemus, ꝙ exercitium, & abstinētia cibi & potus, vigilia, & euacuatio, & oēs aīæ passiōes, quas supra numerauit, exiccāt corpus: cōtraria vero his, s. quies, saturatio cibi & potus, somnus, & retētio, & hmōi humectāt. Et sīlr qn̄ sciemus, quæ gn̄a exercitiorū, & ciborū, & potuum, & aliorū calefaciūt & infrigidāt, tūc recte attribuemus ea ad cōseruādū corpora lapsa ab optime sano in humiditate vel siccitate, caliditate vel frigiditate, nō qm̄ oporteat corpora sicca exiccare, vel humida humectare, vel calida calefacere, vel frigida infrigidare, cum ea volumus cōseruare, sed quia ex necessario alterantibus ea, magis cōpetunt ad conseruationē siccis corporibus, quæ corpus vniuersaliter exiccant: ea vero magis humidis, quæ corpus vniuersaliter humectāt, & sic inde. Dico aūt corpus vniuersaliter, i. simplr, non cōtractū ad hoc vel ad illud. Ea vero, quę numerauit, omne corpus exiccant, corpora tn̄ sicca, cum bene cōmensurant, conseruant, sibi connaturalia existentia, sicut dictum est: & cū hoc ea magis exiccabunt, q̄ reliqua corpora, si proportionem conuenientē sibi transcendant, eo ꝙ in genere propor-

D tionali sibi facilior est conuersio, q̄ ad contrarium. Nos. n. iam supra diximus, ꝙ prædicta sex genera rerū, quātumcūq; sint corpori proportionata, semper tamen ipsum aliqualiter alterant, propter quod alterantia ex necessitate dicebantur, nec tamen ipsum minus conseruant, si modum corpori cōpetentem non excedant, sicut ibi diximus. Deinde dixit, e t, v t s i m p l i c i t e r & c. id est, & vniuersaliter dico, quando cognoscet quis species omnium rerum agentium in corpora, & earum virtutes, s. non solum alterantium necessario, sed aliorum, sciet recte approximare causas salubres ad conseruationem corporum, afferendo similia similibus, quando volet conseruare complexionem inuentam corpori, sicut superior canon edocuit, eo ꝙ, si scierit res & virtutes earum, non latebit eum, quæ earum sit similis corpori, & actioni eius proportionalis, & quæ non.

S e d h i c inuestigandū est, quæ sit similitudo causarum cōseruantium ad corpus: non. n. videtur similitudo nisi participantium eadem qualitate. Sed qūo somnus & vigilia, motus & quies, euacuatio & retentio, & accidētia animæ possunt vna & eadē qualitate participare cum corpore, cū non sit dicere talia esse calida vel frigida, humida vel sicca, sicut & corpus nequaq̄ est dicibile, nec intelligibile? Dicunt aūt quidam, ꝙ cōseruans est sīle conseruato in fine tm̄ actionis & passionis currētis inter vtraq;: quod ostēdunt in nutrimento, quod est vnū de cōseruantibus, in principio qdem approximationis ad corpus existēs dissimile, in fine aūt, cum iam actu nutrit, factū sīle. Sed impole est, ꝙ Gal. intelligat de tali similitudine. Cum. n. dicit, ꝙ, si quis vult seruare crasim, qualem accepit,

ſimilia ſimilibus offerat,innuit,ꝙ ſimile conſeruans debet eſſe de oblatione medici,nō de opere naturæ cōuerten E
tis & ſimilantis illud,in quod agit:nā non eſſet cōſeruatio de opere medici,ſed naturę tm̄. Adhuc aūt in alijs rebus nō naturalibus nō eſſet accipere hanc ſilr̃itudinē. Abſurdū eſt enim,ꝙ motus & quies,& reliqua agētia in corpus patianť ab eo,& in fine ſimilenť ei,& tūc cōſeruet ſe ab eis,ſicut ignis à lignis,cū in ſe cōuertit ea. Adhuc ēt contingit nutriri ab eodē cibo cholericū & phlegmaticū, vnicuiq; quorū fit ſilr̃is ſuo modo, aliter.n.nō nutriret: quare continget ab eodē cibo duas contrarias cōplexiones in eodē conſeruari:quod abſurdū eſt. Non ergo videť, ꝙ ſilr̃itudo cōſeruantiū ad cōſeruata ſit p habere eaſdē qualitates,& in gradu eodē cū illis. Quare dicemus,ꝙ,cū cauſę cōſeruantes ex p̄dictis ſex rebus nō ſint calidæ vel frigidæ paſsionalr̃,ſicut corpus,ſed effectiue dicātur tales: adhuc aūt cibus & potus non ſit,niſi potentia,calidus vel frigidus:adhuc aūt effectiue magis,quā paſsionalr̃,taliū aūt actualr̃ ad tale paſsionalr̃ nō ſit vera ſilr̃itudo,de neceſsitate dicendū erit,ꝙ ſilr̃itudo earū ad corpus ſit p inferre actionē qualitati corporis ꝓportiōalē,& nullo mō excedētē,vt p nō calefacere vel īfrigidare vltra calorē vel frigus corporis cōſeruādi.Propter qđ cibus tūc dr̃ cōſeruare cōplr̃onē iuētā corpori ī eodē,qn̄ à principio approximationis ſuę ad corpus vſq; ad finē cōuerſiōis ī ipſum nō alterať corpus alteratiōe,de q̃ ſit curādū,& nō tm̄,qn̄ ē aſſilr̃at⁹.

Poſt hoc avtem dicemus,ꝙ dubitabit aliquis ex hoc,quod dicit,ꝙ oēs aīæ paſsiones corpus exiccanť, cum multi ex medicis opinati ſint gaudium & lętitiā humectare. Adhuc aūt & ex hoc,ꝙ numeratis exiccātibus F
ait,Contraria vero his humectant.Sed,ſi oēs animi paſsiones exiccāt corpus,quę ſunt eis cōtraria,quæ humectāt? Si.n.non ſunt eiuſdē generis cū his paſsionibus,quæ exiccant,non ſunt ꝓprie cōtraria:eiuſdē aūt generis eſſe non poſſunt,cū ipſe dixerit,ꝙ oēs aīę paſsiones exiccāt corpus,nullā excipiēs. Niſi eſſet,ꝙ,qn̄ dicit,ꝙ oēs aīæ paſsiones ſiccant corpora,intelligit nō oēs abſolute,ſed quas ſuperius numerauit:tacuerat.n.ſupra de gaudio:oēs enim aīæ paſsiones excepto gaudio deſiccāt corpus, aliquid ſolicitudinis inducēdo.Quare gaudiū erit alijs cōtrariū per amouere ſolicitudinē exiccantē:ipſę enim oēs motu caloris aut intus aut extra,& eius ſuperfluo exercitio humiditates ſubſtantiales corporis deſiccare videntur: gaudiū aūt,quia leuiter calorē expandit ad extra,quē corporis humiditas cōcomitatur,videtur exteriora mēbra dilatare & humectare. Sed forte,ſi bene attēdimus,gaudium ēt, maxime ſi diſtēperatum & ſuperfluū ſit,ſuperfluo motu caloris, & eius ſuperfluo exercitio in exterioribus,quaſi ſuperflua vigilia, corpus exiccat, & ita hoc modo adhuc verificabiť,ꝙ oēs aīæ paſsiones corpus exiccant. Sed tunc reſtat dicere,quæ ſint eis cōtraria,quę humectant. Et dicendū,ꝙ cōtrariū earū large ſumptū,eſt earū priuatio:propter quod iuſsit ſupra abſtinere corpus optime ſanū ab eis. Aut aliter,ſ.ꝙ oēs aīæ paſsiones corpus exiccant,maxime quando ſuperflueę ſunt quātitate & qualitate,& tunc cōtrarium earum erit tēperantia ẜm eas:iuſsit autem ſupra maxime abſtinere illud ab intemperantia omnium animę paſsionum, temperantia enim ẜm eas nō te.16.tertij.
mutat corpus mutatione ſenſibili,ſicut diximus.

G

Si vero permutare vult & transferre ad melius,aliud eſt hic genus cauſarū ſalubriū,ſ.contrariū quidem Ant.
prius dictis,æquale vero diſtans ab altera craſi eucratarū & mediarū,quas optimis naturis conuenire diximus. Calidiorē.n.& ſicciorē craſim non calidæ diætæ & ſiccæ faciunt eucratam perfecte,ſed quę tantum eucrata craſi frigidiora & humidiora ſunt,quantum & natura eius erat calidior & ſiccior.

Quod ſi permutare atq; ad melius traducere ſtatuerit,alterum eſt hic ſalubriū cauſarum genus,ijs qui- Leo.
dem,quas nuper diximus,contrarium,æqualiter vero declinans ad alteram partem à bene tēperatis,& medijs,quæ optimis conuenire naturis dicebamus. Calidior ſiquidem ac ſiccior temperatura à calidioris ac ſiccioris victus ratione ad exactiſsimum bonę temperaturę habitum minime tansfertur:at talium erit vſus neceſſarius,quæ tantum eis,quæ bene temperata exiſtunt,frigidiora ſint atq; humidiora,quantum & natura naturam in caliditate & ſiccitate ſuperabat.

Cum dedit canonē conſeruationis in eodē corporis non multum lapſi in cōplexione ab optime ſano,quod q- Cō.22.
dem fuit in capitulo dicendi cauſas eius cōſeruatiuas in eodem,dat cauſas eius reductiuas ad melius,ſub vno ſimul canone capitulans eas(hoc.n.erat ſcđm mēbrum cauſarum ſalubriū corporis in cōplexione parum lapſi)& dicit, si vero &c.i.ſed,ſi nō vult ſeruare craſim,qualem accepit,ſed vult ad meliorē reducere, tunc aliud eſt ſequendum genus cauſarum ſalubriū,quod eſt recta fronte contrarium ſupradicto. Deinde volens ſpecialius explica H
re hoc genus cauſarū,& contrarietatē eius ad prædictū,dixit, aeqvale vero &c.i.& hoc genus cauſarū eſt æqualiter diſtās cū prædicto genere à tēperatis cauſis,in medio duarū extremitatū exiſtētibus,quas ſupra diximus cōuenire corporibus optime ſanis,non tn̄ ęqualiter diſtans ab eis cū prædicto genere ab eadē parte,qua diſtat prędictum genus,ſed ab altera.Et volebat p genus prædictum,genus cauſarū conſeruantium in eodem.In conſeruatione.n.corporis lapſi verſus caliditatem & ſiccitatem, in eodē oportebat cauſas cōſeruatiuas cadere à temperatis cauſis verſus caliditatem & ſiccitatē per quantitatem caſus eius à tēperamento:In reductione vero eiuſdē corporis oportet cauſas reductiuas cadere à tēperatis in partem cōtrariam,ſ.verſus frigiditatē, per quātitatem caſus eius à tēperato:& ibi ab altera parte ęqualiter diſtat hoc genus cauſarum à tēperatis cum prædicto genere. Deinde, cum præmiſit canonem,exēplificat ipſum,& dicit, calidiorem enim &c.i.quia calidiorem & ſicciorem cōplexionem nō poſſet quis reducere ad perfecte tēperatam per diætas calidas & ſiccas,per quas ſuperius dixit eas conſeruari(& volebat per diætas regimē,quod ex ſex rebus non naturalibus in vna die ſeruatur)ſed deduceret eā ad illas diætas,quæ intm̄ ſunt frigidiores & humidiores tēperatis diætis,in quantum ipſa erat calidior & ſiccior tēperata cōplexiōe:& cauſa huius eſt,quia,ſicut ſimile conſeruat,ſic & cōtrarium alterat. Qm̄.n.vera cōtraria ſunt ęquipotētia & ęqualr̃ à medio elongata,accidit,cū ſibi inuicē approximāt vel miſcenť,in mediū mutua alteratione cōcidere:talia aūt cōtraria ſunt cauſæ reductiuę,& corpus reducēdū,ſicut ſupra patuit. Eſt tn̄ hic attentione

dignū,

A dignum,q̄,si superflua fieret cōtinuatio taliū causarum,cōuerterent in oppositū:ꝑpter quod cessare oportet ab eis, qn̄ corpus ex pfectione opationis iam apparet reductū ad tēperamentū.Scias ēt,q̄,sicut siле dicit plus & minus,sic & cōtrariū,ita,s.q̄ magis site est minus cōtrariū,& minus magis:& silr de cōtrario.Propter q̄ duo contraria,quorum vnū alterum supabit in ampliori elongatione à medio,à se inuicē,iuncta,vel in se inuicē agentia & patientia nō redigūtur in pfectum mediū,sed potius vnū vincet reliquū,& corrūpet ipsum,& in sui similitudinē cōuertet.

aphoris. 12. DVBITABIT aūt aliquis ex eo,quod Damascenus in suis aphorismis dicit,q̄ cōplexio naturalis ꝟm vicinitatem qdem adhæret,actu tñ inseparabilis: & vult p hoc,q̄ cōplexio à natura cōtracta,licet,quātum ad actū,adhæreat ꝟm vicinitatē,quasi dicat separabiliter,tñ,quantum ad habitū,adhæret inseparabiliter: Cuius rectū exēplum est in aqua,cuius frigiditas actualis de facili remouibilis est: habitualis aūt inseparabilis videtur,aqua remanente aqua,qm̄ natura,quæ in simplicibus idē est,quod forma substantialis ipsius simplicis(sicut dicit Prin.in sua sufficientia)est principium ꝓpriarum pasśionū in subiecto,& reuocationis earū,cum absentantur. Huic ēt sentētię capite 1. Damasceni concordare videt secūdo ethic. Arist.Quod naturale est,aliter nō assuescit.Si ergo cōplexio naturalis corporis humani inseparabilis est oīo,licet quoddā actuale eius dominiū occultari posśit,tūc ipoſe videt aliquod corpus naturaliter lapsum in cōplexione ab optime sano reduci p aliquod genus regiminis ad cōplexionē optime tēperatam,quia,si reductum fuerit,tūc oportebit cessare à causis reductiuis,ne ad oppositū eius,quod fuerat,con

B uertatur,& ad silitudinem corporis tēperati vti simplr tēperatis : sed,si tēperatis causis vtetur,reuocabitur p naturam ad omnē actum cōplexionis suæ primæ,amoto priore regimine reditū ꝓhibente. Adhuc autē non minus est dubium,qa talis corporis p naturā lapsi reductio videtur in ipso inducere dispositionē ægritudinalē. Dicit.n.

primi do. cap. 1. Prin.cap.de cōplexione,in asśignatione quinti modi cōplexionis æqualis,q̄ omne indiuiduū habet cōplexionem sibi æqualem,sub qua est sibi sanitas & vita,cuius īmutatio infirmat & corrumpit:propter quod(sicut ait in tertio modo complexionis æqualis,quæ est cōplexio, qua gens vna cōmunicat)si corpus Indi secundum cōplexionem Sclaui quale fiet,aut infirmabitur,aut morietur.Similiter potest dici,q̄,si corpus vnius indiuidui fiat æquale ꝟm complexionem alterius,aut infirmabitur,aut morietur.Igitur,si corpus lapsum fiat æquale ꝟm complexionem corporis optime sani,aut infirmabitur,aut morieť:& tunc sequitur,q̄ pars ista conseruatiuæ artis,quæ reductiua est,inutilis est,imo nociua. Dicemus autem ad hoc,q̄ complexio naturalis cuiusq; corporis immutari

capite 1. potest.Hoc enim dicit Gal.sexta particula de mor.& accid. vbi loquitur de accidentibus contingentibus in operationibus virtutis nutritiuæ,de qbus vna est asśimilatio nutrientis cum nutrito,cuius accidētia sunt morphea,& lepra,& hmōi,quæ nihil aliud sunt,vel nullo alio eueniunt,q̄ ex defectu asśimilationis nutrientis cū nutrito.principium aūt talium accidentiū & causā est mutatio cōplexionis mēbrorū,& maxime carnis.Immutatio aūt cōplexionis(sicut dicit)est ex cibis ꝟm plurimū,quia,licet nutrimentū ꝓprie significet rē patientē à corpore,nutritum aūt ꝓprie significet rē cōuertentē & vlr agentē,negari tñ nequit,quin res patiēs aliqualiter agat,& ecōuerso:oē.n. naturale agens patiť aliqualiter à suo pasśiuo. Ad hoc aūt ꝓbandū inducit silitudines multas : maxime aūt hoc

C ostēdit ex arbore,quæ in solo Persarū mortifera existēs,est per transportationē in Aegypto reddita salutifera.Nec fuisse dicit hoc,nisi ex īmutatione suæ cōplexionis facta à nutrimēto,quia ab alio esse non potuit. Cum ergo sanguis est phlegmaticus aut melācholicus,ex cibis hmōi gñatus,accidit,vt caro inde gñata vel nutrita,fit phlegmatica aut melancholica:qn̄ aūt est talis facta,nō est eadē,quæ prius,cū esset prius calida & humida:igitur cibū ad se

.2.aph.50. venientē non pōt transmutare in naturā prioris. Dicit aūt & hoc idē in cōmento sup illo aphorismo,Quæ ex multo tpe consueta &c.dicit.n.q̄ cibus & potus naturā acquisibilē operanť, maxime qdē in ventre,quia tunc magis sunt disśimiles corpori,post hūc aūt hoc operātur quodāmodo ꝟm alias particulas corporis.Quāuis.n.q̄ maxime vincantur ac transmuteneť à corpore cibaria;tñ disponunt quodāmodo & id ꝟm sui ipsorū naturā(sicut dicit)ita q̄ in tpis longitudine multa apparet alteratio & asśimilatio eorū,quæ nutriūtur,ad nutrimenta. Idē quoq; & hoc

causa, faciēdi aūt nulla sit causa in actu, qa tunc causatū esset in actu, & nō futurū, videbitur, ꝙ hçc discrasia nō habeat cām actu causantē: aut, si putredo est causa discrasię fientis, & nō est causa illius partis, quæ facta est, erit causa partis futurę: sed, quod futurū est, nō est: igit videtur, ꝙ putredo sit causa ęgritudinis, quæ nō est. Adhuc aūt causa cōiuncta (sicut dicit Ioānitius) est, quę donec adest, adest ęgritudo, &, dum abest, abest & illa, & exēplificat de pu- ca. 43. i isa.
tredine in febribus. Si ergo putredo est causa discrasię, quę adest, dum ipsa putredo adest, & nō adest discrasia, nisi quę est facta, qa fientis ēt nō est aliqd nisi pars facta, videbitur, ꝙ putredo sit causa discrasię factę. Nisi esset, ꝙ faciendū duplex est, s. quod nō dum incepit, & huius nulla est causa in actu causans, sed parata causare: & tale faciendum, quod nō dum incepit, sed paratū est ꝓdire in actū, est discrasia, quæ simplr dicitur faciēda, & hoc nō facit corpus ęgrū vt nunc, sed neutrū vt nunc. Aliud vero faciendū est, qd est in transitu & fluxu, cuius iam aliquid inchoauit, sed, qa non est perfectū, dicitur faciendū: & tale faciēdū est sub actu īperfecto, sicut motus dicitur actus īperfectus: & huius faciēdi, quod ꝓprie dicitur iam fiens, est causa in actu causans, qa & ipsum causatū est aliquo modo sub actu, licet īperfecto, & nō est simplr faciendū vel non ens, sed ẜm quid, qm̄. s. est fiens. Causa aūt talis fientis est dicta causa coniuncta, vt putredo febris, hæc. n. in actu causat & mouet: ab antecedēte aūt nō fit adhuc discrasia, q̄ sit morbus, sed ab ea est futura illa, quæ simplr dicitur facienda: facti aūt & causati ex fiente discrasia, nulla est simpliciter causa, sicut dicebatur. Ad illud vero, quod dicitur, ꝙ putredo videtur causa discrasię factæ tm̄, quia, dū adest, adest ægritudo, & nō adest, nisi ea, quæ facta est &c. dicēdū est, quòd res dicitur adesse duplr, s. ẜm esse pfectū H
& stabile, & tali esse nō adest nisi ægritudo facta: & ẜm esse fluens & mobile, & tali esse adest ęgritudo fiens: ꝓpter quod verū erit putredinē esse causam fientis. Exemplum aūt, quod ponit Hali de ęgritudine fiente, nequaq̄ est cō. 80.
cōueniens. Dicit enim, quòd discrasia fiens est ephemera ex oppilatione. Sicut. n. dicit, cū fientis sit aliqd factū, & aliqd faciendū, ephemera erit ibi pars, quæ facta est: putrida aūt febris, quæ ex oppilatione pōt causari in posterū, erit ibi pars facienda: & silr dicit de apostemate, quod p putrefactionē, quæ in eo erit, est causa febris futurę. Dicit enim, quòd apostema est pars facta, febris aūt pars facienda. Sed ista nullo modo stare possunt. Nā manifestū est p se, quòd faciēdū de fiente nō differt specie à facto illius: albedinis enim, quę fit, pars faciēda nō differt à parte facta nisi p magis & minus, magis aūt & minus nō diuersificāt speciē: sed febris putrida est diuersa specie ab ephemera & apostemate: ergo nō pōt esse pars faciēda illius eiusdē, cuius illa est facta. Quòd si dicat ephemerā & putridā, vel apostema & febrē esse vnā ægritudinē cōpositā ex duabus, quarū vnā dicat factā, aliam faciendā, Dicemus nō fieri ægritudinē cōpositā nisi ex talibus duabus, quarū quęlibet est in actu: adhuc aūt ex talibus duabus, quarū neutra ē cā alterius, si cōpositionē volumus ꝓprie dicere. Est ergo ephemera ex oppilatiōe discrasia fiens (vt supra diximus) ipsa. s. in se cōsiderata, nō cōparatione putridę, quę futura est ex oppilatione: & silr oē apa in se consideratū, est ęgritudo fiens, & nō cōparatiōe febris ab eo futurę: hoc aūt ideo, qa cām habet efficiētē, vt dictū est.

Sed huius

Ant. Sed huius quidem vltimæ,hę quidem in præſeruante parte artis ſunt, hæ vero in ſalubri: primæ vero A omnium,in curante parte ſolum:vtrarunq; vero mediæ dictę,in preſeruante & curante. Siquidem iam factam & exiſtentem ęgritudinem medicari oportet:Nondum vero exiſtentem, ſed futuram ex diſpoſitione, quæ ſecundum corpus,prohibere fieri : Eius vero,quę adhuc fit,quod quidem iam factum eſt,ſanare: quod autem futurum eſt,prohibere fieri.

Leo. Huius itaq; poſtremę,hæ quidem in præſeruatiua artis parte continentur,hę vero in ſalubri:primæ aũt inter oẽs in curatiua tantũmodo: ſed eius,quam mediam inter vtranq; locauimus,in præſeruatiua & curatiua.Iam enim factam atq; exiſtentem ægritudinem curare oportet: Sed,quæ non dum quidem adeſt,at futura eſt,prohibendum eſt,ne fiat ab ea,quæ eſt in corpore,diſpoſitione: Eius autem,quæ adhuc fit,quod quidem factum eſt,curare opus eſt,quod autem futurum,prohibere,ne fiat.

Cõ.33. Cum dedit diuiſionẽ cauſarum ſalubriũ efficientium penes diuiſionẽ diſcraſiarum,oſtendit,in qua parte artis vnaquæq; ſpecies illarũ cauſarũ contineaƭ,& dicit, SED HVIVS &c.i.ſed cauſę ſalubres diſcraſię vltimo dictę,ſ. faciendę,quædam continẽtur in parte artis,quę dicitur pręſeruatiua,cuius eſt ad ſolã cauſam intendere : quædam in parte artis,quę diciƭ conſeruatiua:& hoc intendebat per hoc,quod dicit,Hæ vero in ſalubri. Proportio.n.eius B duobus modis põt eſſe,ſ.abſciſione aptitudinis ęgrotãdi,vel conſeruatione pręſentis diſpoſitionis in eodem,quæ minus eſt,quã ęgritudo,cui innititur aptitudo p̃dicta Sed attẽde,ꝙ cauſę cõſeruatiuæ talis diſpoſitionis nõ ſunt de numero efficientiũ cauſarũ,de q̃bus intendebaƭ hic,niſi inquantũ cõſeruatiuæ ſunt de gñe corrigentiũ cauſarum,vt ſupra dixi:cõpetunt tñ ei,inquantum talis diſpoſitio adhuc participat ſanitate. Deinde dicit, PRIMAE VERO &c.i.ſed cauſæ ſalubres diſcraſiæ primo dictæ,ſ.factæ,continẽtur in prima parte ſola artis,quæ dicitur curatiua,cuius eſt ſoli ægritudini remedium adhibere. Deinde dicit, VTRARVNQVE VERO &c.i.ſed cauſæ artis ſalubres diſcraſiæ dictæ in medio amborũ,ſ.fientis,quædam continẽtur in parte artis pręſeruatiuę,à parte.ſ. eius,quod de eo futurum eſt:quædã in parte artis curatiuæ , à parte.ſ.eius,quod de ea factum eſt. Deinde,cum dedit,in qua parte artis cõtineantur,oſtẽdit cauſam harũ continentiarũ,& dicit, SIQVIDEM IAM &c.i.quia iam factã,& iam exiſtentẽ ęgritudinẽ,cuius nihil faciendũ reſtat,eo ꝙ cauſam nõ habet vllã vſq; adhuc efficientẽ, oportet medicari ſolũmodo ſiue curare p id,quod eã remouet tm̃:& hęc diciƭ medicatio ſiue curatio abſolute : & pars artis hoc faciens diciƭ medicatiua vel curatiua abſolute,quę ſolius diſcraſiæ curã habet. Quare cauſæ ſalubres talis diſcraſiæ factę continẽtur in ſola parte artis curatiuæ. Deinde dicit, NONDVM VERO &c.i.ſed diſcraſiã nõ dum exiſtentẽ ẜm aliquam partẽ ſui,futurã tñ propter aliquã cauſam inuentã in corpore,parantẽ & diſponentem corpus ad eius receptionẽ(& hoc intendebat,cũ dixit, FVT vram vero ex diſpoſitione &c.) oportet ꝓhibere C fieri tm̃ p illud,quod remouet aptitudinẽ p̃dictam:& hoc fit duplr̃(vt diximus)ſ.abſciſione cauſę aptantis,& conſeruatione p̃ſentis diſpoſitiõis,ne vlterius labatur. Et harũ duarũ viarũ prima nõ dicitur abſolute curatio,ſed curatio cauſę antecedẽtis,quæ ꝓprie & abſolute dicitur p̃ſeruatio:& pars artis hoc faciens dicitur p̃ſeruatiua. Quare quędã cauſę ſalubres talis diſcraſię cõtinentur in parte artis præſeruatiua:quædã in conſeruatiua. Deinde dicit, EIVS VERO &c.i.ſed fientis diſcraſię,cuius aliq̃d eſt factũ,aliq̃d faciendũ,oportet illud,quod factũ eſt,ſanare vel medicari ſiue curare ad ſilitudinem factę:faciendũ vero prohibere fieri ad ſilitudinem faciendę:& hęc dicitur curatio nõ abſolute,ſed curatio cũ p̃ſeruatione. Quare cauſæ ſalubres huius diſcraſię quędã ſunt contentę in parte artis curatiua : quędã in parte artis p̃ſeruatiua. Huius aũt ſimile dicebat in principio octauæ particulæ terapeuticę,cum ait,ꝙ,Si febris,cauſa eius recedẽte,firma pmanſerit,vna intentio erit in ea curanda,i.ſolũmodo refrigerare:hæc enim erat diſcraſia,quam hic factam vocant. Si autem febris non dum firma extiterit,ſed firmari iam paulatim & latenter incipiat, intentio noſtra erit eius cauſam tantum auferre : hæc enim erat diſcraſia,quam hic vocat futuram. Si autem febris partim ſit firma,& partim iam firmari incipiat,conuenit,vt prius cauſam non dũ firmæ partis abijcias,deinde,quod firmum eſt,refrigerando depellas:hæc enim erat diſcraſia,quam hic vocat fientem. Ex hoc ergo manifeſte innuitur,ꝙ diſcraſia facta non habet cauſam:diſcraſia vero facienda habet antecedentem tantum:diſcraſia vero fiens habet coniunctam ſicut aliud extremum.

cap.1.

D

Ant. Prohibetur autem,diſpoſitione,ob quam nata eſt fieri,ablata:nominatur aũt huiuſmodi diſpoſitio,cauſa præcedens. Facta vero iam ægritudo curatur,diſpoſitione,à qua principaliter ea,quæ ſecundum naturam eſt,operatio lęditur,ſoluta:quam & ipſam dicimus eſſe ęgritudinis cauſam.

Leo. Prohibebitur aũt ſublata ea diſpoſitione,quam ſequi natura apta eſt:talis vero diſpoſitio cauſa antecedens appellatur. Facta autem ægritudo curabitur ſoluta ea diſpoſitione,à qua primum ea,quę ſecundum naturam,læditur operatio:quam quidem & ipſam morbi eſſentiam dicimus eſſe.

Cõ.34. Cum dedit,ꝙ diſcraſia aut eſt facienda,aut facta,aut ex his cõpoſita,ſ.fiens,ẜm quas diuiſit ſalubres cauſas efficientes:& ꝙ faciendã oportet prohibere fieri,factam autem curare,oſtendit, qualiter vtrũq; iſtorum fiat,& dicit, PROHIBETVR &c.i.ergo diſcraſia facienda ꝓhibetur fieri per ablationem diſpoſitiõis,ẜm quam futura erat: quæ diſpoſitio(ſicut dicit)nominatur cauſa p̃cedens. Et improprie dicitur cauſa præcedens,diſpoſitio,ſed potius dicitur diſponens , ẜm enim eã accidit diſpoſitio corpori,per quã paratur ad receptionẽ ægritudinis : vel fortaſsis, licet humoralis cauſa dicatur ꝓprie,non diſpoſitio , ſed diſponens,tñ cõplexionalis & cõpoſitionalis cauſa poteſt dici diſpoſitio corporis,ẜm quã futurus erat morbus. Ergo diſcraſia facienda ꝓhibetur per ablationem cauſæ,ẜm quam futura erat. Sed,cum diſcraſia facienda duplex ſit,ſ.illa,cuius non dum aliq̃d inchoauit:& alia,quæ eſt pars fientis,de vtraq; verum eſt,quod dicit,ꝙ ꝓhibetur fieri per ablationem cauſæ,ẜm quam eſt nata fieri.

Plusq̃ Cõ.

SED DVBITABIT aliquis de hoc,ꝙ talem cauſam abſcindẽdam,vocat cauſam ꝓcedentem, quam alio noĩe dicimus antecedentẽ.Cauſa.n.antecedens,niſi fiat coniuncta, nunq̃ facit ægritudinẽ,quæ adhuc inchoauerit,ſed ſub neutralitate corpus reddit:quare videt̃,ꝙ intelligatur de faciẽda ſm primũ modum tm̃.Sed hoc diſſonaret ei, quod ĩmediate præceſsit: cum.n.dixiſſet,Eius vero,quæ adhuc fit,quod iam factũ eſt,ſanare,futurũ vero ꝓhibere fieri, ſubiunxit continuo,Prohibet̃ ergo &c.quaſi rñdere viſus ei,quod de fiente futurũ eſt,& factum eſt. E Niſi eſſet,ꝙ verũ eſt de vtraq;(ſicut diximus)nec diſtat in alio,niſi ꝙ Diſcraſia facienda ſm primũ modum non habet cauſam coniunctã,qa illa iam ponit ægritudinẽ,& corpus efficit vt nunc ęgrũ,ſed habet antecedentẽ tm̃,quę reddit corpus neutrũ vt nũc:Diſcraſia vero fiens habet aliqd antecedẽtis,iã poſitũ ſub cõiũcta,à parte cuius cõiunctę dicit̃ fiens,cuius aliquid eſt factũ , & aliqd faciendũ , & nihilominus adhuc remanet facienda ſm primũ modum, quãdiu aliqd cauſę antecedẽtis non eſt ſub cõiuncta: ſed,qñ tota antecedẽs eſt ſub coniuncta,tũc diſcraſia eſt faciẽda ſm ſecundum modũ tm̃,quo dicitur fiens.Et,qm̃ maxime videbat̃ intẽdere de faciẽda,quę eſt pars fientis,eo ꝙ de cauſis ſalubribus eius diſcraſię,quę abſolute dicit̃ faciẽda,circa finẽ libri locuturus eſt,ideo dicimus,ꝙ per cauſam præcedentem intelligimus etiam cõiunctam,ipſa enim etiam præcedit ægritudinem,&,ſi non tempore,ſicut ea,quę proprie dicitur antecedens,eo ꝙ poſita ponit ægritudinẽ,tamẽ natura præcedit. Deinde dixit, FACTA VERO &c,i.ſed facta diſcraſia,ſiue ſit illa , quæ pars fientis,vel quæ abſolute facta dicitur,curabitur p ablationẽ diſpoſitionis,principaliter,i.ĩmediate,lędẽtis operationẽ:quę nihil aliud eſt,quã ipſa ægritudo:nã ęgritudinis diffinitio(ſicut Gal̃.dicit tertia particula de mor.& acci.)eſt,ꝙ ęgritudo eſt cõpoſitio vel diſpoſitio pręter naturam, principal̃r lædens operationẽ:cauſa.n.non principal̃r lædit operationẽ,ſed mediante ęgritudine. Deinde dicit, QVAM ET IPSAM &c.i.quam operationẽ læſam,vel quã operis læſionẽ dicimus eſſe cauſam ægritudinis,ita ꝙ,cauſa,ſit ablatiui:ægritudo.n.eſt cauſa principalis vel ĩmediata lęſæ operationis. Sed alia trãslatio corrupta eſt in hoc loco:nam,vbi nos habemus,QVAM & ipſam & c.ipſa habet,Et illa diſpoſitio eſt præter ægritudinem.Et ſic videtur velle,ꝙ diſpoſitio immediate lædens operationem,quam dicit auferri debere,nõ eſt ægritudo,ſed cauſa.

F cap.I.

exẽplar, qđ nos hẽbamus, αἰτίαν, i.cãm, hũit: Leonicenus vo, cũ trãſferat, eſſentiã, οὐσίαν, hũiſſe ĩ ſuo vr̃. Quę nomina cũ affinia ĩter ſe ſint, facilis fuit vnius ĩ alterũ ĩmutatio. Relatiuũ ãt illud, quã, lʒ ad diſpõeʒ referri poſſit, ſi tñ, eſſentiã, legamus, aptius cũ eẽntiã conueniet.

Sed,qm̃ hoc erat contra veritatẽ , coegit Hali exponere illũ textum p ſubauditionẽ vnius aut duarũ dictionũ, vt diceretur ſic,Facta vero ægritudo curabitur ablata diſpoſitione,à qua oritur diſpoſitio,à qua principaliter,quę ſm naturã,operatio lęditur.Sed hęc ſubauditio facit videri,ꝙ hæc ęgritudo facta habeat cauſam,& ꝙ eius curatio ſit per ablationem cauſæ:& hoc eſt error nõ minor priore. Quidam quoq; noſtræ translationis expoſitores,cõſentientes Hali,intelligunt p iſtud relatiuũ , quã,referri diſpoſitionẽ , quã auferri oportere dicit,& dicunt,QVAM & ipſam eſſe dicimus ægritudinis cauſam.faciẽtes cauſam accuſatiui caſus.Et,quia cauſa talis non eſt principaliter lędens opationẽ,coguntur hic ſubintelligere,quod Hali ſubintellexit in ſuo textu:ideoq; incurrunt errorẽ nõ minorem illo,quẽ fugiunt. Nos aũt oſtẽdemus aduerſus eos,ꝙ ægritudo facta nõ habet cauſam efficientẽ,& ratione,& authoritate ipſius Gal̃.ex quo patebit,ꝙ eorũ additio nõ eſt neceſſaria,qm̃ id relatiuũ,quã,nõ refert diſpoſitionem,ſed refert,quod diximus.Dico ergo,ꝙ cauſa efficiẽs nõ eſt niſi rei,quę eſt in termino,vt gñetur & fiat : ſed factũ nõ eſt in termino,vt gñetur & fiat:ergo facti nõ eſt cã efficiẽs:& hęc rõ irrefrangibilis eſt.Authoritas.n.Gal̃. eſt paulo poſt,vbi dicit,ꝙ ad inuentionẽ cauſarũ ſalubrium,quęcunq; qdem cauſæ ad iam factã ægritudinẽ ſunt ſalubres,ratione vtẽdum eſt,qua id,quod eſt ſm apparitionem,determinatur ab eo,quod ſm virtutem: quæcũq; vero cauſæ ad eam,quæ adhuc fit,ipſa eadem:& adhuc,ſm quam inueniuntur ægritudinis cauſæ. Et vult(ſicut ibi dicemus)ꝙ ad inuentionem cauſarum ſalubrium ægritudinis factæ nõ oportet vti niſi diſtinctione,qua determinatur calefaciens vel infrigidans apparenter ab ijs,quæ faciunt illud ſm virtutem , quia cauenda ſunt facientia id apparenter tm̃:& non dicit oportere vti ratione,qua cauſæ ægritudinis inueniuntur,ſicut dicit id in fiente:dixiſſet autem illud,ſi ægritudo facta cauſam haberet:aut ibi omnino eſſet diminutus ſermo eius.Sic ergo palam innuit, ꝙ ægritudo facta non habet cauſam efficiẽtem:in libro quoq; de ingenio ſanitatis expreſſe hoc dixit,nec eſt opus immorari.Quare expoſitio Hali & ſequacium eius nullo modo conueniens eſt.

t.c.37. G li.8.c.I. cõ 82.

Ant. Curatio vero vnum quidem habet modum,& maxime cõmunem intentionem,ei ſcilicet,quod ſoluẽdum eſt,contrarium,huius enim generis ſunt omnes perficientes ſalutem cauſæ ; ſecundum partem vero ex ſingulis contrarijs.Calidæ igitur diſpoſitioni,frigida cauſa contraria eſt:frigidæ vero,calida,& alijs proportionaliter.Si enim immoderatum omne pręter naturam,moderatum vero ſecundum naturam,neceſſitas eſt omne immoderatum ab immoderato contrario,ad moderatum reduci. H

Leo. Curatio vero vnã præcipuã ac cõmuniſsimã habet intentionẽ ad id,quod eſt diſpoſitioni auferẽdæ contrarium,ex hoc ſiquidẽ genere ſunt cauſæ illæ oẽs,quæ ſanitatem efficiunt: ſecundum partem vero,ex vnicuiq; diſpoſitioni contrarijs.Calido igit̃ affectui cauſa frigida contraria exiſtit:frigido aũt calida,eademq; in cæteris proportione.Etenim,ſi omne immoderatũ eſt præter naturã,moderatũ vero ſecundum naturã, neceſſe eſt omnino,vt immoderatum ab immoderato contrario,ad mediocritatem redigatur.

Cõ.38. Cum dedit,ꝙ diſcraſiam factam oportet curare,faciendã vero prohibere,oſtendit cauſas ſalubres vniuſcuiuſq; diſcraſiæ,& primo eas,quæ ſimplicis,generalibus eas canonibus conprehendendo,& huius primo cauſas ſalubres diſcraſiæ factæ,quæ ſimpliciter dicuntur curatiuæ(vt dictũ eſt ſupra)& dicit, CVRATIO &c.ideſt,poſtq̃ eſt facta ægritudo,curabitur ablata diſpoſitione principaliter lædente operationem. Sciendum eſt,ꝙ curatio,quæ abſolute curatio dicitur , quæ quidem(vt ſcitum eſt) appropriatur diſcraſiæ factæ , eſt habens vnum modum,& hunc ſcilicet ſicut maxime communem canonem,ſ.oblationem contrarij eius , quod eſt curandum & remouendum: & huius cauſa eſt,quia curatio eſt tranſmutatio quædam:omnis autem tranſmutatio eſt à contrario. Id aũt,quod eſt curandum & remouendũ in habente diſcraſiam factã,non eſt niſi ipſa diſpoſitio,quæ eſt ægritudo vel diſcraſia

A immediate lędens operationem. Non.n.indiget amotione causæ,quam nõ habet: ergo solius discrasiæ cõtrarium
offerendũ erat. Dicit autẽ, Maxime cõmunẽ intentionẽ.quia hic canon extendiť non solũ vl̄r ad discrasias factas,
sed ad reliquas oẽs: adhuc aũt & ad ægritudines cõpositionis & vnitatis:& vl̄r ad curationem & præseruationem,
sicut patebit. Propter quod subiunxit, HVIVS ENIM &c.i.& bene dico,maxime cõmunẽ &c. quia de hoc ge-
nere sunt oẽs causæ efficientes sanitatem,s.de genere contrarij, eius,quod soluendum est,siue sint,quę simpliciter
dicuntur curatiuæ,quales sunt discrasiæ factæ:siue,quæ dicunť curatiuæ cum præseruatione, quales sunt aliarum
duarum discrasiarum: Imo ẽt huius generis sunt causæ salubres ægritudinum in natura cõpositionis,& in natura
cõmuni,s.tàm fientiũ,q̃ factarum,s.ꝙ oẽs debent esse contrarię ei,quod soluendũ est. Illud aũt,quod soluendum
est in ęgrotantibus(vt vl̄r est dicere)est,quicquid est cõtra naturam,s.morbus,causa,& accidens: & horum oĩum
abscisio,si recte considerenť,est adhibitione contrarij:à contrarijs.n.oĩa corrumpuntur,si corruptibilia sunt. Sol-
uitur.n.febris frigidis,cũ sit præter naturã calor:putredo aũt refrigeratione,& expiratione,cũ putridũ sit calidũ,
cõstrictionem & euentationem non habẽs. Item & causa causæ,sicut humoris multitudo,vel spissitudo,vel visco-
sitas,contrarijs suis remoueť,s.diminuẽte,subtiliante,incidentę. Accidens quoq;,vt rheumatismus,& ventris flu-
xus,& similia,inquãtum hm̃oĩ,constrictionibus abscinduntur. Et multa alia quoq; accidẽtia sua habẽt opposita
cõtraria,q̃bus reprimunť,vt dolor colicę stupefacientia:& syncopis febris acutę potũ vini puri:talia.n.contrariã-
B tur quodãmodo accidẽtibus,& si morborũ sint augmẽtatiua. Ita ergo manifestũ est,ꝙ principalis intẽtio curatio-
nis sumiť ab essentia rei curãdę,vt sit large curatio, oĩs rei cõtra naturã abscisio,quãuis secũdarię intẽtiones sumã-
tur ex cõplexione naturali,& cõpositione,& situ mẽbri paciẽtis:adhuc aũt ab aere,vt infra patebit. Sed attendẽ
dum est,ꝙ causæ salubres nõ distinguunť nisi aut penes ægritudinẽ tm̃,vt ad factã discrasiã: aut penes causam tm̃,
vt ad futurã:aut penes vtrãq;,vt ad fientẽ: Penes aũt accidẽtia,quæ sequũtur ęgritudinẽ,nõ recipiunt distinctionẽ,
eo ꝙ accidẽtia nõ habent nec vere nec ꝓprie alias causas salubres,q̃ eas,quæ sunt causæ salubres ægritudinũ,quas
ipsa comitãtur,quarum amotione & ipsa amouẽtur. Quòd si aliq̃n præter oppugnationẽ morborũ repugnemus
accidẽtibus,hoc nõ facimus,inquãtũ ipsa sunt accidẽtia:nulla.n.intentio curatiõis sumitur ab accidẽtibus,inquã-
lib.12. ca.1. tum talia sunt(sicut Gal̃.dicit in lib.de ingenio sani.)sed inquantũ contingit ipsa accidẽtia esse aut causas augmen
tatiuas morborũ,aut virtutis deiectiuas. Deinde,cũ dedit canonẽ cõmunẽ curationis,appropriat eum,& dicit,
SECVNDVM PARTEM &c.i.sed curatio particularis singularũ discrasiarũ factarũ ẽ ex singulis suis cõtrarijs.
Deinde exẽplificat id sicut cõcludẽs,& dicit, CALIDAE ergo & c.i.igitur calidę dispositioni,quę est ęgritudo,fri-
gida causa est cõtraria,ideoq; est causa curãs,& sanitatẽ ꝑficiens:& frigidæ calida:& sil̄r in alijs,s.humidæ sicca:&
siccę humida. Et vult p causam sanitatis,effectiuã,quę sumitur ex sex rebus nõ naturalibus & eis annexis. Dicit
com. 85. aũt Hali,ꝙ,cũ Gal̃.dixit, Calidę dispositioni frigida causa cõtraria est.potest p causam intelligere causam antece-
dentem & coniunctã ægritudinis:& põt intelligere causam medicationis. Sed nescit,quid dicat,qm̃,cũ hic exẽ-
plificaret canonẽ cõmunẽ curationis,quẽ dixit esse p contrariũ,non põt intelligere nisi causam medicationis,quę
C est effectiua sanitatis. Præterea q̃d esset dicere,Calidę dispositioni,frigida causa ęgritudinalis vel efficiens ęgritu
dinẽ contraria est?causa.n.morbi cõtrariatur causę,sicut morbus morbo,potius,quã causa morbo,vel ecõuerso.
Sicut aũt particularis curatio particularium discrasiarũ factarũ est ex singulis contrarijs earũ,ita particularis præ-
seruatio p abscisionẽ causę discrasiarũ fientium est ex singulis contrarijs illarũ causarũ,vt supra patuit. Deinde,
cum dixit curationẽ esse p contrarium,dat demonstrationẽ huius,& dicit, SI ENIM &c.i.si id,quod est præter
naturã,s.ægrũ vel ægritudo,est ĩmoderatum & inęquale ẜm distantiã eius à medio,naturæ saluatorę:id aũt,quod
est ẜm naturã,s.sanum vel sanitas,est moderatũ & ęquale,moderamine.s.aut absoluto,aut appropriato,quod est
mediũ extremorũ,necesse est,ꝙ omne ĩmoderatũ reducatur ad moderatũ p nihil aliud,quã p id,quod est ĩmode-
ratum ẜm contrariũ,quale est,quod tantũdẽ est lapsum à moderamine moderatę causę,quãtum corpus à suo mo
deramine & in cõtrariã partẽ, Vt,si ĩmoderatũ,quod est reducendũ,est calidũ tribus numeris,ꝙ ĩmoderatũ redu-
cens sit infrigidãs tribus numeris oĩ eodẽ modo,quo diximus in causis reductiuis,sola intellecta differẽtia,quam
cõ.22.hui⁹. supra assignauimus in principio huius capituli. Necessitas aũt exit ab hoc,q̃a,si moderamen amissum,esset reuo-
cabile p moderata, cũ per illa sit ei cõseruatio,tũc causę efficiẽtes & cõseruãtes vni & eidẽ essent vnę & eædẽ,quod
est ĩpoẜe. Ergo oportet reuocari p ĩmoderatum,non tñ per tale,ad quale deuenit,qm̃ id est simile,ad quod simpl̄r
D nõ se bene habet:ergo p ĩmoderatũ contrariũ,s.per id,quod est lapsum à moderamine causę ẜm cõtrariũ lapsum
corporis:nec p ĩmoderatũ quãtũcũq; distans à moderata causa in parte opposita lapsui corporis,sed p tantũdem
distãs ab illa causa in opposita qualitate,q̃tum ĩmoderãtia corporis p̄ter naturã separata est à moderãtia naturali,
hoc.n.tale ęq̃potẽs est illi,ideoq; & vere contrariũ:quare tũc ei occurret agens in illud,& cõtra patiens ab illo ad
medium reuocabit:lapsum aũt plus vel minus,esset aut superfluens aut deficiens ad reducendum ad medium,nec
proprie contrarium diceretur. Sic ergo demonstratũ est,ꝙ curatio non aliter,q̃ per contrarium,esse potest.

SED HIC SOLET opponi illud Arist.quarto topi.ꝙ febri & ophthalmiæ nihil est contrarium:cuius simi-
cap.5. le poterit & quis dicere de omni morbo. Si enim nihil est contrarium morbo,tunc curatio morbi aut est imposſi
bilis,aut nõ est per contrarium. Quoniam autẽ hoc verbum consueuit male intelligi à pluribus,ideo dicemus
ad hoc,ꝙ Arist.in illo loco ponit considerationem topicam talem. Considerandũ(inquit)si est aliquid contrariũ
generi,ꝙ erit aliquid cõtrariũ speciei, sicut si vitio est contraria virtus,erit speciei vitij contraria species virtutis,vt
auaritiæ largitas. Deinde fert instantiam ad hanc consideratione,innuens eam non esse vniuersaliter veram:nam
ægritudini contrariatur sanitas,& tamen febri,& ophthalmiæ,quæ sunt species ægritudinis,nihil est contrarium:
Quod intelligendum est,quòd nihil est eis contrarium de speciebus sanitatis,ẜm.n.prædictam considerationem
oporteret,quòd cuilibet speciei ægritudinis responderet aliqua species sanitatis sibi cõtraria: hoc aũt nõ est ita,sed
sanitas vna existens,in medio.s.extremorũ,non variata ẜm species,opponitur oĩ speciei morborũ sicut mediũ ad

extrema. Nam morbo in caliditate, frigiditate, humiditate, & ficcitate, non eſt dare, ꝙ opponantur diuerſę ſpecies B
ſanitatis, ſed vna tm̃ ſanitas, quæ eſt tẽperantia in conſiſtibus, opponitur oĩbus illis, ſicut medium ad extrema. Sic
ergo intelligẽdum eſt, ꝙ febri, & ophthalmię nihil eſt cõtrarium, quia nõ eſt alicui eorũ contraria ſua ſpecies ſani
tatis, ſed vna tm̃ ambobus, & oĩbus alijs morbis. Hoc aũt nihil prohibet, quin cõtrarieť eis cauſa curatiua, quæ tm̃
diſtat à ſanitate ab vna parte, quãtum ægritudo ab altera: propter quod eis cõtrariatur ſicut extremũ ad extremũ.
Oppoſitio aũt, quæ ad hoc ſolet fieri de ſcãmonea, quæ, cum calida ſit & ſicca, curare videť tertianam, planã ha-
bet rñſionem, qm̃ non curat febrem, quæ eſt diſcraſia facta, ſ. ephemeram, vel hecticã, propter quod nõ eligimus
eã in curatione illarũ, ſed eam, quæ eſt diſcraſia fiens, & cauſam habẽs efficientẽ. ſ. tertianam, Licet nec hanc, vnde
eſt diſcraſia, cuius eſt aliquid factũ, curat, niſi per accidens, cauſam. ſ. auferendo, qua ablata corpus redit ad naturã
ſuam, ſed pręſeruat p ſe ab eo, quod de ea futurũ eſt, ablatione efficiẽtis: Propter quod eſt ꝓprie curãs cauſam, nec
hanc qdem, inquãtum eſt addens in cauſam putredinẽ vel calorẽ, ſed inquãtum eſt quantitate ſupfluens, & reple-
tiones inducens: euacuando. n. eã repletũ inanit: & hac intentione quodãmodo ſibi cõtraria eſt, & eſt cura per con
trarium, & nõ per ſimile (ſicut videtur) ſi pręſeruatio large curatio dicta ſit. Quod aũt dicit Princeps, ꝙ non oĩs 4 primi c.1
repletio neq; oĩs malitia cõplexionis ſuo medicať contrario ex euacuatione & oppoſitione, imo multoties ſufficit
multa regiminis bonitas, nõ cõtrariať ei, quod hic dictũ eſt. Nam regiminis bonitas in talibus eſt ex ijs, quæ, licet
ex ſe nõ diminuant repletionẽ aut cõplexionis malitiã, nõ tñ augent eã. Hoc aũt regimen, quod bonũ vocat, atti- F
net tẽperamento: hoc aũt virtutem cõfortat: virtus aũt cõfortata curat vtrãq; malitiam: eſt. n. confortatio virtutis
accidentale morbi curamentũ, ſicut Gal. dicit in li. de ing. ſanitatis. Nos aũt non negamus accidẽtalem curationẽ lib.9. ca.13.
poſſe eſſe non p contrarium, ſicut iam ſupra innuimus. Sed dicet aliquis, ꝙ in oĩ ſpecie curationis curans non
eſt niſi virtus. Dicit. n. Princeps, ꝙ curans eſt virtus, & nõ medicus: medicus vero facit tm̃ puenire inſtrumenta ad 1. quarta c.
virtutẽ. Si ergo virtus ſemp eſt curans, & nõ medicus nec medicina, tũc cura ſemp eſt nõ per cõtrariũ, virtus. n. nõ 8. de cib. ſe.
videtur habere contrarietatẽ ad morbũ, vt dicatur frigida, cũ calidos: calida, cũ frigidos morbos curat: calor. n. &
frigus nõ ſunt qualitates ſubſtantiæ incorporeæ. Niſi eſſet, ꝙ duplex eſt curans, ſ. principaliter, & inſtrumentali
ter: principaliter eſt virtus, ſicut faber principaliter fabricãs, inſtrumẽtaliter aũt eſt medicina, ſicut malleus inſtru-
mentaliter fabricans. Qñ aũt Gal. dicit, ꝙ curans debeat eſſe cõtrarium curato, intelligit de inſtrumẽtaliter curan
te, & nõ principaliter: virtus. n. ꝓprie non cõtrariať diſcraſię calidæ vel frigidæ, ſicut dicebať. Poſſumus tñ dice-
re, ꝙ aliquo modo contrariať eis, inquantum ipſa eſt ſtans ſub tẽperamento: tẽperamentũ aũt eſt medium: mediũ
aũt vtriq; refragatur extremo: vnde & ipſa eſt ẽt principium reuocationis ad tẽperamentũ amiſſum, ſicut natura,
cui & ipſa cõiuncta eſt: & p hũc modũ aliqualr̃ cuilibet cõtrariať morbo. Attẽde tñ, ꝙ Princ. nõ dicit, ꝙ virtus
curet, & nõ medicina, ſed ꝙ virtus & nõ medicus: medicus. n. ſolũ exterior ẽ miniſter, inſtrorum. ſ. præparator.
Sed videndum eſt hic, vtrum virtus, an medicina p ſe curet morbum. Et ſciendum eſt, ꝙ per ſe aliqñ op-
ponitur ad mediate, & eſt tunc idẽ dicere p ſe, quod ĩmediate ſeu non p medium: aliqñ vero opponitur ad p acci- G
dens, & tunc eſt dicere p ſe, idem, quod eſſentialiter. Secundũ ergo ꝙ per ſe opponitur ad p accidens, dicendũ eſt, ꝙ
vtraq; aliquo modo p ſe curat. Nam, cũ curare ſit alterare & mouere, hoc aũt cadat in diffinitione vtriuſq;, vtraq;
dicetur p ſe curans in primo modo dicẽdi p ſe: virtus. n. eſt principiũ reuocationis ad tẽperamentũ amiſſum, ſicut
natura, quæ eſt principium primũ motus & quietis, eius, in quo eſt, p ſe & nõ per accidẽs: Medicina ẽt eſt (vt Gal. li.1. de ſim.
dicit) id, cuius eſt alterare corpus humanũ. Vtraq; ergo iſto modo põt dici per ſe curans, ſed in hoc differt, qa vir- diſtĩ 1. ca.1.
tus ſeu natura multoties facit hoc ſine extrinſeco adiumento medicinæ: medicina aũt non facit id ſine intrinſeco
adiumento naturæ: natura. n. ſemper eſt directiua ipſius, & vtens ipſa vt inſtrumento. Secundum aũt ꝙ per ſe op-
ponitur ad mediũ, tunc, cum virtus mediante medicina curat, curabit non per ſe, ſed p aliud: medicina autẽ faciet
id per ſe. Si aũt dicas, ꝙ tunc nõ debet dici virtus principale curans, Dicendũ eſt, quòd eſt ita principale, ſicut di
rigẽs, ante quod nullũ, ſed nõ eſt ita principale, quòd ĩmediatum, his. n. duobus modis dicebatur principale. Scias
tñ, quòd qñ virtus ſine exteriori inſtrumẽto curat, duplr̃ per ſe curat, & eſt tũc cura per cõtrarium non ſimplr̃, ſed
ſm quid per modũ, quem diximus. Regimen aũt temperatum, quod diximus virtutẽ confortare, per accidens cu
rat, inquantum virtutẽ excitat reſiſtentem, & ſuo modo contrariantẽ: & ſilr̃ quicquid exiſtẽs non contrariũ mor-
bo, curat illum p accidere ſibi, cõtrariũ eſſe ad morbum, ſicut aqua frigida aliqñ frigidum morbũ curat, & cętera
hmõi. Sed, qm̃ tale contrarium plus opportuno datum non ſolũ reducit ad tẽperamentum, ſed in oppoſitã partẽ
conuertit (quæ. n. calidum morbũ plus, q̃ oportet refrigerat, generat in corpore morbũ frigidum, ſicut Gal. dicit) H
ſciẽdum eſt medico non ſolũ, quod contrariũ cõpetat ad morbi curam, ſed quãtum, quoties, & quanto tẽpore ſit
donandũ. Sicut. n. dicit Gal. in lib. de inge. ſanitatis, corpus infirmũ mutare neſcimus ab vna qualitate in aliã, niſi
terminus, in quo figi conueniat, agnoſcatur. Propter quod adijciemus & hoc ad hanc breuiloquam eius ſum-
mam, dicentes, quòd (ſicut Gal. dicit nona particula de inge. ſanitatis) intentio curandi morbum ſumitur à tribus, capite 14.
primo. ſ. à morbo, ſecũdo à cõplexione naturali ipſius corporis infirmi, tertio ab aere nos circũdante. Qualitas. n.
ægritudinalis cognita dat cognitionẽ electionis qualitatis medicinæ: agnitio aũt cõplexionis naturalis corporis,
facit coniecturari quãtitatem diſceſſus eius à tẽperamẽto ſuo, Sicut, ſi corpus ſit calidũ, & morbus frigidus, innuit
magnitudinem diſceſſus à diſpoſitione naturali: ſi aũt ſit morbus calidus, innuit paruitatẽ diſceſſus: & ex hoc dat
cognitionem electionis graduum medicinæ, & opportunę ẽt ceſſationis ab exhibitione medicinæ. Aer aũt co-
gnitus in ſui natura dat cognitionẽ, vtrum oporteat addere vel minuere in quãtitate vel gradibus medicinæ ſupra
vel infra quantitatẽ & gradum præconceptum ex quantitate lapſus corporis in morbũ. Quia enim ſine aere nihil
actionis noſtræ vel morbi fieri põt, nec morbus ſolui nec ſanitas cuſtodiri, ꝓpter miſtionẽ continuę actionis aeris
cũ actionibus noſtris & morbi, aſpiciendũ eſt cõtinuo, cuius ſit qualitatis in cura morborũ, ſicut in cõſeruatione
ſanitatis. Si. n. aer eſt qualitatis cõtrarię morbo, fiet aer vnum ex curantibus: ſi aũt ſimilis, erit confirmãs morbũ,

A &c ad curam inconueniens. Quando ergo frigida & humida morbo cõueniunt,quia.f.calidus sit & siccus,aer vero calidus sit & siccus,similiter morbo oportebit curam facere tanto frigidiorem & humidiorem,q̃ cõpeteret morbo,quanto aer calidior & siccior est temperato,quia cura nostra habet impugnare morbum & aerẽ.Si autẽ morbus frigidus est & humidus,in aere calido & sicco,tunc,cum aer contrarius morbo sit potentior omnibus rebus ad curam , oportebit tãto minus calidam & siccam facere medicinam,quanto aer in caliditatem & siccitatem cognoscitur esse mutatus : hoc autem nullo modo contradicit canoni supradicto,nam augmentum vel diminutio in gradu medicinæ vltra vel citra exigentiam morbi corrigitur siue recompensatur ab aere.

Ant. Manifestum vero,ꝗ secundũ virtutem,non secundũ apparitionẽ calefaciens & infrigidans,& quecũq; alia hmõi,accipiendũ est.Dico aũt secundũ virtutẽ,quod essentialiter & vere est,vt dicit:secundũ apparitionem vero,quod secundũ pręsentẽ sensum hmõi quidem esse videt,essentialiter vero nõ existens hmõi. Quomodo vero oporteat cognoscere ea,in negocio de simplicibus pharmacijs dictum est.

Leo. At manifestum est,ꝗ secundũ potentiam,non aũt imaginationẽ & calefaciens,& refrigerans,& quæcunq; alia huiuscemodi,oportet assumere.Voco autem secundũ potentiam,quod re ipsa vere tale existit, quale esse dicitur : secundum imaginationem aũt,quod ex prompto quidem sensu tale esse imaginamur,

B cum tamen vere tale non sit.Sed,qua sint hæc ratione distinguenda,diximus in ijs libris,in quibus de simplicium medicaminum potestatibus agitur.

Cõ.36. Cum vniuersalem dedit canonẽ curationis,dicens vĩr eam fieri per contrariũ eius,quod soluendũ est,admonet cautelã quandam in electione cõtrarij,& dicit, MANIFESTVM VERO &c.i.& manifestũ est per se,ꝗ ad curationẽ oportet eligere calefaciens,& infrigidans,humectans,& exiccans,&,quęcũq; alia hmõi,faciens,vt subtilias, & incidens,aperiens,& abstergens,& vĩr contrarium,alterans & soluens,quod soluendũ est,fm virtutem,quã in se habet, & non fm apparitionem,Verbi gratia, calefaciens fm virtutem,quam in se habet,& non fm apparitionem,sicut fm accidens,faciens videri,quod est. Deinde exponit dictionẽ suam,fm virtutẽ,& fm apparitionem,& dicit, DICO AVTEM &c.i.& voco calefaciens & infrigidans fm virtutẽ,quod facit illud per potentiã, essentialiter ei inhærentẽ,hoc faciendi(hæc.n.est virtus sua)& nõ per potentiã inhærentem ei ab accidenti,quę est virtus alterius,& de quo verũ est semper,ꝗ sic facit,& non solũ aliqñ apparens verũ:quia essentialia comitant semper.Sed calefaciens & infrigidans fm apparitionẽ voco illud,quod videtur facere,quãtum ad sensum præsentem, sed non facit illud fm veritatem,neq; semper,quia est ei accidẽtale,non essentiale,sic calefacere vel infrigidare:id enim,quod res efficit nõ per se,sed per accidẽs,nõ efficit illud fm veritatem,sed efficit aliquid alterũ,quod accidebat actioni suæ,vt post apparebit. Adhuc aũt nec efficit ita semper , quia id,quod est fm accidens,est aliqñ tñ,eo ꝗ principium sic eueniendi est extra rem,cui videtur attribui. Deinde,quia non erat huius negocij docere di-

C scretionem horũ,remittit ad librum suũ,ad quẽ huius rei spectat examen,& dicit, QVO MODO VERO &c.i. sed,qualiter discernatur illud,quod calefacit vel infrigidat per virtutẽ suam,ab illo,quod facit illud ex via accidentis,dictũ est in libro de simplicibus medicinis,in primis.f.5 tractatibus eius:adhuc aũt & in 3 li.suo de cõplonibus circa finẽ.Monuit aũt hoc Gal. ne accidat nos decipi in cura discrasiarũ , exhibitiõe calefaciẽtiũ vel infrigidantiũ fm apparitionẽ,qa est talia plus nocere p se,q̃ cõferre p accidẽs:adhuc aũt qa nec istud accidẽs euenit semper ita.

SED DICAMVS hic exẽplificantes & nos de vtrisq;,qualiter discernant adinuicem.Dico ergo,ꝗ exemplum calefacientis per virtutẽ suã essentialẽ est emplastrũ de fœnugræco sup aliquod mẽbrorũ : calefaciẽtis aũt fm apparitionẽ,quia ex via accidẽtis,est effusio aquæ frigidæ sup corpus.Exẽplum aũt infrigidãtis per virtutẽ essentialẽ est obuiatio aquæ alicui mẽbrorũ:infrigidantis per accidẽs est emplastrũ de fœnugræco sup phlegmonẽ. Id ergo calefacit per virtutẽ suam,cui hoc inest facere p se,quia essentiã comitatur ipsius , & non accidit id ei extrinsecus. Via aũt cognoscendi id,est experimentũ,ratiocinatio.n.sup hoc debilis est & oĩo ĩsufficiens. Experimentũ aũt non certificat nos nisi post obseruationẽ harum conditionũ,f.vt experiamur rem simplicẽ,& vacuam à qualitate acquisita,& in corpore humano tñ,& habẽte ægritudinẽ simplicem & singularẽ,& nõ excedentẽ virtutẽ gradus medicinæ : experiamur ẽt eam in contrarijs dispositionibus,& attendamus , qua via,& vnde operetur operationẽ

D suã:Et his obseruatis aspiciamus,vtrũ faciat illud semp,aut sæpe,quia res naturales & essentiales producunt à prin-

2.phy.tex. cõ.77. cipijs suis aut semper,aut fm plurimũ,vt dictum est in physicis:operationes aũt rei,quæ sunt ex via accidẽtis,sunt raro:Item obseruemus tẽpus ĩpressionis suæ:si.n.apparet in primis,cum administratur,ĩpressio & operatio eius, tunc fiduciã faciet,ꝗ efficiat id per se:si aũt apparet post separationẽ obuiationis,tũc extimat de ea,ꝗ efficiat illud per accidẽs,nam,si per se efficeret,operaret illud,dum obuiat: ĩpoẽ est enim,vt nõ efficiat,dum obuiat:& operet, dum nõ obuiat:aqua.n.frigida corpori superinfusa continuo,dũ obuiat,infrigidat ipsum,si aũt calefaciat,hoc est

cap.5. in posterũ ex via accidẽtis. Accidẽs aũt istud(sicut dicit Gal.in tertio de cõplexionibus)est,quia aqua frigida,dum cutim infrigidat,superficiẽ cõstringit corporis,& calorẽ innatum redire cogit in ꝓfundum,& expirare prohibet. Coadunatus ergo & expirare ꝓhibitus fortificatur,& simul cũ hoc pascitur ex humoribus , qui sunt in profundo corporis,& fit hoc ei secũda causa cõfortationis suę:cõfortatus aũt & pastus,ĩpetuose redit ad corporis superficiẽ, & calefacit.Accidit ergo ad infrigidationẽ aquæ hæc calefactio. Si aũt dicat aliquis,ꝗ aqua illo modo videt calefacere p virtutem suã,virtute.n.sua constringit corporis supficiem,& calorẽ coadiuuat,& inde ipsum fortificat, Dicendũ,ꝗ,licet aqua ĩfrigidãdo constringat,& possit dici constrictio eius secũdaria operatio,tñ calefactio subsequens non est nisi à calore innato , quem tali constrictione accidit confortari,& inde fortius agere in subiectum.

Signum aũt,ꝗ accidentale sit ei hoc,est,quia nõ facit id in oĩbus corporibus , sed in corporibus iuuenum bene carnosorum,maxime cũ ęstate media superinfunditur.In talibus.n.maior est ab aqua caloris confortatio,p viam accidentis

accidentis eueniens,q̃ infrigidatio,ipsam essentialiter concomitans,propter multũ abũdare in eis calorem:adhuc E
aũt & propter nõ posse eis frigus penetrare ad intrinseca corporis impediẽte densitate, quod in alijs nõ contingit:
sed infrigidationẽ(vt simpliciter est dicere)in oĩbus facit corporibus. Emplastrum aũt de fœnugręco continuo
calefacit,dum obuiat,sed post tp̃s accidit calefactione sua humorẽ calidum in phlegmone constrictũ extenuari &
resolui,& inde phlegmonẽ infrigidari. Accidit ergo infrigidatio calefactioni eius p abscisionem calefacientis: sed
hoc accidens nõ accidit ei semp,resolueret enim,si inueniret,ẽt humorem frigidum,& accideret inde per illius ab
sentiam caliditas.Simile aũt est de agarico, quod videt̃ infrigidare febrẽ quotidianam : & de scãmonea,quę videt̃
infrigidare tertianã:quorũ vtrũq; facit id euacuatione causæ calefaciẽtis,& nõ facit illud essentialiter & per se, sed
quia accidit infrigidari corpus euacuatione causæ calefaciẽtis:& est ibi vere p̃mistum iuuamentũ per se,iuuamen-
to p accidens:per se q̃dem,cũ cõparatur causæ:p accidens vero,cũ cõparatur febri. Exponamus aũt adhuc,q̃d
sit calidum,& frigidũ,& humidum,& siccũ in medicinis(nam p aliquos hic erratur)& dicamus ꝭm sententiã Gal. lib.3.cap.4.
tàm in lib.de complex. q̃ de simpl.medicinis,quot modis dicat̃ vnumquodq; istorũ nominum,s.calidũ,frigidũ, l.3.dif.2.c.1
humidũ,& siccũ,& p̃ueniet inde,quod quærimus. Dico ergo,ꝙ vnũquodq; corporũ aut est calidũ in natura sua,
aut q̃a acq̃siuit hanc qualitatẽ accidẽtalẽ ab extra: Quod aũt est ita in natura sua,aut est calidũ actu,aut est calidũ
potẽtia:Quod est calidũ actu,aut est calidũ actu absolute, vt ignis:aut est calidũ actu p vincens sup ipsum,vt hõ,
bos,& vl̃r genus aĩalis:Quod aũt est calidũ actu p vincẽs,adhuc recipit aliã distinctionẽ,q̃a aut dicit̃ ita in natura F
absolute,vt aĩal,quodcũq; sit illud:aut dicit̃ ita,cũ cõparat̃:Si aũt dicit̃ ita,cũ cõparat̃,& hoc dupl̃r,q̃a aut cõparat̃
ad equale sui generis,aut suę speciei,sicut dicit̃ equus vel leo calidus respectu hoĩs,qui q̃dẽ est mediũ in gñe aĩaliũ:
& cholericus homo,dicit̃ calidus respectu hoĩs tẽperati in specie hoĩs:aut,cum cõparat̃ ad quãcũq; rem,contingit
sic esse,sicut dicit̃ Socrates calidus,cũ cõparatur Platoni. Quod aũt est calidũ potentia,est duobus modis,quia,cũ
potẽtia non cõparet̃ nisi ad actum,oportet,ꝙ eius potentia aut sit cõparabilis ad calidũ actu absolute(sic appella-
mus calidũ potentia,quod facile & velociter conuertitur ad ignẽ,vt lignũ,vel palea,vel oleum)aut sit cõparabilis
ad calidũ actu p vincens:Et hoc erit dupliciter,quia aut dicitur potẽtia calidũ,quia põt cõnuerti in corpus aĩalis,
quod dicebatur calidũ actu per vincens,& fieri pars mẽbrorũ eius,& isto modo cibus cõuertibilis in sanguinẽ &
carnẽ aĩalis est potẽtia calidus actu per vincens,& hoc recipit distinctionẽ ꝭm diuersitatẽ aĩalium : aut dicitur po-
tentia calidũ,id,quod habet potentiã calefaciendi corpus aĩalium,& hoc vl̃r dicitur medicina. Et ꝭm hanc cõpara
tionem,quod põt calefacere hoĩem,iudicatur potentia calidũ apud ipsum:&, quod põt calefacere equũ,iudicatur
calidum ad equũ:& sic de alijs. Et hęc res habet adhuc cõparationes in qualibet specierũ apud singularia illarum,
quia,quod põt calefacere vnum & nõ aliud,dicitur calidum ad illud,& nõ ad aliud. Differt autẽ iste modus poten
tię à priori,quia potẽtia,qua cibus dicitur calidũ potẽtia,est potentia passiua,quæ(sicut dicit Philo.ĩ quinto met.) tex.c.2-
est principium cõuersionis in aliud,inquãtum aliud est:potentia vero,qua medicina dicit̃ calida potentia,est po-
tentia actiua,quæ(sicut ibidẽ Philos.dicit)est principiũ cõuertendi aliud,inquãtum aliud est. Hoc aũt calidũ po-
tentia vltimo modo dictum , cum ad corpus hoĩs comparetur , separatur in quatuor gradus apud medicos penes G
quatuor modos operationis,quos efficit in illo,sicut Gal.dicit in fine quinti de simplicibus medicinis.

Sed hic incidit quæstio,quã præterire nõ licet,s.vtrum medicina,quæ calida est in aliquo graduum,
sit intelligenda esse in illo gradu respectu operationis ab ea factæ in corpore optime tẽperato:aut respectu opera-
tionis,quã facit,in quocũq; corpore contingit:& est quæstio ista,vtrum medicina,quæ calefacit corpus optime tẽ
peratum in primo gradu,calefaceret corpus frigidum phlegmaticum in eodẽ gradu. Et r̃nsio est,ꝙ gradus medi
cinæ nõ distinguuntur nisi respectu op̃ationis ab ea factę in corpore optime tẽperato:cuius signum est,quia sæpe
dicunt medici(& verum videtur)ꝙ aliqua medicina est calida respectu Socratis,quæ nõ est calida respectu Plato-
nis.Inde ẽt est,ꝙ sæpe discordare inueniuntur authores in gradibus medicinarum , quia difficile fuit eis reperire
corpus optime tẽperatum , in quo experirentur eas.Non ergo,quod calefacit corpus tẽperatum in primo gradu,
calefacit corpus frigidum in eodẽ,imo fortassis nõ calefaceret illud vllo modo , & iudicaretur sibi medicina tem-
perata. Aut forte alia est via r̃nsionis,s.ꝙ piper,& allium,& hm̃oi calefacerent omne corpus ad quartum gra-
dum,sed tñ sub impari quantitate accepta.Nam,si in quãtitate vnius drachmæ sumpta calefaciunt corpus tempe
ratum in quarto gradu , tunc corpus frigidum calefacient in eodẽ gradu,sumpta in quantitate duarum vel trium
drachmarum ꝭm gradũ lapsus eius à corpore tẽperato. Non.n.est intelligẽdum,ꝙ piper calefaciat in quarto gra- H
du corpus tẽperatum,in quacunq; quãtitate sumatur,sed in certa & determinata,ad cuius cognitionẽ nõ venitur
nisi p experimentum:propter quod elegãter dixit Gal.ꝙ quãtitas offerendorum nõ est sermone denotabilis,quia
sæpe idẽ homo sub diuersis horis diuersam eorum expetit quãtitatẽ.Et p hunc modum videtur,ꝙ distinctio gra-
duũ medicinæ fiat ꝭm cõparationem ad corpus humanũ absolute.Sed,quod horum sit verius, dimittatur modo:
fortassis enim,si in quæstione sit positum de eadẽ quãtitate medicinæ,verius erit primum:si autẽ nõ,scd̃m.Simi-
lis autẽ distinctio est de frigido,humido,sicco,positis sibi cõuenientibus exẽplis. Iam ergo patet verum esse,q̃d
dicit Princeps,ꝙ,q̃n dicimus , ꝙ medicina est calida aut frigida,nolumus dicere , ꝙ in sui substãtia sit calidior aut 1.primi do.
frigidior corpore humano , sed volumus dicere,ꝙ p ipsam in corpore hoĩs prouenit caliditas vel frigiditas maior 3.cap.1.
ea,quã ex se habebat.Cõsideratione ergo operationis suæ in corpore humano dicitur calida,vel frigida,vel ęqua-
lis,& non cõsideratione sui ipsius in se.Si.n.in sui substãtia diceretur calidior vel frigidior corpore hoĩs,tunc me-
dicina æqualis,cum eius cõplexio esset,sicut hoĩs cõplexio,esset ex ipsamet humana substantia:quod est inconue-
niens.Medicorum ergo(sicut dicit Gal.)nõ est inquirere inquisitione absoluta,vtrum in medicina dominetur ele vbi supra.
mentum calidum,vel eius qualitas:an elementum frigidum,vel eius qualitas(sicut faciunt authores speculationis
in natura rerum,& p hoc iudicare,ꝙ sit calida vel frigida,vel calefaciens vel infrigidãs corpus hoĩs , deciperentur
enim,q̃a sępe cõtingit,ꝙ rei in se consideratę dñatur humidũ supra siccũ:& tamen desiccat corpus hominis,sicut

aqua

A aqua maris:& aliqñ terrestre super igneum,& tñ calefacit,sicut genus atramẽtorum,& sic de alijs multis,vt dicit.

DVBITABIT AVTEM aliquis circa ea,quæ dicta sunt,vtrum medicina,quæ dicitur calida potentia ad corpus hoīs,cum per actionẽ caloris innati in eã,deducta fuerit ad actum suũ,ad quẽ erat in potẽtia,& calefaciat corpus supra caliditatem,quã corpus habet ex se,possit tunc dici calidior corpore humano,etsi prius nõ possit. Nisi esset,ꝙ talis medicina in corpore humano intelligitur deduci per actionẽ corporis in eã non ad actum caloris,sed ad actum calefaciendi. Nos.n.iam diximus,ꝙ non dicitur potentia calida ad corpus hoīs respectu maioris caloris actualis,ad quẽ possit deduci,q̃ habeat corpus, sed respectu actus calefaciẽdi corpus plus,q̃ sit ex se calidum. Non est aũt necesse esse calidũ in se illud,quod calefacit,sicut lux & motus calefaciunt,non tñ sunt calida. Etiam medicina,licet calefiat in corpore à calore nostro innato,tñ ipsa non fit calida calore actuali vltra corporis calorẽ: si.n. esset possibile eã tangi,non inueniret calida,nisi tali calore,quali calorẽ est calidum corpus,sicut cibi,& potus. Et slr,sicut sanguis est calidus actu ad tactũ quodã calore tepido,& silr stercus & vrina,sic & medicina,quæ ẽt potest calefacere corpus vsq; ad tertiũ & quartum gradũ,non fit calida calore actuali nisi ad istũ modum. Sed,si per talẽ calorẽ acquisitum à corpore,ageret in corpus,nõ calefaceret ipsum nisi reuerberãdo sup corpus cõsimilem calorẽ ei,quẽ habet,sicut panni,quos induimur, calefaciunt nos tali calore,quali calefacti sunt à nobis. Sed manifestum est,ꝙ medicina calida, cuiuscunq; gradus,ampliori nos calore calefacit,q̃ à nostro corpore calefieri possit:quare

B palam est,ꝙ ipsa est deducta ad actum calefaciẽdi corpus primo,vel secũdo,vel tertio,vel quarto gradu supra corporis caliditatẽ,& nõ ad actũ caloris aliquo gradu supra corpus:Cuius signũ est,quia medicina,quæ frigida iudicatur ad corpus humanũ,cum actione caloris in eam ad actum infrigidandi deuenerit,ẽt calida inuenitur calore actuali ad tactũ,si tangi contingat:ꝙ si intelligeretur deuenire ad frigus actuale,& p id infrigidare,deberet inueniri frigida:sed hoc falsum est ẽt de opio,cum calefieri inueniatur in corpore. Signum ẽt huius est,ꝙ medicina calida ad corpus hoīs,vt rha barbarum,in corpore calidiori,q̃ sit corpus hoīs,sicut in corpore equi,deducit ad actũ infrigidandi. Quòd si à calore acquisito à corpore diceretur calefiens medicina, deberet rha barbarum calefacere equum plus,q̃ hoīem. Sed quæret aliquis,qũo vnum & idem corpus possit exhibere diuersis rebus actũ calefaciendi & infrigidandi. Si.n.exhibet medicinis potẽtia calidis actũ calefaciendi, quia calefacit eas,tunc videtur,ꝙ medicinis frigidis in potẽtia,debeat exhibere actũ infrigidandi,quia eas infrigidet:sed corpus humanũ nullam ex

li.3.disti.4. cap.2. eis infrigidat(sicut ad sensum apparet)neq; est ipsum ponere frigidũ actu,sicut calidũ. Gal.aũt hunc locũ perscrutans in lib.de simp.medicinis,ista conatur euadere. Ait enim,ꝙ illud est nõ per eãdem operationẽ corporis in res ipsas,quibus exhibentur hi diuersi actus,sed p diuersas:medicina enim,quæ potẽtia est calida,acquirit in corpore actũ calefaciendi per hoc,ꝙ ibi calefit,& ex hoc excitatur hic actus eius:quasi velit dicere,ꝙ calefaciat,quia calida actu facta sit. Medicina autem potẽtia frigida acquirit in corpore actũ infrigidandi per hoc,ꝙ diuiditur in partes paruas,& nõ per hoc,ꝙ infrigidetur in corpore. Et,quia hoc nõ erat ei exhibere actũ infrigidandi, sed ꝑparationẽ quandam ad agere,visus est concedere tales medicinas frigidas actu dici posse:quod nec verũ nec sufficiens videt.

C Ideoq; dicemus,ꝙ nõ sufficit medicinę, quę potẽtia est frigida,ad hoc,vt actu infrigidet,ꝙ ipsa solũ diuidatur in partes paruas:nã hæc talis diuisio nõ est nisi præparatoria adeptionis actus:Quæ ẽt in medicina potentia calida vtilis est ad actũ acquirendũ,piper.n.retentũ in ore, quãtũcũq; calefiat ibi,nõ calefacit,nisi conteratur & diuidatur p masticationẽ. Nec sufficit ẽt medicinæ,quæ potẽtia est calida,ad hoc, vt actu calefaciat,ꝙ ipsa calefiat in corpore tm̃,cum ipsa vlteriori calore calefaciat,q̃ ibi possit calefieri. Propter quod dicemus,quòd agens,quod nõ est vniuocũ cum patiẽte,põt multas formas & actus inducere in materiã,quos in se non habet:& hoc quidẽ facere põt ꝺm exigentiã & aptitudinẽ recipientis,Sicut ignis in quadã materia inducit nigredinẽ, in quadã albedinẽ,quarum neutrã in se habet:& vni dat potentiã disgregandi visum,alteri congregãdi,quorũ neutrũ in se habet:& magnes exhibet ferro actum currendi ad ipsum,quẽ actũ nec in se habet:& simile est de multis. Ita igitur ẽt põt corpus inducere in vnã medicinã actum calefaciendi vltra eũ,quẽ ipsum habet:& actum infrigidandi,quẽ nõ habet:& medicina ẽt calefacere põt,cum non sit in se calida,vel vltra,q̃ sit in se calida:& silr infrigidare,cum non sit in se frigida,vel vltra,q̃ sit in se frigida. Vni quoq; & eidem rei poterunt à diuersis agentibus diuersi actus induci & diuersæ formæ,proportiones enim vnius rei ad diuersa in actione & passione diuersæ sunt,quæ soli cognitæ sunt naturæ,nobis aũt experimento discibiles. Attende tamen,quòd medicina non solum calefacit vel infrigidat ab actu calefaciendi vel infrigidandi sibi inducto à corpore,cum prius fuerit potentia illud faciens,sed etiam calefacit vel

D infrigidat ab actuali calore vel frigore acquisito ab extra per ignem vel aquam:sed actiones eius per tales qualitates exterius acquisitas velociter delitescunt,sicut per se palam est.

Ant. Ad inuentionem ergo salubrium causarum,quęcũq; quidẽ ad iam factam ægritudinem sunt salubres, ratione vtendũ est,qua id,quod est secundũ apparitionẽ, determinatur ab eo,quod secundum virtutem. Quæcunq; vero ad eam,quæ adhuc fit,& ipsa eadem consideratione,& adhuc secundum quam inueniuntur ægritudinum causæ.

Leo. Ad inuentionem autem salubrium causarum,quæcunq; quidem vt ad eam,quę iam facta est,ægritudinem causæ salubres existunt, via illa doctrinę vtendum,qua id, quod imaginamur,ab eo,quod talem habet potestatem,separatur. Quæcunq; vero vt ad eam,quæ adhuc fit,& hac eadem via,atq; illa præterea,ex qua ęgritudinum causæ inueniuntur.

Cō.38. Cum dedit canonem curationis maxime proprium discrasiæ factæ,admonuitq; cautelam in electione contrarij,ostendit sic conclu dens ex dictis,quibus rationibus,& quarum rerum discretionibus vtendum sit in inuentione causarum salubrium discrasiæ factæ,& fientis,per hoc quidem inchoans dare causas salubres ipsius fientis,& dicit,

dicit, AD INVENTIONEM &c.i.ergo,postq̃ prædicta cautela vtendum est ad curationẽ faciendam per contrarium, sufficiet ad inuentionẽ causarũ salubrium discrasiæ factæ penes canonem aſsignatũ vsus rationis distinguentis,quod ẽm virtutẽ est curans,ab eo,quod est faciens illud ẽm apparitionẽ,eo ꝗ discrasia facta,quia causam nõ habet, contenta est contrarietate ægritudinis tm̃. Cum ergo habet̃ cognitio discrasiæ per signa sua,quorũ gña supra dicta sunt in summa de signis,iam in promptu sit,cognitio causæ curantis qualis debeat esse:prima.n.significatio curãdi morbũ(sicut Galenus dicit)ab ipsius essentia morbi sumẽda est. Et qm̃ dato vno contrario reliquũ, ẽm Philosophum,patens est,si contingat discrasiam esse calidam,cum curatio sit per contrarium,palam est,ꝗ frigidum erit curans. Si ergo discrasiã adesse inuenerimus nulla ipsius causa p̃sente,quã factam vocamus,nõ erit nobis necessariũ nisi solius discrasiæ inuenire contrariũ. Vt aũt non decipiamur in electione cõtrarij,vtendũ erit ratione prædicta,qua id,quod est ẽm veritatẽ contrarians,distinguitur ab eo,quod cõtrariat̃ ẽm apparitionẽ tm̃. Et nos iam declarauimus dictum illud ex sententia eius in libro de simpl. medicinis. Deinde,cum dedit,cuius rei distinctione vtendũ sit ad inuentionẽ causarũ salubrium discrasiæ factæ penes canonẽ aſsignatũ,ostẽdit,&c quarũ rerũ discretiõe vtendũ sit ad inuentionẽ causarũ salubriũ discrasię fientis,&c dicit, QVAECVNQVE VERO &c. i.sed in inuentione causarũ salubrium discrasiæ fientis non sufficit vsus prædictæ cautelæ,s.rõnis distinguentis cõtrarium verũ ab apparenti,sed cũ ea oportet vti ẽt ratione diiudicante & scrutante causam discrasiæ,quia hæc discrasia causam habet efficientẽ(sicut premonstratnm est)quæ cũ illa existit. Hanc aũt ideo oportet præinuenire, quia non sufficit in cura talis discrasiæ ei suũ solum contrarium adhibere,sed,cum ipsa causam habeat adhuc efficientem,ꝑ quam dicitur adhuc fiens,oportet causam illã abscindere:qua nõ abscissa cõtrarium discrasiæ ad habitum nihil cõferret,quia,quantũ illud curaret,tm̃ illa discrasiaret. Abscisio aũt eius nõ fit nisi ꝑ sui ipsius cõtrariũ: eius aũt cõtrarium ignoratur,nisi,quid illa sit,cognoscat̃:quare rõne inuestigãte causam eius vtendũ est,hac.n.cognita eius ẽt contrariũ in promptu est,dum tñ per rõnem prius dictã cauerimus nobis ab ijs,quæ contrariant̃ ẽm apparitionẽ tm̃,& hoc nõ solũ apud abscisionẽ causæ,sed ẽt apud curationem eius partis,illius discrasię,quę facta est. Propter quod dixerat,ꝗ vtendũ est ipsa eadẽ priori rõne,& p̃ter eã illa,ẽm quã inueniuntur ęgritudinũ causę: priori quidẽ rõne,ꝑpter id,quod de ea factũ est:secũda vero,ꝑpter id,quod de ea futurũ est,eo ꝗ ex parte huius habet causam. Manifestum est ergo,ꝗ prima significatio curãdi morbum factum sumitur ab essentia ipsius morbi. **E**

Prima aũt significatio præseruandi à faciendo de fiente,sumitur ab essentia causæ eius. Sed de causis efficiẽtibus ægritudines in secũda partic.de mor.& acci.quærendũ est:in hoc.n.libro,in quo solas principales medicinæ summas prosequitur,nõ fuit de eis agẽdum,cũ causæ efficientes ægritudines,& eas conseruantes,non sint de principali intentione medici,sicut diximus in principio huius summæ de causis. Vt aũt plane pateat,qualiter in cura discrasiæ faciendæ inuestiganda sit prius eius causa,eo ꝗ penes illã prima ipsius causa salubris aſsumitur,exemplificat illud subsequenter in febre putrida,cuius causa est in humore putrido. Sed prius dicemus,ꝗ Gal. manifeste innuit in hoc loco,ꝗ discrasia facta nullam habet causam,cum non dicat ad inuentionem causarum salubriũ ipsius vtendum esse ratione,qua inueniuntur ægritudinum causæ,sicut dicit illud in fiente. **F**

SED DVBITABIT aliquis,dicens,ꝗ verũ est,ꝗ non habet causam efficientẽ(sicut superius ostensum est)sed de conseruante non est illud manifestũ. Constat enim,ꝗ ægritudo põt habere causam conseruantem: causa.n.diuiditur in efficientẽ,& conseruantẽ,tàm sanitatis,q̃ ægritudinis. Dictum est.n.supra,ꝗ res non naturales cum cõpetenti vsu causæ fiunt cõseruãtes,& salutẽ præstantes:peccantes vero à contẽperantia,ægræ constituunt̃,i.conseruantes & p̃stantes ægritudinẽ. Sicut ergo est aliqua causa efficiens ęgritudinẽ,sic põt esse aliqua eã conseruans: sed causa cõseruans nõ põt esse nisi ægritudinis factæ,fiẽtis.n.non est cõseruatio,sed effectio:ergo ægritudo facta põt habere causam conseruantẽ. Quare videtur,ꝗ ad inuentionẽ causarũ salubriũ eius vtẽdũ sit ẽt rõne,qua inueniũtur ægritudinũ causæ. Sicut.n.ægritudo fiens nõ põt curari,nisi primum abscindat̃ causa efficiens,sil̃r nec ægritudo facta curabitur,nisi abscindatur causa conseruans,si eã habeat:non.n.probat argumentũ p̃missum,ꝗ de necessitate eã habeat,sed quod habere põt,imo ẽt ꝗ nullã aliã præter eã habere põt:videtur enim,quòd sit inuenire aliquas ægritudines factas,habẽtes causas cõseruantes, oppilatio.n.pororũ,cuius nihil restat faciendũ,est habẽs causam conseruantẽ humorem stantẽ in poro. Cum.n.humor paulatim retinebatur in poro,magis & magis auctus, donec ꝑfecte clauderet, tunc ægritudo erat fiens,& humor erat causa efficiens:cũ aũt meatus perfecte clausus est, tunc ægritudo videtur facta,& eius causa cõseruans est humor prædictus. Non est aũt incõueniens efficientẽ causam ægritudinis fieri conseruantẽ illius,imo est ẽm plurimum ita. Dicit.n. Ioannitius,quòd occasiones ægræ faciunt ægritudines,& sunt res easdem ægritudines conseruãtes. Hoc.n.idem contingit de humore frigido vel calido,cum decurrit ad mẽbrum:à principio.n.ipsum discrasiat calefaciendo vel infrigidando,& dicitur tũc causa efficiens illius discrasiæ:cum aũt conuerterit ipsum,si nõ abscindatur,conuersum cõseruat, non.n.videtur amplius agere,cum aſsimilauerit ipsum sibi:ergo discrasia iam nõ est fiens,sed facta. Verũ,quia mẽbrum nõ põt redire ad naturã suam,nisi aut abscindatur,aut alteretur humor,oportet de necesitate concedi, humorẽ illũ dici causam conseruantẽ,Sicut ignis,qui calefacit aquã lebetis à principio,donec bulliat,dicitur tunc causa efficiẽs illius caloris in aqua:cũ aũt ebullit aqua,tunc non videtur amplius calefaciens,cũ aqua,existens aqua, non recipiat plus de calore ab igne,q̃ vt bulliat:ergo erit causa cõseruans illius caliditatis, donec.n.ignis eiusdẽ modi sibi approximauerit,erit aqua semper remanens in feruore,qui nullo modo abscindetur,nisi abscindatur ignis,aut alteretur siue minuatur. Nos aũt dicimus ad hoc,quòd Gal.vult per ægritudinẽ factã,eam,quæ nullã habet causam nec efficientem,nec conseruantẽ,quæ curam ꝓhibere posit:& quę,quãuis à principio eius, habuit eas,abeuntibus tñ eis remansit corpori affixa per illas. Quod aũt dicitur,quòd sola ægritudo facta,est,quæ põt habere causam cõseruantem,cum efficientẽ nullo modo posit habere,qa fientis nec est cõseruatio,sed effectio,non est absolute concedendum. Cũ.n.cõseruantes sint de genere efficientiũ,& ad eas reducantur(vt diximus)imo in genere causarũ ęgrarũ **G** **H** cap.24.

sint

A sint omnino eędem numero efficientes cum conseruantibus(vt prædictum est)ĩpoſe est ægritudinem habere vnã sine altera,aut carere vna sine altera : propter quod ꝓprie ægritudo fiens,est,quæ habet has causas. Si aũt dicaẽ, ꝙ fientis non est conseruatio,sed effectio,Dicendũ est,ꝙ medicus vocat ægritudinem fientẽ,quæ habet causam ꝓhibentem sanari,& illam iudicat esse efficientẽ & conseruantẽ illius.Est.n.apud eum causa conseruans ægritudinem,quicquid ꝓhibet eam sanari,contrarium ægritudinis oppugnando,ẽt si ægritudinẽ augeat,vt aer calidus in ægritudine calida:propter quod isto modo ægritudinis fientis cõseruatio est,sicut & effectio. Aegritudinem autẽ factam vocat eã,quæ nihil habet,ꝓhibens ad curã:propter quod sub hac appellatione nec efficientẽ nec cõseruantem habere põt.In sanitate aũt,certiori & strictiori modo vocamus eas.Nam,quia causę sanitatẽ cõseruantes nõ sunt eędẽ cum efficiẽtibus,nullo modo oportuit de necesśitate causas cõseruantes solius esse sanitatis factę,ꝓprias, sicut iam existentis:efficientes autem esse sanitatis fientis.Patet ergo iam,ꝙ exempla de ægritudine facta non sunt posita conuenientia.Oppilatio enim completa in poro,cum causam habeat,non potest dici apud medicum ægritudo facta :& similiter mala complexio,cuius adhuc causa perseuerat in membro,nam vtraq; istarum habet prohibens eam sanari,quod preabscindi oportet. Non ergo vocat medicus ægritudinem factam,illam,quæ causam habet non vlterius discrasiantem & agentem in corpus,f.sistentem,quod effecit(sicut argumentum & exẽpla supponebant)sed eam,quam diximus,vt ex ijs,quæ dixit in libro de ingenio sanitatis,conspicabile est. lib.8.cap.1.

B

Ant. Age enim,si ita contingat in humoribus putrefactis accendi febrem,demonstratio in talibus est alteratio & euacuatio,alteratio quidem cessare faciens putredinem substantia manente:euacuatio vero totam de corpore educens substantiam.

Lep. Esto enim,si ita contigerit in humoribus putrescentibus accendi febrem , indicatio in huiusmodi est, euacuatio atq; alteratio,hæc quidem,quæ putredinẽ finiat manente adhuc substantia:euacuatio vero,quæ totam ex corpore substantiam educat.

Cõ.38. Cum dixit in curatione discrasiæ fientis intendendũ esse nõ solũ ad rectam electionẽ contrarij curantis , sed cũ illo ẽt ad cognitionẽ causæ efficientis discrasiã,qua nõ amota,insufficienter contrarium discrasiæ adhibeẽ,ostẽdit illud in exẽplo febris putridæ , & dicit, AGE ENIM &c.i.& est quidẽ vtendũ discretione causæ efficientis in inuentione causarũ salubriũ discrasiæ fientis , vt opponatur cõtrarium nõ solũ ad discrasiã,sed ad causam(vt dicunt medici)si contingat putredinẽ humorũ causare febrem:& hoc intendebat,cũ dixit,In humoribus putrefactis accendi febrẽ:accendatur.n.febris in eis,sicut in causa,non sicut habẽs esse suum proprium in eis,sicut innuimus in principio huius summæ de causis.Propter quod melius est,vt dicat,ex humoribus,q̃,in humoribus:quod declarat alia translatio,cũ dicit,Pone ergo,ꝙ humores putrefiant,& generet ex eis febris.ex eis quidẽ,sicut efficiẽtibus, tunc ostẽsio facta nobis ab ipsa inuentione causæ ægritudinis est,ꝙ causa salubris talis discrasiæ est alteratio & euacuatio.& hoc intendebat,cũ dixit,Demonstratio in talibus est alteratio & euacuatio.cognitio.n.causæ morbi facit cognitionẽ causæ salubris eius.Manifestũ est enim,ꝙ,cũ scitum est putridæ febris causam esse putredinẽ in humore,si iam debeat febris curari,oportet prius putridũ aut reuocare ad primã sui naturã,aut ipsum foras eijcere: vtraq;.n.harũ causarum salubriũ opponitur quodãmodo putrefacto. Secundũ.n.ꝙ putridũ est præter naturam quãto,opponiẽ ei euacuatio : ẽm aũt ꝙ est ꝑter naturam quali,opponitur ei alteratio ad contrariũ.Propter quod vndecima parti.therap.methodi dixit , quòd contrariũ putrefactioni est minutio & refrigeratio.Et patet ex hoc, quòd,sicut principalis & prima significatio curandi discrasiam factam,quæ causam nõ habet,sumitur ab essentia ipsius discrasiæ,ita principalis & prima significatio preseruãdi à facienda de fiente,quę causam efficientem habet, sumiẽ ab essentia causæ.Hoc iam antea diximus.Tacuit aũt alterã intentionẽ,f.curationẽ febris,vnde est febris, tanq̃ manifestam,sicut dixit Hali:fortasśis aũt nec cõpetebat hic dici.Cum.n.dixisset,ꝙ ad inuentionẽ causarum salubrium discrasiæ factæ sufficit vsus rõnis distinguentis cõtrarium verũ ab apparenti,quia in illa,cum sit absq; causa sua,sufficit adhibere contrariũ sui tm̃:ad eius vero,quæ adhuc fit,dixisset vtẽdum esse ipsa eadẽ ratione,qua vtimur in facta,& adhuc alia,qua inueniunẽ ægritudinũ causę,cum ipsa sit cũ causa sua:neq; hoc dixisset,nisi quia fientis quædã pars est facta,quędam facienda,examine aũt causæ nõ sit vtendũ nisi pro parte facienda,quia fiens à parte huius habet causam,Nõ fuit ei dicendũ in exẽplo huius fientis , quòd est febris putrida,nisi de ea intentione curæ,quę causam respicit.Iam.n.docuerat curationẽ febris,vnde est febris,cũ dixerit,quòd ad factã discrasiã contrarium eius adhibendũ est:& ad eius electionẽ rõne prædicta vtendum ipse ẽt nec obticuisse videtur,cum paulo post dicat cõmune ꝑceptum in cura discrasiæ fientis esse,quòd vnãquaq; causarũ abscindere prius oportet,deinde venire ad eã,quæ facta est ab illa,ægritudinẽ. Abscisśio.n.causæ non curat nisi faciendũ de fiente , quod præuisio aut præseruatio ꝓprie dicitur:venire aũt ad curã eius,quod factũ erat de fiente,non erat nisi ꝑ obuiationẽ cõtrarij ad ipsam discrasiam,quod iam supra dictũ est. Deinde,cũ dixit,quòd causa salubris febris putridæ demonstrata ab ipsa inuentione causę ægritudinis est alteratio & euacuatio,ostendit, q̃d sit vtraq; istarũ,& dicit, ALTERATIO &c.i.alteratio est id,quod facit cessare putredinem ab humore,remanẽte in corpore eadẽ substantia humoris,quę fuit ante putrefactionẽ,eandẽ qñq; vtilitatem habente,quã prius,q̃ putresceret,obtinebat,qñq; vero non eandẽ.Et hanc sententiã expresśius habet alia translatio,cũ dicit, ALterationẽ quidem , vt facias ita quiescere putrefactionẽ,vt substantia,quę fuit ante putrefactionẽ,sit remanens in corpore.Et notauit ꝑ hoc,quòd putrefactio nõ est corruptio substãtię,licet sit ꝓxima via in illã,sed est(sicut dicit Arist.in quarto methe.)corruptio ꝓpriæ ẽm naturã caliditatis ab aliena caliditate in vnoquoq; humido. Quia ergo est corruptio qualitatis,à qua res non substantiaẽ in esse,cessare potest per alterationem factam in contrarium,substantia quidẽ humoris semper saluata.

SED HIC HAESITANT quidam,dicentes putridũ alterari nõ posse ita, vt cesset ab eo putredo remanente

substantia

ſubſtantia humoris,cum humoris putrefientis ſubtile quidem expiret,craſſum aũt incineretur.Propter quod coguntur exponere verbũ Gal.per alium modũ, vt ſit intentio Galeni,ꝙ alteratio ſit faciens ceſſare putredinẽ,non à putrido,ſed à parato putreſcere. Sed ſunt hæc diſſona veritati dupl̃r, primo,quia putredo nõ dicitur ceſſare à nõ habẽte adhuc illam: ſecundo,quia paratũ putrefieri nõ facit diſcraſiã fientẽ, ſed faciendã,quæ non dũ fit:ergo ceſſatio illius pręparationis nõ eſſet cura fientis,ſed pręuiſio faciendæ,cuius ſanationẽ hic nõ intendebat. Accidit aũt totus hic error,quia credunt ad putrefactionẽ ſemper corrũpi ſubſtantiam : quod nequaq̃ verum exiſtit. E

Propter quod dicemus,ꝙ putrefactio(ſicut Gal.innuit in cõmento illius aphoriſmi, Vbicũq; cibus p̃ter naturam intrat &c.) plures habet gradus,Quædam.n.multum proceſsit,quædã parum. Quæ ergo multum proceſsit, nunq̃ rectificari põt remanẽte ſubſtantia humoris,ſicut vinũ,ſi in perfectum acetũ deuenerit,nunq̃ redit in vinũ, eo ꝙ putrefactionẽ ſequitur ad vltimũ corruptio ſubſtantię p euaporationem humidi & incinerationem ſicci: oĩs enim paſsio magis facta abijcit à ſubſtantia,in quacunq; primarũ qualitatum ſit alteratio. Si aũt non multũ proceſſerit,rectificari põt,ſicut vinum,cũ putreſcit,ante,q̃ fiat acetum,eo ꝙ putrefactio nõ eſt niſi via ad corruptionẽ ſubſtantiæ,ſicut conſequenter oſtendemus. Deinde dicit, EVACVATIO VERO &c.i.ſed euacuatio eſt educens ex corpore totam ſubſtantiam putridi. Et videtur ex hoc,ꝙ,ſi amotio talis cauſæ ſit per euacuationem,tunc alteratio putrefacti non habet locum:ſi vero ſit per alterationẽ,tunc ſimiliter,quantũ eſt ad curam diſcraſiæ fientis,quæ eſt febris putrida,non eſt neceſſaria euacuatio,cum putredo cauſans febrem iam ceſſauerit,ſed ad præuiſionem faciendæ,quæ non dum fit,propter timorem reditus putredinis,maxime ſi ceſſante putredine remanet ille humor ſuperfluens in quantitate,qua ſit diſpoſitus ad iterum putreſcendum. p.2.aph.17. F

DVBITABIT AVTEM aliquis,ꝙ,cũ ipſe dicat,ꝙ cauſa ſalubris in talibus diſcraſijs ſit alteratio & euacuatio copulatiue,& nõ diſiunctiue,videtur,ꝙ vtraq; iſtarũ ſit neceſſaria in cura vniuſcuiuſq; diſcraſię fientis,quæ eſt febris putrida. Niſi eſſet,ꝙ,qñ dicit,ꝙ alteratio & euacuatio eſt cauſa ſalubris febris putridæ,nõ intelligit , quòd ambæ ſimul ſint neceſſarię oĩ febri putridæ,ſed quòd vtraq; põt eſſe cauſa ſalubris ipſius. Iam ergo manifeſtũ eſt ex hoc exẽplo,quòd febris putrida eſt diſcraſia fiens,quod q̃dam impudenter negabant:& quòd putredo eſt cauſa eius,ſm quòd eſt fiens:hæc aũt eſt cauſa eius cõiuncta.Et p hoc patet,quòd cauſa cõiuncta eſt cauſa diſcraſiæ fientis,inquãtum fiens,& non antecedẽs(vt q̃dam voluerũt)niſi inquãtum poſita eſt ſub coniuncta. Antecedẽs enim, ſm ꝙ hmõi,nõ eſt cauſa niſi diſcraſiæ faciendæ,quæ nõ dũ fit,licet ſit cauſa cõiuncta neutralitatis. Propter quod dixit ad ſalutẽ febris putridę in exẽplo diſcraſiæ fientis auferre oportere putredinẽ per alterationẽ & euacuationẽ, & nõ dixit auferri oportere cauſam antecedentẽ putredinis,inquãtum ipſa eſt diſcraſia fiens:quę,ſi auferatur,non aufertur pro ſalute diſcraſiæ fientis,ſed ad p̃uiſionẽ diſcraſiæ faciẽdę,quæ non dũ fit. Et ex hoc iam claret,quòd febris putrida,qñ tota eius cauſa antecedẽs eſt ſub cõiuncta, eſt ſimpl̃r diſcraſia fiens:qñ aũt non tota,tunc febris ſm ſui totalitatẽ cõprehendentem plures periodos eſt cõpoſita ex diſcraſia fiente & facienda,quæ non dũ fit,& ita ex ægritudine & neutralitate:& ſil̃r eius medicatio eſt cõpoſita ex curatione & præuiſione. Conſtat enim,quòd in horis quietis,ſi fuerit ibi quies,ſ.qñ putredo eſt incinerata,ex qua pendebat caliditas,corpus non eſt ægrotans,ſed neutrũ,quia cauſam habet antecedentẽ ægritudinis, quæ ſuo modo debiliter & inſenſibiliter diſcraſiat,facienda q̃dem & ipſa in proximo coniuncta, qñ per putredinem aliter & plus diſcraſiabit. Si autem non fuerit ibi quies, tunc,quãuis ſit ægrotans ægritudine,cuius cauſa coniuncta non deficit,tñ à parte antecedentis cauſæ,in qua putredo parata eſt fieri,non eſt in corpore diſcraſia fiens,quæ ſit ægritudo,ſed facienda,illius,quę nõ dum fit. Et ita ſm conſiderationem illius corpus eſt neutrum vt nunc,licet alia conſideratione ſit ęgrum vt nunc:hoc autem non eſt inconueniens,vt monſtrauimus ſupra in ſumma de corporibus. G l.1.t.cõ.17.

ILLIVS ERGO, QVOD aliqui quærunt,ſ.vtrum oporteat digerere in febre putrida cauſam antecedẽtem, an coniunctã,Reſpõſio iam in promptu eſt.Nam,ſm quòd ipſa eſt diſcraſia fiens,ſufficit alterare coniunctã tm̃, aut euacuare:ſm aũt quòd ei coniungit̃ ex parte cauſæ antecedentis facienda in proximo,& eſt cõpoſita ex diſcraſia fiente & facienda,quę nõ dum fit,indiget digeſtione antecedentis , vt diſcraſię.ſ.periodus abſcindatur:& aliqñ eius euacuatione. Sed dicet aliquis,quòd ſtante paroxyſmo febris nihil exhibemus,de quo ſpes habeatur,quòd ſit amotiuum putredinis, ſubtrahentes tunc ẽt cibũ & potũ & fere omne regimen cauſæ. Adhuc aũt ſummopere cauẽdum iubet Princeps,ne die paroxyſmi aliquid moueamus. Niſi eſſet,quòd nõ eſt hoc oĩo verum proculdubio,primũ quidẽ,quia in febre continua paroxyſmus nõ deficit:ſecũdo vero,quia in interpolata ſæpe aquã frigidam exhibemus,& vomitũ ꝓuocamus in ipſo paroxyſmo,& poros aperimus,& humorẽ euacuamus,vt putredo diminuatur,& paroxyſmus non ꝓcedat:q̃bus frequenter accidit febrẽ oĩo ceſſare,quaſi ſubito extinguatur ignis: aut paroxyſmũ,qui pluriũ eſſet horarum,fieri paucarũ.Sic ergo ſyruporũ acetoſorum exhibitio fit ad digeſtionẽ vtriuſq;:& ſil̃r pharmaci exhibitio fit ad vtriuſq; eductionẽ.Si.n.educeretur in criſibus ſola cauſa coniuncta,antecedente remanẽte diſpoſita ad coniunctã,non ceſſaret niſi paroxyſmus præſens,& non ĩmediate futurus.Propter quod credendũ eſt in criſibus p̃fectis vtrãq; educi,niſi in antecedẽte facta ſit prius alteratio diſpoſitionis,à qua poterat fieri cõiuncta:tũc.n.non erit opus euacuatione illius.Ergo euacuatiões ab arte factę in febre putrida vtrãq; reſpiciunt cauſam,ſicut & naturales. Eſt aũt & hic attentione dignũ,quòd nõ ſolius febris putridæ,cauſæ ſalubres ſunt alteratio & euacuatio,ſed cuiuslibet alterius diſcraſiæ fientis,cuius cauſa ſit humoralis,quia oportet aut humorẽ alterare ab ea natura, qua diſcraſiat: aut eũ foras eijcere,ſi diſcraſia debeat curari.Si vero fuerit cã cõplexionalis vel cõpoſitionalis,tunc,quãtũ eſt ex his,euacuatio nõ erit cã ſalubris,ſed(vt gñal̃r eſt dicere)alteratio tm̃. 1.quarti tractã.2.c.7. H

QVIA AVTEM Gal.induxit in exẽplum diſcraſiæ fientis febrem putridã,dicemus in hoc loco ẽt,quid ſit febris,&'à quibus contingat:quid quoq; putredo,& quæ ipſius cauſæ,& q̃uo febris ex ipſa oriatur:adhuc aũt,quot, & quæ ſint febris genera & ſpecies:quę quoq; ſit cã reditus paroxyſmi. Dico ergo,quòd febris(ſicut ait Prin.) eſt calor extraneus accenſus in corde,procedens ab eo mediãtibus ſpiritu & ſanguine in totũ corpus, & inflãmat̃ 1. quarti in prin.

A in eo inflãmatione,quæ nocet operationibus naturalibus. Per hoc ergo,quod dicit,ꝙ est calor extraneus,ponit eã in genere ægritudinis,quæ est mala cõplexio calida,quã comitaẽ & siccitas. Recte aũt post dicit, Accẽsus in corde. b.2.cap.2. Nam,licet febris sit morbus totius,eo ꝙ(sicut dicit Gal.in li.de mor.& acci.)nihil aliud est febris,q̃ calor nimius p totum corpus extensus,principalius tñ est cordis:nisi.n.calor extraneus accendaẽ in corde,nõ potest in totũ pro dire,quare nec febris esse:hoc aũt ideo,qa nullius alterius mẽbri accensio põt facere corpus totũ vnũ secum in pas sione,sicut cor facit,nisi illud faciat p medium cordis,s.p hoc,ꝙ calor illius prius redundet ad cor. Quare accensio eius in corde est vera inchoatio febris:hoc aũt est propter nobilitatẽ principalitatis cordis,& eius summã & maximam influentiã sup toto. Quod aũt postea dicit,Procedens ab eo mediãtibus spiritu & sanguine in totũ corpus. recte dictũ est. Cor.n.& si supaccensum cõtactu suo vicina mẽbra calefaciat,& hec alia,donec ad vltima deuenire possit hæc alteratio,tñ,quicquid qualitatiue cor influit sup toto,magis videẽ esse mediãtibus spiritu & sanguine,quos toti mandat corpori,habẽtes qdem imaginem suę qualitatis,& ad ipsam mẽbra vertentes : eisdem.n.his, qbus calorẽ influit naturalẽ,& extraneũ influet,maxime cũ febris nihil aliud videatur, q̃ calor naturalis mutatus in igneũ. Quod aũt vltimo sequitur,Et inflãmatur in eo inflãmatione &c. manifeste separat ab ira & à quocunq; calore extraneo sic ꝓgrediente,& tñ non lędente opationem,ideoq; nec morbi diffinitionẽ suscipiente: ira.n.non lędit operationes naturales lęsione,de qua cureẽ, nisi vertaẽ in febrẽ. Ergo per hoc vltimũ voluit,ꝙ febris non est

B quisq; calor extraneus sic ꝓcedens,sed ille,q est morbus:nõ est aũt morbus,nisi dispositio pter naturã,lędens operationes. Et volebat p operationes naturales,eas,quæ sunt vegetatiuę partis aĩæ,quæ ideo maxime lædũtur calore extraneo,quia maxime ipsæ calore naturali & ꝓprio sicut instrumẽto pficiuntur. Proprium.n.instrumentũ virtutum,quas naturales vocant, est ꝓpria mẽbrorum cõplexio,sicut earũ, quas vocant aĩales,ipsorũ ꝓpria cõpositio: calorem aũt naturalẽ non simplicẽ,sed cõplexum esse cõfessum est. Aut fortassis nõ est incõueniens p operationes naturales intelligi cuiusq; partis aĩæ operationes,qm̃ & à natura insunt. Et neq; ẽt est sentire nec mouere,sicut nec vegetare,sine calore naturali & ꝓprio:cõplexio.n.consimiliũ in cõposito est cõpositionis fundamentũ:ꝓpter quod ad extranei caloris supuentum oẽs aĩæ operationes lędi videmus,licet principalius & magis illas,quas medici naturales vocant. Inde ergo manifestũ est febrẽ oĩbus morbis molestiorẽ esse(sicut & Gal. dixit)cum à principalissimo mẽbro inchoans,& in totũ extensa,oẽs lędat operationes. Quoniam aũt febris est in genere caloris extranei,dicamus & hoc,quid intersit inter calorẽ naturalẽ & extraneũ:vtrũ quoq; recte dicatur,ꝙ febris sit calor naturalis mutatus in igneũ:sed ante hoc primas febris differentias explicemus. Dico ergo,ꝙ febris differẽtię(sicut Gal. dicit in lib. de differen. febrium)quædã sunt substãtiales,quędã accidentales:substantiales,quæ sumuntur ẽm essentiam & substantiã febris,accidentales vero,quæ sumuntur ẽm aliquod accidens. Sed,cũ substantia & essentia febris sit in genere caloris pter naturã,erunt differẽtiæ febris p se & essentiales,sumptæ à differẽtia caloris. Sed,qm̃ est calor obiectũ tactus,oportebit differẽtias caloris sumi ẽm diuersitatẽ impressionis factæ ab ipso in tactũ, quẽadmodum & Hip. inuenitur in secũdo epide. febres diuisisse,cũ ait,Febres hæ qdem sunt mordẽtes manũ : quædã m. 16.

C mites:aliæ vero nõ mordaces,sed supabundantes:aliæ vero acutæ qdem,victæ vero à manu:aliæ vero supaddẽtes cõfestim,& hmõi. Quoniam aũt & hæ ipsæ differentiæ caloris diuersificantur à materia,in qua est, ideo & penes ipsam materiã,in qua est hic pter naturam calor,sumuntur ẽt substãtiales differentiæ. Dicũtur aũt tales differẽtię nõ formales,sed materiales,sicut in igne flãma & carbo. Sed tria sunt in corpore,quæ possunt esse subiectũ caloris extranei,sicut & naturalis,s.mẽbrum,humor,& spũs. Est ergo(sicut dicit Gal. in lib. prædicto)Prima differentia febris,cũ calor extraneus apprehenderit ipsum corpus cordis, & ab ipso transierit ad totũ corpus. Secunda vero,cũ apprehẽderit eos,qui cõtinentur in ventriculis eius,humores,calescentibus adhuc corpore cordis & reliquis mẽbris,calefactis aũt non dũ. Tertia vero,cum apprehenderit qdem sufficienter spũm cordis,humida aũt & solida calescant adhuc,calefacta aũt non dũ sint:differt.n.(vt ait)non parũ,calefieri,& calefactum esse. Deinde exẽplificat hoc p lebetẽ & aquã,& dicit,Intellige calidã aquam imissam in lebetẽ frigidũ,deinde calescens ab ipsã per vicinitatẽ lebetis corpus,calefactũ vero certissime nõ dum effectũ. Rursus intellige in calidũ & ignitũ lebetẽ frigidã aquam effusam,deinde calescentẽ adhuc,calidã vero non dũ effectã vere. Est aũt secundũ exẽplum prima differentia febriũ,quã diximus pfecte apprehendisse ipsum corpus cordis. Primũ vero exẽplũ,est secũda differentia febrium,quã diximus apprehendisse perfecte humores,q sunt ẽm illud. Tertia vero differentia non habet penes lebetẽ sibi exemplũ,sed explanationis gratia intellige follẽ fabrorum attrahentẽ in se ipsum aerẽ valde calidũ,

D deinde calefientẽ adhuc ab ipso,calefactũ aũt non dũ. Sed hoc exẽplum(vt dicit)magis ostensæ rei naturã demonstrabit,si adhuc humidũ in folle cõtentũ intelligas. Princeps aũt exẽplificat hoc idẽ per partes balnei,s. parietẽ, aquã,& aerẽ. Ex his ergo manifeste innuit Gal. ꝙ oĩs febris est calor præter naturã in quolibet triũ corporum simul,s.mẽbro,humore,& spũ:& ꝙ à quolibet põt capere initiũ:& ꝙ,à quocũq; ceperit initiũ,illud iam perfecte dicitur calefactũ,reliqua vero duo dicũtur calescentia : & hoc est,quod Gal. dicebat in lib. prædicto,ꝙ incipit hic præter naturã calor,quẽ febrẽ nominamus,aliqñ ab altero pdictorum triũ,non permanet vero in primo genere læsio,sed superpossidet & coalterat cũ prius patiente & reliqua duo genera. Deinde post pauca edocet,quod illorũ ab altero citius calorem suscipiat,cũ dicit,Ergo facilior ẽ,qui ab humidis in spũm,transitus caloris,minus autẽ prompte spũ igniuntur humida:& solidũ corpus humidis & aeri promptius tradit calorẽ,q̃ ipsum ab illis accipiat,quia(sicut dicit)oĩs leptomera substãtia facilius alteratur pachymera. Ipsam eandẽ quoq; sententiã innuit & in libro de malitia cõplexionis diuersæ,cũ dixit, Verũtñ in hmõi febribus(in putridis loquens)totũ sanguinẽ inuenitur cõprehendisse & circũdedisse iam calefactio,recipit.n.calorem egredientẽ cursum naturalẽ, generatũ à putrefactione humoris, receptione pfecta:corporũ vero venarũ pulsatiliũ,& aliorum corporũ cõplexio,quę eis silr vicina,& continet ea,nõ inuenitur adhuc pfecte & integre alterata,sed sunt adhuc habẽtia resolutionẽ & alterationem tendẽtem ad calefactionẽ:& silr quãtum est in ea ephemera,s.ꝙ in ea totũ spũm inuenitur circũdedisse

Margin notes: b.2.cap.2. — m. 16. — quarti c.1 — 3. huius.

iam

iam calefactio,ſed humores & mēbra ſunt tendentia ad calefactionē,& non ſunt adhuc integre calefacta. Propter quod verū eſt,quod ibi dicit,ꝙ,oēs febres cum ꝓlongantur,cōſequitur eas febris ethica,quæ nequaq̄ exiſtit niſi ꝑ eſſe oīa membra calefacta.Sed,qm̄ febris,in mēbris eſt febris,& non in humore vel ſpiritu,eo ꝙ morbus,cum ſit diſpoſitio ꝑter naturam,lædens operationem,non pōt eſſe ſicut in ſuſceptiuo niſi in organo operationi deputato: hmōi aūt eſt membrum,& nō humor vel ſpūs, Ideo dicemus,ꝙ hic calor extraneus , qui eſt febris,aut accenditur in mēbris,quia accenſione prima accendat̃ in ſpiritibus, & tunc caliditas ſpūs erit cauſa febris:aut eſt accenſus accenſione prima in ipſis humoribus , & tūc humoris caliditas erit cauſa febris:aut eſt accenſus accenſione prima in ipſis mēbris,vel ad minus vt nunc non cauſatur à caliditate ſpūs vel humoris,ſed eſt in eis iam fixus cōpleta quidē alteratione,quę ab eis fiebat , & eſt habitualiter inhærens,quaſi naturalis factus. Prima autē dicitur ephemera, noīe à die naturali tranſumpto , cuius ſpacium nō protenditur vltra vnicam reuolutionē cœli primi ab eodem in idem:& hoc ex breuitate febris,quę cauſat̃ à ſpūs reſolubilitate,& facili eius alteratione,cuius calore prima febris cauſabat̃. Secūda aūt dicitur humoralis vel putrida.Tertiā aūt antonomaſice ſolidorū mēbrorum febrem vocāt, quā hecticā dicimus,nō quia ſit magis mēbrorum,q̄ alię,ſed quia aut calor extraneus initium capit ab eis,aut q̄a mēbra ſunt in ea integre calefacta & nō calefientia , ſicut in alijs duabus. Prima aūt ſubdiſtinguitur ẜm cauſas, quæ in ſpiritu calorē talem primū efficiunt,& non ẜm diuerſitatē,quę eſt in ſpūs eſſentia: ſpiritus.n.non eſt illius diuerſitatis,cuius eſt humor. Secunda vero nō ẜm cauſas,quę illū efficiunt in humore, qm̄ cauſa inducens calorē in humore,ex quo ſequitur febris,eſt vna tantū,ſ.putredo , ſed principaliter ẜm humorum diuerſitatem,qui ſunt materia putredinis,diuerſa exiſtit.Tertia vero recipit diſtinctionē penes cauſas,quæ ipſam cauſauerint , quia nihil in ſe recipit diuerſitatis ex cauſis,ex quibus ſecuta eſt,ſed penes humiditates membrorum,quæ ipſius mora conſumuntur,dicitur habere diuerſos gradus. **E** **F**

DVBITABIT AVTEM aliquis,eo ꝙ per hanc diſtinctionē,quā fecimus,videtur innui,ꝙ oīs ephemera cauſam habeat coniunctam,ſ.caliditatē ſpūs,qua cauſatur caliditas in mēbris:& ꝙ iſto modo quælibet ephemera ſit diſcraſia fiens,quod eſt cōtra prædeterminata. Nec.n.poteſt quis dicere(ſicut ex ꝑdictis patet)ꝙ ephemera ſit mala cōplexio in ſpiritu tm̄,& non in membris:Princeps.n.dicit,ꝙ dicere hoc eſt error. Propter quod dicemus,ꝙ ſpūs participat ſanitate & ægritudine quodāmodo,ſicut & mēbrum. Si.n.ſanitas eſt diſpoſitio,qua organū ſuam cōplet operationem:morbus vero,qua deficit à complendo:ſpūs aūt eſt vl̃e organum aīæ ad oēs operationes,ſine ſpiritu.n.nulla operatio completur, oportet de neceſſitate,ꝙ ſpūs participet vtraq; illarum.Sed,qm̄ ſpiritus eſt in continua gn̄atione,nō manens vnus & idē,ad modū ignis,non pōt ei operatio principaliter attribui ſicut nō manenti:non efficit tñ ſpiritus vllam aīæ operationē ſine mēbri apta cōpoſitione ſicut eum qualem reddente. Quare operatio attribuitur mēbro ſicut cauſæ:ſpiritui aūt ſicut concauſæ,nullam.n.operationem efficit membrum ſine ſpiritu:ſed mēbro principaliter attribuitur ſicut magis manenti. Hoc aūt nullo modo pōt dici de humore:humor.n.nihil ẜm ſe valet ad aliquam aīæ operationem,ſed eſt materia mēbrorum & ſpirituū tm̄. Illo ergo modo, quo ſpūs efficit operationē,eo modo participat ſanitate & ægritudine. Propter hoc ergo non pōt caliditas ſpūs ita ꝓprie dici cauſa febris,ſicut dicimus illud de caliditate humoris,ſed eſt ipſe participans febre , ſicut & membrum. **G**

Poteſt tñ dici cauſa febris vel in reſpectu ad mēbra:vel ſicut aliquod,à quo febris inchoat.Si.n.febris debeat in totū extēdi,de neceſſitate habet incipere ab aliquo,quod primū alterat̃,ſiue illud ſit mēbrū,ſiue ſit ſpūs. In humore aūt nō eſt febris vllo mō,ſicut nec aliqs alter morbus niſi ſicut in efficiēte,& nō ſicut in hn̄te & ſuſceptiuo.

SED IAM tempus eſt,vt caloris naturalis & innaturalis differētiam oſtendamus. Dico ergo,ꝙ calor naturalis eſt,cuius principiū eſt natura:connaſcit̃.n.animali,propterea naturalis dicit̃.Hoc aūt eſt vl̃e inſtrumentū virtutum aīæ:neq;.n.eſt aliquā operationē efficere ſine calore,ſicut dictū eſt.Omne aūt inſtrumētū oportet proportionari ei,cuius eſt inſtrumētum,& ad opus illius:quare oportet calorē naturalē habere tēperamētum nō abſolutum,ſed relatum ad opa virtutum,quod habere nequit,niſi ſit frigido,humido,& ſicco confractus & tēperatus,vt decet.Propter quod pōt dici cōplexio naturalis,ſicut & calor naturalis,imo cōplexio naturalis denoīatur ab eo,tū quia in cōplexione aīalis dominatur calor(aīalia enim,ſicut dicit Gal̃.ſunt calida actu per vincens ſuper eis)tum quia calor eſt agentiſsimus inter primas qualitates,nulla.n.qualitas(ſicut idem dicit)ſui vicinam mutat,vt calor. c 2. de cōplex.li.2.

Calor aūt innaturalis,eſt,qui corpori ſuperuenit à cauſa extranea,quęcunq; ſit illa,appellando extraneū omne illud,quod naturæ nō conuenit,nec ab ea principiū trahit.Hoc.n.nō eſt conueniens inſtrumentū operationibus virtutū perficiendis,tum quia extraneus:tum quia ex ſuo diſtēperamento īproportionatus exiſtens pōt ēt dici cōplexio innaturalis ad calidū vergens,ꝓportionaliter naturali. Attende tñ,ꝙ dicimus calidum innatum,& calidum extraneū:frigidum aūt innatū,ſicut extraneum,nō dicimus:cuius cauſa eſt,quia frigidū abſolute non ingreditur opus naturæ,neq; cōparatur ei ex datione vitæ,quod calido cōparatur,ſicut Gal̃.& Princeps dicunt:ingreditur tñ læſionem operationis naturæ,ſicut & calidum,qn̄ adueniunt naturæ ab extrinſeco. Manifeſtū eſt ergo, ꝙ calor naturalis & innaturalis differūt principal̃r cauſis ſuis:adhuc aūt ſicut tēperamentū & intēperamētū:& oīo ſicut mediū & extremū:quare differunt ẜm ſpeciē & formā,ſicut ſanum & ægrum. Sed,qm̄ circa idem ſubiectū apti nati ſunt fieri,quod eſt quodlibet trium,ſ.ſpiritus,humor,& mēbrum,in quo ad ſe inuicē agunt & patiuntur ſicut cōtraria,naturalis.n.calor,eo ꝙ tēperatus,contrariatur innaturali,ſicut medium extremo,pōt quis dicere,ꝙ ſubiecto ſint idem.Vnde ēt audebit quis dicere,ꝙ febris eſt calor naturalis mutatus in igneū. Sed inueſtigemus, vtrum hoc rationabiliter dicatur.Dico ergo,ꝙ,cum aliquod extraneū & innaturale calefaciens agit in ſpiritum, vel humorem,vel mēbrum,quæ tēperati ſunt caloris tēperamento,quo dixi,tunc conuertit ea in intenſiorem calorem,quaſi conuertat de frigido vel tepido in calidum.Quando aūt duo contraria agunt & patiuntur ad ſe inuicem in eadē materia,ſemper vnū abijcitur,& reliquum inducitur:ante aūt,q̄ pfecte inducatur contrariū,ad quod eſt motus,vel perfecte abijciatur contrariū,ex quo eſt motus,eſt ſpacium viæ medium,in quo diuerſi ſunt gradus **H**

6.de acci.& mor. cap.3.
1.primi do. 6.ſū.1. ca.3.

formarum

A formarum mediarũ,quarum nulla põt aliqua extremarũ pfecte dici,ficut,cum fubiectum nigrũ albatur,neceffario trãfitur p multos colores medios,ante,q̃ albedo fit inducta.Oĩs aũt hec via media talium alterationũ corporis ad calorẽ vel frigus dicitur à medicis mala cõplexio diuerfa,ꝓpter ftantẽ adhuc cõtrariorũ pugnã in ea.Dicitur.n. mala cõplexio,ꝓpter incõuenientiã eius ad opus:fed diuerfa dicitur refpectu naturalis,qa nõ dũ in totũ eft victa & abiecta,& in hac via dicũtur eẽ mẽbra corporis,cũ corpus fpũalẽ & humoralẽ patitur febrẽ,ficut ex p̃mifsis mani feftũ eft.Cũ aũt deuentũ fuerit ad finẽ alterationis,tũc finita iam pugna, cõplexio inducta,dicit̃ equalis vno cõtra riorũ pfecte abiecto.Deficiẽte ergo iam tũc alteratiõe,cũ fentire,alteratiõe quadã fenfuum pficiatur,nõ erit illius cõplexiõis equalis aliq̃s fenfus,ficut nec eft fenfus cõplexionis naturalis:quare nec ex ea aliq̃s dolor,facta.n.eft q̃fi naturalis cõplexio,q̃ nõ fentitur ab habẽte,qa nõ eft fui in fe ipfum actio:& facta eft ficut habitus inhęrẽs,& indè hectica noĩata ab ἕξις,quod eft habitus. Sicut ergo non põt,ꝓprie dici,cũ fubiectũ nigrũ dealbatur,i.qñ eft fub motu & trãfitu mediæ vię,quo dealbatur,ꝙ fit nigrũ mutatum in albũ,eo ꝙ id,quod adhuc albatur,nõ ẽ albatũ, ficut ẽt nõ põt illud dici,qñ iam dealbatũ eft,exiftens q̃dem in termino motus,ꝙ fit nigrũ,eo ꝙ dealbatum nullo modo eft nigrũ,Sĩlr non põt dici pro fpũali & humorali febre , ꝙ febris fit calor naturalis mutatus in igneũ,qm̃, quod mutatur,nõ eft mutatũ : nifi nos velimus dicere,ꝙ oĩs illa forma media fit igneus calor: Nec ẽt pro hectica, qm̃ igneus ille calor nullo modo eft naturalis.Sed hoc q̃dem de hectica magis cõcedi põt , fi calor nõ pro qualita-
B te,fed ꝓ fubiecto fupponat̃,qa hoc eft,qd in hectica,ꝓprie eft mutatũ,& nõ qualitas,fed quale : fed tale fubiectũ nõ ẽ calor,fed calidũ:neq; febris,fed febriẽs.Cõcedunt̃ aũt medicis tales modi loquẽdi. Quia.n.ĩ fpacio medio illius alterationis,ĩfinitæ funt forme(ficut ꝓbat̃ ĩ phyficis)quę nomẽ nõ hñt,noĩat eas medicus noĩe extremi,ad qd fit motus,dicẽs abfolute de oĩ febre,ꝙ eft calor naturalis mutatus in igneũ,cũ illud magis verificetur de hectica.

Post hoc aũt de caufis in genere,q̃bus hic calor extraneus,qui eft febris,efficitur,præiacet dicere.Dico ergo, ꝙ,ficut nõ videmus vnum modũ generationis & augmentationis ignis,ita neq; caloris. Generatur ergo & auget̃
cap.2. calor (ficut Gal.dicit in fecũdo de mor.& acci.& adhuc in lib.primo de febriũ differẽtia)aut,ꝓpter motũ,aut propter putrefactionem,aut propter copulationẽ alterius caloris,aut cõftrictionem caloris & retentionẽ calidæ effluxionis,aut propter fupimmifsionẽ fubftantiæ calidę.Neceffe eft ergo febriũ caufas ad iftos reduci modos,ficut & cuiuslibet alterius morbi calidi.Eius ergo,quę ex labore,& ira,& triftitia,febris accenditur,motus eft caufa:fuper fluus.n.motus,qui laboris eft caufa,partes adinuicẽ fricans excitat calorẽ in mufculis,& neruis,& ligamẽtis,& articulis,quę funt motus inftrumẽta,& ante hęc in fpiritu ipfo,qui eft ĩmediatum inftrumentũ,quo virtus trahit & pellit.Sed hic nõ dum febris eft,nifi ptranfeunte calore ẽm cõtinuitatem ex eis ad cor,ipfum cor cõcaluerit.Ira ẽt materialiter nihil aliud eft(ficut fupra diximus)q̃ motus caloris & fpiritus,& fanguinis ebullitio quędã,cõfequens motum virtutis irafcibilis,qui eft ad repellendũ,quod cõtriftat.Triftitia quoq; motus qdã eft caloris intrinfecus, fed non ebullitio.Maxime aũt talis motus & ebullitio circa cor fiunt ficut circa fontem caloris , quod eft organũ
C concupifcibili & irafcibili attributũ virtuti: propter quod leue eft,fi quidẽ fubftantia fpiritus & fanguinis apta fit quã multum detinere calorẽ,quem fufcepit,ex talibus cor calefieri,& in hoc hoĩem febrire.Et ad hunc modũ reducit̃ oĩs extraneus calor excitatus ex vigilijs,& dolore,& euacuatiõe,& timore,& cogitatiõe,& gaudio,& hmõi, in oĩbus.n.his eft aliqua cõmotio fpũs & caloris,& ipfius ignitio quædã. Ad copulationẽ aũt alterius caloris febrem oriri nõ eft incertũ.Sæpe.n.calida aeris cõftitutio apud Canis ortũ,& mora in Sole & balneis,adhuc aũt calidi pharmaci emplaftratio febrẽ inducunt,calore q̃dem porrecto p cõtinuitatẽ ab ijs,quę exterius,mẽbris & fpiritibus vfq; ad cor:ipfa quoq; fupimmifsio calidę fubftãtiæ ad ea,quę intra,ficut antiqui vini vinofi potatio: ciborũ quoq; acutorum comeftio,ficut alliorũ,& cęparũ,& bafilici,& erucę,& nafturtij,& fimilium:ipfius quoq; calidi pharmaci hauftus,vt piperis,caftorei,& theriacarũ,& filium:ex oĩbus.n.his eft fpiritũ & fanguinẽ calefieri,donec ad cor eueniat.Cõftrictione quoq; caloris intrinfecus,vt euentari nõ pofsit,& retentione mordacis vaporis effluere confueti,extraneũ fupaccendi calorẽ dubium nõ eft,ficut in denfatis cute ꝓpter frigus aeris,aut balneum aquę frigidę,aut aluminofæ folet cõtingere:ad quẽ modum ẽt reducitur calor extraneus ꝓpter fomnũ aliqñ accenfus. Manifeftũ eft enim,ꝙ corpora aĩalium femp tranfpirant ẽm duplicẽ modum,f.effufione vaporabilis & fuliginofæ fupfluitatis,& attractione aeris infrigidãtis & ventilãtis, quod ẽm naturã,calidũ,nõ folum ex via arterię tracheę,fed ẽm oẽs corporis poros,ficut fuperius oftẽfum eft. Quare,fi cutis exterior ab aliqua forti caufa denfet,vt ij trãfitus cõftringãtur,fi q̃dem,qd cõfueuit effluere,fuerit fuaue & benignũ,plethoriã gñat:fi vero acre & mordax,
D febrẽ efficit,calorẽ q̃dem augmẽtans calidę fupfluitatis retentiõe,& refrigerationis ꝓhibitione. Eft aũt & hic attẽdendũ,ꝙ ijs maxime cõfueuit effluere acris & mordax fupfluitas,q̃ cacochymi funt,& cibaria mala comedũt, ficut cepe,allia,porros,caules,nafturtiũ,bafilicum,vrticas,& erucas:adhuc aũt & frumẽta in putridam difpofitionem deducta,aut vermibus repleta : & aquam potant turbidam,& corruptã,& lutofam , gurgitis,vel pifcinæ,vel ftagni,maxime fi frequenter indigeftionẽ in talibus pafsi funt:& fi laborem,& vigiliam,& folicitudinẽ eis patientibus acuta pharmaca intulerunt. Quando ergo corpus repletum fuerit talibus humoribus,qui ab ijs & fibi fimilibus generãtur,tunc,fi oppilatio nulla fuerit fecundum aliquod intrinfecorum vifcerum, improhibite quoq;
de diff. febri.ca.2. tranfpiret corpus fecundum vniuerfam cutem,fanum quidẽ eft,fed fallacem habet fanitatem,vt dicit Gal.Si vero conftrictum fuerit ẽm exteriores fines cutis,aut oppilatum in profundo in exitibus alicuius intrinfecorum vifcerum,non eft dubium,ꝙ ex conftrictione cutis febriet ea febre, quæ à fpiritus inchoat calefactione , ficut etiam ex omnibus fuperius dictis caufis ẽm plurimum fimilem febrẽ continget accendi. Ex oppilatione vero,quæ in profundo facta eft per retentionẽ alicuius crafsi vel vifcofi humoris in tranfitibus alicuius vifcerũ,febriunt febre,quæ eft ex putredine,ficut Gal.dicit in lib.de febrium differentia. Hecticæ vero febres ẽm plurimum non fiunt ex fe ipfis incipientes,fed alias comitãtur,f.putridas,& ephemeras,quando prolongãtur , eo ꝙ ab omnibus prędictis caufis primum eft accendi fpũs vel humores,q̃ membra,ẽm plurimum. Quãdoq; tñ,fed raro(ficut Gal.dicit)fine

aliquo tranſitu alterius antecedētis febris à principio cōfeſtim inuadūt in laboribus,& triſtitijs,& ſolicitudinibus, E
& ęſtibus,mēbris q̃ primū calorē ſuſcipientibus, donec ad cor fiat caloris tranſductio. Sunt aūt in genere(ſicut
Gal.dicit in lib.p̄dicto)duæ ſpēs ſiue gradus hecticarū febrium,Prima qdē,in qua corporis cordis & reliquorum li.1.ca.8.
mēbrorum humiditas,cōtinuatiua ſubſtātię ipſorū,adhuc pmanens exiſtit,quaſi calor tm̄ cordis corpus aſſumpſe
rit ad modū flāmæ lucernarū ex lycinio ab oleo circūfuſo enutritę.Secūda vero,in qua p̄dicta humiditas tota cō-
ſumpta eſt,ſimile qdem patiēte corde,quale vtiq; carbo lycinij in lucerna,cū oleum defecerit,ipſumq; corpus ly-
cinij plurimū cōbuſtū fuerit: tale.n.ſic finitū diſſoluit,& continuitatē deperdit ab ariditate,vt neq; p infuſionem
olei reaccendere poſsis flāmam ſufficientē:Quare circūpalpitat ęgro parua & ībecillis flāma,ſemper in minus ꝓce
dens,donec extinguat:& talis nō dicit ſolum hectica,ſed maraſmodis,i.tabida febris.Incipit aūt maraſmus cū hu
miditas diſſeminata ſm medias regiones ſimiliū mēbrorum,ex qua primū nutriunt particulæ,quæ eſt ſicut oleū
in lucerna,iam nō vltra inuenit in corpore cordis.Secundū ergo primā ſpeciem ebullit qdem illa,& paulatim cō-
ſumitur:qua conſumpta maraſmodis ſubſequit.In medio aūt harum & alia quędā videt ſpecies eius,in qua qdem
ēt apud ebullitionē eſt manifeſta illius cōſumptio apparens,& quædam ſiccitas conſimilium,& virtutis debilitas.
Et huius qdem,quæ in medio,multa qdem videtur latitudo penes quantitatem circūfuſæ humiditatis.

AT, QVALITER PVTREDO in humore febrem faciat,& oppilatio in viſceribus putredinē, adhuc reſtat
oſtendi. Inueſtigemus igitur primum,quid vniuerſaliter ſit putredo,deinde qualiter, & à quibus fiat in humore F
corporis hominis,faciens febrem.Dico ergo,ꝙ(ſicut dicit Ariſt.in quarto mete.)generatio & corruptio abſoluta, te.c.2.
naturalis,ſ.quæ eſt ſm ſubſtātiam,eſt permutatio,quæ accidit rebus cōpoſitis naturalibus ſm proportionē men-
ſurarū miſtionis quatuor primarū qualitatū in ſubiecto,quod debet cōponi. Nam gn̄tio eſt,qn̄ virtutes actiuę,ſ.
calidū & frigidū in cōpoſito vincunt virtutes paſsiuas,mouentes illas & reducētes ad cōplementū:corruptio vero,
qn̄ virtutes paſsiuæ prohibent ſic moueri,ne veniant ad cōplementū:& hoc eſt,quod dicebat Philoſ.ibi,ꝙ calidū
& frigidum generant,obtinentia materiam:cum aūt non obtineant,ſm partem molynſis & indigeſtio fit: mate-
riam.n.vocat humidū & ſiccum.Sed ex hac victoria paſsiuarū ſup actiuas euenit in rebus putrefactio : omnis.n.
naturalis corruptio eſt via in putrefactionem,quæ eſt cauſa diſſolutionis partium compoſiti. Et ideo generationi
abſolutæ contrariū generale & abſolutum eſt putrefactio. Omnis.n.naturalis corruptio eſt via in putrefactionē,
puta ſenectus & auanſis:nam hæ duæ,cū ſint naturales quædam corruptiones viuentium,finiunt in putredinem.
Non tn̄ oīs putrefactio eſt,ſicut naturalis corruptio,nam,quę antecedit ſenectutem,non pōt dici naturalis,ab ex-
trinſecus accidentibus impedimētis contingens. In cōpoſito ergo generato terminatum eſt humidū ſicco ope-
rantibus hoc actiuis:in corrupto vero diſſolutū eſt humidum à ſicco victis actiuis per abundantiā humiditatis in
eis in principio,& ſiccitatis in extremo:quod in putrefactione maxime fieri videmus.Putrefiunt.n.compoſita,ꝓ-
pter victoriam humiditatis in eis in principio,& poſt defluunt in fine propter victoriā ſiccitatis:propter quod pu
trefacta primum inueniuntur humida,deinde ſicca,euaporante iam humido. Sed,quia ignis inter elementa eſt G
maxime cauſa miſtionis & generationis,eo ꝙ eſt operans in illa,& vincens illa,ſicut in ea,quæ ſunt ſibi materia,
erit eius modus in elementis in gradu formæ.Quare oportebit,ꝙ omne cōpoſitum habeat calorē proprium, qui
eſt ei ſimilitudo formæ(ſicut dicit Auer.)eo ꝙ includit materiam,& terminat ipſam ad modū formæ. Quia ergo 4.met. c.5.
inter actiuas maxime calor eſt generationis cauſa propter ipſum maxime obtinere materiā,erit maxime comitās
ad ipſius corruptionē corruptio compoſiti. Propter quod putrefactio,ſimplici generationi oppoſita, erit cor-
ruptio eius,quæ in vnoquoq; humido, proprię & ſm naturam caliditatis ab aliena caliditate. Aliena autē calidi-
tas eſt ea,quæ continentis nos aeris:quæ cum corrūpit caliditatē innatam terminantē & includentem humidum,
accidit inde,ꝙ euaporat humidum per exitum proprię caliditatis,& ſicut exterminatū ab extranea.Propter quod
ſicca remanent putrefacta,& ad vltimum ſicut cinis,quoniā trahens humiditatem nō eſt in eis. Trahit.n.propria
caliditas(ſicut dicit Philoſophus)caliditas autē extranea corrūpit innatam,alterando eam,& diſtemperādo,& ſibi 4.met. c.6.
conuertendo. Hoc autem facit aut abſtrahens eam à re ipſa,& depauperans ipſam in ſubiecto,propter circūſtare
illi:aut ſicut incluſa intra rem ipſam per aliquod modicum frigus, quod accidit rei, ſicut dicit Auer. Signum 4.met. c.7.
autem horū eſt,ꝙ in æſtate facilior eſt incurſus ad putrefactionem,q̃ in hyeme,quia tunc potentior eſt caliditas in
continente nos aere,& quia tūc vt plurimum putrefactio accidit poſt modicū frigus,conſtringens intrinſecus ca-
lorem extraneum,vt diſſolui non poſsit:cui frigori tunc de facili corpora ſe exponunt. Dixit autem,ꝙ putrefa H
ctio eſt corruptio propriæ caliditatis in humido,& non in ſicco, eo ꝙ in compoſitis ſubiectum propriæ calidita-
tis,quaſi ipſius alimētum,eſt maxime humidum,& non ſiccum, ſibi admiſtum: Adhuc autē,quoniam diſponens
ad hanc putrefactionem de facili recipiendam eſt abundantia humiditatis,& maxime extraneę & accidentalis,ſu-
per calorem innatum:tunc.n.caliditas innata impotens ad terminandū humidū,& coquendū ipſum,quaſi ſuffo-
cata de facili corrūpitur ab extranea: propter quod recte Philoſophus ait, ꝙ putrefactio eſt cōis paſsio caliditatis
īnatæ,& caliditatis alienę. Tale ergo humidū ab innato derelictum,& ab extraneo circūuentum incipit ebullire,
& in peſsimas qualitates ſaporis & odoris conuerti, & in fuliginoſas ſuperfluitates reſolui, donec ſiccum,quod ei
miſtū erat,relinquat ſicut incineratū:quod ꝓprie diſſolutio cōpoſiti vocatur. Gal.aūt vndecima parti.de inge. cap.8.
ſanitatis diffiniens putrefactionem,dicit,ꝙ ipſa eſt mutatio cuiuſdam corporis in corruptionem,cuius cauſa calor
eſt ab exteriori:nullum.n.corrumpendum(ſicut ipſe,& Ariſt.ante eum dicit)corrūpitur à ſuo proprio calore,cū 4.met.cō.
ab illo regatur & cōſeruetur,ſed potius ab extraneo.Per hoc ergo, qđ dicit,ꝙ eſt mutatio in corruptionē,innuit,
ꝙ putrefactio rei non eſt omnino ipſius corruptio,ſed via ad corruptionē,eo ꝙ eſt corruptio caliditatis ſuę ꝓpriæ,
qua ſubſiſtere habet,non ſicut à ſubſtātiali forma,ſed ſicut ab eo,qđ aſsimilat formæ ꝓpter id,qđ diximus:& ſicut
ab eo,quo diſponēte forma ſubſtātialis inhęret; ꝓpter qđ ad ipſius corruptionē ſequit in poſterum deperditio for
mæ,& cōpoſiti diſſolutio.Ideoq; & elegāter dixit,ꝙ putrefactio ſit mutatio cuiuſdā corpis ī corruptionē, & nō ꝙ
ſit

Poſt hoc autẽ dicamus, quot, & quæ ſint digeſtionis ſpecies. Dico ergo, ꝙ digeſtionis ſpecies (ſicut dicit Philoſ.) ſunt tres, ſ. pepanſis, epſeſis, & opteſis: quarũ oppoſitæ indigeſtionis ſpecies ſunt omotes, molynſis, ſtateuſis. Hæc aũt noĩa de paucis dicũtur ꝓprie, de multis vero p metaphorã, ſicut dicit. Eſt aũt Pepanſis ꝓprie dicta, digeſtio in ſeminibus. Dicitur aũt tunc digeſtũ ſemen, qñ habet perfectionẽ, qua põt generare tale alterũ, quale illud, cuius eſt ſemen: propter quod ſperma hoĩs pepanum dicitur, qñ ex eo põt homo generari. Pepanſis aũt metaphorice dicitur aliorum, ſicut phlegmatis, & aliorũ humorum, & naſcentiarũ ſiue apatum, qñcunq;. ſ. à calore proprio humidum obtinetur, terminatum ad diſpoſitionẽ, conuenientẽ operationibus virtutum, quæcunq; ſint illę: hęc aũt oĩa plerunq; ſpiſsiora fiunt. Et, qm̃ humidum nõ ſit pepanum ſine ſicco, accidit inde, ꝙ aqua, ſi ſola fuerit, & nulli cõmiſta, quia craſſeſcere nõ poteſt, non fit pepana. Et huic pepanſi aſsimilatur digeſtio putrefacti, & eius, quod paratũ eſt putrefieri: propter quod dixit Hipp. in aphoriſmo apud translationẽ Burgundionis, Pepana pharmacare & mouere, non acria. Omotes vero eſt indigeſtio quędã in talibus ab indigentia ꝓprij caloris, & incõmenſuratione eius ad humidum. Epſeſis aũt eſt digeſtio quædam à caliditate humida alicuius interminati, exiſtentis in humido calido, quæ in exterioribus dicitur elixatio, quę fit in vaſis artificialibus, ſĩis exiſtens ei, quæ in vaſis naturalibus fit, vt cibi in ſtomacho. Eſt aũt de natura talis digeſtionis, ꝙ humidũ rei digeſtibilis ſegregetur, & ex ꝓfundo ad ſuperficiem trahatur p caliditatem, quæ eſt in humido circũſtanti, econtrario eius, quod in aſsis. Quæcũq; ergo à tali calore obtinẽtur ita, vt fiant aut minora aut maiora, aut ſubtiliora aut craſsiora, aut hmõi, epſeſim paſſa dicuntur. Molynſis vero ſibi oppoſita, eſt ex defectu talis caliditatis, & incõmenſuratiõe eius ad elixabile. Opteſis aũt eſt digeſtio quædam à caliditate ſicca, quæ in exterioribus dicitur aſſatio, ſĩis ei, quæ in corpore fit à tali caliditate, qualis eſt cõuerſio nutrimenti in nutritum, quę in fine fit, maxime ſi nutritum cõuertens nutrimentũ fuerit ſiccum, ſicut oſſa, chartilagines, & panniculi. Eſt aũt de ꝓprietate talis digeſtionis humidũ conſtringere in intrinſecis rei digeſtibilis propter calidũ ſiccum circũdans vel circũſtans: exteriora aũt exiccare. Huic aũt cõtraria indigeſtio, dicitur ſtateuſis, fiens (vt gñalr̃ eſt dicere) ab indigẽtia talis calidi ſicci & incõmenſuratione eius ad aſſabile. 4. metheo. tex.14. p.1.aph.22. F

His expeditis dicamus, quæ ſit natura eius, quod facit ceſſare putredinẽ ab humiditate, maxime quidẽ qñ putrefactio non multũ ꝓceſſerit. Dicimus ergo, ꝙ primũ principiũ huius rectificationis eſt & virtus & calor innatus mẽbrorum: inſtrumentũ aũt, & quaſi coadiuuans eſt medicina: propter quod ſæpe natura ad hoc non indiget medicina, ſi fortis extiterit. Natura aũt medicinę hoc adiutorium pręſtantis eſt quodãmodo contraria putredini. Sed omne, quod putreſcit (ſicut Gal. dicit in lib. de inge. ſanitatis) calidũ eſt & humidum ſolitam diſpõſitionẽ amittens, clauſum. ſ. exiſtens, & diſſolui nõ potens: humidũ quidem ſicut nõ obtentum à calore innato: calidũ vero ſicut ab extraneo calefactũ, exiſtens vtiq; tale, cum ad ſe ipſum nõ putridum, vel ad ſe ipſum obtentũ ab innato confertur. Ipſum. n. in ſe aliqñ eſt calidũ & ſiccum virtute, cũ ad alia humida cõparatur, aliqñ frigidũ & ſiccũ, aliqñ frigidũ & humidũ, aliqñ aliter: quare oportebit medicinã talem, eſſe ſiccã & refrigeratiuam, quod in aceto, & in agreſta, & ſibi ſĩibus reperimus, in camphora quoq;, & ſandalo, & hordeo, & hmõi. Signum cuius videtur, quia Auſter calidus exiſtens & humidus efficit putredinẽ in rebus, & conſeruat: Boreas vero frigidus exiſtens & ſiccus prohibet eã fieri, & factam aliqñ ſanat. Sed, quia talia plerũq; ſtyptica ſunt, aut nihil aperitiua, vel modicũ valde, poſt hoc quoq; meatuum concluſiua, hæc aũt ſunt cauſæ ĩmediatę putredinis, quæ eſt oppilatio & diſſolutionis ꝓhibitio, ideo inconuenientia ſunt: præter hoc ẽt ſicca nõ bene cõueniunt febri putrefactionẽ comitanti. Ideo non oportet talia abſolute adhiberi, & maxime oppilatione præſente, niſi cũ his alię ſint virtutes aperitiuæ & abſterſiuæ. Propter quod hordeum eligibilius eſt ex talibus, cũ ſit in eo abſterſio, & apertio, & modica ſiccitas, quã adæquat pſectio decoctionis eius in aqua, ſicut hoc nos docuit Hipp. Aſpiciendum ergo, vtrum oppilatio diſſolutionẽ & refrigerationem impediens præſens ſit, vel non: ſi. n. adeſt, aperiendũ erit, apertio. n. eius erit reddens putridũ euentabile, quod ex cõſtrictione ſupercalefiebat. Sed, qm̃ non bene põt aperiri, niſi cognoſcatur cauſa, quæ oppilat, aſpiciendum eſt in cauſa illius. Si. n. oppilauerit multitudo humoris, medicina ſibi cõtraria eſt euacuatio: ſed, qm̃ multitudo oppilans ẜm plurimũ ex repletione venarũ contingit, vel habet fieri, cõpetens ſibi medicina eſt euacuatio per phlebotomiam. Et, qm̃ non ſemper tolerabilis eſt potẽter à virtute, inducenda eſt ẜm ꝑmiſsionem virtutis & ætatis. Venter quoq; lenificandus eſt, ad qđ quidẽ medicinas non fortes in principio, neq; multi caloris, eligendum, & eiſdem frigida cõmiſcendum. In hac. n. oppilatione (ſicut Gal. dicit) ſi aperitiua ponamus ante, q̃ plenitudo purgetur, oppilationẽ augmentabimus, eo ꝙ humorem alios in meatus deſcendere cogemus, & eos ẽt inuiſcabimus. Poſt plenitudinis aũt amotionem vix reſtabit oppilatio: quæ ſi ſuperſit, aperitiua concedimus. Sed, qm̃ hæc ẜm plurimum ſunt calida, periculũ eſt ex eis putredinẽ augeri & febrem: quare ea, quæ ſine calefactione aperiant, eligemus, maxime ſi in calidiſsimis humoribus ſit putrefactio, ſicut ptiſſanam, ſyrupũ acetoſum, & hmõi. Si vero ſit in frigidis, tunc eligemus ea, quæ pauci ſunt caloris, ſicut endiuiam, & radicem apij, & oĩo ſyrupum acetoſum de ſeminibus, & hmõi. Si vero, qđ oppilauerit, fuerit humoris craſsities aut viſcoſitas, ſubtiliatiuis & inciſiuis & abſterſiuis, vt contrarijs, vtendum. Sed, qm̃ hęc ad calidum vergunt, de genere eorũ minus calida eligẽdum, refrigerantibus eis ſemper cõmiſtis, vt pro abſterſiuis & lauatiuis mel, aut ſaccharum: pro inciſiuis acetũ: pro aperitiuis & ſubtiliatiuis capillum veneris, eupatorium, & ſimilia. Plurimæ tñ iſtarum naturarum reperiuntur in ſyrupo acetoſo (ſicut Gal. & Prin. dicunt) nam refrigerat, & incidit, ſubtiliat, & abſtergit, & euacuat: propter quod cõpetit & febri putridæ, & cauſæ putredinis. Sed eo ſępius dato inteſtina excoriantur, tuſsis generatur, & neruoſa lędũtur lib. 4. ca. 5. G regim. acu. t. c 18. & in. H 1. q̄rti trac. 2. ca. 7.

A lęduntur(ſicut dicit Gal.) ideoq; nihil inuenimus præter aliquid,leſionis iuuatiuum:quod contingit,ꝓpter oportere medicum conſideratione ſimul habere tàm in morbo,q̃ in cauſa & accidente,& ẽt in virtute. Oppilationibus aũt apertis iam abſolute refrigerantia locũ habent,febri quidẽ,& ipſius imediatę cauſæ,ſ.putredini,cõpetentia. Sed,qm̃ febris morbus eſt,quæ eſt mala cõplexio calida & ſicca,nõ poſſumus oĩo frigida & ſicca putridis chymis adhibere:ſed,ſi poſſet,vt in peſtilentijs ex calido & humido aere generatis,abſentibus oppilationibus,non eſt electio vllarum medicinarũ ſuper frigidas & ſiccas,& vr̃ acetoſi ſaporis,hmõi.n.humorem modice putrefactum reſtituunt in ſui naturã,& paratũ putreſcere nõ permittunt. Si aũt talia non cõpetant,tunc aqua frigida erit optima medicina,& maxime quidẽ,ſi cholera dominetur,& nihil aliud fortius cõtradicat,quę hac hora frequẽter putridum reſtituit in priſtinã naturam adeo,vt ceſſet febris nulla purgatione putridi cõſequente: quod in aliquibus patenter obſeruãdo cõperimus. Si vero oppilatio fuerit in exterioribus poris cutis, à frigore quidẽ,vel balneo aquę aluminoſę ſuborta,quæ obtuſio dicitur,tunc liquefactio & diſſolutio erit cauſa ſalubris: hoc aũt fit balneo aquę dulcis,& frictione ex molli oleo chamæmeli, & vino albo, & aqua,tepidis,& hmõi. Sed talis rarificatio nequaq̃ fieri debet, ſi plenitudo adſit,ante,q̃ plenitudo purgetur,propter id, quod dictũ eſt:hæc aũt expiratione & euentatione improhibite fiente ceſſabit: putrefactio aũt frigidis ſ̃m ſecuritatẽ adiuuabitur medicinis. Quod ergo dicit Prin.ꝙ digeſtiuum ſ̃m plurimũ calidũ eſt,non eſt intelligendũ de digeſtiuo putridi,ſed de eo,quod eſt cauſa putredinis. Hali vero nõ videtur ſufficiẽter intelligere locũ iſtum,ſicut nec alios plures. Non.n.docet intẽdere ad digeſtionem putredinis,quæ eſt;ſed futurę,quę non dũ exiſtit:cuius amotio nõ eſt cauſa ſalubris diſcraſiæ fientis,ſed diſcraſię faciendæ,cuius ſanatio hic nõ intenditur. Dicit enim,ꝙ cauſarũ digerentiũ alię ſunt cibi,alię ſunt medicinæ &c. Cibi vero ſunt ij,qui ſunt ęquales in quantitate & qualitate,ex quibus chymus generatur æqualis. Sed iſte nõ digerit neq; putredinẽ,quæ eſt: neq; eã abſcindit,quæ ex aliqua humoris malitia parata eſt fieri,cum nõ ſit in eo aliqua virtus medicinæ,proprietatẽ habens ad illud,ſed reſtaurãdo chymum bonũ prohibet augmentum cauſæ antecedentis, & propter hoc iteratione putredinis. Medicinæ vero(ſicut dixit)ſunt, ſicut crocus,ſpica, cinnamomũ,caſia,piper,zingiber,& hmõi,de quibus palam eſt,ꝙ putredinẽ nõ rectificant, ſed digerẽdo humorem crudũ,craſſum,frigidum,paratum putreſcere,calorẽ quidẽ innatum confortando, & humidũ diminuendo, & calori ipſum ſubijciendo ad modum ſalis in exterioribus,prohibet,ne putredo fiat. Nec talia ſtante febre ſecure concedũtur timore augmẽti putredinis febris. Quare Hali nõ intellexit,quæ ſit digeſtio,quæ eſt cauſa ſalubris diſcraſię fientis,mentionẽ de ſola digeſtione parati ad putredinẽ,viſus facere. Sed,qm̃ digeſtio & rectificatio putridi aliquando eſt impoſsibilis propter id,quod dictum eſt:aliqñ vero diminuta,vt nec poſsit natura humore ſic diminute rectificato vti ad nutrimentum,ſed eſt exhibens ei aptitudinem,qua poſsit excerni,euacuatio talis humoris erit altera cauſa ſalubris talis diſcraſię,de qua ſubſequenter eſt dicendum.

Margin: .quarti tractã. 2. ca. 7. cõ. 91.

B

D

Aut. Euacuationes vero,per phlebotomiam,& clyſtere,& vrinam,& reſpirationes ſecundum cutem ſunt: amplius vero ad contraria tractu, & deriuatione ad alia: huius enim generis ſunt & menſtrua mouere,& hæmorrhoidas aperire,& per nares & palatum purgare. Scientes igitur & hic materias,quibus in tempore,& qualitate,& quantitate,& modo vſus oblatis euacuatio fit, ſecundum hãc partem artis inueniemus ſalubria. Et ſcripta eſt oĩum inuentio in therapeutico negocio.

Leo. Euacuationes autem fiunt & per ſanguinis emiſsionem,& clyſteris vſum,& per vrinæ vias,atq; eam, quæ per cutem fit,tranſpirationem,ac pręterea per eam,quæ fit ad partes oppoſitas,attractionem,atq; ad alias propinquas deriuationem. Nam & ad hoc idem genus pertinet citare menſtrua,atq; ora venarũ,quæ græci hæmorrhoidas appellãt,aperire,ac per palatũ naresq; expurgare. Cum igitur & hic materias inuenerimus,quibus in qualitate,& quãtitate,& modo vſus adhibitis euacuatio fit,in ipſa artis parte ſalubria inuenientur. Atq; eorũ oĩum inuentio traditur in eo volumine,quod de arte curatiua inſcribitur.

Cõ. 40. Cum declarauit,quid oporteat ſcire ad pfectionẽ cauſæ ſalubris,quæ eſt alteratio,declarat,quid oporteat ſcire ad pfectionẽ cauſæ ſalubris,quæ eſt euacuatio,enumerans primo ſpecies euacuationis,& dicens, EVACVATIONES &c.i.ſed euacuationes fiunt oĩbus iſtis,ſ.per phlebotomiã,& clyſtere &c. Vt ſimplr̃ eſt dicere,duplex eſt oĩs talis euacuatio,Aut.ſ.p foras miſsionẽ,& hoc quidẽ fit dupliciter,ſ.aut vijs conueniẽtioribus & propinquioribus materiæ purgandæ,& loco,in quo ea cõtinetur:aut per detractionem materiæ ad contrariam partem. Aut fit per tranſpoſitionẽ materiæ ad alia quęcũq; loca,ẽt ſi non ſequatur foras eiectio. Et prima quidẽ maxime cõpetit,cum humor eſt quieſcens in loco:ſecũda,cũ ad locũ rheumatizat:tertia vero,cũ ſperat̃ eius correctio in alijs,in quibus tranſponitur membris. Deinde dicit, SCIENTES IGITVR &c.i.quando igitur ſcierimus materias,quibus fit euacuatio(& vult per materias,ſubſtantias pharmacorũ purgantiũ)primo in quo tpe,& quantitate,& qualitate,& quo modo vſus,eis oblatis euacuatio cõpleatur,tunc facile inueniemus cauſas ſalubres,quæ attinent euacuationi:& hoc intendebat,cum dixit,Secundũ hanc partem artis. Deinde,quia liber iſte eſt ſummarũ expreſsiuus tantum ſicut in capitulo & concluſione determinans vniuerſa,remittit ad librum ſuum,vbi particularius iſta docentur,& dicit, ET SCRIPTA EST &c.i.& declaratio omnium iſtorum tàm medicinarum digerentium, q̃ euacuantium,quantitatis quoq;,& qualitatis,& modi,& temporis oblationis earum ſcripta eſt in negocio therapeuticæ,ideſt in libro curatiuæ doctrinæ,ſiue de ingenio ſanitatis.

E

EST AVTEM hic attentiõe dignũ,ꝙ euacuatio,quæ eſt cauſa ſalubris febris putridę,ſ̃m ꝙ eſt diſcraſia fiens, eſt euacuatio putridi. Euacuatio.n.cauſæ antecedẽtis,quæ eſt non putrida,ſed parata putreſcere,nõ eſt cauſa ſalubris diſcraſiæ fientis,ſicut nec eius digeſtio,ſed faciẽdæ,ſecũ cõpoſitæ,per quã quidẽ,ꝓhibetur reditus paroxyſmi, quemadmodum ſuperius expeditum eſt. Vnde & elegãter Gal. ait vndecima parti methodi,ꝙ,ſicut corpora vitã

cap. 8.

non

non habentia,ipſis putrefactis,curamus,cum abſcindimus,quod eſt putrefactum:&,quod remanet,ſuſpendimus E
in frigido & ſubtili aere,ſtudentes,vt diſſoluatur & refrigeretur, ita faciendũ erit in putredine corporis humani.
Purgabimus ergo(ſicut dicit)putrefactum,maxime ſi putredo tm̃ proceſſerit,ꝙ ceſſare non poſsit ab aliquo dige
rente:nõ putrefactum vero,quod tñ paratum eſt putrefieri ex aliqua mala ſui qualitate, ad ſuum tẽperamentum
reducemus,ſtudẽtes,ne putrefiat:hoc aũt faciemus,ſi prohibuerimus,ne oppilet,quia,cum completur oppilatio,
accidit putredo,ſicut dicit Princeps:adhuc aũt,ſi corpus trãſpirabile reddiderimus. Sed dicet aliquis nihil opus 1.quarti tra
eſſe euacuatione putrefacti,cũ plurima pars eius expiret, à calore qdem in vaporẽ extenuata. Cui dicimus hoc cta. 2.c.1.
idem,quod digeſtionẽ illius fieri poſſe deneganti diximus ſupra,ꝙ hac fere ſententia ſuſcepta nulla erit apud me-
dicum cura putridæ febris,ſm ꝙ eſt diſcraſia fiens:quod abſurdũ eſt. Non eſt aũt euacuationẽ conandum efficere
ante oppilationis abſciſionẽ,quæ quadam oppilantis cauſæ digeſtione perficit̃,propter timorẽ inobedientię pur-
gandorum,niſi id,quod oppilauit, fuerit humorũ ſola multitudo abſq; alia ipſorũ malitia. In hac enim,ſi virtus
& ætas tolerare potuerit,phlebotomia nõ eſt tardanda:nec aliã expectare debemus digeſtionẽ:hæc enim multitu-
dinem euacuat,cuius euacuatio eſt multoties curę perfectio ꝑ ſubito ad eam comitari aut euacuationẽ putridi,aut
eius refrigerationẽ.Et hoc eſt,quod Gal. dicit in cõmento illius aphoriſmi,Quæ egeruntur.& eſt,ꝙ in fortiſsimis p.1. aph.23.
febribus phlebotomia vſq; ad lipotomiam,refrigerationẽ totius habitus confeſtim operatur, & extinguit febrẽ. F
Vnde ẽt ait Princeps,ꝙ phlebotomia nõ eſt de genere eius purgationis,in qua expectet̃ digeſtio expectatione,quę 1.quarti tra
fit in ſolutiuis:& cauſa eius eſt,qa ipſa proprie cõpetit in multo,cuius digeſtio nõ eſt alia,q̃ adęquatio eius per ſub cta. 2.c.7.
tractionem ſuperflui:adhuc autem quia,ſi multum aliam haberet malitiã, parum cõferret expectatio digeſtionis
eius,eo ꝙ,cũ ipſa ſit euacuatio ꝑ apertionem venæ,hmõi aũt apertio eius euacuet tale,quale ibi exiſtit,nõ eligens
nec diſcernens,ęqualiter ei ſimul obediet digeſtum & indigeſtum : quod apud ſolutionem per pharmaca nõ con-
tingit. Sed aliqualiter abſciſis oppilationibus,putrefactum purgare edocet Gal. eadẽ particula ſupradicta,cum
dicit,Dico ergo humores putridos eſſe purgandos,vrina ſcilicet,egeſtione,vomitu,& ſudore.Hoc ẽt in loco mul-
tos modos purgationis enumerat,qbus tàm putridum,q̃ paratum putreſcere excernimus. Adhuc aũt & poſt pau
ca ſubiecit,Et poſt humorũ oppilantiũ abſciſionẽ,ea,quæ purgent eos ꝑ ſeceſſum,& vrinã,atq; ſudorem,tribuã-
tur:ſed,qm̃ hæc ſunt calida,quæ febrẽ augent & putredinem(ſicut dicit)quærantur illa,quæ parũ vel nihil calefa-
ciunt,de quorum numero balneum eſſe dicit,optimũ tunc iudicans illud,niſi febris ſit valde fortis,vt ſynocha.

Huius aũt euacuationis pfectionem,maxime quæ ꝑ pharmacias efficitur,à quatuor conditionauit intentioni-
bus:quarũ prima eſt electio medicinæ cõuenientis,qua fiat euacuatio:& hanc intendebat,cũ dixit,Scientes & hic
materias.& hoc pendet à tribus, Primũ eſt,vt ſciamus,ꝑ quam viã medicina ſit humoris deductiua, vt nõ demus
vomitiua,cũ decretum nobis fuerit ventrem ſoluere.Secundum eſt,vt ſciamus,cuius humoris ipſa ſit euulſina,vt
nõ demus phlegmatis purgatiua,cũ cholera fuerit educenda.Tertium vero eſt,vt malam à bona diſcernamus,ne
accidat plus nocere ſui malitia,q̃ purgatione poſsit conferre. Secũda aũt intentio eſt electio tẽporis cõuenientis G
ad euacuationẽ,& huius,vl'is,& particularis.Quoniam vero vl'e tempus nõ eſt niſi poſt digeſtionem humoris,niſi
ſolũ qñ fuerit furioſus, pendebit eius cognitio à cognitione aut digeſtionis,aut furioſitatis ipſius:in chronicis.n.
ægritudinibus(ſicut Gal.dicit)nil amplius,q̃ digeſtio,expectãda eſt:Hoc aũt in ſuperfluitatibus cognoſcitur,ſicut
dicit Gal.in fine ſummę de ſignis:adhuc aũt in alleuatione naturę.In acutis ẽt hoc idem expectandũ, niſi humor
furioſus & inſtabilis exiſtat(qui cognoſcitur à cõtriſtantibus ortis accidẽtibus)qm̃ impedimentũ mobilitatis eius
maius eſt,q̃ ſuæ euacuatiõis ante digeſtionẽ,&ꝓprie ſi fuerit ſubtilis,& nõ imbibitus mẽbris,ſed in venis exiſtẽs.
Ideo aũt eſt expectanda digeſtio,quia humorẽ præparat expulſioni:non.n.obedit medicinæ attrahenti,niſi eſſen-
tiam habeat tẽperatam,quæ à digeſtione ſibi exhibetur. Vnde & Gal.particula ſupradicta,cũ diceret humores pu
tridos eſſe purgandos vrina,egeſtione,vomitu,& ſudore,ait,Pręparemus tñ prius materiam,vt de ſe facile defluat
ad has vias:multa enim(ſicut dicit)hoc faciũt,ſicut ptiſſana,decoctio radicũ apij,mellicrati,oxiſaccharę,& hmõi.
Aliqñ tamen in principio febrium putridarũ,in quo ſine dubio nõ eſt digeſtionẽ inuenire,aliquid de cauſa mor-
bi educimus lenibus medicinis,vt natura fortior ſit ſuper reſiduo,ſicut clyſteribus lenibus,alijſq; ſuauibus leniti-
uis ventris: his.n.non intenditur cõpleta abſciſio cauſæ morbi,quæ tunc eſt ĩpol'is,ſed diminutio oppilationis,&
putredinis ꝑ aliquam euacuationẽ cõſtricti,leniter factam.Cuius ſimile aliqñ facimus in extrinſecis phlegmoni-
bus:cum.n.eſt plurimũ,quod eſt effluxũ,de cuius maturatione digna,deſperatio venit,ſcalpellamus mẽbrum,& H
euacuamus illud ab eo,nõ expectantes eius maturationẽ. Ad hanc ergo ſecuritatẽ nõ eſt inconueniẽs,ſi de cauſa
morbi ante eius digeſtionẽ aliquid leniter euacuare conemur:nos.n.& has leues euacuationes ante digeſtionẽ vi-
demus naturã facientẽ aliqñ in paroxyſmo febriũ interpolatarũ. Ad vnũquenq;.n.rigorem ſequitur aliqua par-
ticularis extractio humoris moti ad putredinẽ,per ſudorem,vel vomitũ,vel ſeceſſum,cũ digeſtio nõ dum exiſtit:
digeſtione vero cõpleta,ſicut in ſtatu,abundantiores efficit purgationes per criſim. Tẽpus aũt particulare exercẽ-
di euacuationẽ eſt hora interpolationis febris,maxime ſi fuerit frigidior inter horas,hac.n.hora minor eſt in eua-
cuatione moleſtia. Tertia autem intentio eſt electio quãtitatis & qualitatis cõuenientis ex medicina offerenda,
Quantitatis qdem,ne ex ſupflua quãtitate ipſius cõtingat purgationẽ ſuperfluere,& inde virtutẽ exolui: aut ne ex
pauca nihil accidat euacuationis,ſed aut augmentũ humoris,aut aliud impedimẽtum(& cognitio huius innititur
experiẽtiæ,aut tuæ,aut aliorũ)Qualitatis vero,vt ſciamus modos præparationis eius,vt ꝑ hoc faciamus eã acquire
re qualitatem corpori cõuenientem,& aptitudinẽ maiorem ad purgandũ: & cognitio huius innititur experiẽtiæ
& rationi.Deficiebat aũt hæc conditio de qualitate apud aliam translationem. Quarta vero intentio eſt electio
cõuenientis modi vſus:& põt per hoc velle modos præparationis ipſius medicinæ,ſ.vtrum infuſa,vel decocta,ſy-
rupizata,vel pilulata,& hmõi,quorũ oĩum cognitio eſt tàm ex ſcientia de ſimplicibus, q̃ de cõpoſitis medicinis.
Alia aũt translatio habet loco eius,quod hic dicit,Et modo vſus.& via vſus ad rectitudinẽ. propter quod alia põt
eſſe

cōmē. 93. esse expositio modi vsus,sicut.s.exponit Hali,vt sit electio modi vsus,electio viæ corporis,per quam fiat humoris A eductio,qm̄ obseruanda erit cōuenientia medicinæ ad illā viam. Et cognitio huius pendet ſm plurimū à cognitione regionis,ad quā declinat humor purgandus:ex ꝓpinquioribus enim vijs naturalibus ei loco, ad quē declinat, extrahendus est, Vt,si ad stomachū vergat humor, vomitu mundandus est: si ad intestina,pharmaco deorsum eductiuo:si ad renes,diureticis excernere,& sic de cæteris,hoc tñ præuiso,ꝙ talis declinatio sit vi naturæ,& nō vi morbi. Si.n.vi morbi ad vllam partium rheumatizaret humor,nō per illā aut ei vicinā,sed per partem cōtrariā decernendus erit:semper.n.oportet artem,naturę secutiuā esse,morbi vero ipugnatiuā. Sed et caueas,ꝙ mēbrum egressionis sit ignobilius eo,à quo fit euacuatio,& nullā habens aliā ægritudinē, propter quā timeatur de descensu humorum ad ipsum:& ꝙ humoris inde euacuatio naturalis sit,sicut mēbra vrinæ gibbositati hepatis,& intestina cōcauitati:& vl̄r,vndecūq; natura repit, inde deducere oportet p conuenientes regiones. Exponit aūt Hali tertiā intentionē non de quātitate medicinæ offerendæ,sed de quātitate humoris per eam purgādi,cuius præcognitio ēt cōmensurat debitā quantitatē medicinæ offerendę. Sed eius pendet cognitio à scia causæ morbi:īmoderata.n.repletio īmoderata euacuatione indiget,sicut dicturus est infra. Sed,qm̄ hanc virtus aliqñ tolerare nō potest,maxime coniecturabit ex virtute: propter quod in hora purgationis quātitas excedēs cognoscitur non ex mole,sed ab p.1.apho.3. ortu æstuationis,& difficultatis tolerātiæ. Vnde & recte Gal. ait in cōmento illius aphorismi,In exercitātibus &c. ꝙ in oī purgatione virtus cōsideranda est,& ſm sui vigorē abundantia purganda: si.n.virtus deficiat,purgatio est B coercenda, & si non tota exierit abūdantia. Ad quod & recte cauet Princeps,dicens in hmōi,multiplicationē nu- li.9.ca.10. meri euacuationum meliorem esse multiplicatione quātitatis. Propter quod sciēdum est(sicut Gal. dicit in li. ther.methodi)ꝙ conseruatio sanitatis & curatio morbi quoddā habēt cōe,quod est custodia vitæ:in vtraq;.n.hoc intēdit,sed in hoc differunt,ꝙ non,qcquid curat morbū, custodit vitam,sicut custodit eam,quicquid conseruat sanitatem. Aliquid.n.vere curat morbū,quod vitā minime custodit,sicut sunt fortes & magnæ euacuationes,qbus aliqñ morbus eget:in synocha enim,si robusta sit virtus,vsq; ad lipotomiā phlebotomiā inducemus,vt febris extinguat,& incēsio mitiget,hoc qdem recte facientes: ꝙ si virtus sit ībecillis,tunc vltra,q̄ tolerare posit,inducta,fit pernecans. In curatione igitur morbi sublimior & prima oīum intentionum,quæ nobis abunde occurrūt,est sumpta à virtute,nō quia sit prima per sumi ab ea primam significationē curādi morbum: cōsideratio.n.virtutis nō significat nobis in aliqua horarum(vt Gal. dicit)quæ sit morbi cura,imo,cum virtutis consideratio sit aliquando prohibens rectitudinem curationis(vt præmonstratum est)dicetur intentio prima in custodia vitæ, quam curator intendit,sicut & cōseruator. Vnde,si virtus est defectissima,& id,quod aufert causam morbi,nō custodit virtutē,nec vitā,quæ sine dubio actio eius est,tunc ſm cōsilium Gal. nutrire oportet ęgrū,donec virtus in eo suscitetur,deinde cōfortata virtute malum humorē ab eo paulatim purgare,bonum in eius vice & loco restaurando.

C QVONIAM AVTEM ab hac expositiōe iam & nostra cōmentatio ad necessitatē cibationis ægri deducta est, aliquid percurramus & nunc de cibi ordinatione,in talibus febribus cōueniente. Dico ergo,ꝙ(sicut Gal. dicit in cō.regiminis acut.morborum)intentio in dando cibum est vna cōis in sanis & ægris, cōseruatio virtutis aīalis:& vult per hanc,spūalem,quæ est principiū vitæ,dictam qdem aīalem nō ab aīa,sed ab aīali,quia in solis aīalibus in fen 1. summa.1. ca.4. uenitur:sic ēt vocat eam Princeps primo cañ. caplo de virtute spūali. Hoc aūt ideo,quia viuunt aīalia,quousq; suscipiunt alimentū,eo ꝙ alimento nutrit igniculus ille,quo viuimus,sicut ignitū lyciniū oleo in lucerna. Sanis aūt dabitur cibus duobus modis tm̄,aut vt cum custodia vitæ cōseruetur vigor corporis,qualis fuit,quod fit cibo tēperato quātitate,& qualitate:aut vt cū custodia vitæ augeatur corporis vigor,quod fit cibo plurimo,spisso,augente calorē & sanguinē,& mēbrorū substantiā indissolubilē reddente. Quoniā aūt vigor corporis nō diminuendus est sanis,subtilis cibus eis nō cōuenit. In egris aūt,in ijs scilicet,qui habēt sientē discrasiā,qualis est febris putrida,in qua maxime solicitamur de ordinatione dietæ cibi & potus,ꝓpter pariter dubitari in illa ex augmēto cibi augmentum causæ,ex diminutione vero cibi diminutionē virtutis,datur sil̄r duobus modis tm̄,s.aut vt cū custodia vitæ cōseruetur corporis vigor,qualis inuētus est apud initium morbi,vt in passionibus diuturnis fieri debet: aut vt cum custodia vitæ minuatur parū de vigore corporis sub intentione diminutionis causę morbi,vt in acutis faciendum est. Horum aūt causa est,quia,cum oīs cibus in ægris ordinetur ad custodiā virtutis p̄mēsuratæ ad fortiorem horarū ægritudinis,quæ est status,quem qui euaserit,saluus erit,oportet in ægritudinibus diuturnis,in q- D bus propter remotionē status suppositā & præuisam dubitat,ne virtus diminuta propter excedētem cibi diminutionem cū hoc,ꝙ diminuit eā morbus,vsq; ad ipsum statū pertingat,ipsam oportet cōseruare,qualem inuenit eā morbus,inquātum nobis istud posē est. Hoc aūt non fiet per diætā mediocrem appropriatam cōseruationi sanorum(hæc enim,quātum ex se ipsa est,cōseruare pōt eam vlterius,q̄ ad talem statū:adhuc ēt nulla esset differētia inter diætam sanorū & talium ægrorū,quod absurdū est)sed per mediocrē alia specie mediocritatis. De cibatio- 1.quarti tra- ne enim(sicut dicit Princeps)est,quod est crassum valde:& de ea,quod subtile est valde:& de ea,quod est inter illa, cta.2. ca.8. & huius est pars declinans plus ad crassum valde,& pars decliuis ad subtile valde. Et crassa valde est administratio ciborum sanorū, quæ adhuc habet distinctionē in plus & minus & mediū:subtilis aūt valde,est prohibitio cibi: media aūt inter eas,vere æquidistans ab illis,est(sicut dicit)datio kist hordei,sicut est. Et de hac ēt non est verum, ꝙ posit cōseruare virtutē in ægritudine diuturna vsq; ad statū, sed inter hanc & crassam valde est quædā media, sicut administratio gallinarū,& ouorum sorbiliū,& hmōi,de qua media verum est,ꝙ cōseruat virtutē in morbis diuturnis vsq; ad statum. In acutis vero, qm̄ breues sunt & magni iuxta diffinitionē acuti,in aphorismo datam,s. ꝙ acutū est,quod in breui tpe multum mouet sensum(si.n.alteratur corpus sub eis in breui tpe multum,status remotus esse non pōt,quare nec dubitat,ꝙ parum diminuta virtus illuc pertingere posit)in talibus igitur vtemur kist hordei,& eo,quod est infra id,versus subtilē valde,imo & ipsa subtili valde, quæ est ꝓhibitio cibi, si aliquādo necessaria sit,vt in peracutis,& circa crisium tēpora ipsorum acutorū: quibus oībus diminuitur virtus,nō virtutis

diminutionē

diminutionem intendentibus nobis, &si hoc intentioni nostræ superaccidet ₰m diminutionem causæ,& eius digestionem, sicut dicemus. Itaq; recte Hipp. ait, Cōtemplari igitur oportet ægrotantē, si sufficit diæta ad statū ægritudinis:& vtrū ille prius deficiat,& nō sufficiat diæta: aut ægritudo prius deficiat,& obtundat. Ex quo manifeste innuitur, ꝙ diæta in ægris ordinatur ad virtutē præmensuratam ad statum. Ad cuius aphorismi plenū intellectum, sciendum est, ꝙ diæta est ordinabilis ad statū morbi tribus modis, ₰m duos extremos,& vnum medium. E p.1. aph. 9.

Medius aūt modus est, qñ dieta sufficiēs est conseruare virtutē vsq; ad statum morbi,& nō vltra, vt quia sit crassior opportuno: nec infra. s. minus, q̄ ad statum, vt quia sit subtilior opportuno: sic. n. recte ordinata est:& hoc intendebat, cū dixit, Cōtemplari ergo oportet ægrotantē, si sufficiat diæta ad statū ægritudinis. qm̄, si sic, te bene ordinasse cognoscas. Hoc aūt pendebit ex infallibili præuisione status,& bona coniectura mensurę durationis virtutis ad statū præuisum cū hac diæta. Primus quoq; extremorum modorū est, cum dieta datur subtilior opportuno, quæ nō sufficit cōseruare virtutem ad statum:& hoc intendebat, cum dixit, Aut ille prius deficiat. i. æger, propter. s. diætę tenuitatē, quia tūc in latere tenuitatis te peccasse scias. Secūdus vero extremorū est, cum dieta offertur crassior opportuno, quæ qdem sufficit ad statū remotiorē, q̄ sit status huius ægritudinis:& hoc intendebat, cū dixit, Aut ægritudo deficiat prius &c. i. possit prius deficere, q̄ ostendat hæc ordinatio dietæ, qa tunc in latere crassitiei te peccasse pspicuum est. Nec istud cōparatiuū, prius, qñ. s. dicit, Aut ægritudo prius deficiat &c. facit cōparationem ad statum ægritudinis, vt intelligatur, ꝙ ægritudo prius deficiat, q̄ sit status, sicut aliqui voluerunt. Nam, licet aliqua ægritudo possit deficere p crisim augmenti, non intendit tñ Hipp. ostēdere istud in hoc loco, sed intendit ostēdere errores diætationis, euenientes ex malitia coniecturæ super vicinia & remotione status,& cōmensuratione virtutis ad illū. Quare melius est, ꝙ p istud cōparatiuum fiat cōparatio ad diætam, id est, prius deficiat ęgritudo, q̄ innuat ordinata diæta. Subtiliatur ergo cibus in his discrasijs fientibus, siue sint chronicæ, vel acutæ, sicut videt. Cuius causa nō est alia, nisi quia cibatio, licet sit amica virtutis ex parte sui, est tñ inimica eius ex parte alia, s. quia est amica eius inimici, qui est materia, s. humor causans discrasiā. Propter quod, si nō esset illud, quod ptinet virtuti, esset necessariū oīo ꝓhibere cibū, vt natura nullo modo ad cibū reuocata occuparetur in digestiōe humoris, qui est cā morbi: sed virtus nō sufficeret ad id,& deficeret:&, cū deficeret, non valeret curatio. Quare ad vtrūq; intēdentes cibamus, sed subtiliter: inquātum. n. cibamus, cauemus virtuti: inquātum aūt subtiliter, causæ morbi. Hæc aūt subtiliatio diuersa ē ₰m diuersitatē causæ. Si. n. causa est fortis,& velociter multū impressiua, vt in acutis, quia de ipsius victoria dignus nobis terror incutitur, tūc volumus naturā occupari in eius veloci digestione. Quare p cibi ꝓhibitionem, aut eius multam subtilitatē in quantitate,& qualitate, incitamus eā ad illud, nec curamus de modica virtutis debilitatione, si accidat, securi existētes de cōmensuratione eius ad status ꝓpinquitatem: Quā si timuerimus, ēt in statu excitabimus eā cibo, nō curantes de naturæ reuocatione, aut causæ augmentatione, donec viuificata fuerit: semper quoq; soliciti existentes circa magis suspectū,& est virtus, si fuerit valde debilis: aut ægritudo, si fuerit multū fortis. Si aūt causa fuerit debilis,& status tardet multū, vt in chronicis, nō oportebit hanc subtilitatem fieri, nisi fortassis in statu earū, cum scimus naturā ad earum causæ digestionē festinare nō posse: sed iterū cauebimus virtuti (sicut dictum est) vt statui cōmensuretur longinquo, Hoc vnū semper memorantes, ꝙ in statu ideo maior subtiliatio est necessaria, quia tūc natura maxime occupatur in digestione humorū,& ipsorum excretione: in augmēto aūt ideo mediocris, quia natura tunc ad illud mediocriter intēdit: in principio aūt ideo vberius reficiendus est eger, quia natura nō dū insurgit in causa digerēda. Particularis aūt ordinatio diætæ ₰m oēm diē est apud declinationē paroxysmi, cum iam calor deferuescit: siue in hora quietis febris: aut hora solita tpe sanitatis, si non fuerit ibi quies, vt in synocha. Cum aūt plantę pedum & manuum frigidæ fuerint, oīs cibus & potus ꝓhibendus est, ne rheumatismus, qui tunc fit ad minerā putredinis, augeatur: aut ne amplius calorē innatum suffocemus ea suffocatione, quę sibi fit ex reuocatione ad locum putredinis, Nisi propter casum virtutis, sicut in habentibus debile os stomachi, in ijs scilicet, qui facilis & multę resolutionis existunt: imo ēt in ipso statu, si casus ibi timeatur virtutis, cibabimus patientē. De dieta talium discrasiarū in summa incidēter dicta sint nobis hęc. F G

Secundum eundem vero modum in tribus alijs discrasijs, vnum cōmune habentes præceptum, causam efficientem vnamquamq; earum abscindere prius, deinde sic venire ad eam, quę facta est ab illa, ægritudinem, salubrium causarum inuentionem faciemus. Ant. H

Eadem ratione in alijs tribus intemperaturis, si vnum cōmune præceptum obseruabimus, vt vnāquāq; prius, quæ efficit, causam rescindamus, deinde ita ad illam, quę ab eadem causa facta est, ægritudinem accedamus, causarum salubrium inuentionem faciemus. Leo.

Cum dedit causas salubres discrasię calidæ fientis, sub exēplo febris putridę, dat causas salubres aliarum trium discrasiarū simplicium fientiū, vno eas oīum summans ꝓcepto,& dicit, SECVNDVM VERO &c. i.& ₰m eūdē modū inuenimus causas salubres aliarū trium discrasiarū fientiū, s. frigidæ,& humidæ,& siccæ, quo inuenimus in calida. Cum. n. discrasia fiens, quæcūq; sit illa, est habens secū causam efficientē, hanc præueniendum: Quæ si qdē sit humoris aliquod vitiū, erit eius causa salubris aut illius humoris alteratio, aut euacuatio, aut vtraq;, sicut in febre putrida. Si vero aliquid aliud, tūc præueniendū id, qm̄ ab eius essentia demonstrabitur inuentio causarū salubrium, quas, à quibus materijs aptæ natæ sint fieri, scientes, sufficienter extrahemus causas salubres illarū. Deinde dixit, VNVM &c. i. oīum discrasiarum fientiū curam vnico summamus in præcepto, quod est, quia vnāquāq; efficientem earū causam abscindere prius oportet, deinde venire ad illā, quæ facta est, ægritudinē: hoc aūt ideo, quia (sicut præmonstratum est) discrasia fiens est, cuius quædā pars facta est, quædā facienda. Quia igitur pro parte faciendę in actu faciendi non existens causam habet efficientē, pro hac parte abscindere oportet prius causam (ideo Cō. 41.

autem

A autem prius,q̃ ad curam partis factæ veniamus, quia fruſtra fieret curatio partis factæ cauſa ſemper efficiente remanente)deinde abſciſſa cauſa venire ad partẽ diſcraſiæ,quę facta eſt ab illa cauſa,eo ꝙ abſciſio cauſæ nõ curabit neceſſario factum de fiente.Et,qm̃ illa contenta eſt contrarietate ægritudinis tm̃,vtendũ eſt cautela prædicta,qua diſtinguitur contrariũ verum ab apparenti. Sed hic notare oportet, ꝙ in aliqua ægritudine cauſam habẽte abſciſio cauſæ cõpleta eſt cura totius ægritudinis,eo ꝙ poſt abſciſionem cauſæ non remanet de ea aliqd factum,vt in oppilatione,quæ eſt ab humore:& cauſa eſt,quia factũ non diſtinguit̃ à faciẽdo in talibus fientibus.In quibus aũt diſtinguit̃ ablatio cauſæ efficientis,aliqñ per accidens eſt cura partis factæ,eo.ſ.ꝙ corpus per ſe ipſum impedimento ſubtracto redit ad naturã ſuam(ſicut aqua calida,cũ remotus fuerit ab ea ignis calefaciens,refrigeſcit paulatim) aliqñ aũt non ſufficit,maxime qñ manſiua facta fuerit,à qua nõ patitur corpus. Erit aũt hic attentione dignũ, ꝙ abſcindendo cauſam ſiue per alteratioñe,ſiue per euacuationẽ,aliqñ ſumitur cura ipſius diſcraſię,ſicut in diſcraſia facta ex humore frigido,alterantia.n.humorem frigidũ,& ipſum euacuantia oĩa ſunt calida,quare ex ſuis ipſis qualitatibus ſunt cura diſcraſiæ:aliqñ vero cõtradicet,vt in cura febris putride,digeſtiuum.n.& euacuatiuum ꝟm plurimũ calidum eſt(vt ſupra patuit)hoc aũt contrarium eſt ei,quod requirit febris de infrigidatione. Propter quod dubitabit hic aliquis,vtrũ,qñ abſciſio cauſæ obuiat curæ morbi,& econuerſo,ſẽp oporteat cauſam prius abſcindere:videtur.n.ꝙ non ſemper.Sicut.n.dicit Gal.qñq; febris adeo eſt fortis,ꝙ timemus ægrum periturum, nisi refrigerantia ſuccurrant:vnde tunc tpis(ſicut dicit)feſtinandũ eſt in dandis refrigeratiuis, deinde quæ cauſam excludant. Quare ꝟm hoc videbit̃ præceptum hic datum,nõ eſſe vl̃r verum,ꝙ vnãquãq; cauſam efficientẽ abſcindere prius oportet,deinde &c.imo(ſicut videtur) prius oportet aliqñ curare morbũ,deinde venire ad abſciſiõem cauſæ. Niſi eſſet,ꝙ hic canon vl̃r & ſemper verus eſt,quãtum ad veram curã morbi,nunq̃.n.poteſt febris curari manente in corpore cauſa eius: propter quod dicit ibi,ꝙ, ſi febrem medicaueris ijs,quæ cauſam eius augent, nulla ſpes erit,ꝙ per hoc febris auferatur, eius.n.cauſa ſæpius aucta febrẽ augeri neceſſe eſt. Sed,quia cura morbi non põt effici niſi cũ conſtantia vitæ,oportet,qñ virtus ob acuitatẽ febris nõ expectat abſciſionẽ cauſæ, maxime ijs,quæ febrem augent,premittere aliquid de cura morbi,nõ qdem,quia ſic poſsit vere curari morbus,ſed minui, vt per hoc virtus tolerantior ſit vſq; ad abſciſionẽ cauſæ,ſine qua vera cura nõ perficitur.Propter quod dixit,ꝙ,ſi febris adeo fortis ſit,ꝙ æger nõ poſsit eius pati moleſtiã,nõ eſt opportunum ijs,quæ cauſam auferunt,augeri calorem,nam,ſi hoc feceritis,febris cum febriente peribunt:iuſsit ergo ad fortius vnius duorũ magis aſpicere, alterũ tñ non negligere. Circa ergo curã diſcraſiæ fientis(vt dicit)eſt habenda cõſideratio triplex,ſ.ad eius eſſentiam, cauſam quoq;,atq; virtutem : primum.n.& ſecundũ demonſtrat oportere auferri, tertium vero cuſtodiri : quare oportebit virtutem aliqñ cõparari ad morbum,aliqñ ad cauſam.Si ergo tuam intentionẽ in oĩbus ęqualem inuenies,aut quia abſciſio cauſæ non obuiat curę morbi, nec ecõuerſo:aut quia tardatio refrigerationis non deſtruit virtutem,bonum eſt mox fieri ea,quę intẽdis,ſ.abſcindere cauſam. Si vero diuerſa & oppoſita tibi monſtrant̃,

C vel quia abſciſio cauſæ obuiat curę morbi,& ecõuerſo : vel quia tardatio refrigerationis deſtruit virtutem,magis cæteris erit virtuti intendendũ,non tñ vt alia negligas. Quare oportebit tũc & vltime infrigidando ęquare cõplexionẽ cõtrariam ei,& viuificare eã cibo:cũq; acuitas obtũdit̃,& virtus vigorat̃,redire ad cauſam, ꝓhibendo cibũ, & humorẽ abſcindendo.Sed Gal.in hoc opere breuitati ſtudens reticuit oẽm intentionẽ,quę ſumitur à virtute.

Ant. Secundum vero compoſitas diſcraſias,ex ſimplicibus cõpoſitio oſtendet ſalubria præcepta,& hic habẽtibus nobis proportionale magnitudini diſcraſię,ad illam cõuenięns inuenire medicamẽ:Velut ſi ita acciderit.Si decẽ quidẽ numeris ſecundũ calidius excedit aliquid ab eo,quod eſt ſecundum naturam, ſeptem vero ſecundum ſiccius,eſſe oportet & ſalubrem cauſam in talibus diſpoſitionibus frigidiorem decem quidem numeris,ſeptem vero humidiorem.

Leo. Secundum vero cõpoſitas intemperaturas,ex ſimplicibus cõpoſitio cõmoſtrabit ſalubria pręcepta. Cũ hic quoq; ſtuduerimus pro magnitudine intemperaturæ,eidem conueniens inuenire remedium,veluti ſi contigerit,ꝙ in decem quidem numeris ad caliditatem maiorẽ ea,quæ naturæ conueniat,decidat corpus, ſeptem vero ad ſiccitatem,maiorem tunc ſalubrem cauſam in huiuſcemodi affectibus eſſe oportebit decẽ

D quidem numeris frigidiorem,ſeptem vero humidiorem.

Cõ.42. Cum dedit cauſas ſalubres diſcraſiarũ ſimplicium,dat cõpoſitarum.Sed,qm̃ diſcraſia cõpoſita eſt,& fiens & facta,ſicut & ſimplex,intelligat̃ canones dictos & dicendos, in vtriſq; audiendos eſſe.Sed,quia iam ſupra docuit electionem qualitatis cauſæ ſalubris ꝑ cõſiderationẽ ſpeciei diſcraſiæ,cũ dicit,Curatio vnũ quidem habet modum cõtrarium eius,quod ſoluendũ eſt:docet hic electionẽ quantitatis,ſ.gradus qualitatis per conſiderationẽ quantitatis diſcraſiæ,& dicit, SECVNDVM &c.i.cõpoſitio curæ cõpoſitarũ diſcraſiarũ eſt ex curis ſimplicium:ſicut.n. ſe habet ſimplex diſcraſia ad cõpoſitam,ſic cura ſimplicis ad curã compoſitæ. Deinde dicit, SALVBRIA &c. i.oſtenditur compoſitio curæ ex ſimplicibus,habentibus.ſ.nobis hæc ſalubria præcepta,i.ſalubres canones,quos daturus eſt.Dicunt̃ ideo canones ſalubres,quia ꝟm eos ſalubres docẽtur cauſæ,quæ ſanitatẽ perficiunt. Dicuntur enim cauſæ ſalubres,quia ſanitatẽ efficiunt vel cõſeruant:canones aũt,quia ꝟm eos talium fit electio cauſarum:& eſt metaphoricus modus dicendi ſalubre. Deinde ꝓceſsit,adiungens,ꝓportionale,i.hoc,ſ.præceptum habentibus nobis,ſ.inuenire ad diſcraſiam medicamẽ cõueniens,proportionale magnitudini diſcraſiæ,i.intenſioni eius: nomen.n.quanti ad qualitatẽ non rectẽ dicemus. Deinde exẽplificat hanc proportionalitatẽ, quam debet habere ad diſcraſiam,apud medicamen diſcraſiæ calidæ & ſiccę,& dicit, VELVT &c.i.velut ſi contingat corpus vel aliquod ex mẽbris eius lapſum eſſe in calore decẽ numeris à diſpoſitione ſua naturali,ſeptẽ vero in ſiccitate,oportebit cauſam effectiuã ſanitatis eius tantũdẽ labi à conſeruatiua talis corporis,in ſua ſanitate manentis,in cõtrarijs

qualitatibus ijs,in qbus lapſum eſt corpus, ſi debet pfecte ſanari,Verbi gratia,cognito.n.iam ex priori canone, ꝙ medicamen debet eſſe cōtrarium in qualitate ipſi diſcraſię,addere oportet,ꝙ debet eſſe tale cōtrarium,quod ſit ꝓportionale magnitudini diſcraſię,aliter.n.nō eſſet verum contrarium,neq; pficeret ſanitatē bene, ſicut ſuperius pręmonſtratū eſt.Quare oportebit cauſam ſalubrē talis cōpoſiti lapſus eſſe frigidiorē decem numeris,ea.ſ.cā,quę tali corpori in ſua natura exiſtēti cōpetebat ad cōſeruationem:humidiorē aūt ſeptem : hæc.n.vere eſt ꝓportionalis magnitudini diſcraſię,quātum.n.lapſum eſt & corpus à natura ſua,tm̄ eſt & cauſa effectiua ſanitatis à cōſeruatiua talis corporis in ſua ſanitate manētis:quare tm̄ pōt agere,quātum corpus reſiſtere: ex quo accidet in medium venire,quod erat illius prima ſanitas. Quāuis aūt talem ꝓportionem cauſæ ſalubris ad diſcraſiam attēdi debere rōne cōuincamus,cognitio tñ huius ꝓportionis ſola habetur cōiectura:& experimēto magis,q̄ ratione,captatur. E

Manifeſtū eſt aūt hūc aſsignatū canonē eſſe ꝓprium diſcraſię factę,cōem aūt ſimplicis & cōpoſitę: ꝓpter quod ante in expoſitiōe primi canonis de cura diſcraſię ſimplicis ad maiorē cōmentationis claritatē dixeramus illum.

DVBITABIT aūt & hic aliquis,vtrum corpus humanū poſsit remanēte vita labi à ſuo tēperamēto verſus calorem vel frigus decē numeris:& vtrum qñq; per numerū intelligatur gradus:& quot ſint gradus in talibus lapſibus:& vtrum ſint diſcernibiles,ſicut gradus medicinæ:& vtrum ſint eis ꝓportionales. Et dicendū eſt,ꝙ corpus humanum cōparatione oīs alterius corporis elementati eſt temperatum inter quatuor qualitates,ſicut in ſumma de corporibus dictum eſt:quare omne aliud corpus ponit in gradu aliquo caliditatis,vel frigiditatis,vel humiditatis, vel ſiccitatis reſpectu illius : ipſum aūt ſolum eſt in medio qualitatum. Non eſt ergo verum,ꝙ ipſum ſit calidum & humidū in ſecundo gradu(ſicut opinatur Iſaac)quia tunc oporteret ita eſſe reſpectu alicuius alterius tēperatioris eo:hoc aūt non eſt reperiri. Quòd ſi diceretur tale reſpectu corporis exiſtimati in intellectu habere ęqualitatem à pondere & mēſura,tunc poſſet natura feciſſe aliquod corpus vicinius ei,q̄ ſit corpus humanū,ſ.illud, quod eſſet calidum & humidum in gradu primo reſpectu illius : ſed falſum eſt aliquod corpus cōpoſitum poſſe appropinquare ei magis humano:quare manifeſtū eſt,ꝙ nō eſt ponere ipſum in aliquo gradu qualitatū, ſed potius alia reſpectu illius:aut,ſi eſt in gradu reſpectu corporis ita intellecti,nō erit in gradu ſecundo caliditatis & humiditatis,ſicut dicit Iſaac. Aegritudinaliter vero labitur verſus excellentiā alicuius quatuor qualitatum, donec moriatur:inter ſanitatē aūt & mortē ſunt fortaſsis infiniti gradus,licet ſenſus nō pcipiat,niſi finitos.Nec eſt neceſſariū,ꝙ oīa corpora ante,q̄ ad mortē deueniant,tranſeant p ęquales & totidē gradus,quædā.n.tranſeunt p plures, quædā per pauciores,ſm ꝙ tēperamenta ipſorū naturalia viciniora vel remotiora ſunt ægritudini & morti,q̄ aliorum:p gradus aūt,& numerum idē ītelligo.Quot autē ſint hi gradus,ante,q̄ ad mortē deueniatur,ignoratur:nec tñ(ſicut diximus)ſunt ęquales in oībus. Verūtñ videtur mihi,ꝙ gradus talium lapſuum corporis ꝓportionales ſint gradibus lapſuum medicinę,lapſę à tēperata medicina,licet in corpore ponantur gradus in qualitate,in medicina aūt gradus in actione.Non.n.iudicat medicus medicinā calidā niſi ex hoc,ꝙ calefacit, nō ex hoc,ꝙ calorē in ſe habet dominantē ſupra corporis calorem,ſicut ſupra declaratum eſt.Sicut ergo medicina tēperata nō efficit in corpore humano effectum excedētem in aliqua qualitate,& dicitur ei illo mō proportionalis,ſic & calida in primo,ꝓportionalis eſt frigido in primo ſm cōtrarietatem:& calidum in primo,ꝓportionale eſt calido in primo ſm ſiītudinē:& ſic de alijs.Sicut ergo ſenſus diſtinguunt quatuor gradus in medicinis,ſic prius & principalius totidē diſtinguet in corpore ægritudinaliter labente,licet in ijs & in illis ſm veritatē infiniti gradus cōſiderari & intelligi poſſint,quare & ꝓportionaliter diſtinguētur.In corporibus autē naturaliter lapſis tres in genere diſtinguuntur gradus,ſ.gradus vt multum ſani,neutrius ſimplr,& ægri ſimplr:quorum cuiuslibet multa ē latitudo. Quare in lapſu cuiuſq; eorum naturali erit fortaſsis ponere multos gradus,ſicut in lapſis pręter naturā, nō tñ erit primus gradus caliditatis in ſanis de neceſsitate ęqualis primo gradui caliditatis ī ægrotis,imo nec oīo vnius ſani cum altero,neq; vnius ægroti cum altero,ſed differunt in hoc,ꝙ iſtorum graduum cōparatio in ægrotis eſt ad ſe ipſa ſana : in ſanis autē cuiuslibet trium generum eſt ad corpus optimē tēperatum,ita.ſ.ꝙ primus gradus caliditatis oīum ſanorum vt multum,eſt idē & æqualis ad ſe inuicē,& ſecundus neutrorum ſimplr,& tertius ægrorum ſimplr,ſed nō eſt idē ſanorum vt multum,& neutrorum ſimplr:neq; horum & ægrorum ſimplr.Gradus autē medicinarum reducentium talia corpora naturaliter lapſa cum gradibus medicinarum ſanātium corpora ægrota differunt p cōparationē diuerſam:nā reductiuarum gradus cōparant ad cōſeruatiuas illius corporis,ad quod ſit reductio:ſanātium aūt ad cōſeruatiuas illius eiuſdē corporis,quod ægrotat,cum ſanum erat. Accidit tñ ſibi inuicē eſſe eoſdē in natura & ęquales,ſicut aliqua ſanitas reducēda,eſt in ſe ęqualis alicui ægritudini ſanādæ : fortaſsis.n. Socrates factus qualis qualitate ſani Platonis ægrotabit:& factus qualis qualitate ægri Platonis ſanabitur,ſi ęgrotet. Quòd ergo Gal. exēplificat de lapſo decem numeris,nō eſt incōueniens,cum infiniti fere poſsint aſsignari ſm veritatē:Aut fortaſſis nec exemplum omnino quærit veritatem,quāuis ſm Hali poſsimus dicere quēlibet gradum tres habere manſiones,ſ.principium,medium,& finem,quę aliqualiter ſenſu diſcerni poſſunt,& numero nominari. Ex quo accidit exemplum eius ſignificare corpus in prima manſione quarti gradus:quare & ſic decē numeris labi poſſe ante, q̄ ad mortem deueniat,manifeſtum eſt.Sicut enim quartus gradus medicinæ calidæ adurit corpus tēperatum,frigidum vero ſtupefacit,ideoq; mortificant ambę, ſilr corpus ex cauſa ægritudinali diſcraſiatum ad quartum gradum,iam morti vicinum exiſtit,& talibus ipſi proportionalibus medicinis ſanandum. F G H cō.97.

Si igitur ipſi patienti parti adducas huiuſmodi medicamen,intantum ſit frigidius & humidius,inquantum partis patientis manifeſtatio pręcipit.In profundo vero poſita,quæ patitur, parte cōſiderare oportet huiuſmodi efficere ſalubre,vt nō cōtingat exolui ſecundū viam. Si igitur calidius eſſe oportet moderato, non tm̄ ſolum ſit calidius,quāto indiget paſsio, ſed ſupra modū apponatur id,quod propter poſitionē neceſſario aduenit. Si vero frigidius ſit,non ſimpliciter oportet tanto facere illud frigidius, ſed materiam Ant.

medicaminis

A medicaminis confiderare prius.Si enim pachymeres eft,non perueniet vfq; ad profundum multum:contrarium vero aliquando operatur fpiffans fuperficiem. Si vero leptomeres fit, pofsibile eft peruenire vfq; ad profundum plurimum.Ita vero & in humectantibus,& deficcantibus,pachymeres & leptomeres fubftantiæ medicaminis confiderandæ funt.

Leo. Si igitur ipfi particulæ patienti admoueatur tale remedium,tanto erit frigidius atq; humidius,quãtum exigit partis affectæ indicatio. Quòd fi particula affecta in penitioribus locis fita fit,machinari oportet infuper tale inuenire falubre remedium,cuius vis nequaq̃ in itinere antea foluatur. Si itaq; calidius effe oporteat eo,quod eft moderatum,non folum tantam habeat caliditatem, quantam exigit morbus,fed vltra eandem menfuram tantum adijciatur, quantum ex fitu,vt pertingere pofsit ad locum patientem,fit neceffarium.Si vero frigidius, non fimpliciter tantum frigiditatem oportet augere, fed & materia quoq; prius eft animaduertenda.Si enim craffa fit,non admodum poterit ad profunda penetrare,at potius cõtrarium præftabit effectum fpiffando fuperficiẽ atq; denfando:at,fi tenuioribus partibus conftet,poterit fane plurimum fubire profundum. Idem in humectantibus,atq; exiccantibus accidit,in quibus craffitudo,atq; fubtilitas partium fubftantiæ eft infpicienda.

B

Cõ.43. Cum dedit electionem quantitatis caufę falubris.f.gradus qualitatis per confiderationem quantitatis difcrafię, quia nec hoc adhuc fufficiebat ad perfectionẽ curæ,dat electionem eiufdem per confiderationem fitus membri difcrafiati,& dicit, SI IGITVR &c.i.igitur,fi medicina ita proportionalis in gradibus ipfi difcrafiæ, pofsit occurrere imediate membro difcrafiato in caliditate & ficcitate,ftabit canon prædictus inuariabilis,f.ꝙ intãtum debet effe frigidior & humidior ea,quæ tali corpori fano exiftenti æqualis erat, quãtum coniecturaliter præuidifti corpus lapfum effe caliditate & ficcitate, vt,fi decem numeris, decem numeris: fi feptem,feptem,ficut dictum erat.

Deinde dicit, IN PROFVNDO &c.i.fed,fi pars difcrafiata fit pofita in ꝓfundo,ita fcilicet,ꝙ fit tranfitus medicinæ ad eam per partes fanas,variabitur canon ille,nam oportebit prouideri,ne partes fanæ primo occurrentes medicinæ alterent eam à natura fua,& contingat virtutem eius,qua debebat membrum difcrafiatũ immutare ad fanitatem,exolui fm viam,per quam eft ei tranfitus. Quare oportebit non folum difcrafiæ proportionalẽ exhibere medicinam, fed & gradum qualitatis eius fuperaugeri, quantum eam contingat in vijs medijs alterari,ita.f.ꝙ perfecto tranfitu proportionalis occurrat.Et hic canon inuariabilis eft,cum ad morbum frigidum fuerit opportunitas calidæ medicinæ:& hoc intẽdebat,cũ dixit, SI IGITVR calidius &c. verbi gratia, fi renes difcrafiati fint in frigiditate duobus numeris,cum calida medicina tranfitura fit ad eos per os,& œfophagum,per ventrẽ,inteftinum ieiunum,venas meferaicas, hepar,& venam concauam,coniecturabile videtur(ficut dicit Hali)caliditatem

A quarūdam partium nō eſt ex priuatione materię,vnde eſt eis regeneratio(ſicut aliqui opinantur) ſed propter non poſſe naturam homogeneum generare ijs,quibus hoc applicat,ſicut poſt declarabitur. De opere ergo medici erit tale alimentum adminiſtrare ſm menſuram conuenientem,ſicut poſt dicet. Deinde,cum dixit os impoſsibile eſſe conſolidari propter duritiem, oſtendit,ꝙ,ſi molle fuerit,conſolidari poteſt, & dicit, MOLLE VERO &c.i. ſed os molle,quale eſt,quod in pueris exiſtit,propter propinquitatem ad natiuitatem,quæ ſub multa incipit mollitie,conſolidari poteſt fere, ſicut & caro,non quidem propter remanentiam virtutis ſpermatis(ſicut dicit Hali), ſed propter remanentiam mollitiei,qua fiunt extremitates aptę commiſceri & inuiſcari:adhuc autem,quia virtus aſsimilatiua prominentis vtrinq; roris ad faciendam vnitionem propulſi fortior eſt in talibus.

cōmē. 116. SED, QVONIAM adminiſtratio alimēti ad pori gñonem ſubito poſt fracturā infert timorē apatis,attendendum eſt,ꝙ adminiſtratio alimēti,de qua poſt locutus eſt,nō eſt faciēda mox,ſicut in ſimplici vulnere ſtatim cōſolidatiua apponimus,Sed in primis attenuāda eſt diæta,& phlebotomia,& vētris ſolutio inducēdæ,niſi aliqd cōtradicat,pſertim ſi rheumatiſmus ad locū fracturę timeat,queadmodum nos hoc docet Gal. in lib.de inge.ſanitatis:

lib. 6. ca. 5. poſt hoc aūt fracturā reddere ligabilē ex poro generādo p extremitatum coaptationē bonā. Aſpiciendū eſt igitur, quo modo fit oſsis fractura. Si.n.fit p latitudinē,tūc videndū eſt tibi,ſi mēbrum,quod fabricatū eſt ſuper illud os, cōtractum ſit,vel non:ſi.n.contractū,tunc partes fracti oſsis nō ſunt ſibi inuicem oppoſitæ. Siue ergo exuierit ad

B anterius,ſiue ad poſterius,ſiue ad dextrā,ſiue ſiniſtram os,oportet,vt ad ſuum locū reducatur,& replaſmetur: hoc aūt non fit ſine extēſione,& pulſione,quæ in paruis mēbris manu ſola fiunt,in magnis aūt manu & fune. Eſt ergo extenſio baſis reſtaurationis mēbri,quātitate qdem decenti facta,ne ſpaſmum vel mollitiē inferat,aut dolorē,aut apa. Cauendum eſt ēt,ne in extremitatibus fracti oſsis ſint quaſi dentes,& fruſta,quibus non decenter coaptatis in locis ſuis fiet ibi locus concauus,in quo putredo coadunatur,ex qua in longo tpe totum mēbrum putrefiet. Propter quod oportet partes fractas,& fortiter in diuerſas partes extēdere,& vnūquēq; dentē ad ſuum locū reducere: deinde ligamētum extendens paulatim laxare,vt dentes in ſuis locis coaptētur:& ſuauiter manu tangere,ne aliqd craſſum ibi remaneat,æquādo ſm quod poſſe eſt:poſt hoc aūt ligetur. Ligamentum aūt ſit mediocre,ſ.non nimis ſtrictum,qa dolorē gñat: neq; nimis laxū,quia mēbrum in ſua figura reſtauratū retinere nō valebit: ſit aūt ligamentū ex lato panno,q vtrāq; partē contineat. Incipiat ergo ab infirmo loco,procedens vſq; ad ſanas partes,hñs plumaciolos de ſtupa,vel cotto,ſm neceſsitatē coequationis mēbri. Sit aūt ſtrictior in loco infirmo,latior aūt,cū perueniet ad ſanū,vt humores exprimat ad locū ſanum,ex quo ſecurabitur ab apate. Expreſsio aūt ad ſupiora magis fieri debet,cū fuerit in pede vel in manu,qm ab his locis plus effunditur de humore ad locū infirmū. Iubeatur aūt poſt hoc quies ſub ea figura,qua infirmus longo tpe pōt tolerare,non.n.fit conſolidatio alicuius diſſoluti ſine quiete. Omni aūt die tertia ſoluatur ligamentū,ne ſiccitas mēbro,aut pruritus eueniat propter ligaturā,& cōſi

C deretur locus. Si.n.fuerit ibi pruritus,q conſueuit euenire propter coopertura & ſtricturā loci,præter ſolitū,phibentem vapores ab illo diſſolui & locū euentari, fomentetur locus cū aqua tepida,donec materiā rodentē cognoueris diſſolutā eſſe. Quòd ſi locus ex pcedēti dolore incurrat calorē & ruborē,ſuccurratur ei cū lana intincta in oleo roſato & aceto,donec ſit ſecuritas ab apate. Si aūt locus ex ligamento ſiccitatē acquiſiuerit,fomentabis ex aqua calida,donec locū inflari & rubere videris:qbus viſis abſcinde fomentū,ne id,quod attractum eſt, reſoluat: & conſtringe ēt tunc magis extrema ligaturæ circa partes ſanas,vt nutrimentū exprimat ad locū infirmū,ſi nimis macrū ſit,& nō econuerſo,ſicut fit,qn dubitamus apa in loco fracto. Cum aūt ſecurus fueris ab apate,quia locū videas minus carnoſum & minoris tumoris,appones aſtellas de ferula,vel abiete,vel palma,bene dolatas,ad rectificationem mēbri,& firmationē fracturę. In principio aūt nō oportet cū aſtellis cōprimere, cū apati ſit cauendū, Poſt hanc ēt ſecuritatem dabis cibos,& appones medicamina,de quorum natura eſt adiuuare ad gñonem pori:de quibus conuenienter fiet ſermo. Si vero fractura ſit in longitudine,coaptabitur & ligabitur p eundē modum, qui dictus eſt. Quòd ſi pars oſsis exterius egreſſa fuerit,interius fortiter eſt reducēda, & forti ligamēto cōſtringēda,vt maneat. Sed hic ſciēdū eſt,ꝙ,ſi fractura ſine vulnere cōtingat in oſsibus capitis,ligamēta,quæ diximus cōuenire fracturis aliorū oſsiū,non poſſunt fieri ibi: quare materiā ad locū venturā nō poſſumus cū expreſsionē p ligamentū factam ,phibere,nec eā,quę ibi eſt,expellere:quæ duo ſi nō fiant,ipoſſe eſt oſſa fracta ſanari,ſicut Gal.

D dicit fieri. Sicut enim,ſi os brachij fractū fuerit vſq; ad medullā,niſi ligetur(vt diximus)putrefiet medulla,deindē totū os(quod ēt plurimū euenire videmus ēt ipſo ligato,vt oportet,exiſtēte)ita multo magis contingit in oſsibus capitis,cum non poſsint ligari,vt oportet. Si ergo ligamento comprimi non poteſt,nec medicamen inuenitur aliquod,quod talem poſsit efficere actionem, oportet nos de neceſsitate locum fracturæ ab omnibus, quæ ſuper os ſunt,diſcooperire,vt poſsimus mundare & deſiccare putredinem,quæ ibi adunatur,donec ſecuri ſimus,ꝙ apa nō fiat:donec ēt locus quieſcere & cōuenienter deſiccari cœperit:quibus viſis incipiemus locum cicatrizare,& carnē in eo reſtituere. Iſta ergo ſunt medici opera præter naturæ opus,quæ adiuuant ad ligationem ſimplicis fracturæ,non cum vulnere compoſitæ. Hæc tm à nobis videntur adiecta,ſed à Gal. reticita,quia & ſimilium operū ſen-

ex. 48. hᵒ. tentiam prædixerat in cura ſolutionis partis carnoſæ. Conducere.n.in id ipſum:& cōducta conſeruare:&,vt nihil intercidat,prouidere:ſubſtantiam partis quoq; ſanam conſeruare ſunt opera,quibus indiget omnis ſimplex ſolutio continuitatis cuiuſcūq; membri:hæc autem ſimilia ſunt hic adiectis.

Ant. Raro vero eſt huius paſsionis generatio ſine complicatione alterius membri. Sæpiſsime enim circūpoſiti muſculi cum alijs corporibus compatiuntur fractis oſsibus. Itaq; & intentio curationis duplex eſt,altera quidem in oſsibus:altera vero in ijs,quæ circa ea,corporibus. Hęc quidem talis in carnoſarum partium diſpoſitionibus complicatis dicetur:de fracturis vero hic dicendum.

Leo. Sed perraro fit talis affectus, quin cum altero ſocietur, magna enim ex parte muſculi adiacentes vnà

corporibus

corporibus alijs,fractis ofsibus patiuntur. Quare & curationis intentio oritur duplex, quarum altera quidem circa ossa:altera vero circa corpora adiacentia versatur.Sed hæc quidem in carnosarum partium complicatis dicetur affectibus:nunc vero de fractionibus dicendum. E

Cum declarauit,ꝙ ligatio fracti ofsis est ex poro,ante,q̃ declaret,qualiter adiuuandum sit ad generationẽ pori, quia fracturæ proprium est secundum plurimum non solam esse,sed alijs componi morbis,ostendit,quibus intẽtionibus vtendum sit ad curam talis compositionis,& dicit, RARO &c.idest raro est generatio fracturæ sine cõpositione & pafsione aliorum membrorum : vt plurimum enim musculi,qui circũponuntur ofsibus, & venę,& arterię,& pãniculi,& huiusmodi inciduntur,aut atteruntur,cum ossa frãguntur. Deinde dicit, ITA QVE &c. i.igit intentio curatiõis huius morbi duplex erit,vna siquidẽ in osse,altera vero in corporibus circa ipsum collisis. Cõ.52.

Deinde,quia nõ erat huius capituli prosequi has intẽtiones,remittit ad sequens,cuius est illas explicare,& dicit, IN HAEC QVIDEM &c.i.& hęc duplex intẽtio habẽda in cura talis cõpositiõis morborũ dicet infra in sermone,in causis salubribus morborũ cõpositorum cũ solutiõe cõtinuitatis in parte carnosa:hic aũt de fracturis sermo cõplendus est. Sed,qm̃ ibi nõ exẽplificat nisi de cõpositione taliũ in parte carnosa,dicemus & hic nos,ꝙ,si attritio musculi acciderit cũ fractura in osse,oportet cũ ingenio restaurationis ꝑdicto intẽdere ad reductionẽ cõtinuitatis villorũ ruptorum in musculo.Sed,qm̃ talis attritio solet facere dolorem,dolor aũt prouocare rheuma,hoc aũt efficere apa,oportebit in primis phlebotomare & purgare, ẽt si corpus cõtingit mundũ esse,& ad cõtrarium trahere:dolorem tñ prius sedabis,qui resistit tractioni ad cõtrarium : deinde frigidis & stypticis emplastrabis festine, ante,q̃ sanguis ꝓperet ad locũ . Quòd si sanguis in loca soluta exiuerit, resoluatur cũ embrocis aquarũ calidarũ, & cũ medicinis carminantibus sanguinẽ mortuũ:aut cũ scalpellationibus,si profundus fuerit,ne in saniẽ conuertatur:post hoc aũt,locũ desiccabis solidatiuis & cicatrizatiuis medicinis,saniẽ in loco fieri ꝓhibẽtibus. Ligaturę aũt,quę administrant super attritionẽ, sint similes supradictis.Debent aũt fieri ante apationẽ loci,cum quibus ẽt festinet cõtinuatio embrocarũ:& figuretur mẽbrum ad superiora,sicut fit in fluxu sanguinis. Quando aũt apatur mẽbrum,nõ suffert nisi ligaturã equalem:propter quod oportet,vt medicetur tunc cum emplastris & embrocis. F

Si aũt fuerit cum fractura vulnus in carne,cõsiderandũ est,si vulnus sit supra fracturam,an non:si.n.non fuerit supra fracturam,incipiat cum strictura à duobus lateribus vulneris,& dimittatur vulnus discoopertum,sed tñ super ipsum sit tegmen ab aere.Si aũt fuerit supra fracturam,tunc ingenietur in figuratione stricturæ,ita vt sit posibile vulneri mũdificari ex omni latere:& separetur parumper à vulnere cum præparatione conueniente ad illud: & infundantur puluilli in vino styptico,& ponatur sup vulnus medicamẽ,quod oportet, ex consolidatiuis. Huic ẽt fracturæ medicinæ siccæ conueniunt,sicut dicit Hip. Si autem oportet aliquid de osse secari,quod reformari non potest,secetur illud ante restaurationem & curam vulneris, ſm ꝙ oportet. Hæc autem omnia latius dicta sunt in libro suarum chirurgiarum:hic vero in capitulo & conclusione,sicut attinet diffinitiuæ doctrinæ.

Quoniam vero & harum curatio est ex poro,vt vero hic fiat,proprij alimenti ofsis est opus,igitur oportet alimento superfluitatem ad pori generationem submitti naturæ.Superfluitas vero hæc & quantitate, & qualitate,moderata esse debet: propterea deductione indiget,talem & tantum influentem sanguinem ofsi præparante,ex quali & quanto fiat porus.Quoniam vero pertransit hic per foramina fracti ofsis,attendere oportet eius multitudinem & qualitatem,& ita vel sicciorem facere adductionem,vel magis humectantem.Quæ amplius in therapeuticæ facultatis literis dicta sunt. G Ant.

Quoniam enim harum sanitas callositate procuratur,vt callus generetur,proprij ofsis alimenti superfluitatem naturæ suggerere oportet. Hanc vero superfluitatem in qualitate & quantitate seruare modum est necessarium:vnde & ratio victus est adhibenda,quę tantũ ac talem influere ofsibus sanguinẽ præparet, qualis & quãtus generando callo sit opportunus.Quoniã vero per fracti ofsis cauernas idẽ effunditur sanguis,eiusdem qualitatem & multitudinem animaduertere oportet,atq; ita vel sicciorẽ,vel humidiorem victum instituere.Sed hęc oĩa in libris,in quibus de curandi ratione tractatur,plenius sunt explicata. Leo.

Cum declarauit duabus in genere intentionibus vtendũ esse ad curã morbi cõpositi cũ fractura,nõ quidem explicandis in hoc loco,nisi prius compleatur sermo de fracturis,redit ad ostendendum generationem pori,& dicit, QVONIAM VERO &c.i.sed,qm̃ curatio fracturarũ fit ex poro (sicut dictum est)hic aũt propter habere naturã ꝓpinquam formæ ofsis habeat fieri ex ipsius ofsis alimento(sicut ẽt supra dixerat)tunc, nisi addatur in nutrimẽto ofsis,nõ poterit ex solito eius alimẽto os nutriri,& porus generari:quare oportebit ad generationẽ pori addere in cibo ofsis per quantitatem,quã posit generari porus,nihil diminuto de ofsis alimẽto:& hoc intendebat,cũ dixit, Oportet superfluitatem submitti naturæ.Signũ aũt & hoc bene dictum esse,est,ꝙ in conualescentibus & cholericis tardatur pori generatio propter sanguinis paucitatẽ & subtiliationẽ in eis. Deinde,cũ dixit addendũ esse in cibo ad pori generationẽ,ostẽdit,qualis debeat esse additio,& dicit, SVPERFLVITAS VERO hæc &c.i.& hęc superfluitas & additio in cibo ofsis debet esse moderata in quantitate & qualitate, sed in quantitate propter duo, videlicet quia,si fieret additio multa illius,tunc aut æger eã digereret,aut nõ:Si.n.digereret eã,tunc porus supflue excresceret,faceretq; cõpresiõnẽ in lacertis:propter quod dixit Gal.in lib.ther.methodi,Sæpe inquirẽdum est porum,vt,si minus habere videat,in augmento cibi subueniatur:si aũt plus opportuno,subtrahat.Si aũt non digereret,tunc malis inde supaugmentatis humoribus,multis modis impediret.Ad hoc aũt de natura eius,quod nõ digeritur,est non spissum esse,sed tenue:nutrimentũ aũt tenue & aquosum non põt esse materia generationis pori, sicut nec nutrimenti ofsis,vt patebit.Debet ergo hęc additio moderata esse in quantitate,vt virtuti.s.proportione Cõ.53. H li.6.ca.5.

tur

A tur & poro, sed in qualitate moderata esse debet p hoc, aut ꝙ additus cibus fortasis habeat moderamen inter calorem, & frigus, humiditatẽ, & siccitatem, ne sit causa distẽperantiæ mẽbri, cuius est os: aut magis quia, sicut oportet addere in quantitate cibi, sed tñ moderate, ita oportet addere in qualitate cibi osibus homogenea, s. vt, cũ spissiorem & viscosiorẽ facimus tẽperato cibo, sed tñ moderate spissiorem, neq; sit ab illo improportionatus virtuti digestiuę, neq; poro inconueniens, neq; oppilationibus aptus. Sic ergo in quantitate & qualitate debet habere additionẽ moderatã, vt virtuti qdem ꝓportionetur & poro. Sæpe. n. nil mali patitur stomachus, & tñ digerere non valet, sicut Gal. dicit sexta particula de mor. & acci. quod contingit (sicut dicit) aut ꝓpter abundatiã superfluã cibi, aut pessimam eius qualitatem, qbus iproportionalis existit corpori & virtuti. Licet ergo, indigeat pluri cibo, non tñ transeunti ꝓportionem ad virtutẽ: licet ẽt, indulgeat spisiori, non tñ tantã habente spisitudinem, ꝙ oppilet.

ca. 1. in pri. capituli.

Deinde, cum dedit, qualẽ oporteat esse additionẽ cibi in quantitate, ordinat ad hoc sicut cõcludens, qualẽ oporteat esse oblationẽ cibi, & dicit, PROPTEREA & c. i. &, quia sic debet esse moderata additio in quãtitate & qualitate, propterea indiget pori generatio oblatione cibi tñ & talem sanguinẽ osi præparante, ex quanto & quali fiat porus nil diminuto de osis nutrimento: superadditio. n. tñ & tale pręparans moderata erit. Scias aũt hic, ꝙ aliter nutritur os, & alitet caro, ex sanguine. Caro. n. propterea, ꝙ eius cõplexio sanguini est propinqua, non indiget multis conuersionibus cõuertere sanguinem ad hoc, vt ipso nutriatur, sed continuo, cũ sanguis ei occurrit, in
B ipsam conuertit: Os vero, quia eius cõplexio à cõplexione sanguinis multũ est remota, si debeat ex sanguine nutriri, oportet, vt multis mutationibus ordinatim cõuertat in eius siĩitudinem: propter quod natura fecit osi foramẽ, in quo alimentũ eius tanto tpe mouetur, ꝙ in siĩitudinem eius transire posit: quod carni nõ fecit. Post aũt ostẽdamus, ex quanto & quali sanguine fiat porus. Dico ergo, ꝙ, cum fiat ex nutrimento osis, oportet nutrimentum osis augeri, sicut dictum est: ergo ex pluri sanguine, q̃ os pro sui nutrimẽto requirat, osi qdem exhibito fiet porus: ergo oportebit in toto sanguine augmentũ facere p oblationem copiosi cibi bene nutientis. Item, cum nutrimentum osis sit spissum & terrestre, sibi vnigeneum in natura, ex eo aũt, quod supfluit de illo nutrimẽto, habeat fieri porus, de spisso sanguine fiet porus. Quoniã quoq; porus habet extrema dura fracti osis, quod ipose est fieri nisi à viscosa materia, ex viscoso sanguine fiet porus. Ergo oportebit addere spisitudinẽ & viscositatẽ in sanguine, hoc autẽ fiet p exhibitionẽ ciborũ aptitudinem habentiũ ad talem sanguinẽ. De quorũ genere est panis de simila recenter factus, & sorbitio de tritico facta cũ aqua plurima, donec sit, sicut puls: Ex aĩalibus caro porcina, & vitulina, caro quoq; annualis agni, & gñaliter pedes, & capita, & ventres, & cutes aĩalium, & vinum crassum stypticum: Et ex fructibus castaneę, & hmõi, quę ad pori gñationem docentur exhiberi. Cauendum est aũt & tunc omne, quod subtiliat sanguinẽ, & calefacit sanguinẽ, & ꝓhibet ipsum coagulari, sicut vinũ subtile, & res cõfortantes valde, nisi oporteat porũ diminuere, vel circa vulnus vel apa ꝓuidere, sicut Gal. dicit. Sed, qm̃ ad talem additionẽ cibi frequenter apparet indigestio stomachi, hepatis, & venarum, cõsideret medicus (sicut monet Hali) & egestionẽ, & vrinam, ex qbus addiscat illud, & addat quandoq;, & minuat quandoq;, sicut oportebit, succurẽs qdem ad illud

cõmẽ. 119.

C cũ confortatione digestionis, cũ ablatione ciborũ, quorum nutrimentũ sub parua quãtitate fit multũ, quales sunt assaturę, & hmõi. Deinde, qa iste sanguis submissus naturę ad pori gñonem, cũ deuenerit ad mẽbrũ, cuiusmodi est os fractũ, si fuerit minus, vel vltra, q̃ oportet: aut alterius qualitatis, q̃ mẽbro cõueniat, alterat ipsum ac ẽt porũ, ostẽdit, qũo hoc cõsiderandũ, & qd sit faciendũ, & dicit, QVONIAM VERO & c. i. sed, qm̃ hic sanguis, quẽ submittere oportet naturę ad gñonẽ pori, trãsit ad locũ fracturę p cõcaua foramina fracti osis, ad quę nõ est deuenire nisi p venas mẽbri, cuius est os, & vl̃r p totum ipsum organicũ mẽbrũ, oportet attẽdere multitudinẽ & qualitatẽ submisi sanguinis: &, si fuerit vltra, vel citra, q̃ oporteat, ipsum adęquare. Multitudinẽ aũt, quę excedit mẽsurã, quę est decẽs, attendes p supfluum excrementũ pori, & tumorẽ totius mẽbri organici, cuius est os: qbus cõparatis facies deductionẽ minorẽ in cibo: Cõtrarium aũt attendẽs ex cõtrario: quo cõparato facies cõtrariũ: & hoc qdem tacuit vt manifestũ. Qualitatẽ ẽt sanguinis attendes p cõsiderationẽ ẽt eiusdẽ mẽbri organici, cuius est os fractum. Si enim post regimẽ, quo tu regis ægrũ, mẽbrum fuerit decliue ad humiditatẽ, facies deductionẽ cibi siccìorem: si vero ad siccitatẽ, facies humidiorẽ, nõ qdem intentione faciẽdi os durius vel mollius, quod ꝓpter sui naturalẽ soliditatẽ non põt illud cõsequi, quãtum ad sensum, (sicut diximus in sũmma de signis) sed intẽtione reuocãdi mẽbrũ organicũ, cuius ẽ os fractũ, ad naturã suã, siqñ vsu regiminis supradicti exiccatũ vel humectatũ fuerit. Volebat ẽt
D p deductionem, nõ solũ eam, quę cibi, sed eã, quę fomentorũ, & ligaminũ cõpetentiũ ad humiditatẽ & siccitatem mẽbri adimendã vel remouendã ẽm modũ, quẽ superius diximus. Deinde hæc oĩa sicut in capitulo & cõclusione tractata relinquens, adiecit, vbi sint querenda, latius explicata, & dicit, QVAE AMPLIVS & c. i. quæ oĩa amplius, q̃ hic, pertractãta sunt in doctrinis therap. methodi. Est autẽ & hic sciendum, ꝙ ad gñonem pori adiuuãt non solũ cibi & regimẽ supradictum, sed ẽt medicinę eodẽ loco emplastratę. Quia. n. porus habet ligare extrema fracturę osis, oĩs medicina, quę inuiscat & cõstringit, si aliqd caloris habuerit, adiuuabit in augmẽto huius materię, ex q̃ porus efficit: quę aũt est dissolutiua, diminuit eã, si nimiũ excedat: custodiẽs aũt eã ẽm modũ est medicinã cicatrizatiua, sicut dicit in lib. de ingenio sa. Reminiscendũ aũt hic, ꝙ eo canone, quo in capitulo signorũ sumptorũ à musculis vsus est ad signũ, hic vtit ad causam. Dixerat. n. ibi, ꝙ humiditas nutrimẽtalis cõtenta in medijs regiõibus mẽbrorũ cõsilium ẽm multitudinẽ & paucitatẽ sui, tenuitatẽ & spisitudinẽ, demonstrat partẽ esse humidã vel siccã. Sed, qm̃ nõ solum facit videre humidã vel siccã, sed & causat talẽ, tñ nec hoc nec illud valde apparet circa partes solidas & primas, ideo dixit ibi, ꝙ ipsas corporis partes vere solidas & primas, sicut ossa & hmõi, nõ est posẽ p talẽ humiditatẽ in eis cõtentã, q̃tũcũq; fuerit tenuis & multa, facere apparere, vel esse humidiores q̃tum ad sensum, ꝓpter id, qd ibi diximus. Reliquas aũt partes posẽ est & humectare & siccare p illã viã, qa (sicut ibi dicit) licet medicis replere illas medias regiões humiditate sibi vel disisi ad ipsas ptes ꝓpter deductionẽ talẽ cibi aut talem. Propter qd ibi ꝓmisit se dicturũ istũ canonẽ cõem oĩs ptis i sanarũ & ęgrarũ carũ doctrina, qd qdẽ executus est.

lib. 6. ca. 5.

Nerui

Nerui vero & tenōdos punctura propter plurimum ſenſum,& propterea,ꝙ continua eſt ad principiū Ant. particula,parata eſt aduocare ſpaſmos,& maxime cum non reſpiret ad exterius,excæcata cutis perforatio- E ne.Hanc igitur aperire oportet & exiccare ſubſtantia leptomeri, pertranſire potenti ad profundum,vſq; ad perforatum neruum. Dictum eſt autem & de hoc perfecte in therapeuticę facultatis literis.

Nerui vero & tendonis punctura propter ſenſus vehementiam,& quoniā hæc pars principio continua Leo. tur,prompta eſt ad neruorum conuulſionem excitandam,ac tum præſertim,cum nihil extrorſum expirat obcęcato cutis vulnere. Aperiendū eſt igitur atq; exiccādum ſubſtantia tenui,quæ vſq; ad ima nerui offenſi poſsit penetrare. De his vero exacte diximus in libris de arte medendi conſcriptis.

Cum declarauit cauſas ſalubres ſimplicis ſolutionis cōtinuitatis in mēbris mollibus & duris,declarat cauſas ſa- Cō.54. lubres ſimplicis ſolutionis cōtinuitatis in mēbris mediocribus,ſ.neruis & chordis , vt ex his tribus generibus mēbrorum habeant in capitulo & concluſione cauſæ ſalubres ſolutionis continuitatis in oībus mēbris. Et,quia taliū mēbrorum punctura eſt magis ſimplex ſolutio cōtinuitatis,quæ in eis cōtingere poſsit, propter locari in ꝓfundo corporis,ad quod nō attingit ſolutio ſine ea,quę ſuperſtantiū mēbrorum,quāuis & cū hac ſit modica ſolutio continuitatis cutis & carnis non faciens læſionē,de qua ſit curandū, Ideo de ea ſicut in exēplo oſtendit cauſas ſalubres, F & dicit, NERVI VERO & c.i.ſed punctura nerui & chordæ cū ſtylo,vel acuto gladio, & ſiſibus facta,parata eſt inducere ſpaſmum propter duo,ſ.propter habere has particulas plurimum ſenſum,& propter cōtinuari ad principium,ſ.cerebrum. Et volebat p tenōdos,chordam:per neruū aūt,eū,qui ſenſibilis,nō qui motiuus tm̄. Influitur aūt frequēter per eūdem neruū ſimul ſenſus & motus,ſicut dictū eſt ſupra: habet aūt plurimū ſenſus,quia neruus aut eſt organū tactus,aut principalior pars in organo. Chorda aūt,nerui habet virtutem,ex quo contingit dolorem magis ſentire,& ex hoc magis refugere,quod lædit,& inde magis cōtrahi & ſpaſmari,nō quidem,ꝙ contractio nerui ſenſibilis,ab eo,ꝙ ſenſibilis,tm̄ ſit ſpaſmus partis,cum ſpaſmus ſit læſio in motu,& non in ſenſu;ſed aut quia ipſe idē ſit ēt motiuus,aut quia p puncturam eius totus lacertus cōtrahitur. Continuatio aūt harum ad cerebrum,ex quo exhauritur eis ſenſus & motus,efficiet ſpaſmum propter cōpati cerebrum , & inde alios neruos,q ab eo oriuntur. Non.n.eſt intentio Gal.ꝙ ſpaſmetur ſolus neruus punctus,qa ad hunc ſpaſmum nō adiuuaret cōtinuatio nerui ad cerebrū,ſed ꝙ ſpaſment ēt alij nerui propter cōpati ipſorum ad puncturā vnius: quod qdem ita fieri videmus. Ex quo qdem notabile eſt,ꝙ,cū nerui oēs cōpatiātur ad puncturā vnius,nō fiat aūt hoc propter oēs ramificari ab vno,ſicut venæ,oportet illud eſſe ꝓpter continuari oēs ad aliquod principiū,vnde trahunt originem & virtutē:cum aūt hoc non ſit niſi cerebrū,oportet,ꝙ cerebrum ſit,ſicut radix eorū. Adhuc aūt,ſi ſenſus cōtrarię cauſę in vno facit cōpati oēs per medium cerebrū,oportet medium cerebrū eſſe principiū,vnde influitur G eis ſenſus & motus. Senſibilis ergo neruus,cū doluerit,facit ſibi participes in dolore & cōfratres ſicut per patrem cerebrū continuos exiſtētes,& eiuſdē fere ſubſtātiæ. Et eſt hic notatione dignū,ꝙ punctura nerui ſenſibilis,qa facit cōpati alios neruos in ſenſu,ideo facit ſibi cōpati in motu,quo qdem refugit,quod lædebat,vt oēs,qui hunc refugiunt motū,patiant ſimul cū cerebro ſicut excutere à ſe conātes nociuum. Neq; ēt minus attētione dignū, ꝙ punctura nerui motiui nō inducit ſpaſmum,eo ꝙ carens ſenſu nō cōtrahit,ſicut refugiens nociuū. Adhuc aūt, quia non eſt doloris ſuſceptiuus,nō tranſmittit participiū doloris p medium cerebrum ad confratres,ſed,ſicut ſpectantibus nobis apparuit in eo,q apud ſpinam acuto gladio punctus fuit,punctura ipſius induxit paralyſim,non qdem mēbris,quæ motū recipiunt ab alijs neruis,ſicut non cōpatientibus illis,ſed ijs mēbris tm̄,ad quę extendit neruus puncturę:induxit aūt eam in illo ſubito apud pedes & crura,ſicut ſubito īpediens tranſitū virtutis motiuę per illum. Idem aūt & hoc facit ipſius reciſio,atq; ſpinalis medullæ,nullo modo cōpatientibus,quæ ſupra ſunt,ſ. cerebro,nec alijs neruis,ꝓpter illud,quod dictū eſt. Poſt hoc aūt ſciendū eſt,ꝙ iſta duo,ſ.plurimus ſenſus nerui & chordæ,& continuatio eorū ad principium,nō ſolū adiuuāt prouocationē ſpaſmi apud puncturā ipſorum, ſed apud magnas ſciſſuras, niſi qn̄ totaliter fuerint reciſa ſm latitudinem:in qbus non eſt timor ſpaſmi propter iam nō continuari cerebro neruū illum infra locū reciſionis, quare nec ſenſum ab illo recipere, igitur nec dolere,nec cōtrahi partē ad ſuperiorē propter nō habere continuationē ad lacertum,nec habere cęcitatem perforationis,ſeu dolorē ſtimulantē,qualis eſt,qui à puncturis. Sed punctura nerui & chordæ adhuc aliā habet proprietatē pro- H uocandi ſpaſmum ab alia malitia,in qua cōicant reliqua,quā ſubiunxit,dicens, ET MAXIME & c.i.& maxime punctura parata eſt propter illa duo prouocare ſpaſmū,quia in tali punctura ſordities generata intra conſtringitur,nequiens euadere ꝓpter cęcitatē pforationis cutis & carnis:hoc aūt auget ſtimulationē & dolorem , quare & citius prouocat ſpaſmum:hæc aūt ſicut tertia cauſa coadiuuans propria eſt puncturę,& non aliarum inciſionum.

Quoniā ergo punctura nerui & chordæ periculoſa eſt timore comitantię ſpaſmi,prius indigebit regimine doloris eum ꝓuocantis. Adhuc aūt,& ſi ſpaſmus acciderit poſt feſtinatam conſolidationem puncturæ iam quidem abſente dolore,indigebit & regimine ſpaſmi ipſius:propter quod de ſpaſmo pauca diſſeramus.

DICO ERGO, ꝙ ſpaſmus eſt accidens in virtute motiua voluntarie , & dicitur malus motus lacertorū,quia inuoluntaria retractio eorū verſus principium ſuū cum inobedientia dilatationis. Organum.n.voluntarij motus eſt lacertus:principalis aūt in eo particula,cui principaliter debetur actio,quæ eſt motus,eſt neruus: eius aūt ortus à cerebro eſt,ſicut à principio:ergo principiū lacertorum,gratia nerui,cerebrū exiſtit:quare verſus ipſum eſt contractio lacertorū,gratia neruorū ad ipſum retractorum,apud ſuas læſiones. Ad ęgritudines ergo nerui neceſſe eſt lædi actiones lacerti. Sed neruus, & vl̄r omne neruoſum videt contrahi ꝓpter duo(ſicut dicit Hip.)ſ.repletione & inanitione:quod in corrigijs apparet. Si.n.in aqua infundantur,repletæ humido contrahuntur,i.longitudine diminuuntur,qa latitudine creſcunt:ſi aūt igni approximentur,finita tunc earū humiditate cōtrahuntur in ſe ipſas,

tàm

A tam in longitudinem q̃ latitudinem diminutæ. Hoc etiam in musicorum organorum chordis videmus: nam, si extensis existentibus ponantur in domo humida, aut in aere siccissimo, rumpuntur: quod ideo contingit, quia aut magis repletę, quod qdem ab humiditate aeris euenit: aut quia magis inanitę, qđ ab aeris siccitate cõtingit, in breuius contrahuntur: quo nõ dimisso rũpuntur: propter quod musici, cũ reponunt organa, fibria laxa dimittunt.

SED INVESTIGEMVS hic, vtrum inanitio & repletio sint morbi, an causæ morbi: vtrum quoq; oẽs causæ spasmi & talis contractionis ad has reducant(sicut visum est Hip.) vt nil.s. possit esse causa spasmi, nisi inaniat, vel repleat neruum: ex hoc.n. notũ fiet, vtrũ sint morbi, vel causæ morborũ. Dico ergo, ꝙ videntur esse morbi apud Hippocratem, & Galenũ sibi cõsentientẽ. Quicquid.n. ĩmediate lędit operationẽ, est morbus: sed inanitio nerui, & repletio apud eos ĩmediate, siue per se, inducũt spasmũ, quod est læsio operationis: ergo sunt morbi. Galenus ẽt sup illo aphorismo, Spasmus ex helleboro mortale. dicit, ꝙ oĩs spasmus est ex inanitiõe, vel repletione, cõsentiens Hippocrati in illo. Et, cũ obijcit eum nõ dixisse spasmũ ex mordicatione & punctione facta ab aliquo circa membra neruosa, soluit per hoc, quod dicit, ꝙ res pungitiua & mordicatiua, desiccatiua est & inanitiua. Adhuc autẽ siccitas nõ videtur spasmare nisi p hoc, ꝙ inanit: nec humiditas nisi per hoc, ꝙ replet: signum cuius est, quia, si humiditas fuerit nõ repletionalis, sed qualitatiua tm̃, non spasmabit, quãuis cõcomitent̃ se inuicẽ inanitio & siccitas, repletio & humiditas. In oppositum aũt huius videt̃, ꝙ inanitio & repletio sint de causis cõmunibus sanitatis &
B ægritudinis(sicut oẽs asserunt medici) in numero sex rerũ non naturaliũ contentæ: sed causa nõ lædit operationẽ nisi mediante morbo, quẽ inducit: quare videtur, ꝙ inanitio & repletio inducant spasmũ, quia exiccent & humectent neruum: siccitas aũt & humiditas p se faciant illum: cui cõsonare videtur, quòd Princ. vocat spasmum humidum, spasmum siccum. Quare spasmabit ẽt inanitio, quia exiccat: repletio vero, quia humectat. Adhuc aũt frigidum videtur spasmatiuum pter ꝙ inaniat vel repleat, s. cõstrictione & adunatione quadam lacerti, iuxta aphorismum Hippo. Frigidum vero spasmos & tetanos &c. Adhuc aũt & oĩs fuga nerui ab eo, quod lædit, videtur species quędam spasmi: & tñ non omne lædens neruum est inaniens vel replens ipsum, vt punctura, quæ à stylo.

Adhuc aũt singultus à comestione piperis eueniens spasmus quidã est stomacho, sicut Gal. dicit. Ait enim, ꝙ, si comederit quis piper, & post potauerit vinũ subtile cũ aqua calida, cadit statim in singultũ propter trãsduci piper à vino in substantiã stomachi, & mordicare illã: sed ĩpossĩe est piper sic subito inanisse substantiã villorũ stomachi, ꝙ ab hoc fit ei necessaria cõtractio eueniens, spasmus.n. siccus nõ fit subito: ergo cõtractio, quæ tunc apparet, euenit ei aut sicut naturæ fugiẽti, aut sicut excutere à se desideranti, quod lædit. Similis ẽt huic videtur esse spasmus eueniens ex mordicatione cholerææ prasinæ in ore stomachi. Adhuc aũt epilepsia, quæ est spasmus v̄lis, cũ non possit ab inanitione & siccitate causari, eo ꝙ subito euenit, inanitio aũt est spasmus post tẽpus tm̃: & quia cerebrũ non põt consequi ex siccitate, vt spasmetur, quin prius homo moriatur, oportet(sicut dicit Prin.) ꝙ eueniat aut à repletione, aut à contractione & fuga cerebri, ꝑpter rem ĩpedientem. Erit ergo(sicut dicit) causa eius aut repletio,
C aut contractio cerebri ad expellẽdum nocumentũ, quod est aut vapor, aut qualitas mordicatiua, aut humectatiua malæ substantiæ, aut venenosę: repletio aũt est aut ab humore, aut vento, oppilãtibus ventriculos cerebri. Fit ergo qdam modus epilepsię propter contractionẽ cerebri ad expellendum nociua, & huius generis est sternutatio, quæ qdem est parua epilepsia: sicut epilepsia, fortis sternutatio. Non ergo oĩs spasmus videtur ab inanitione vel repletione neruorum & lacertorũ, sicut videbatur Hippocrati. Nos aũt dicimus ad hoc, ꝙ inanitio & repletio sunt ĩmediate & p se causæ alicuius spasmi, verũtamen non cuiuslibet: & ꝙ siccitas & humiditas non spasmant nisi per hoc, ꝙ inaniunt & replent, sicut dicebatur: sed spasmus à frigore nõ videtur de inanitione & repletione contingẽs, contrahit.n. frigus, extensa nõ replens nec inaniens. Quòd si diceret quis, frigus est cõstrictiuum humidi in ꝓfundo, & propter hoc repletiuum, Posset quis sicut repellens hoc ab opposito, dicere, ꝙ silr est expressiuum humidi à profundo, & p hoc inaniens. Propter hoc melius est dicere, ꝙ, sicut dilatat calidũ p motum ex centro, sic contrahit frigus p motum ad centrum. Spasmus ẽt eueniens ex mordicatione aut punctura nerui non est dicendus ex repletione vel inanitione, maxime cum ipse non accidat in neruo mordicato & puncto tm̃, sed in alijs. Non.n. possumus dicere, ꝙ talis mordicatio vel punctura subito exiccet & inaniat totius corporis neruos, aut propter dolorem sic subito attrahat, & repleat eos humiditatibus. Propter quod melius est dicere talẽ spasmũ esse sicut fugã quandã lædentis, aut ĩpetuosam quandã contractionẽ ad expellendũ nocumentũ: quæ quidem nõ solum accidit
D apud neruum mordicatũ & punctum, sed apud oẽs alios, propter colligantiã in dolore: condolent.n. sibi inuicem sicut colligationẽ ad se inuicẽ habentes p medium cerebrũ: verũtamen, si dolor pseuerẽt, non est dubiũ, ꝙ attrahit repletionem & aꝑa, & fiet ab hoc spasmus ex repletione. Post hæc aũt ad contrarietatẽ inductam de inanitione & repletione dicemus, ꝙ inanitio & repletio aliquo modo sunt causæ, & aliquo modo sunt morbi: possunt.n. considerari dupliciter, s. aut à parte eius, quod retinetur & euacuatur: aut à parte cõcauitatis & receptaculi continentis illud. Si.n. consideratur à parte eius, quod replet & inanit, quod est humor aut spũs, quorum neuter põt pati morbum, vel esse morbus, tunc, si ex eis p eorum præsentiam vel absentiã causatur mala dispositio in mẽbris, principaliter lædens opationem, tũc sunt causæ morbi: si vero considerantur ex parte cõcauitatis & receptaculi inaniti vel repleti, tunc repletio & inanitio possunt esse morbi. Sunt.n. quatuor gña morborum in concauitate, sicut dicit Princ. Aut.n. constringitur cõcauitas, sicut ventriculi cerebri apud epilepsiam: aut dilatatur, sicut testiculorũ folliculus: aut oppilatur & impletur, sicut ventriculi cerebri apud apoplexiã: aut euacuatur, sicut euacuatur ventriculus cordis à sanguine & spiritu apud gaudium pniciosum. Talis inanitio & repletio sic cõsideratæ, cum per se sint lædentes opationẽ mẽbri, cuius est cõcauitas, morbi sunt. Et hac consideratione inanitio & repletio nerui totiusq; lacerti, licet in eis nõ sint cõcauitates præterq̃ insensibiles, pñt eẽ morbi, p se qdẽ causantes spasmum, seu morbũ.

DVBITABIT AVTEM aliquis ex hoc, quod dicit neruum & chordã habere plurimum sensum: videtur.n. innuere, ꝙ alia sint mẽbra minoris sensus. Sed, si neruus est organum sensus tactus, sicut est crystallinus organum

visus,tunc,sicut nullo alio membro videmus nisi crystallino, ita & nullo alio tangimus nisi neruo sensibili.Sicut quoq; nõ attribuitur videre albugineo nisi sicut mediatori & iuuamentaliter deseruienti ad visum,ita nõ attribuitur tangere carni aut alteri mẽbro,sicut pãniculo,nisi sicut mediatori & iuuamental'r deseruiẽti ad tactum. Quare videbit nullũ mẽbrũ esse minoris sensus tactus,cũ nullum sit,cui tactus possit attribui ꝑter neruũ. Nisi esset,ꝙ hoc põt ab eo dici nõ respectu alterius debilius sentiẽtis, sed respectu sui ipsius in se sentiẽtis sensibile tãgibile,nõ sicut ĩmediate positũ sup ipsum,sed p mediam carnẽ,vel aliud quodcũq; mẽbrum,qa tũc debilius ĩprimit à tangibili,q̃ si sine medio ĩpresionẽ ad ipsum deferẽte tangat.Quare plurimũ sentire erit ꝓpter plurimũ imprimi:& penes hũc modũ,qa simul ĩpressis medijs absq; distinctione tpis accidit principale sensisse,accidet medico,quẽ apparentia sola manuducũt,cogitare,ꝙ talia media in tactu sentiant: quod qdem & Galenũ cogitasse putamus: Aut,si oportet dicere,ꝙ sentiunt,tunc neruus eorum respectu plurimum sentit propter habere virtutem magis vnitam. E

SED HIC SVPERACCIDIT dubitatio maior ea,quę dicta est:videtur enim,si neruus est organũ tactus(vt capitulo de signis cerebri visum fuit)ꝙ neruus punctus sentire nõ possit,sensibile.n.positũ super sensiterium non facit sensum,sicut dicit Philos.in secundo de aĩa:vt si aliquis ponat corpus album sup pupillam,non videbitur:sed manifestũ est,ꝙ neruus sentit illud,quod sine medio deferente eũ pungit:quare aut sentẽtia Ari.ꝙ sensibile positum sup sensiterium nõ facit sensum,falsa erit:aut neruus nõ erit organũ tactus. Quãuis ergo hæc dubitatio sit naturalis artificis potius,q̃ medici,laborandum tñ est circa eã venire ad veritatem iuxta mẽsuram nostræ sciẽtiæ. tex. cõ. 75. F

Dico ergo de organo tactus multã esse altercationẽ inter peripateticos.Dicit.n.peripateticorũ Princeps Aristoteles philosophorũ summus, ꝙ organũ tactus nõ est caro,cõcludens illud ex hoc,ꝙ nullũ sensibile positum super sensiterium facit sensum:sed tangibile positũ supra carnẽ sentit: ergo caro nõ est sensiteriũ tactus. Dicit ẽt,ꝙ fieri mox sensum,cũ tãgitur caro,nullũ signũ est carnẽ esse organũ tactus,cum hoc idẽ contingat,si pelliculã aliquam extraneã circũducas carni,nec tñ illa pellicula circũdata est organum tactus. Quare dicit organũ tactus intus esse, non tñ dicit ipsum esse neruũ,licet nos ex verbis ipsius in libro de partibus aĩaliũ,cũ de signis cõplexionis cerebri cõmẽtaremur,cõuicerimus neruũ esse: Carnẽ autem dicit mediare in tactu,latere aũt nos,ꝓpter cõnaturalem esse nobis,etenim,cum in aqua tangimus,latet,quod p mediam aquã tangimus,quãuis nec aqua cõnaturaliter nobis aptetur:tangimus.n.p carnem sicut p medium,quẽadmodum videmus p aerem sicut per mediũ:in hoc tñ differt (vt dicit)ꝙ in alijs sensibus patitur organũ à medio:in hoc aũt nõ à medio, sed simul cum medio,sicut p clypeum pcussus:non enim,q percussit,clypeum prius pcussit,sed simul clypeum & clypeatum. Vult ergo omnem sensum fieri p medium:quod Auerrois,hunc locũ pscrutans,ꝓbat in hunc modum.Isti tres sensus,s.visus,auditus,& odoratus,de quibus confessum est p medium fieri,aut indigent medio,quia sensibile est ab eis remotum:aut quia impossibile est ipsos recipere suũ sensibile siue sua sensibilia,nisi sint prius recepta in medio:sed ĩpoſe est(vt dicit) sensus indigere medio propter sensibilia esse remota à sensibus, quia tunc sensibilia posita super organa sentirentur, quod falsum est: ergo manifestũ est,ꝙ indigent medio ꝓpter ipsum sentire tm̃,s.vt sensibile melius transferat ad sensum p medium.Sed hoc accidens non põt attribui vni eorum essentialiter tm̃,cum sit cõmune eis tribus:quod autẽ est cõmune aliquibus,nõ est eis cõmune nisi ꝓpter aliquã cõmunem naturã participatã ab eis: sed nulla natura est eis cõis,nisi hæc,ꝙ sunt sensus:ergo indigentia medij ad sensum est eis in hoc,ꝙ sunt sensus, & non ꝯm ꝙ quidam sensus:ergo oĩs sensus indiget medio.Propter quod dicit,ꝙ organum tactus est neruus: caro aũt mediũ: Quare accidit sup eum dubitatio supradicta. Sed hoc non placuit multis peripateticis,videtur.n.aliquibus tale organum esse caro tm̃.Dicunt enim,ꝙ recipiens debet esse priuatum natura recepti,esse tñ tale potentia,quale illud est in actu:propter quod & medium & organum oportet esse priuatum qualitate,quã recipit,vt patet in visu: nõ.n.solum aerẽ oportet esse incoloratum,sed & crystallinum: & in auditu sil'r non solum aerẽ exteriorem absonum esse,sed & eum,q est in aure collocatus, & totã auris concauitatem,& neruum expansum in illa. Cum ergo organum tactus sit susceptiuum primarũ qualitatũ,caliditatis,frigiditatis,siccitatis,& humiditatis,oportet de necessitate esse priuatum illis.Sed priuatur aliquid talibus qualitatibus duobus modis,vt dicunt:nã aut priuatur absolute,aut ab excellentijs earum. Sed primo mõ nullum mẽbrorum corporis põt illis priuari, cum corpus aĩalis cõstet ex calido,frigido,sicco,& humido:secundo autẽ modo possibile est,ꝓpter reductionẽ ipsarum ad medium. Cum ergo nullum mẽbrorum corporis cõsecutum sit medietatẽ in cõplexione,quam consecuta est caro,dignius oĩbus ipsa erit organum tactus:nos.n.non sentimus æqualiter calida & frigida,vt est nostra caro, sed excellentiora,quasi medio existẽte,discretiuo extremorum,quia facile conuertibile est ad vtrũq;: debet.n.iudicis declinatio æqualis existere ad vnãquãq; extremitatum ideo,vt egressum à mediocritate percipiat. Alij autẽ dicunt,ꝙ non caro simpl'r,sed caro neruosa est organum tactus:hoc.n.(vt asserunt)ex mistione sicci & frigidi,vt nerui:& humidi & calidi,vt carnis,magis accedet ad tẽperamẽtum,quod dictum est:,ꝓpter quod maxime discretiua extremorũ. 2. de anima tex. cõ. 116. 2. de anima cõ. 116. G H

Adhuc autẽ, sicut neruus motiuus admistus carni, est organum motus,ita sensibilis admistus carni,debet esse organum tactus,q cum motu cõmunis existit. Adhuc autẽ phantasia,quæ est suprema pars aĩæ sensitiuæ,iudicans de sensibili:& appetitus,q̃ est mouens in aĩali,sunt vna & eadẽ virtus subiecto,idẽ habentes organum(sicut supra dictum est)licet ratione sint duæ:quare oportet tactum & motum ab illis deriuatos, & illis correspõdẽtes sil'r vnum & idem organum habere posse.Sicut ergo motus fit p musculum,sic tactus fit p illum:cuius ẽt signum est,ꝙ per eundẽ neruum cõtingit vtrãq; virtutẽ influere musculo,sicut Gal.dicit. Princeps autẽ suo lib.de aĩa, dicit,ꝙ caro neruosa,aut caro & neruus est organum tactus.Deinde subiungit ibidẽ,ꝙ nõ debet putari,ꝙ sentiẽs sit neruus tm̃,sed ꝙ neruus reddit sensum tactus alij mẽbro,quod est caro:si.n.esset sentiens neruus tm̃,oporteret expansum esse ipsum in tota corporis superficie sicut est caro:sed hoc nequaq̃ est necessarium,si caro mediat in tactu. Addit ẽt,ꝙ neruus cõcauus reddit visum tm̃,& nõ recipit:recipiẽs.n.tm̃ est crystallinus: neruus autẽ tactiuus reddit & recipit simul. Omnes ergo hac via incedentes negauerunt,quod Arist.dicit,s.ꝙ sensibile positũ super p. 1. c. 5.

sensiteriũ

A ſenſiteriũ nõ ſentitur:propter quod opinãtur non eſſe mediũ in tactu neceſſarium.Cũ enim ſenſus ſit receptiuus formæ ſine materia,vt cera formæ ſigilli ſine ferro,poſsit aũt cera imprimi à ſigillo ſine medio,non erit impoſsibile tactu ſentire ſibi impreſſa ſine medio. Adhuc aũt nec viſum,auditum,& odoratũ dixerũt indigere medio extrinſeco,ſ.aere,vel aqua,niſi propter eſſe natura remotum ab eis ſenſibile,quod agit in ipſa per mediũ, non quia nõ ageret ſine medio,ſed quia accidit mediũ ibi eſſe:Signũ cuius videtur,ꝙ veſtigiũ in cornea,& in albugineo,vel vapor aliquis interclusus illic(vt apparet in paratis ad cataractã)formatur in cryſtallino,& videtur ſine medio extrinſeco,aere,vel aqua,licet nõ ſine aliquo medio diaphano : quo diaphano non indigetur,niſi vt color rei viſę ſit in actu per lucem. Signũ etiam huius videtur,ꝙ in habentibus auris tinnitum auditur ſonus per aliquẽ vaporem motum in aure,& contingentẽ in neruum expanſum nullo exiſtẽte medio extrinſeco de neceſsitate:ſimiliter & in odoratu apud eos,quibus ſemper eſt fętor in naribus ex re putrida,quæ illic eſt. Quare non videtur ſenſus medio indigere de neceſsitate. Albertus aũt,concedens,ꝙ ſenſibile poſitũ ſuper ſenſiterium nõ ſentitur, opinãs quoq; neruũ eſſe organum tactus,dixit,ꝙ nõ eſt vbiq; corporis organũ,ſed apud ortũ ſui à cerebro tñ:& ibi, ſi immediate tangatur,nõ ſentit,ſicut nec cerebrũ ipſum,cõmiſtus aũt carni mediat in tactu,ſicut & caro.Nec tñ omnis caro mediat in tactu,quia nõ caro hepatis,vel pulmonis,& huiuſmodi,ſed ea ſolum,quæ cõmiſta eſt neruis:imo & dẽs ipſe mediat in tactu propter genitũ eſſe ex materia vnigenea carnis materię. Adhuc aũt & pãniculus videtur mediare in tactu,ſicut dicit.

B Sed hoc,quod dicit,neruũ apud ortum ſui à cerebro non ſentire,proculdubio falſum experimur eſſe,quia nerui ſenſibiles vbiq; ſentiunt,ſi pungãtur:imo & panniculi velãtes cerebrum, ibi ſentire videntur,aut verius in ſenſu mediare. Palã etiã eſt,ꝙ neruus ſenſibilis non cõmiſcetur carni,ſicut cõtextus in illa, niſi poſt elõgationẽ quandã à cerebro.Si ergo mediat in tactu ſolũ,qñ eſt ei commiſtus,tũc nõ erit organũ eius in tota parte ſuperiori,quę non dũ eſt cõmiſta:ſed nos in omnibus illis locis inuenimus eũ ſentire,ſi immediate tangatur:ergo,ſi verũ eſt,ꝙ ſenſibile poſitũ ſuper organũ ſenſus non ſentitur,neruus non erit in loco, vbi dicit organum tactus. Themiſtius aũt in paraphraſi de anima,dicit organum tactus eſſe apud cor,ſequẽs in illo Ariſt.in lib.de part.aĩalium,dicentẽ tactum & guſtũ eſſe tẽdẽtes ad cor.Sed,ſi hoc eſt ita, tũc reducemus aduerſus eos argumentũ ipſorum,ꝙ ſenſibile poſitũ ſuper ſenſiteriũ nõ ſentitur:ſed tangibile ſuper quamcũq; partem cordis poſitum ſentitur : ergo cor non eſt ſenſiterium tactus. Adhuc autem quo modo mediabit caro muſculorum non exiſtens cordi continua,nec attingẽs ad ipſum ſm vllam viam?

li 2.c.39.

Nobis aũt inter tot diuerſitates oĩno videtur, ꝙ ſenſus nõ indigent medio de neceſsitate, neq; eſſentialiter, ſed per accidẽs tñ.Videmus.n.odorabile,quãto amplius naribus applicatur,tãto amplius ſentiri:& ſonabile etiã, quanto amplius fuerit auri propinquũ,tanto amplius audiri:& breuiter,opinor,ꝙ, ſi poſsibile eſſet ponere odorabile intus in cerebro ſuper ſenſiteriũ olfactus,ſentiretur.Palam enim videmus, ꝙ aliquod forte odorabile, exiſtens in aliquo vaſe, & tãgens vas,abſq; omni medio inficit ipſum odore ſuo,vt olfacere poſsimus à vaſe ſimilem

C odorẽ:afficit aũt odorabile ipſum vas cõtinens iſto modo multo magis,q̃; ſi per mediũ aerem immutaret:ſimiliter ergo immutaret organũ olfactus.Si aũt viſus & auditus videãtur medio indigere,hoc eſt per accidẽs:nam,ſi coloratum ponatur ſuper cryſtallinũ,non erit fortaſsis in eo actu color:quare nõ mouebit ipſum,niſi ſicut poſitum in obſcuro.Indiget ergo viſus ad hoc,vt moueatur,ꝙ ſit color in actu. Adhuc aũt indigemus lumine, & luminis receptiuo,vt aere,vel aqua,& ſimilibus. Adhuc aũt,ſi coloratum contingeret cryſtallinũ lumine nõ abſente,formaretur in ipſo proculdubio. Nos.n.videmus rẽ formari in ſpeculo,etiã dum parũper attigit ab aliqua ſui parte ſpeculũ:pars aũt tangens non formatur in ipſo, quia obſcuratur color eius à contactu. Similiter & ſonabile,ſi ſuper intrinſecũ auris apponatur,nõ auditur ob aliud,niſi quia nõ ſonat:ſonus enim ſequitur motũ reſiliẽtis de facili à percuſsis corporibus,& inundationẽ quandã habẽtis,quale eſt aer.Sic ergo videtur,ꝙ hi ſenſus per accidens indigeãt medio. De tactus aũt organo cõſentio,ꝙ eſt muſculus, ſicut organum motus:& ꝙ principalis in eo particula,inquãtũ eſt organum tactus,eſt neruus ſenſibilis,& hic quidẽ eſt mollis, & carni vicinus in natura & temperamẽto:in quantũ vero eſt organum motus,eſt neruus motiuus, ſicut in oculo principalis pars eſt humor cryſtallinus:& quòd neruus ille ſenſibilis ſentit per mediã carnem & pãniculũ, ſicut cryſtallinus videt per mediũ albugineum,& alias tunicas:& ꝙ nihilominus ſentit, ſi immediate pũgatur,hoc.n. mediũ non fuit ei appoſitum à natura propter ipſum ſentire,ſed propter melius & perfectius ſentire, & organũ ipſum minus exponi nocumẽtis,ſicut & hoc ipſum natura fecit apud cryſtallinũ.

D Propter quod nõ ſufficienter diuiſit Auerrois,cum dixit, ꝙ ſenſus aut indigẽt medio,quia ſenſibile eſt ab eis remotũ:aut quia ipſos eſt impoſsibile recipere ſua ſenſibilia, niſi ſint prius in medio,eo quòd propter nullũ horum indigetur medio,ſed indigetur medio extrinſeco propter ſenſibile oportere habere eſſe actuale,quod quidẽ per illud acquirit,vt in viſu & auditu:medio aũt intrinſeco propter apte ſentire,& propter organũ ipſum minus exponi nocumentis:quod quidẽ natura feciſſe videtur apud oẽs ſenſus.Et ad hoc idẽ eſt etiam vtile medium extrinſecum:ſi enim fieret ſenſus ſine medio,tunc eſſet nimis fortis alteratio organi ab obiecto,& fieret perſeuerans,& materialis,& nõ ſpiritualis tñ.Et,quãuis ſenſus ſit ſuſceptiuus formæ ſine materia,nihilominus tñ percipit materiales alterationes factas in organo aliquis ſenſus, ſicut tactus percipit tales alterationes à primis qualitatibus,quę non ſolũ formaliter,ſed materialiter,alterant ſuum paſsiuum : ſed tales alterationes corrumpentes dicũtur. Et ex hoc videtur,quòd mediũ ſit conferẽs ad magis fieri formales alteratiões ab obiectis,q̃ citius deliteſcũt ab organis:& minus fieri corruptiuas harmoniarũ in organis. His ergo ad plenitudinẽ expõnis digreſsiue inductis dicemus, quòd pũctura nerui & chordę periculoſa eſt timore accidẽtis comitãtis,quod quidẽ eſt dolor,& ab eo ſpaſmus.Spaſmus aũt ideo periculoſus,quia ꝓhibet pectoris dilatationẽ, ſine qua nõ eſt vita:& etiã quia ipſa cõtractio neruorũ, ſicut dolorẽ comitatur,ſic & dolorẽ facit. Dolor aũt virtutis deiectiuus eſt pp ferri ſpiritũ totũ ad locũ doloris,& accidere in eo ſpũs reſolutionẽ multã.Propter quod ſcire

cap.1. oportet,(ſicut dicit Gal.duodecima part.de ing.ſanitatis)quòd,quãuis nullũ ſignorũ curõnis ab accidẽte ſumat, inquantum

inquantũ eſt accidẽs,ſed à morbo tm̃,tñ aliqñ accidentia faciũt mutare curõnem,non tñ inquantũ ſunt accidẽtia, E
ſed inquãtũ ſunt cauſæ aut deiectionis virtutis,vt dolor in colica:aut augmẽti morbi,vt cõſtrictio vẽtris in febre:
aut vtriuſq;,vt vigiliæ in cauſone.Si ergo accidẽtia nõ noceãt virtuti,nec morbo,ad materiã morbi ſolius intẽdẽ-
dũm erit,& nullo modo ab ea diuertendũ,cum curõne morbi delitẽſcãt accidẽtia.Quòd ſi aliqua medicina curet
accidẽs ſimul & morbũ,nõ debet dici medicina accidẽtis,ſed morbi,ſicut medicina,q̃ eſt infrigidãs & humectans
febrẽ,eſt etiã auferẽs ſitim,non tñ dicitur medicina ſitis,ſed febris:ſicut nec phlebotomia,nec pharmacia eſt curãs
in pleureſi accidẽs,ſed morbũ,licet etiã accidẽs ceſſet per illas.Quare ſciendũ eſt,ꝙ aliqñ morbus & accidẽs cõue-
niũt in cura,vt in p̃dictis manifeſtũ eſt:aliqñ aũt non,vt cura colicę nõ eſt eadẽ cũ cura ſolius doloris in ea:aut cu-
ra febris cũ cura ſolutionis vẽtris in ea. Dicemus ergo,ꝙ,ſi accidẽs noceat morbo,aut virtuti,ſi nocumentũ ma
gnum fuerit,& eius cura nõ cõueniat cũ cura morbi,cogit nos curã morbi derelinquere,& accidẽtis refrenationẽ
intendere.Dico aũt refrenationẽ,quia vt plurimũ nec vere nec perfecte remouetur, niſi per curã eius morbi,quẽ
comitatur.Propter quod,cũ puncturã nerui ſequatur immẽſus dolor,hũc aũt tumor,& apoſtema, & periculoſus
ſpaſmus nocẽs virtuti & vitæ,oportet curã ſolutiõis cõtinuitatis nerui dimittere,& dolorẽ prius mitigare, Sicut in
febre,qñ eſt cũ ſtomachi defectione,cibamus patientẽ in principio paroxyſmi, timẽtes ſyncopim, quãuis cibatio
illa hora noceat febri:& in ſyncopi febris acutę damus vinũ purũ,quãuis febri nociuũ ſit.Dolorẽ ergo prius mi-
tigamus,vt ap̃a prohibeamus & ſpaſmũ:omnis enim dolor exacuit rheuma.Sed aqua calida , quæ q̃dẽ eſt doloris F
mitigatiua,cauẽda eſt in vulneribus nerui,q̃a ſubſtãtia nerui creata eſt ex humida materia p frigiditatẽ coagulata,
quare ex calidis & humidis diſſoluitur,& putreſit:ſed oleo calido,ſubtiliatiuo, & veteri fomẽtetur,& pãnis calidis
in eo infuſis vaporetur,vetus.n.magis diſſoluit & aperit,ſed minus dolorẽ mitigat,q̃; recẽs. Mitigato autẽ dolore
totũ corpus purgabis phlebotomia,vel pharmacia,ſicut videbis indigere,vt humores à loco retrahas, & à cõpatiẽ
tibus neruis. Præuiſo autem , ꝙ ap̃a nõ accidat,neq; ſpaſmus,redeundũ ad curã puncturę,de qua Gal.ſubiũxit,
HANC IGITVR &c.i.igitur hãc puncturã nerui & chordę,ſi ſanare velimus,oportet aperire , vt cutis excęcata
DICET AVTEM QVIS nec fluxum humorū eſſe morbū,ſed cōparatione membri ſuſcipientis eſſe cauſam morbi:cōparatione vero mandantis aliqñ nihil eſſe contra naturā, aliqñ vero eſſe accidēs quoddā morbi in mandante, quod dicit praua opatio virtutis expulſiuę. Niſi eſſet,ꝙ Gal.noīat hic morbū à cā ſua. Morbus enim,quē hic innuit præcurandū eſſe vlceri,eſt mala cōplexio cū humoris vitio,i.cuius cauſa eſt vitium defluentis humoris: imo & ipſe defluēs humor eſt cauſa cōſeruans vlcus:vniuſcuiuſq; aūt ægritudinis habētis cauſam,abſcindere prius cā oportet,deinde venire ad eā,quæ facta eſt ab illa,ægritudinē. Propter quod dicemus ſm ſententiā Gal.ibi in lib.ther.methodi,ꝙ vlcus nō ſanat difficulter,niſi ꝓpter vnū duorū,ſ.aut propter corruptionē cōplexionis carnis vlceratæ,aut ꝓpter corruptionē chymorū defluentium.Et ex hac diuiſione iam apparet,ꝙ,ſi corruptio ſanguinis defluētis diuidit cōtra corruptionē cōplexionis, non erit cauſa illius difficultatis ſolū ex hoc,ꝙ cōplexionem corrūpat,ſed ēt per hoc,ꝙ vlcus cōſeruat ab alia malitia,ſ. ꝓpter ſui putrefactionē ibidem,aut corroſionē,qbus prohibetur ēt caro gñari,ſi deſit,& vlcus ſolidari.Corruptio aūt cōplexionis eſt multis modis,ſicut poſt dicā.Sed ſanguis ad vlcus defluens duobus modis exit tēperamentū,ſ.aut in qualitate,aut in quantitate.Si vero exit in quantite,tunc aut parū,aut multū. Si parum conſtipanda erit,& infrigidanda ſuperior pars vulnerati mēbri,vnde maxime cōſueuit fluxus fieri: ligamentū quoq; incipiat à vulnere,vſq; ad ſanū locū tendens, p modū,quē præcepimus in fractura oſsis,vt humores exprimant ad loca,vnde veniunt:medicina quoq; ſiccior ponat in vulnere, q̄ quæ in ſimplicibus vulneribus adhibet.Si aūt non ſufficiet medicina prędicta,tūc illud erit aut ꝓpter defectū ſuſcipiētis, aut mandantis.Mēbrum aūt ſuſcipiens nō deficiet,niſi qñ eius naturalis cōplexio à temperamento ꝓprio ſemota multū eſt,de hoc aūt poſt dicemus:mandans aūt eſt mēbrum habens ægritudinē manifeſtam, ſicut ſplen,ſi infirmus fuerit,aut membrum ſuper vulneratum exiſtens,habens varices,& hmōi,ex quibus nimius & malus ſanguis ad vlcus defluit.Quare oportet primum iſta mēbra curare,vt fluxus abſcindatur,deinde redire ad vlcus cōſolidandum. Si aūt ſanguis defluens multum exceſſerit tēperamentum in quātitate,hoc erit ex corporis plethoria:quare ſanguinē minuere,& ad oppoſita detrahere oportebit:aut abſtinētiam iniungere, ſi phlebotomia ob manifeſtam cauſam nō cōpetat patienti.Si aūt exierit tēperamentū in qualitate,ſiue quia mala materia & corrupta defluat ad vlcus,ſicut aut cholerę,aut melancholię ſpēs,tranſmiſſa aut à toto corpore,aut membro,tūc oportet à corpore & mēbro illā cum pharmaco euacuare,& mēbrum,ne eam recipiat,confortare, corpus quoq; p diætam rectificare.

cap.1.

C

D Deinde,cū dedit cauſas ſalubres ſolutiōis cōtinuitatis,cōpoſitę cū humorū defluxu,dat eas,quæ ipſius,cōpoſitę cū mala cōplexione,& dicit, SIMILITER VERO & c.i.& ſilr,ſi cōtingat diſcraſiā aliquā fieri in vulnerato mēbro,pmittenda eſt curę vlceris,cura diſcraſiæ,ſicut quę in pdictis,non.n.ſanabit vlcus niſi ſanata diſcraſia.Nec.n. partes ſolutæ ſolidant,aut caro regenerat,ſi defuerit,niſi mēbrū nutriat, vt oportet:neq; nutrit,vt oportet,niſi cū ſuo tēperamēto pſeuerat.Mala ergo cōplexio vlceris(ſicut dicit Gal.in ſuo lib.pręallegato)duobus modis erit: nā caro vlceris aut mutatā ſua natura ſm aliquā ſolū primarū qualitatū, & ſm nihil aliud:aut ſm aliquā ex eis cum quadā duritia.Si ergo cōplexio carnis ſit ſiccior opportuno cū quadā duritie,medicinā vulneris oportebit humidiorē eſſe ea,quę ſimplici vulneri adhibet:fomentabis ēt eam cū aqua calida,aut tepida,donec rubefiat attractiōe ſanguinis ad illā. Quōd ſi durities maior cōtingit,quā quæ p talē fomētationē abſcindi poſsit,oportet labia vulneris incidi,donec ad ſanā pueniās carnē,ſicut in fiſtulis fieri conſueuit.Si aūt fuerit humidior opportuno,cuſtodiatur ab aqua,&,ſi qdem oportet,vino tm̄ lauetur,aut cū aqua,vbi herbę ſtypticę cōctę ſint:medicina ēt ſit ſiccior, quā q ſimplici vulneri cōſueuit adhiberi.Silr,ſi calida fuerit plus debito,refrigeretur:ſi frigida calefiat. Cognitio aūt harum malarū cōplexionū in vlcere ppendit tū colore,tū tactu,tū iuuantibus & nocētibus,ſicut in alijs dictū eſt.Cōponitur ēt cū vlcere carnis aliqñ & oſsis fractura,& neruorū attritio,& alię ęgritudines,quas p canones pdictos,& alios ſubintellectos,nō erit difficile ſcire,qūo ſit curandū. Deinde in fine huius capituli vtitur epilogo,dicens, ET DE HIS & c.ſ.cauſis ſalubribus taliū morborum cōpoſitorū cū ſolutione continuitatis in carne ſufficienter dictū eſt,quantum.ſ.ſpectat ad hunc modū doctrinę,in canonibus gñalibus cōpendiantis vniuerſa.

Ant. E

Ad id vero, quod penes plaſmationem, veniendum iam eſt genus, in plures differentias diuiſum. Sed à manifeſtiſsimo principium orationi ponendum, quod ſecundum figurę permutationem fit. Eorũ igitur, quæ adhuc creſcunt, poſsibile eſt figuras plurimarum partium corrigere: eorum vero, quæ excreuerint, ne quaquam. Intentio vero, quos poſsibile eſt curare, eſt ad contrarium adducere diſtortionis. Si vero fractura non recte plaſmata, peccauerit alicuiuſq; membri figura, ſi adhuc recens porus exiſtat, iterum frangere oportet, & hoc plaſmare denuo recte, deinde porum fieri.

Leo.

Nunc vero tranſeundũ eſt ad formationis genus, quod in plures ſecatur differẽtias. At ab eo, quod euidentiſsimun exiſtit, exordium eſt ſermonis faciendum, quod ex figuræ permutatione contingit. In ijs igitur, qui adhuc creſcunt, poſsibile eſt plurium partium figuram emendare: in ijs autem, qui iam aucti ſunt, minime. Intentio tamen, quoad fieri poteſt, curationem adhibere, ad contrarium euerſionis adducendo. Si vero fractione aliqua non recte conformata, alicuius membri figura fuerit vitiata, cui ſubſtantia calloſa innaſci pręuenerit, ſi quidem hæc adhuc recens extiterit, perfringere oportet, ac rurſus recte afformare, deinde callum ſuperinducere.

Cõ. 59. F

Cum declarauit cauſas ſalubres corporis ægrotantis in natura conſimili & cõi, declarat eas, quę ipſius ægrotantis in natura officiali, & primo in ea, quę vocat̃ plaſma, ad qđ ſe continuat & ordinat, dicens, AD ID VERO &c. i. ſed his terminatis veniẽdum eſt ad genus morborũ in plaſmate, ſicut in prima natura officialis mẽbri, quod quidem (ſicut dicit) eſt diuiſum in plures differentias, videlicet in quinq; ſ̃m quinq; plaſmatis naturas, quæ ſunt figura, porus, cõcauitas, lenitas, aſperitas: ſ̃m has. n. quinq; naturas virtus informatiua vel plaſmatiua ſeminalis principaliter format mẽbra organica. Non ſcilicet, ꝙ omni mẽbro organico attribuat oẽs quinq;: cui. n. dedit lenitatẽ, non dedit aſperitatem: neq; cõcauitatem dedit ẽt omnibus, ſed ſ̃m exigentiam operationis ipſorum: & per conſequens veniẽdum eſt ad genera morborũ in alijs naturis officialibus, ſ. in numero, quãtitate, & ſitu, vt ſingulorum cauſas ſalubres oſtẽdamus. His. n. quatuor naturis debito modo diſpoſitis indiget omne membrum organicũ ad perfectionem ſui officij, quare exitus præter naturam ab æqualitate ſ̃m aliquam illarũ, ſenſibiliter lędens operationem, dicitur morbus officialis. Deinde oſtendit, à quo morbo naturarum plaſmatis inchoandum, & dicit, SED À MANIFESTISSIMO &c. i. & ponendũ eſt principiũ ſermonis noſtri à manifeſtiſsimo genere morbi in plaſmate, quod quidem eſt permutatio in figura. Sunt. n. (ſicut dicebat) quinq; genera morbi in plaſmate ſ̃m quinq; naturas eius, ſ. permutatio figurę, pmutatio pori, pmutatio cõcauitatis, pmutatio lenitatis, pmutatio aſperitatis, quibus oĩbus manifeſtior eſt pmutatio in figura, eo ꝙ figura citius occurrit ſenſui, q̃ reliquę plaſmatis naturæ, cõprehenſa tàm viſu, q̃ tactu, eſt. n. de ſenſibilibus cõibus, ſicut ſupra dictũ eſt. Corruptio. n. pori & cõcauitatis ſentiunt̃ poſt inquiſitionẽ & per accidens, non de facili ẽt occurrentes ſenſui: corruptio aũt lenitatis & aſperitatis, quãuis ſenſibiles ſint, tñ nec ipſæ ſenſui occurrũt noſtro circa illa mẽbra, in quibus tales ſunt ægritudines, niſi raro & in paucis mẽbris, ſicut eſt aſperitas linguæ in febriẽte nocẽs ſermoni, aut nimia lenitas linguæ, vt in traulis. G

Non eſt aũt inconueniens dicere iſtas naturas plaſmatis eſſe fortaſsis quaſdã figurę ſpecies: perforatum enim, & rotundum, curuũ & concauum, lene & aſperũ non vident̃ talia niſi ex quodã ſitu partium faciente certam figurã. Gal̃. vero vocat figuram tm̃ qualitatem reſultantẽ ex ſitu partium circa totalẽ ſuperficiẽ organici mẽbri: cõcauitatem aũt & porum, illam, quã habet ex ſitu ſuarum partium ſ̃m ſui profundum: lenitatem aũt & aſperitatẽ, illam, quã habẽt in ſuperficiei aliqua parte ex ſitu partiũ cõparatarũ adinuicem cõpreſsione & eminẽtia. Scias autẽ, ꝙ figura in artificialibus eſt forma ſubſtãtialis, à qua artificialia ſunt id, quod ſunt: gladius enim, & ſerra, & ſimilia à ſola figura ſunt huiuſmodi, qua amiſſa non opus ſuum perficiunt, nec ſunt ipſa, quæ prius, niſi ęquiuoce. In naturalibus aũt oĩbus, in quibus eſt compoſitio ex pluribus ſ̃m vicinitatem, non ſ̃m miſtionem, figura non eſt forma ſubſtantialis, ſed cõſequens ipſam, adeo ꝙ diuerſorum ſpecie & forma diuerſæ ſunt figurę, maximam vtilitatẽ & ipſę habentes in operatione ſ̃m plurimum, quæ à forma procedit mediante corpore ſicut compoſito.

DVBITABIT AVTEM ALIQVIS de pmutatione figuræ ex eo, ꝙ nõ videtur ægritudo. Sicut. n. dicit Phil. in prædicamentis, ægritudo eſt in prima ſpecie qualitatis, quæ eſt habitus & diſpoſitio: praua aũt figura aut corrupta, eſt in quarta, ſicut & figura. Similiter quoq; & corruptus numerus, & corrupta quantitas, & corruptus ſitus in organicis nõ videntur ægritudines, cũ nec ſint ẽt qualitates, nedũ in prima ſpecie qualitatis. Niſi eſſet, ꝙ aut nõ oĩs ægritudo eſt in prima ſpecie qualitatis, nec oĩo in qualitate, qa nõ officialis ægritudo, ſed cõſimilis tm̃: aut corrupta figura, & corruptus numerus, & ſitus, & quantitas nõ ſunt ægritudines, ſed quędam diſpoſitio accidens mẽbro organico penes has corruptiones fortaſsis ibi dicenda eſt ægritudo, & tunc corruptio figuræ, numeri, quantitatis, & ſitus nõ erit ægritudo, ſed cauſa, & accidet noĩari ægritudinem à cauſa ſua, ſicut ſæpe nominat̃ ab accidẽte. Et hoc forte dicet quis Gal̃. ſignificare, cũ dicit primũ genus morborũ in plaſmate fieri ſ̃m permutationẽ figuræ: & nõ dixit idẽ eſſe pmutationem figuræ aut figurã permutatã, ſed fieri ſ̃m permutationẽ figuræ, quaſi diſpoſitio inde accidens mẽbro ſit ægritudo, & non illa corruptio. Sed hoc nihil eſt: nam figura pmutata eſt ĩmediate lædens operationem: ergo eſt ægritudo. Quare rectius videtur dicere, ꝙ nõ oĩs ægritudo eſt in prima ſpecie qualitatis, nec oĩo in qualitate, & tũc non videbitur eſſe vnũ cõmune genus cuiuslibet ſpeciei ægritudinis ex generaliſſimis. ſ. generibus. Propter quod fortaſsis Galenus, cũ ægritudinẽ diffiniret in lib. ſuo de mor. & accidẽtibus, non dixit, ꝙ ſit diſpoſitio vel habitus, ſed cõpoſitio ꝑter naturam, nocens operationi. Eſt aũt in quolibet genere membrorum aliquis modus cõpoſitionis, quo per illud fit operatio, ſicut oſtenſum eſt in ſumma de corporibus: ſed cõpoſitio videtur vnio quædã: vnum aũt non eſt in genere, ſed tranſcendens omne genus. Vel fortaſsis, quia cõpoſitio quidam ſitus videt̃, erit apud eum oĩs ægritudo in genere ſitus. Deinde, cum ꝑordinauit, quæ dicenda ſunt, oſtendit, qñ morbus in figura ſit ſanabilis, & qñ non, & dicit, EORVM IGITVR &c. i. ſed figuram mẽbrorum

cap. de quãtitate. H

lib. 1. c. 2.

pmutatã

A permutatã à sua primęua natura aliqñ est possibile curare,aliqñ non.Figuram.n.corruptam in pluribus partibus adhuc crescentibus possibile est sanare:in partibus aũt iam ad perfectionem augmentatis nõ est illud possibile in pluribus,sed ĩ paucis tm̃,qñ.s.parua fuerit corruptio.Et causa huius est,quia vt plurimũ figura mẽbri est ſm figuram ossis,mẽbrũ.n.organicum,maxime quod exterius apparet,imo eius corpus totum fabricatũ est super os sicut super proprium fundamentũ.Figuræ ergo membri nõ corrũpentur ſm plurimum,nisi quia ossis figura corrumpitur aut per fracturam,aut per corruptionẽ,aut per tortionem,aut per mutationẽ situs proprij. Cũ ergo corpora sunt in augmento,humida sunt,ideo mẽbra leniora & tractabiliora:quare ossa illo in tẽpore mollitiẽ quandam habentia melius & facilius,si fracturam habuerint, poro colligantur:melius etiã in contrarium torquentur, & æquãtur,qñ tortionẽ habuerint,aut situs proprij cõmotionem,pronius obediẽtia propter mollitiẽ, quã adhuc habent ex vicinia sui ortus. Dicit autem,Plurimarũ partium.pp partes,in quibus aliqñ tãta est figurę corrupte la ex multa conquassatione ipsarũ,ꝙ etiã eis crescẽtibus nõ est corrigibilis:aut etiam qñ pars ossis euulsa fuerit, eo ꝙ non recrescit super illud:illud aũt,quod loco eius regeneratur,non est remanens figurę naturalis. In augmẽtatis aũt propter causam contrariã nõ est in pluribus correctio ista possibilis,sed in paucis tm̃,qñ.s.corruptio figuræ eorum est à parte corruptionis ossis. Sed,qñ corruptio figurę eorũ sequitur contractionẽ lacertorũ & neruorum,aut ipsorum mollitiem,vt in spasmo & paralysi:aut aliquem morbum,vt vulnus in carne,vel apã, possibilis

B est correctio,siue sint augmentanda,siue iam augmentata,vt patet in ijs,qui habẽt torturã faciei, aut aliquod vulnus,vel apã ſm vllam partium. Veruntñ corruptio figurę in talibus,secundum parum aut nihil habet propriã cu rationem,sed sequitur ipsam curõnem morbi,ad quẽ accidit.s.curatiõ oppilatiõis neruorũ,aut vulneris, vel apatis,tanq̃; suę causę ablationẽ.Propter quod poterit morbus in figura(sicut videtur)diuidi in factũ, & fientẽ, & in faciẽdũ,sicut & mala complexio.Erit factus,qui remãsit,causa cessante,sicut tortio membri cõtigens à percussione vel casu absq; ossis fractura:fiens aũt,qui causam habet efficientẽ,aut conseruantem,sicut spasmus,aut vulnus in carne,vel fractura in osse:faciendus aũt,quicunq; ex causa antecedente corporali cãtura prius aliquem morbũ secuturus est. Deinde,cum dedit,in quibus sit possibilis correctio deprauatę præter naturã figuræ, & in quibus nõ,declarat vna intentione cõi cãm salubrem talium deprauationũ possibiliũ corrigi,& dicit,INTENTIO &c. i.sed intentio habenda ad perfectionẽ curę talium:vel ſm aliam translationẽ, intentio habẽda in possibilibus curari,est deducere detractionẽ in partẽ contrariã,ad quam exiuerunt. Hæc.n.intẽtio curæ,sicut in alijs ęgritudinibus,sumitur ab essentia ipsius morbi,qui est praua figura,semper enim prima intentio curãdi morbũ sumitur ab essentia morbi,sicut supra dictum est.Oportet ergo mẽbrum distortum in aliquã partem distorquere in oppositam,tẽsione.s.& expulsione,donec ęquetur:& æquatũ sustentare cum puluillis,& astellis, & ligaturis, vt cogatur remanere ſm formam suam,ad quã reuocatum est,prouidendo semper per modũ,qui dictus est supra, ne ex tali-

C bus operibus circa locũ incurrat æger apostema,vel ex ligatura pruritum, aut siccitatem.Hęc est ergo intentio generalis,habẽda in cura praue figurę ex tortione aliqua ossis factę. Si autẽ corruptio figurę mẽbri organici sequtur fracturam in osse,vel vulnus in carne,aut contractionem aliquam suarum partiũ,ex quibus cõponitur, vt in spasmo,eadem erit intentio curationis,hoc adiũcto solũmodo,ꝙ in talibus aut non poteris adducere distortionẽ in contrarium nisi amota causa,vt in spasmo:aut,si poteris,nõ stabit figura nisi illa perfecte ablata, vt in vulnerę vel fractura.Sanabitur ergo sanatione alterius morbi,quẽ sequitur,solicitudine tñ habita circa membri replasmationem ſm figurã naturalem faciendã,cum labia vulneris vel fracturæ in ipsum primũ adducẽtur, ne sanato vulnere figura remaneat deprauata. Deinde,cum dedit intẽtionem cõem curæ morbi in figura, dat intentionem quandam singularẽ circa curã cuiusdam transmutationis figurę,s.sequentis prauam fracturę replasmationẽ,& dicit,SI VERO &c.i.sed,si figura alicuius mẽbri remansit corrupta,quia fractura ossis eius nõ sit recte replasmata,tunc oportet considerare,si porus ligans fracturã sit adhuc recens vel inueteratus,qm̃,si est recẽs,intentio habẽda ad perfectionem curę,erit iterum frangere,& rursus cõfestim sine interuallo aliquo recte replasmare, vt nulla ibi tortura remaneat. Dicit aũt,Si fuerit porus recẽs.quia recens existens nõdum est induratus,plus participans naturam carnis,quam ossis,ideo,quia non est multũ tenaciter ligans partes fractas: quare facilius poterit frangi. Si aũt fuerit antiquus & induratus,nõ frãgetur sine difficultate,quare nec sine magno periculo doloris,& spasmi,

D & apatis musculorum circũstãtium:ideoq; melius erit dimittere figurã sic corruptam,q̃ peiora incurrere.Iam aũt

Cõ.133. & quibusdã inde accidit mors festinari,sicut de quodã sene refert Hali.Confestim aũt replasmandũ esse post fracturã ideo dicit,qa, quãto sit citius,añ scilicet,q̃ ex humorum defluxu tumefiat locus,tanto liberius efficietur, tãtoq; magis sine dolore tractabitur & tãgetur. Quid aũt circa talẽ replasmationẽ, faciẽdũ sit de ligaturis,puluillis,& astellis,& emplastris,& embrocis,& cibis, & medicinis,iam superius summatim dictum est nobis. Quòd si ex mala replasmatione labiorum vulneris,in carne remanserit corrupta figura,siue consolidatio sit noua, vel vetus,soluenda est,& iterum rectius replasmanda:vetustas.n.consolidationis in re molli nõ faciet ad difficultatẽ solutionis,ad quam facit in re dura,maxime cum locus patens sit oculis.

Ant. Est autem emphraxis ex hoc genere ægritudinum,hæc quidem glutinosis facta & pinguibus humoribus,vnam quidẽ & ipsa intentionem habens contrariam passioni emphraxis.Causæ vero salubres rhyptica & incidentia pharmaca.Quæ vero ex stercore duro,quod adhęsit intestino,priorem quidẽ habebit duritiei correctionem ex humidis & pinguibus clysmatibus,deinde vero euacuationem ex acribus.Quæ vero ex lapide circa vesicam,in præsenti quidem transpositione eget,curationis vero perfectæ gratia per incisionem curatio est.Eius vero,quę præter naturam continetur,humiditatis,curatio est in perfecta euacuatione,quemadmodũ in putredinibus.Immoderata vero repletio,immoderata curatur euacuatione,quẽadmodum in sanguine circa venas.Similiter vero &,quibus circa ventrem,& intestina, & tracheam arte-

riam,& pulmonem putredo aut ſanguis cōtinetur,perfectę euacuationis indiget.Amplioris vero cibi & E
potus adhuc recentis,ſecundū euacuationem correctio. Quæcunq; igitur in pulmone & thorace continē
tur,cum tuſsibus quidem euacuatio,& à pharmacis extenuantibus.Quæcunq; vero ſecundū hepar,aut ve
nas,aut arterias,aut lumbos,aut per vrinam aut per ventrem,ſed per vrinam quidē extenuātibus vehemē-
ter:per ventrem vero attrahentibus & aperientibus.Quæcunq; vero ſecundū ſuperiorem ventrem,per vo
mitū:quæcunq; vero ſecundū inferiorē,per ſubductionē.Quęcunq; vero ſub cute, per inciſionē,aut caute
rium,aut pharmaca cauſtica.Ita vero aliquando & quęcunq; ſecundū concauitatē naturalē, vt in thorace.

Eſt vero & obſtructio ex eodem genere ægritudinum, quę quidem ex lentis & craſsis humoribus fit, Leo.
vnam & ipſa habens intentionem morbo contrariā, dico autem apertionē.Cauſæ vero ſalubres ſunt ab-
ſtergentia atq; incidentia medicamina.Quæ vero fit à ſtercore duro,quod interſepit inteſtinum, primum
quidem habebit duritiei remedium ex humidis pinguibusq; clyſteribus, demum ex acribus euacuationē
expoſcet.Quę autem à lapide fit in veſica,in præſenti quidem tranſpoſitionem requirit,integræ vero ſani
tatis cauſa inciſionem,& extractionem.Humiditas autem,quę pręter naturā continetur,ſanatio in omni-
moda euacuatione conſiſtit, quemadmodum etiam in ſuppuratis.Immodica autem repletio immodica
euacuatione curatur,vt cum ſanguis intra venas redundat.Sic &,quibuſcunq; vel in ventriculo, vel in in- F
teſtinis,vel arteria aſpera,vel pulmone pus aut ſanguis continetur,integra euacuatio eſt neceſſaria. Super-
flui autem cibi aut potus adhuc recentis aſſumptio ab euacuatione corrigitur. Quæcunq; igitur in pulmo
ne,vel pectore continentur,cum tuſsi educuntur,aut à medicaminibus extenuantibus. Quæcunque vero
in hepate,vel venis,vel arterijs,vel renibus,aut per vrinam aut per vētriculum, ſed per vrinam quidem ab
ijs,quæ vehementer extenuant:per ventrem vero ab ijs,quę attrahendi aut aperiendi ora vim habēt.Quę-
cunq; vero in ſuperiori ventre comprehenduntur per vomitum:quæ autem in inferiori per ſubductionē.
Sed,quæcunq; ſub cute,per ſectionem,vel ignem,aut per medicamina adurentia.Sic vero aliqn̄ quæcunq;
in aliqua naturali cauitate,vt in thorace.

Cum declarauit cauſas ſalubres morbi in figura,declarat,quæ morbi in poro, & concauitate: hi.n.duo morbi Cō.60.
perſimiles ſunt,eiſdem quaſi differētijs ſubdiuiſi,vtriuſq; enim,ſ.pori & cōcauitatis,corruptio, eſt cōſtrictio & di
latatio,oppilatio,ſiue repletio & euacuatio.Propter quod ſimul edocet cauſas ſalubres conſtrictionis & oppilatio
nis vtriuſq;,nullam mentionem faciens de cauſis ſalubribus dilatationis & euacuationis:breuitati.n.congaudens
in hoc opere,per oppoſitū ſubintelligere poteſt eas.Qm̄ autē cōſtrictio ſeu oppilatio aut eſt ex re cadente in poro
vel concauitate,obſtruente illam,quę proprie dicitur oppilatio:aut eſt comitās aliū morbum ipſius mēbri,in quo
eſt porus ſiue cōcauitas,vel alterius ei vicini,vt ſiccitatem,vel ap̄a,quę proprie dicitur coſtrictio, vtriuſq; modi cō G
ſtrictiōis cauſas ſalubres exponet,& primo eius,quę eſt ex re cōtēta in poro vel cōcauitate, ipſa obſtruēte. Qm̄
vero & hæc res,quæ in poro vel concauitate contēta,obſtruit ipſa,eſt aliqn̄ humor,aliqn̄ ſanies,aliqn̄ lapis, aliquā
do cibus,aliqn̄ ſtercus,& huiuſmodi,ſm oēs has cauſas docet cauſas ſalubres,& dicit,EST AVTEM &c.i.& em-
phraxis,ſ.oppilatio pori vel concauitatis eſt de genere ægritudinum in plaſmate,quę quidē(ſicut ſcitum eſt) lędit
operationē,cui deſeruit porus aut concauitas:quę eſt decurſus humorum,& ſpirituum: aut ſuperfluitatis alicuius
per meatum,ex quo impeditur attractio & expulſio:aut decurſus virtutis ſenſibilis & motiuę, ex quo impeditur
ſenſus & motus,vt qn̄ fuerit oppilatio in neruis ferentibus has virtutes:aut decurſus obiecti ad virtutē,ex quo etiā
impeditur virtutis operatio,ſicut, qn̄ eſt oppilatio in aure,aut in vuea,vel ī naribus,impeditur operatio viſus,au-
ditus,& odoratus. Deinde oñdit,ex q̄bus eueniēs quā habeat intētionē ad curā,& dicit,HAEC QVIDEM &c.
i.hæc oppilatio facta à viſcoſis & craſsis humoribus(& vult per glutinoſos,viſcoſos:per pingues aūt,craſſos)vnam
habet communē intentionem ad perfectionē curę,quæ eſt cōtraria ipſi paſsioni,ſ.exoppilationē.Dico aūt com-
munē,quia,ex quibuſcūq; fit oppilatio, habetur hæc vna cōis intētio ad curam,ſ.exoppilatio. Sumitur.n.omnis
prima intentio curæ(ſicut dictū eſt)ab eſſentia morbi,cū contrario curetur omnis morbus. Deinde oñdit cau-
ſas ſalubres ad hanc intentionē,ſumptas ab eſſentia cauſæ oppilantis (abſciſio.n.cauſæ,p̄ſeruatio dicitur, intentio H
aūt preſeruationis ab eſſentia cauſę ſumitur,ſicut dictum eſt ſupra) & dicit,CAVSAE VERO &c.i.huius oppila
tionis factæ à craſsis & à viſcoſis humoribus cauſę ſalubres ſunt pharmaca abſterſiua & inciſiua, hęc.n.exoppilāt,
contrariando cauſæ oppilanti,ſicut calefacientia humorē infrigidantē,ſanant malā complexionē frigidā fientem
ab illo.Omnis.n.ægritudinis hn̄tis cauſam,abſcindenda eſt prius cauſa (ſicut ſupra dictū eſt) deinde, ſi remaneat
veſtigium cauſæ,redeundū ſuper illud.Sed conſtat,ꝙ abſciſio cauſę oppilantis perfecta,eſt cura oppilationis,cum
nihil poſt remaneat de oppilatione:quare oppilationis fientis ex humore viſcoſo & craſſo cauſa ſalubris non erit
alia,q̄; abſterſiuum & inciſiuū.Et eſt quidē de natura abſterſiui amouere humiditates viſcoſas coagulatas, ab ori-
ficijs pororum:& huius quidem proprietatis debiliter eſt,quod dulce:fortius aūt amarum.Quod aūt poteſt mūdi
ficare à talibus humiditatibus ipſos poros,nō nominatur ſimpliciter abſterſiuū,ſed aperitiuū, licet etiā hoc abſter
gat:quare fortius eſt,q̄; id,quod dicitur ſimpliciter abſterſiuum:& eſt illud,de cuius proprietate eſt, vt moueat ad
exteriora materias contentas in concauitate foraminis,& faciat remanere concauitatē meatuum apertā:quod qui
dem(ſicut dicit Prin.)facit,aut quia ſubtile & reſolutiuū,aut quia ſubtile & inciſiuū,aut quia ſubtile & lauatiuū.
De natura aūt inciſiui eſt(ſicut dicit Prin.)vt penetret inter duas ſuperficies,ſcilicet humoris viſcoſi, & mēbri, cui lib.2. tra.1.
inuiſcatus exiſtit,& remoueat hunc ab eo:quod quidē facit ſui ſubtilitate,ſicut dicit,vt oxymel,& ſinapis. Mihi cap.4.
aūt videtur,ꝙ,licet penetratio ſit inciſiui,tn̄ amotio à loco, vbi eſt inuiſcatus, eſt abſterſiui & aperitiui.Melius eſt
ergo

A ergo dicere,ꝙ de natura incisiui est,vt nihil efficiat in essentiam humoris,sed in eius continuationẽ partium tãtũ, videlicet vt separet inter partes eius,sic enim subdiuisum abstersibilius efficitur.Quare erit aperitiuũ & abstersiuũ illud,quod prohibet adherentiam eius ad membrum:incisiuum vero,quod prohibet viscositatem sui ipsius in se.

SED TVNC nõ videtur dicere causas salubres oppilationis,factæ ex crassis humoribus, sed solius factę ex viscosis. Nisi esset,ꝙ per incisiua intelligit etiã subtiliatiua,quod.n.incidit viscosum,subtiliat quodãmodo.Est etiã medicina aliqua incisiua subtiliatiua,licet incidere non sit subtiliare,subtiliatiuum.n.est, de cuius proprietate est essentiam humoris subtiliorem facere cũ caliditate tẽperata,vt hyssopus,& chamęmelũ, Sed in quibusdam ex tali bus incisiuis est virtus subtiliandi,vt in eupatorio,sicut & in quibusdã incisiuis est abstersio, vt in sinapi, licet incidere non sit abstergere:adhuc autem sicut in abstersiuo quædã est virtus aperiẽdi,vt in amygdala amara, licet abstergere non sit aperire. Et iã per hoc patet responsio ad id,quod solet quæri,quare non dixerit esse causam salubrẽ pharmacũ aperitiuum, cũ huiusmodi maxime videatur habere intẽtionẽ contrariã ægritudini. Manifestum est.n.ex prius dictis,ꝙ illud,quod abstergit humiditates viscosas ex cõcauitate foraminũ, magis iudicandũ est aperitiuum,& ꝙ in tali abstersiuo est apertio,imo tale abstergere est aperire:abstergere aũt superficiem vlceris & cutis,non est aperire meatũ nisi apud orificium tñ:propter quod hoc faciens simpliciter dicitur abstersiuũ. Et est

cõ.135. hic attentione dignum(sicut rectè dicit Hali)ꝙ humores,ex quibus ꝭm plurimum accidit oppilatio in membris,

B sunt ij , quorum proprietas est enutrire,& eorũ superfluitates:de natura.n.eorũ est ingredi,& contineri in poris et concauitatibus membrorũ.Si ergo tales fuerint superflui,crassi,& viscosi,oppilant meatus neruorũ illorum,sicut detenti in eis ob crassitiẽ & viscositatem.Quare erit in hoc comparatio inter mẽbra:ex ijs.n.quędam sunt, quorũ natura est nutriri crassis & viscosis humoribus valde,sicut nerui:quędam ex minus crassis, vt membra carnosa.Si ergo vtraq; oppilentur,quia nutrimentum vtrorũq; excesserit mensurã,quam debet habere in crassitie & viscositate,fortioribus abstersiuis & incisiuis indigebitur ad curã oppilationis factę in neruo,quàm in carne:debiliter.n. abstersiua & incisiua nihil operantur in oppilatione nerui : propter quod paralysis non est de facili curabilis &c.

Vniuersaliter ergo,q̃to oppilatio cuiuslibet membri fuerit ex crassioribus & viscosioribus , tanto fortioribus incisiuis & abstersiuis indigebit. Non dicit aũt,ꝙ euacuatio talium humorũ sit causa salubris oppilationis, intẽdens eos,cũ non oppilẽt malitia q̃titatis,sed qualitatis,& à malitia suæ qualitatis alteratos,s.subtiliatos & incisos, nutrire posse.Quòd si contingat eos propter multitudinẽ oppilare,aut alteratos non fieri nutritiuos, tũc erit secũda causa salubris eorũ euacuatio,Sicut in colica causata ab humore crasso viscoso , qui ex multa cruditate & frigiditate non potest nutritiuus fieri,primo subtiliamus & incidimus humorẽ , clysterizantes etiã syrupis acetosis,in quibus sint medicinæ incisiuæ & abstersiuę,deinde euacuamus cũ clysteribus,in quibus sint medicinæ solutiuę illorum. Deinde,cũ dedit causas salubres oppilationis factæ ab humore crasso & viscoso,dat eas, quæ factæ à stercore duro,& dicit,QVAE VERO &c.i.sed oppilatio à stercore duro,vt contingit in quadam specie colicæ , qua-

C dam etiã specie tenasmonis,imo & (vt sæpe contingit) in febribus incensiuis ex multa stercoris adustione,imo & ob stypticorũ comestionem,habet duplicem intentionẽ curæ,quarum prima est mollificatio duri, secunda vero ipsius eductio,si quidẽ præmissa mollificatione virtus debilis existens nõ educat.Quare & duplicem habebit causam salubrẽ,humida scilicet,& pinguia clysteria ad mollificationẽ,q̃lia sunt ex blitis,& maluis, & mucilaginibus, & oleis:& acuta & mordacia ad euacuationẽ,qualia sunt illa,in quibus additur baurach,& quęcunq; alia per mordicationẽ stimulãt expulsiuã. Deĩde dat causas salubres oppilatiõis factę ex lapide,& dicit, QVAE VERO &c. i.& illa oppilatio,quæ fit ex lapide apud collum vesicæ,duplicẽ habet curationem,s.curõnem vt nũc,& curõnem simplicem.Et hoc est,quod dicit,ꝙ in præsenti quidem indiget transpositione,hæc.n.est curatio vt nunc , faciens scilicet in præsenti tñ redire prohibitam operationem,s.mictura ex collo.Cum.n. lapis transponitur à meatu in concauitatẽ vesicæ,redit tunc mictura prohibita,sed,qm̃ aliàs recurret in meatum,non fuit talis curõ, simpliciter curatio,sed vt nunc.Fit aũt talis trãspositio aut per supensionẽ hominis per crura,& per cõcussionẽ fortẽ : aut per immissionem syringę. Sed curatio simplex,quæ est perfecta cura,est per incisionem. Non dicit aũt,ꝙ perfecta curatio fiat per medicinas cõminutiuas & fractiuas lapidis,eo ꝙ tales medicinæ non sunt fortiter impressiuę in lapidem vesicæ,sicut in eũ,qui renum,tũ propter viæ longitudinẽ,tum quia maior valde & durior est eo, qui renũ, propter vehementiam coagulationis eius ex frigiditate vesicæ.Si ergo cũ medicinis debet comminui lapis vesicæ,

D oportet esse fortiores valde ijs,quibus frangitur lapis renũ,et pluri continuari tẽpore:sed in hoc est timor excoriationis viarum vrinaliũ vesicæ,quæ difficulter cõsolidantur,indigentes in ipsa medicinis contrarijs ijs, quæ ad lapidem.Sunt aũt medicinæ cõminutiuæ lapidis,quæ sunt incisiuæ,paucæ caliditatis,fortis.n.caliditas aggregat lapidem,& exiccat ipsum.Sunt aũt tales vitrum vstum,acetum scillæ,capillus veneris,poliũ,radix asparagi,cinis scorpionũ,lapis iudaicus,& huiusmodi:sed fortior ad lapidẽ vesicæ est cinis scorpionũ,& auicula, cuius cauda tremit, quæ quidem potius proprietate consequẽte speciem facit illud,q̃ alia operatione primarũ vel secundarũ qualitatum.Sunt aũt his medicinis aliæ admiscendæ,quæ deducunt eas ad lapidẽ,quas diureticas vocant:& aliæ, quæ teneant eas ibi,donec perficiant operationẽ suam:& aliæ,quæ renes & vesicam confortent,& huiusmodi, sicut scitũ est ex locis suis. In incisionẽ aũt est perfectio curæ,verũtñ est in ea timor magnus,perducit.n.aliqñ propter vehementiam doloris ad casum virtutis & mortẽ.Oportet aũt volentẽ eam facere, scire anatomiã vesicæ , & locum colli eius,cui continuantur vasa spermatis.Debet.n.scissura fieri in collo,eo ꝙ est carnosum,ideoq; facilius cõsolidabitur:si.n.fiat in corpore vesice,non consolidabitur,nec iũgetur,propter duritiẽ & sanguinis priuationẽ.Oportet etiam scire loca venarum & arteriarũ,vt non accidat in fluxu sanguinis nocumentũ.Faciat aũt ante, q̃ scindat, descendere lapidem in collum vesicæ per immissionẽ digiti in anum virorum,& vuluã mulierũ, & scrutetur, donec inueniat,compressionem faciendo desuper alia manu,vt descendat.Post scissuram aũt extracto iam lapide caueat,ne sanguis effluat in vesicã,& coaguletur illic,& iterũ prohibeatur mictura.Caueat etiã ab apate , clysterizãdo,&

do,& ſubtiliter dietando,& faciendo ſedere in pelui plena aqua,vbi cocta eſt althea, & ſemen lini, & huiuſmodi, E
oleo ſibi cõmiſto:quibus cautelis ꝑmiſsis cõſolidantia ſunt apponẽda. Et attende, ꝙ lapis in cõcauitate veſicę,
aut in collo eius,eſt duplex morbus,ſ.morbus in numero,& morbus in cõcauitate vel poro,q eſt oppilatio:quare
erit curatio per inciſionẽ vel comminutionẽ cura duplicis morbi,ſed trãſpoſitio ex collo in concauitatẽ non erit
cura,niſi oppilationis pori,& huiuſmodi vt nunc tm̃,ſicut dictũ eſt. Deinde dat cauſas ſalubres oppilationis fa
ctæ ex ſanie,& dicit, EIVS VERO &c.i.ſed curatio oppilationis factæ ex humiditate, præter naturã contenta in
poro vel concauitate alicuius partis,eſt indigens perfecta euacuatione illius,ſicut qñ ſanies eſt oppilãs:& hoc intẽ
debat,cum dixit,Quemadmodũ in putredinibus.ſed alia translatio plus habet,dicẽs,Quemadmodũ in ſanie,quæ
coarctatur in pectore.Humiditas aũt,quæ continetur in cõcauitate vel poro,duobus modis eſt pręter naturam,ſ. text.139.
aut toto genere,aut quãtitate & qualitate.Sanies aũt,quæ ponitur in exemplũ cauſæ huius morbi,cum dicit,Quẽ
admodum in putredinibus.eſt toto genere præter naturam,eſſentialiter.n.inconueniens eſt corpori,& nõ ſolum
q̃;titate & qualitate:ideoq; dicit ad curã perfectam eũone vtendum eſſe,vt nihil ex ea derelinquatur.Hæc autẽ ſa-
nies,in quacũq; concauitate vel poro contineatur,eſt lædẽs operationẽ,cui deſeruit cõcauitas illa vel porus,vt exi
ſtens in pectoris concauitate, prohibet dilatationẽ pectoris & pulmonis,quare anhelitus impeditur.Eſt aũt origo
talis ſaniei apud pectoris cõcauitatem,aut ex apoſtemate pleuretico,cum in exiturã tranſiuit:aut ex alijs vlceribus
pectoris.Sed,quia non eſt ibi alius meatus,eductioni paratus,quàm cãna pulmonis ſummo ori continuata:ad hãc F
autem talis ſanies peruenire non põt,niſi tranſeat in pulmonẽ & in canales eius,& impediens ibi anhelitum com-
moueat tuſsim,quæ ipſam ad ſumma ora proijciat per ſputũ:in pulmonẽ aũt deuenire nõ poteſt, niſi ingrediatur
per pãniculum ſpiſſum,inuoluentẽ pulmonem,ad quem terminantur ſubtiles cãnulæ pulmonis, latentes viſum,
Indigebimus ad hoc medicinis ſubtilibus & adiuuantibus hos tranſitus.Sunt aũt tales,quæcũq; incidunt, & ſubti
liant,& abſtergunt,vt quæ amari ſunt ſaporis:de proprietate.n.talium eſt mundificare,& aperire poros corporis,
ſicut amygdala amara,& hyſſopus,& praſsium, iris, orobus, & ſcilla, & huiuſmodi.Pulmo ergo his adiutus per
apertionẽ viarũ & ſubtiliationem ſaniei ſuſcipit ſemper aliquid ex illa in forti pectoris conſtrictione(ſicut Gal.di lib.2.c.9.
cit in lib.ſuo de cognitione interiorũ morb.)cum.n.pectus fortiter conſtringitur,exprimit aliquid de ea in prędi
ctos meatus panniculi:ad hoc aũt faciendum excitat natura tuſsim,in qua fortis fit conſtrictio. Deinde dat cau
ſas ſalubres oppilationis,factæ ex multitudine ſanguinis circa venas,& dicit, IMMODERATA &c.i.ſed oppila-
tio,quæ fit ab immoderata repletione,indiget ad curam immoderata eũatione, quẽadmodum facimus in reple-
tione,quę circa venas,ex ſanguine,phlebotomiã ſępe inducentes vſq; ad defectum virtutis. Et ſciendũ eſt hic,ꝙ
duplex eſt immoderata repletio,ſicut & duplex eſt repletio,ſ.per cõparationem ad vaſa,& per comparationem ad
virtutem:vtraq;.n.poteſt eſſe in ſuperfluo & exceſſu,& infra illum,hæc quidem nocens quãtitate tm̃,illa vero ſo-
la qualitate:propter quod & dicta repletio ad virtutem.Sicut autẽ repletio, quo ad vaſa,eſt ſimpliciter repletio:ea G
vero,quo ad virtutem,repletio ſm quid,Ita repletio,quo ad vaſa,exiſtẽs in ſuperfluo exceſſu,eſt ſimpliciter immo
derata:ea vero,quæ ad virtutẽ,exiſtens ſimiliter in exceſſu,immoderata ſm quid.Et,quia hæc ſecunda nõ eſt cau-
ſa oppilationis,non intellexit de hac. Adhuc etiã immoderata repletio ad virtutẽ nõ indiget immoderata euacua
tione ad virtutẽ,ſed moderata.Intelligit ergo de ea,quæ eſt ſimpliciter immoderata, eo ꝙ vaſa amplius tenere nõ
poſsint:hæc enim eſt cauſa oppilationis venarũ,qua impeditur operatio,cui deſeruiebat vena:& hæc eſt indigens
ſimpliciter immoderata euacuatione. Sed immoderata euacuatio duplex eſt,ſ.quæ euacuat non ſolũ ſuperfluũ,
ſed iuuatiuũ,& de hac nõ intelligit:& quæ exquiſite euacuat ſuperfluũ ita, ꝙ nihil relinquatur de illo,quę,vt hoc
perficiat,vſq; ad principiũ defectus virtutis attingit,ab hoc ſolo nomen accipiens immoderata.Nõ igitur dicitur
immoderata,quia purget vltra ſuperfluũ,id ſcilicet,quod retinendũ eſt,ſed quia ſit pertingẽs vſq; ad vltimũ,quod
euacuari oportet,donec virtutẽ terreat. Dixit aũt hoc & recte Gal.antiquũ aſſequẽs Hippocratẽ, qui ait, ꝙ Ad pt.1.aph.6.
vltimas ægritudines vltimæ curationes ad perfectionẽ ſunt potentes,vt vltimę caliditati vltima frigiditas: & vlti-
mę repletioni vltima euacuatio,correſpondens.ſ.ad id totum,cuius præſentia immoderata repletio dicebatur:cõ
trarium enim curans,æquipotens debet eſſe curato, verbi gratia,quantum hoc replet,tm̃ illud euacuet:&, quan-
tum hoc exceſsit in calore,tantum illud infrigidet:& ſic de alijs.

DVBITABIT aũt aliquis per id,quod dicit Hippo.illo aphoriſmo, In exercitantibus ad ſummũ & c. Volẽs pt.1.aph.3.
enim docere in omnibus corporibus vltimas eũones & repletiones eſſe fallaces,cõcluſit illud ſicut à minori,quaſi H
diceret,Si in athletis vltime bona euexia,i.habitudo,in qua eſt vltima repletio,fallax eſt in curſu periculi tũ diſciſ-
ſionis venarũ,tum ſuffocationis caloris innati ſub multitudine humidi,eo ꝙ ſemper introducentes cibum mane-
re non poſſunt in eodẽ,neq; ad melius addere,cũ ſint in ſummo bonę euexiæ:& ſi horũ cauſa oportet hanc ſolue-
re per euacuationẽ,vt corpus habeat regionẽ capacẽ quotidiani cibi:& neq; ſolutionẽ ad vltimũ ducere (fallax.n.
ſimiliter in curſu periculi defectus virtutis)ſed,qualis natura fuerit ſuſtinẽtis,ad hoc ducere,Si(inquã) ita fallax eſt
vltima repletio,& in talibus etiã ſic vltima euacuatio,in qbus minus videtur,cũ ipſi fortes ſint virtute,multo ma-
gis & in omnibus alijs vtraq; fallax erit.Sic ergo vult Hippo.ꝙ vltima repletio non ſit vltime ſoluenda,nec etiam
quæcũq; alia multo magis. Niſi eſſet,ꝙ Hippo.non dicit,ꝙ vltima repletio non indigeat vltima euacuatione,
ſed ꝙ vltima euacuatio ibi fallax eſt,eo ꝙ non contingit ſemper cum vltima repletione eſſe fortẽ virtutẽ:pp quod
dixit,Nõ ad vltimũ ducere,ſed,qualis natura fuerit ſuſtinẽtis,ad hoc ducere.Si.n.virtus deficiat,purgatio eſt cohi
benda,etſi nõdum tota exierit abũdãtia.Accidit aũt deficere virtutem ante totius ſuperflui euacuationẽ, maximę
ſi prius debilis fuerit reſolutione multa ſpiritus & caloris,quę in euacuatione contingit.Quare in talibus euacua-
tio eſt paulatim facienda,& per interualla,donec ad vltimum deducatur:aliter.n.non fieret ſanatio vltimę reple-
tionis.Ergo intelligit Hippo.ꝙ vltima euacuatio in athletis, & quibuſcũq; alijs vltime repletis dubia eſt, ſubito
facta,ſed paulatim & per interualla ſecuratur.Hoc aũt in nullo cõtradicet Galeno, q nunq̃ dixit illã ſemper ſubito

A faciendam esse:accidit enim,& sepe,talē fieri debere,cū fortis est virtus sub repletione immoderata. Vnde & Hippo.dixit in altero aphorismo,Et,vbi oportet,vsq; ad defectionem ducere,si sufficiat ægrotās. Oportet aūt in summe repleto:sufficit aūt,cum fortis est:est aūt fortis virtus illius,cuius corpus est densum, nō resolubile, & iā ad finē augmenti productū,cuius omniū membrorum cōplexio vel compositio adequata est virtutibus,quæ in ipsis. Habet aūt alia trāslatio,q̃ immoderata repletio indiget euacuatione æquali:quod Hali exponit,i.euacuatione gradata,donec destruatur superflua repletio,quasi dicatur equalis virtuti tolerāti:& hoc pp cautelam virtutis,quę debilis existens aliqñ non tolerat euacuationē superfluam simul factā. Nos aūt dicimus,nō reprobantes tñ hanc expositionem,q̃,cum ibi dicitur,q̃ immoderata repletio indiget euacuatione æquali, intelligi potest,i.euōne, quæ æquatur immoderatę repletioni:hęc aūt est immoderata euacuatio. Sed ex hac expositione nō habetur, q̃ subito debeat illa fieri,sed tū subito,tū gradatim, ẽm naturā sustinētis. Quare & hęc expositio rectior erit,cōmunior existens. Immoderata aūt repletio maxime apud medicos est illa,quæ ex omnibus fit humoribus simul mistis in venis:pp quod de illa exemplificans dixit,Quemadmodum in sanguine circa venas. huic aūt maxime cōpetit euacuatio,quæ per phlebotomiam. Est enim phlebotomia euacuatio vniuersalis,quę multitudinē euacuat:multitudo vero est augmentum humorum super æqualitatē ipsorum in venis,sicut dicit Princeps. Et tu iam sciuisti,quid nos intelligamus per omnes humores in venis. Deinde dat causas salubres oppilationis cōcauitatis vel pori circa ventrem,& intestina,& tracheam,& pulmonē,factę ex sanguine vel sanie,& dicit,QVIBVS VERO &c.idest,

B sed, quęcūq; emphraxis aut repletio cōcauitatis vel pori facta est ex sanguine vel sanie circa ventrem & intestina, aut circa tracheam vel pulmonē,in quibus omnibus sunt cōcauitates aliquæ ad aliquod opus ordinatæ,indiget ad curā perfectam euacuatione nil relinquente ibi de talibus,eo q̃ sanguis & sanies ex toto genere præter naturā cōtinetur in his cōcauitatibus. Sed,qualiter sanies sit toto genere præter naturā,iam dictum est. Sāguis vero, cum in vena est,non est ibi præter naturam,nisi aut quantitate,aut qualitate, sed,cum exit à vena in aliam cōcauitatē sibi non naturalem,iā ibi cōtinetur toto genere præter naturam,cōtinuo enim factus est corpori omnino incōueniēs ad nutrimentum,transiēs iam in corruptionem. Accidit aūt in omnibus his cōcauitatibus contineri sanguinē, & saniem:saniem quidem tum ex vlceribus,tum ex ruptis apostematibus:sanguinē aūt ex scissura venę,& ex alijs talibus. Resudat etiam ad hæc loca ex apostematibus circa ea,ęrugo quædā,aliqñ sanguinea,aliqñ cholerica,aliquādo phlegmatica,aliqñ melancholica ẽm naturam dominantis in apate humoris,sicut palam est in pleuresi, & peripneumonia:quæ ærugo etiam toto genere ꝓter naturam est,opus cōcauitatis,ad quam resudat,impediēs,ideoq; & pfecte exterius excernēda. Deide dat causas salubres eius oppilatiōis,quę ex cibo & potu,& dicit,AMPLIORIS &c.idest sed oppilatio,siue repletio stomachi & cōcauitatis eius ex cibo & potu amplior, q̃ continere possit atq; digerere,siquidem adhuc recens extiterit cibus & potus, corrigetur per euacuationē. Dicit,adhuc recens,

C quia post moram non est facilis eius eductio per vomitū stomacho iā circūtracto ad cibum, ideoq; fortius continente illum:quare tunc correctio talis oppilationis melior est per lentam deambulationē,vt descēdat, & omnino per adiuuamentum digestionis eius. Deinde,cum dedit oppilationē ex sanie,& sanguine,& cibo & potu,& huiusmodi oportere per euacuationē sanare,vnde fiat,ostendit,horū oppilātium euacuatio, & cum quibus,& dicit, QVAECVNQVE IGITVR &c.i.sed,quæcūq; continentur in pulmone,i.in canalibus eius, vel in pectore,i.in cōcauitate,quæ est inter pectus & pulmonē,euacuantur cum tussibus. Est aūt tussis,motus naturę ad expellēdum omne illud,quod operationē lædit anhelitus,& maxime quod in canalibus cōtinetur, oppilās eos: hāc aūt intentionem natura operatur cū instrumentis spiritus,quorum actio est aerē attrahere & emittere. Cum ergo introitus spiritus impeditur,excitatur natura,vt forti motu & multo spiritu excludat impediēs. Qñ ergo aer sic fortiter impulsus egreditur,mundificat canales pulmonis & tracheā totā,propellēs,quicquid præ se inuenerit. Adhuc aūt & apud impulsionem & cōstrictionem exprimitur in paniculum inuoluentē pulmonē,quicquid fuerit de sanie, aut de sanguine,aut alia ærugine in pectoris concauitate,sicut dictū est. Est aūt hæc actio(sicut videtur)cōposita ex actione virtutis naturalis expulsiuę pulmonis,& virtutis volūtarię motiuę pectoris. Qm̃ autem & huic actioni naturæ aliqñ rebellat sanies,aut sanguis,aut alia quęuis ęrugo sui crassitie & viscositate,ideo subiunxit, Ex pharmacis extenuātibus,i.subtiliātibus & incidentibus. his enim,& proprie cū fuerit in eis absterſio, adiuuatur eradicatio eius à canalibus,& assuctio eius à pectore in extremitates canalium,cum pectus & pulmo constringitur. Dein-

D de dicit,QVAECVNQVE VERO &c.i.sed,quæcūq; oppilatiua cōtinentur in hepate,aut venis,aut arterijs, aut renibus,euacuare oportet aut per vrinā,aut per ventrē:hę enim duæ vię paratiores sunt ijs, quæ in his continētur membris. Deinde,cum dedit,vnde fiat horū purgatio,dat,cum quibus, & dicit,SED PER VRINAM &c.i. sed per vrinā fiet euacuatio à vehementer extenuātibus,quę proprie dicuntur diuretica,qualia sunt semen fenicu-li,apij,seseleos,ameos,daucus,& huiusmodi:de natura.n.horū est,vt attenuent sanguinē valde,& subtiliēt ipsum, & decernant,& separent spissum eius ab eius aqueo & subtili,& aggregent spissum,& cōtinuent ipsum. Duæ ergo sunt in genere taliū medicinarū proprietates,quas nō consequuntur nisi à caliditate & siccitate forti,quarū prima est liquefactio sanguinis,& eius resolutio:secūda est digestio sanguinis,& separatio eius ab aqueo ipsius. Et hę duę proprietates simul adiuuant renes,vt facile attrahāt aqueum iā ita separatū,& propter hoc non sunt conuenientes abscisioni saniei ex pectore(sicut dicit Gal.in lib.de simp.med.)aggregatum enim & siccatum non est aptum, vt ascendat in sputo. Quare medicinæ pectoris nō debent esse tantæ caliditatis & siccitatis,sed debent esse incisiuæ & abstersiuæ,sumptæ cū sorbitiōibus mollibus,& huiusmodi,vt nō superflue exiccēt. Deinde dicit, PER VENTREM VERO &c.i.sed euacuatio per ventrem, fiat attrahentibus & aperientibus.

SED DICAMVS nunc,quot modis fiat attractio,& quæ sit virtus medicinę attrahentis & aperientis, & quis modus purgandi attrahentium. Dico ergo,q̃ attractio alicuius ab aliquo aut est tota violēta:aut partim violēta, partim naturalis:tota aūt naturalis esse non potest,cū principalis eius causa sit principiū extra id,quod attrahitur.

In totum

Marginalia: aph. 23. (beside line 2); 138. (beside line 5); rimi cō. i pri. ca pili. (beside "do vero est augmentum...")

In totum aũt violenta eſt illa,quæ ſequitur motũ attrahentis,contactũ habẽtis ad attractum nihil cõferente attra- E
cto:eſt.n.violentum,cuius principiũ eſt extra, nihil cõferẽte vim paſſo, ſicut Philoſophus dicit in ethicis. Propte 3.ethi.tx.3.
rea Ariſt.in 7.phy.exemplificans de motu violento,dixit,ꝙ motus violenti ſunt attractio,impulſio, vectio,& ver t.com.10.
tigo. Eſt autem alia attractio,in qua,licet principiũ attrahens ſit extra attractũ,non tñ perficitur, niſi aut attractũ
habeat etiam virtutẽ,quę ſine contactu currat in attrahẽs,vt cõtingit in attractione,qua ferrũ attrahitur à magne-
te:aut vbi attrahẽs faciat diſpõnem in circuitu attracti,ex qua accidat attractum ſine cõtactu attrahentis conſequi
ad prohibitionẽ diſpõnis inductę ab attrahẽte, vt in vacuo. Quare talis attractio nõ poterit dici oĩno violẽta,qm̃
vim aliquã paſſum cõfert ad hũc motũ:erit ergo partim naturalis partĩ violẽta. Propter quod reſumẽtes dica-
mus,ꝙ talis attractio fit à trib⁹(ſicut dicit Gal.ĩ li.de nat.vir.)ſcilicet à vacuo,à calido,& à forma ſpecifica. SED lib.2.ca.7.
cõtinuo aliquis dicet à vacuo nihil attrahi,eo ꝙ vacuũ nihil eſt,ſicut in phyſicis ꝓbatur:quod aũt nõ eſt,nihil age- 4.phy.t.c.
re poteſt,quare nec attrahere. Niſi eſſet,ꝙ vacuũ non attrahit ſicut exiſtẽs,ſed ſicut eſſe nõ potẽs:propter quod 64.& infra.
attractio principalis attribuitur rei euacuanti,vel nitenti vacuũ facere,et hoc nõ per ſe,ſed per accidens,eo ꝙ actio
nem eius continuo cõſequitur aut vicinius ex corporibus:aut faciliores fluxus ex æqualiter vicinis, vt patet in vẽ-
toſa:vnde & Galenus vocat hæc,cõſequẽtia ad id,quod euacuatur. Hæc aũt cõſecutio partim naturalis eſt, partim vbi ſupra.
violenta:eſt.n.naturalis ex quadam natura vniuerſali,quæ facit impoſsibile vacuũ eſſe:violẽta aũt propter eſſe il-
lud,quod euacuat,extra illud,quod cõſequitur:& propter accidẽtaliter hoc illi vim inferre. Attractio aũt, quę eſt F
à calido apud Gal.& Princ.reducitur ad eã,quę à vacuo:dicunt enim,ꝙ calidũ igneum in lycinio lãpadis euacuã- 1.pri. do.6.
do ſubſtantiã lycinij facit cõſequi oleũ ad replendum. Mihi aũt hoc exemplũ non videtur cõueniens. Nã oleũ, ſum.1.c.3.
aut cera lycinij,ex quibus habet nutriri igniculus ille lycinij,minus proprie dicit̃ attrahi ad ſuperiora ipſius:igni-
culus.n.ille calefaciens & ſubtilians oleũ aut cerã,conuertit eã in vaporẽ,hic aũt naturaliter ſurſum mouetur: cũ
aũt in motu ſuo ſurſum aſcendat,offendit ignẽ lycinij,à quo inflãmatur & ipſe. Et,quia hoc fit cõtinue,donec du-
rat materia ſic cõuertibilis in vaporẽ,continue durat ignis vſq; in finẽ,niſi per aliud extinguatur. Hoc aũt non eſt
proprie attrahere,ſed generare:cũ enim generans dat formã generato,dat omnia cõſequẽtia formam:ſed de cõſe-
quentibus formam principaliter eſt motus ad locũ:ergo,quãtũ dat oleo & ceræ de forma aeris aut ignis,tm̃ dat ei
de motu ad locũ vtriuſq;. Propter hoc ergo nõ videtur illud attractio,ſed naturalis motus generati,datus à generã
te cum forma:hic aũt motus eſt à principio intra exiſtenti,licet generatio ſit à principio extra rẽ genitam exiſtẽte.

Quare ſm totã meam opinionẽ nõ dicitur illud attractio,ſed generatio,& motus naturalis generati, ad locum
ſuum. Non eſt tñ dubium,ꝙ calidũ attrahit:ſi enim applicueris alicui mẽbro thapſiam, videbis ipſum ſubito cale
fieri,& ĩ tumorẽ extolli:ſimiliter fit ex pice & reſina,& alijs calidis medicinis. Nec attrahit etiã calor, niſi per hoc,
ꝙ euacuat locum,humidũ illic contentũ extenuans,& in vaporem ducens,propter quod cogit aliqd recurrere ad
replendum:adiuuat aũt ad illud,quia liquat materias vicinas,& meatus adaperit. Attractio vero, quę eſt à for- G
ma ſpecifica,qualis eſt ferri ad magnetẽ,aut choleræ ad ſcãmoneam,eſt partim naturalis, partim violẽta. Inquan-
tum eſt à principio extra,violenta eſt:inquãtũ vero vim paſſum videtur cõferre ad hoc,dicitur quodãmodo natu-
ralis. Dicemus aũt rurſus,ꝙ hæc forma,qua res ſpecificatur in eſſe,non eſt qualitas ſimplex,nec cõmiſta,nec ali
qua de perceptis ſenſu,ab eis cauſata,ſed eſt forma adueniens materiæ ſm præparationẽ,quæ prouenit ei ex cõple
xione primarũ qualitatũ,qua res diſtinguũtur ab alijs. Huius aũt formę ꝑfectio (ſicut dicit Prin.) aliqñ eſt actio, 2.pri. do.2.
aliqñ paſsio,quia hæc forma aut eſt virtus actiua,vt magnetis:aut paſsiua vt ferri. Cum aũt euenit,ꝙ ſit virtus acti ſum.1.c.15.
ua,aliqñ agit in corpus hominis,vt napellus:aliqñ non,vt magnes. Cum aũt contingit,ꝙ ſit actiua in corpus ho-
minis,aliqñ agit actionẽ conuenientẽ,vt pęonia:aliqñ inconuenientẽ, vt napellus. Cũ aũt contingit, ꝙ ſit paſsi-
ua,non patitur ſimiliter niſi à determinato ſibi actiuo,ſicut ferrũ nõ attrahitur à quocũq;,ſed à magnete. Nõ ſunt
aũt tales actiones mediante aliqua qualitate ſimplici,vel cõmiſta,quibus agens agat ad tranſmutandũ & couertẽ-
dum patiens:non enim attrahit magnes ferrũ,agens à calore vel frigore:nec ferrũ attrahitur, patiens ab humidita
te vel ſiccitate:Nec aurum lætificat, quia calefaciat,vel infrigidet,vel aliqualiter corpus diſponat:nec homo lætifi
catur ab illo,quia calefiat vel infrigidetur, humectetur vel exicetur:Neq; iaſpis ſiſtit fluxum ſanguinis, quia ſan-
guinem aliqualiter alteret:aut ſanguis ſiſtitur,quia aliqualiter alteretur ab illo in aliqua qualitatũ:actiones tamẽ
iſtę ſunt aliquę affectiões,prodeũtes ad propria paſsiua,imperceptibiles & inenarrabiles. Propter quod tales actio
nes non expetunt neceſſario cõtactũ agentis ad patiens,qualis eſt cõtactus magnitudinis, ſed virtutis:non.n.ſunt H
actiones naturales,ſed virtuales,quæ ſupernaturales dicũtur,contingẽtia enim nihil magis agerent, vel paterẽtur
abinuicẽ. Magnes enim attrahit ferrũ,nõ cõtingẽs ipſum:& piſcis vocatus ſtupefactor vel torpedo ſtupefacit ma-
num piſcatoris tenentis rete,non cõtingens manũ:& pęonia deſtruit epilepſiã,non tñ contingens eã. Niſi dicat
quis ibi eſſe contactũ per medium aliquod,ſ.aerẽ in magnete,& rete ĩ ſtupefactore,mẽbra corporis in pęonia; ſed
nõ videtur mediate,quia nõ patitur mediũ,quod patitur ab eo tertiũ,eo ꝙ nõ eſt ſuſceptiuũ talis paſsiõis ab illo.

SED DICET aliqs nõ eſſe actionẽ à forma ſubſtãtiali,eo ꝙ oĩs actio eſt à cõtrario:ſubſtãtiæ aũt nĩl eſt cõtra-
rium. Niſi eſſet,ꝙ oppoſitũ magis videtur eſſe verũ,ſ.eo ꝙ omnis actio eſt à forma, à materia aũt paſsio. Nõ.n.
eſt forma,quæ deſtituatur à propria operatione,ſicut dicit Boetus:lucis.n.eſt lucere,& aĩę viuificare. Sed actio-
nes formarũ ſunt duobus modis. Quædam.n.nõ ſunt prodeũtes ad paſſiuũ,ſed manẽt in agẽte, vt viſio in vidẽte,
& intellectus in intelligẽte:imo,quia tales operationes nõ fiunt ſine quadã paſsione ab alio,à quibuſdam vocãtur
paſsiones,cum tñ poſt illas paſsiones ſequatur actio iudicandi. Quædã vero ſunt prodeũtes ad paſsiuũ, & harum
duplex eſt modus. Quædam enim ſunt prodeuntes à forma mediãtibus qualitatibus primis & ſecũdis,& hę ſunt
conuerſiuæ ſuorũ paſsiuorum in ſimilitudinẽ quandã & naturã actiuorũ,& dicuntur actiones naturales:& in his
expetitur cõitas actiui & paſsiui in materia. Contrarietas aũt eſt in qualitatibus primis & eas comitãtibus: ab his 2.de gene.
enim ſolũ eſt cõtrarietas inter ſubſtantiã & cõtactus vtriuſq; ad alterũ,ſicut oſtẽdit Philoſophus in lib.de gene.& t.c.8.

cor.

A cõr. Et de hac quidẽ actione dicitur,ꝙ eſt à cõtrario. Nec põt quis dicere,ꝙ tales actiones non ſint formarũ ſubſtãtialium,ſed accidentalium tm̃,cũ accidentales agant in virtute ſubſtantialiũ,& earum actiones ad ipſas terminentur:non.n.ita recte dicitur,ꝙ calor ignis calefacit,ſicut ꝙ ignis calefacit calore. Adhuc aũt virtus animę,quę eſt in membro forma ſubſtãtialis,agit in cibũ à calore mẽbri ſicut ab inſtrumento:propter quod nõ agit talis calor virtute elementali tm̃,ſed in virtute aĩę,quæ eſt ſua forma,qua informatur & dirigitur ad certũ finem, ſicut malleus agit,informatus forma artis ad finẽ, quẽ intẽdit artifex. Si enim calor ageret in virtute ſua tm̃,calefaceret ſolũ, nõ aũt per eius calefactionẽ induceretur in cibũ forma mẽbri. Et breuiter,ſicut forma ſubſtãtialis eſt principiũ emanationis earũ in ſubiecto,ſic eſt,cui debent actiones illarũ attribui. Quędã vero prodeunt à forma ſubſtantiali, nulla mediãte qualitate prima vel ſecũda,& hæ ſunt ſimpliciter attributę formæ ſubſtãtiali:& debentur ei non ex cõmiſtione elementorũ,ſed ex altiori principio,ſ. cęlo:& ſimiliter habẽt ſe paſsiones ad formã paſsiuorũ. Propter quod in talibus actionibus non expetitur cõtrarietas agẽtis ad patiens,neq; etiã ſimilitudo, cõtrarietas enim & ſimilitudo rerũ eſt in qualitatibus,& nõ in ſubſtãtia,ſicut alias ſcitũ eſt. Neq; etiã expetitur naturalis cõtactus actiui ad paſsiuũ,qualis eſt cõtactus magnitudinis,ſed metaphoricus,qui dicitur cõtactus virtutis, propter quod tales actiones virtuales dicuntur,& quodãmodo ſupernaturales,ſed expetitur tm̃ præſentia paſsiui, quod ex proprietate ſuę formę talis actus ſuſceptiuum exiſtit. Ex quo videtur mihi,ꝙ attractio ſanguinis ad mẽbrum, non poſsit **B** dici,ꝙ fiat iſto modo à virtute formę ſubſtãtialis mẽbri:vtitur enim hæc virtus & calore,& villis,qui in membro, & habet opus attrahens contangere attractum:cuius ſimile nõ contingit apud attractionẽ magnetis, & medicinæ laxatiuę. Erit tñ talis attractio naturalis ex parte attrahẽtis, ſm̃.ſ.ꝙ eſt ipſius actio:violenta vero ex parte attracti, ſm̃.ſ.ꝙ eſt ipſius paſsio,ſiquidẽ attractum nõ adiuuat per ſe ipſum ad hunc motũ. Sed dicũt aliqui,ꝙ nutrimẽtum non attrahitur virtute mẽbri,ſed currit ad ipſum,ſicut perfectibile deſiderãs perfici:appetit enim materia formam,ſicut dicit Philoſophus. Quibus dicemus,ꝙ,ſi hoc eſt verũ,tũc oportebit,ꝙ hic appetitus excitet in omni paſsiuo curſum ad actiuũ,quod dat ei formam:ſed hoc eſt falſum:ergo & illud. Adhuc aũt villi lõgitudinales, quos ad attractionẽ membri cõtractos inuenimus,fruſtra facti eſſent:natura aũt nihil facit fruſtra. Adhuc autẽ medicina inuenitur tranſire ad membrũ,de qua nõ poteſt dici,ꝙ appetat formari forma membri,qm̃ fruſtra eſſet hic appetitus:quare nõ currit ſicut appetẽs,ſed attracta. Si ergo mẽbrum ad expulſionẽ morbi attrahit medicinã, multo fortius ad ſui ſaluationẽ attrahet alimentum. Adhuc aũt(vt dicit Philoſophus) virtus nutritiua eſt virtus animę,potens ſaluare ſuſcipiens ipſam:quod quidẽ non facit niſi per reſtaurationẽ deperditi. Oportet ergo, ꝙ de natura eius ſit nõ ſolum vnire & aſsimilare alimentũ membro,ſed etiam apponere,& attrahere ipſum ad illud: ſi enim deficit ei attractio,& indiget,vt alimentũ ex ſe currat ad mẽbrum, tũc non eſt potẽs ſaluare niſi per accidẽs, **C** quod abſurdum eſt. Nullo ergo modo dici põt,ꝙ mẽbrum nõ habeat virtutẽ attractiuam conuenientiũ,ſicut habet alienorũ expulſiuam. Sed,quod adhuc huic opinioni fomẽtũ præſtat, eſt dictum Auer. qui ſuper 7 phyſic. dicere videtur,quòd motus nutrimẽti ad membrũ,eſt ſicut motus grauis & leuis in locũ ſuum: motus aũt grauis & leuis in ſuũ locũ eſt motus à generãte,qđ dat ſpeciẽ & formã (ſicut dicit Phil. in 8 phyſicorũ) ſimul.n.cũ forma dat cõſequẽtia formã:de qbus eſt locus. Propter quod dicit Ariſt. in 4 libro de cęlo,quòd in ſui ipſius locum ferri eſt ad ſpeciẽ ferri:hoc enĩ eſt graui eſſe,quod eſt deorſum eſſe:& leui eſſe,quod eſt ſurſum eſſe. Quãtũ ergo mẽbrũ nutrimẽto dat de ſpecie ſua,tm̃ exhibet ei de motu ad ipſum. Sicut ergo potẽtia graue paulatim mouet̃ deorſum, ſm̃ quòd paulatĩ ſuſcipit ſpeciẽ grauis à gñante,ita nutrimẽtũ ipſum,exiſtẽs potentia mẽbrũ,p ſe ipſum gradatim & paulatim mouet̃ ad mẽbrũ,ſm̃ quòd gradatĩ & paulatim alteratũ eſt ad formam mẽbri. Sed hęc ſentẽria nõ hẽt veritatẽ,Primo quidẽ,qa ſimilitudo,quã aſsignat,nõ eſt vera ſimilitudo. Motus enĩ grauis ad locũ ſuũ eſt motus datꝰ à generãte ſimul cũ forma,ſed nõ eſt motus ad generãtẽ. Nubes enĩ potẽtia exiſtẽs aqua, cũ fit actu aqua, deſcendit deorſum,ſed generãs eius non erat deorſum,erat.n.generans aquã frigiditas aeris,quę ſurſum eſt:motus aũt nutrimenti ad membrũ,eſt motus ad generantẽ,ſiquidẽ ipſum potentia exiſtẽs mẽbrũ fertur in mẽbrũ, quod eſt exhibẽs ei actum mẽbri. Sed dicet aliquis,quòd nutrimentũ non mouetur ad mẽbrum, ſicut ad generantẽ, ſed ſicut ad formã & locũ proprium,quẽ accidit eſſe in ipſo generante:ſuſcipit enim formã nutriti non quidẽ ſicut ſeparatũ,ſed ſub nutrito,in quod cõuertitur,& ita per accidẽs mouetur ad generãtẽ. Propter quod dicemus aliter adhuc aduerſus talẽ,ꝙ iſte motus nutrimenti nõ eſt naturalis,ſicut motus grauis & leuis,quia accidit eſſe mo**D**tum contra naturã ſuæ inclinationis,quã cõſequitur ex dominio elemẽti in eo,ſ. qñ mouetur ſurſum, vel ad dextram,vel ad ſiniſtrã:manifeſtum eſt enim,quòd in eo dominatur aqua & terra. Ergo, ſi moueatur ad aliã partẽ, q̃ deorſum,mouebitur cõtra naturã ſui, ſicut attractũ,aut ĩpulſum. Cuius etiã ſimile eſt dicere de ferro:qñ ſurſum, vel ad dextram,vel ſiniſtrã mouetur contra inclinationẽ elemẽti in ferro dñantis,ad magnetẽ,mouetur ſicut attractum,cum moueatur contra inclinationẽ elemẽti in ferro dominantis. Amplius alimentũ, cum ſtomachi digeſtionem ſuſceperit,mouetur ad hepar,ſicut videmus:ſed,cum hepar non dũ ipſum digeſſerit,neq; aliqd de forma ſua impreſſerit,alimentũ non debet moueri ad ipſum:ergo,ſi mouetur ad ipſum,nõ mouetur ex ſe,ſed ſicut attractum. Amplius,poſtq̃ hepar digeſsit & ſanguificauit cibum,tũc cibus mouetur in vniuerſa mẽbra corporis, ſicut videmus,& oẽs dicunt:quare oportet,quòd oẽ mẽbrum impreſſerit aliquid ei de forma ſua,et quòd habeat iã ſimilitudinẽ cum quolibet:ſed,cũ membra ſint tot diuerſitatũ,impoſsibile eſt rem vnã conſimilẽ, quantũ ad ſenſum,habere ſimilitudinẽ cum tot diuerſis ſm̃ ſenſum. Præterea, ſi quodlibet ei aliqd impreſſerit de forma ſua apud digeſtionẽ in hepate,tunc oportuit hepar digerere cibũ & ſanguificare ipſum virtute caloris oĩum mẽbrorum:quare hepar nõ exhibuiſſet cibo formã ſimilem hepati:cuius oppoſitũ videmus,ſ. ſanguinẽ hepati ſimilari: propter quod dicunt medici,quòd ſanguis videtur eſſe cibus conuerſus ad ſimilitudinẽ hepatis. Adhuc aũt, ſi à virtute caloris oĩum mẽbrorum digereret hepar,tunc oĩa mẽbra influerent hepati,hepar aũt nulli:quod eſſet cõtra eius principalitatẽ,quã habet ad mẽbra ſm̃ peripateticos & medicos. Quare oportet, quòd ſanguis,cũ mo-

uetur ab hepate in vniuersa corporis mēbra,non habeat hūc motum,nisi per hoc,ꝙ attrahitur ab illis virtute aīę, E
quæ in eis existit:cūq; oēs virtutes aīæ sint organicę p̄ter intellectiuā,impossibile est huic virtuti nō assignari organum propriū. Quare fiet hęc attractio quibusdā ad quædā impellentibus, alijsq; ab illis attrahētibus, & tā calore, q̄; villis vtētibus ad vtrūq;. Quare diuersa videtur hæc attractio ab attractione,quā diximus,quę à forma specifica ꝓcedit nulla mediāte qualitate:quod quidē incidēter hic adiectū sit. Post hoc aūt redeuntes dicamus, Qm̄ ergo quædā talium actionū sunt corruptiuę suorū passiuorū,aut amotiuę aliquorū actuū seu dispōnum in passiuo,creditę sunt esse à cōtrario:&,qa quędā ex eis sunt exhibētes passiuo actū cursus ad actiuū sicut ad delectabile & amicum,creditæ sunt esse à simili,cum tn̄ hoc nil sit,qa substātiæ non cōtrariatur substātia. Similitudo vero substantiæ ad substantiā in qualitatibus proprie dicitur. Quòd si dicat aliqs,ꝙ formā substantialē vnius cōtingit in natura esse vicinā formę substātiali alterius,signū sumēs ab accidētibus comitātibus formā,quę si fuerint similia, ꝓbant formas substātiales,à qbus processerūt,esse vicinas s̄m naturā,nō tn̄ erit propter hoc talis vicinia causa attractionis vnius ad alterū,in multis enim videmus tales vicinias,quę in se inuicē nō sunt causa talis actionis. Quòd si dicat nec istud sufficere,sed p̄ter hoc oportere alterū fortius esse,sicut dicit Gal.in lib.de simp.medicinis,ꝙ medicina est fortior humore,& magnes ferro:ait enim, ꝙ cartamū & vrtica sunt similia phlegmati, sed fortiora phlegmate ꝓpter caliditatē,& ideo attrahunt ipsum,& nō attrahuntur ab ipso. Dicemus,ꝙ,sicut vnū de talibus attrahit alterū,qn̄ vincit ipsum,ita,qn̄ in fortitudine æquātur,debēt mutuo ad se inuicē concurrere,quasi vtrūq; attrahat alterū. Adhuc aūt incōueniēs est attribuere fortitudinē talis virtutis calori,cū eius operatio nō sit à calore. li.3. dist. 4. c.4. F

Adhuc aūt,quæcūq; similantur in substātia,similātur de necessitate in accidētibus comitātibus illā:sed nō videmus medicinas laxatiuas similari humoribus,quos ipsę attrahunt,cartamū enim & vrtica nō similātur phlegmati in qualitatibus actiuis nec passiuis,neq; alijs accidētibus,quare nec in substātia:ergo nec per similitudinē ī substantia vnū attrahet alterū,sicut Gal.dicebat. Adhuc aūt vnā medicinā cōtingit esse attractiuā duorū diuersorū humorū,sicut aloe attrahit cholerā & phlegma,& similiter rha barbarū:agaricus quoq; phlegma et melancholiā: sed impossibile est ipsam habere similitudines in substātia,de qua loquitur,cū duobus diuersis humoribus,q etiā ad se inuicē in qualitatibus & substantia plurimū distāt:nullo ergo modo videtur,ꝙ attractio fiat per hāc similitudinem. Ideoq; & recte ait filius Mesuę in libro de cōsolatione simplicū medicinarū laxatiuarū , ꝙ ideo medicina non est laxatiua à re cōplexionali sic,sed quia talis:neq; magnes attrahit ferrū,& scāmonea cholerā,quia simile est vel cōtrarium,sed qa tale:neq; quia leue neq; graue,agitatiuū superius aut inferius,sed qa tale:neq; basiliscus vidēdo perimit,qa cōtrariū,sed qa tale:& sic de reliqs. Dotatū enim est oē duplici(vt ait)virtute,s.elemētari, & cęlesti: hac qdē cōi , hac vero ꝓpria:cōi quidē ab elemētis,ꝓpria vero à cęlo:etenī calefactiuū & infrigidatiuū calidū & frigidū oē, solutiuum aūt,non quia calidū,nec quia frigidū,sed quia cęlesti virtute dotatū,mistionē suā ita regulāte: & ab hoc qdē illud est solutiuū, illud vero prouocatiuū,aliud vero aliter,& aliter. Et hoc quidē, quod à cęlesti virtute fit tale, supra cōplexionē esse ferūt. Sicut enim inqt Plato , dotauit quidē res natura ꝓprietatibus:oīs enim res,s̄m ꝙ meretur,à specie sua agit,quod propriū est,neq; est actio propria , nisi quam species regular, sicut dicit. ca.1. primę tentionis. G

Quòd si dicat aliquis ferrum non attrahi à magnete,neq; humorē à medicina,sed currere hæc ad illa,sicut impfecta quærētia perfici ab illis. Dicemus,ꝙ talis appetitus frustra esset,cū illa non sint eorū perfectiua:natura autē nihil facit frustra. Dicemus etiā necessario habere prodire prius aliquas affectiones ab illis in ipsa ante , q̄; currant ad illa,cuius signū est indigētia ad hoc præsentię magnetis:adhuc quia,si cōfricetur alliū ad magnetē , non curret ferrum ad ipsum:quod nō est ob aliud,nisi quia tunc nō procedit actio ex magnete excitans virtutē motus in ferro:alliū etiam nō prohibet illā actionē nisi ex forma sua,quæ talis actionis est impeditiua. Talē autem actionem magnetis,aut medicinæ,attractionem vocamus,quę quidē ęquiuoce dicitur attractio cū ea,quę est ex toto violēta. Post hoc aūt dicemus,ꝙ hæc virtus attractiua in aliquibus est actu adeo,ꝙ nō indiget nisi præsentia sui passiui,vt in magnete:in aliqbus vero potētia tm̄,indigēs quidē excitari ad actū per aliud,vt in medicinis laxatiuis,quarum nō est attrahere humorē sibi propriū,nisi calor corporis,in quo est humor,excitet illā virtutē ad actū:quare existens exterius non attrahit illū,etiā si fuerit pręsens,aut si per scissionem cutis aperiatur via humori.

Dubitabit aūt aliquis de hoc,ꝙ medicina non videtur ad seipsam attrahere:existens.n.in stomacho non trahit humorē ad stomachum sed ad intestina. Humor etiā nō videur ad ipsam currere, sicut ferrū ad magnetem, quia tunc curreret ad stomachū:quare non videtur attractio medicinæ,qualis est magnetis. Nisi esset, quòd medicina aliqn̄ est sui proprietate solutiua pori superioris, aliqn̄ inferioris:aliqn̄ debilis virtutis attractiuę,aliqn̄ fortis. Medicina ergo,quę est solutiua pori īferioris , nō attrahit ad stomachū propter duo,sicut dicit Princeps:aut.s. quia,cū attraxerit ad intestina,natura properat,vt ex propiquioribus expellat vijs:aut quia ipsa natura medicinā ipsam expellit ad intestina velociter,ne stomachi substātia per eā corrumpatur. Quòd si aliquādo tardetur expelli debilitate virtutis stomachi,& virtus attractiua eius nō fuerit debilis , attrahit ipsa vsq; ad stomachū partē humoris,excitans propter illud expulsionē per vomitum. Medicina aūt solutiua pori superioris oris stomachi, & meri, quæ dicitur vomitiua,proprietate sua,qua porū superiorem laxare habet,& fortitudinem suæ attractiuæ virtutis attrahit vsq; ad locum,vbi est. Dixit aūt,quòd euacuatio per ventrē fit attrahētibus et aperientibus:quare oportet medicinam attrahentē habere virtutē aperitiuam meatuū,ex quibus fit attractio:& eorū , ex quibus fit expulsio:hanc aūt habet ex caliditate & subtilitate,& quia sit acuta,& amara,& abstersiua:magis aūt & hāc habet aliqn̄ à proprietate:aliqn̄ vero à virtute sua expressiua,vel lenificatiua,vel lābificatiua. Videtur aūt mihi,quòd medicina,qua humores attrahūtur & purgantur,magis sit dicenda solutiua ex apertione meatuū cōstrictorum , & orificiorum eorū,vnde fit eductio,q̄ ex attractione. Ligatorū enim & constrictorū proprie est solutio:apertiōe enim orificiorum & venarū,ex quibus fit attractio,& apertione & solutione totius intestini iā fit aliqua violētia cōtentiuę. Ex virtute aūt attractiua, quæ humorem comitatur,fit electio humoris educendi. Nec reputo verum esse, H 4.pri.c.4.

quod

. primi. c. quod dicit Princ.f.q,ſi medicina haberet virtutem attractiuã,quæ humorem comitaretur,eſſet dignũ,vt in ſano . i ſi.capi. & forti ſuperaret:quod non ſic apparet, in talibus enim medicinæ minus attrahunt & ſoluunt,& cũ anguſtia ma-
A iore. Sed hoc nõ eſt,quia virtus earum attractiua nõ comitetur humorẽ, ſed quia aliquid fortius eſt prohibens. Humores.n.in ſanis & fortibus proportionati ſunt ad opus naturæ,nec quantitate nec qualitate inobedientes vir tuti: quare membra ipſos tenaciter ſeruant,& attrahunt in contrarium medicinæ,& producit hoc ad anguſtiam.

Purgatio vero alterius humoris ab eo,quem ꝓprietate ſua habet attrahere,non fit à virtute naturali attractiua, quæ eſt in medicina,ſed à ſtimulatiõe & punctione multa,quã facit circa orificia venarum meſeraicarum, ex qua ſequitur ea laxari,vt continere nõ poſſint:naturam quoq; ſtimulatam exprimere illuc humores ſicut ad locũ dolentem. Sed expulſio nulli attribuitur medicinæ,ſed naturæ tm̃. Expellit aũt natura ſtimulata tum ab humore attracto in nõ ſui locũ,tũ ab acuitate & venenoſitate medicinę pungentis & ſtimulantis. Aliqñ autem iuuatur ab ſterſione medicinæ: aliqñ autem ab eius expreſsione,quam deſuper efficit aliqua ex eis,virtutem habens expreſ ſiuam,ſicut myrobalani. Lenificatio aũt,quam aliqua ex eis facit,vt mãna,& mel,& huiuſmodi, non ſtimulat expulſiuam,nec adiuuant niſi per accidens,cõtentiuæ operationẽ debilitando. Deinde dicit, QVAECVNQVE IGITVR &c.i.quæcũq; materiæ oppilantes cõtinentur ſm ſuperiorem partem,ſ.ventris,circa os ſtomachi,ſiue ſit cibus,vel humor,vel ſanies,euacuabitur per vomitum ſicut per regionẽ viciniorem humori purgando,niſi ali-
B quando contradicat difficultas vomitus ex parte ſtricturæ pectoris,aut hyemis tempus. Quæcũq; autem continẽtur ſm inferiorem partem ventris,ſicut in fundo ſtomachi, aut in inteſtinis,euacuabuntur per ſeceſſum ſicut per viam,ad quam facilius,quod ibi continetur,elabitur. Et notat ex hoc ſemper materias eſſe purgandas ex ꝓpinquioribus ſibi canalibus ad hoc aptis,niſi aliqd aliud impediat,hoc enim & ipſa natura facit,recte operans.Quòd ſi aliqñ materias ſciaticę & podagræ nitamur euacuare per vomitum ſicut ex via valde remota,non facimus iſtud tantum, vt euacuemus, quantum vt materias illuc fluentes diuertamus, & ad ſurſum attrahentes diſpergamus.

Deinde dicit, QVAECVNQVE VERO &c.i.ſed quæcunq; materiæ oppilantes,fuerint ſubcutaneę,vt cõtingit in magnis phlegmonibus,& carbunculis,euacuamus p inciſionem cutis cũ ſcalpellatione,ſicut qñ eſt materia apatis multa & conſtricta,non ſuſcipiens anhelitum,& videmus mẽbrũ nigreſcere,& ꝓcedere in viam corruptionis:tunc.n.nõ expectamus maturationẽ,ſed ſcalpellamus profunde:aut ſanguiſugas applicamus educẽtes humorem ibi conſtrictum:aliqñ aũt per cauterium cũ igne,ſiue per medicinam habentem virtutẽ cauterizandi, qualis eſt,quæ fit de calce,& hmõi. De natura.n.cauterij eſt reſoluere materias conſtrictas,& ꝓhibere,ne corruptio ſpargatur,per id,quod alterat de mẽbri mala cõplexione. Deinde dicit, ITA VERO &c.i.& ſimiliter euacuamus materias,quæ ſunt in concauitate aliqua naturali,vt thorace:ſæpe enim ſaniem pectoris, non poſsibilem educi p ſputum,euacuamus per inciſionem pectoris,factam circa locum ſaniei. Similiter euacuamus hydropicos, quibus aquam ventris eorũ educi p ventrem & vrinam eſt impoſsibile,per cauteria & inciſiones circa ventrem.

C
Ant. Vno vero capitulo,eorum quidem,quæ à toto genere ſunt præter naturam,in quibuſdam partibus cõtentorum intentio curationis ablatio eſt:Si vero impoſsibile ita fieri, ad minus periculoſum locum tranſpoſitio. Quæcũq; vero non ſunt à toto genere pręter naturam,ſed ſecundum quantitatem, intentio horũ ſanandorum eſt,tantum ſuperflui euacuatio. Inuentio vero horum ſanandorum ſecundum partem quidẽ aliquam ex ipſa accipitur diſpoſitione,plurima vero ex patientibus particulis.

Leo. Et(vt ſummatim dicam)quicquid præter naturam in aliquibus partibus continetur,ſanationis intentio eſt ablatio:quæ ſi fieri non poſsit,tranſpoſitio. Quæ vero nõ ſunt ex genere præter naturã,at quantitate dãnantur,in ijs intentio eſt abuacuatio. At inuentio eorum,quæ ad ipſorum ſanationem perducunt,partim quidem ex affectu,plurimum vero ex ipſis affectis particulis ſumitur.

Cõ.61. Cum declarauit cauſas ſalubres oppilationis pori & concauitatis ſm plurimas res,quæ in eis contentæ poſſunt oppilare,capitulat illas cauſas per capitulationẽ rerum cadentium in concauitate vel poro,& dicit, VNO VERO CAPITVLO &c.i.tot diuerſis iam dictis modis curãda eſt oppilatio,ſed(vt vno caplo ſit dicere,i.in ſumma vna colligere)quando talium oppilationũ cauſa eſt aliqd cõtentum in poro,toto genere præter naturã,ſicut lapis,aut ſanies,intẽtio ſeu inuentio curationis eſt ablatio eorũ,i.remotio eorũ à corpore oĩo,ſi fieri poſsit, ſicut auferimus
D lapidẽ à collo veſicæ aut per inciſionẽ factã circa collũ, aut per medicinas cõminuentes ipſum,& educẽtes paulatim:& ſicut cataractam ſtãtem in pupilla auferimus medicinis abſterſiuis,& reſolutiuis,& ſiccatiuis: & ſicut ſaniẽ contentã in pectore,vel in alio loco,educimus totã per modos ſibi conuenientes,& medicinas ad illud ꝑparantes.

Si aũt talis ablatio non fuerit poſsibilis,ſicut ſæpe reſolutio cataractæ,aut ẽt cõminutio lapidis non obedit medicinis,tũc intentio eſt tranſpoſitio ad minus periculoſum locũ,ſicut cataractã flectimus deorſum,& lapidẽ ſtantem in collo impingimus in cõcauitatem veſicæ cũ inſtrumentis ad hoc aptis. Dicitur aũt toto genere ꝑter naturam eſſe id,de cuius genere nil eſt corpori naturale:aut quicquid ipſa ſui ſubſtãtia eſt incõueniens & innaturale corpori,& non ſolũ quãtitate & qualitate,quaſi totũ genus rei dicat ſubſtãtia,eo q quãtitas & qualitas ſunt in ea: nec enim aliqd de ſubſtãtia diſconuenire põt,quod quantitate, & qualitate,& cæteris nõ diſconueniat. Deinde dixit, QVAECVNQVE VERO &c.i.ſed,qñ cã oppilationis eſt aliqd cõtẽtũ in poro vel cõcauitate nõ toto gñe ꝑter naturã,ſed quãtitate tm̃,tũc intẽtio curationis eſt nõ ablatio,vel curatio,ſiue euacuatio totius, ſed quãtitatis ſupfluitatis. Multitudine enim ſanguinis oppilante venas nõ euacuamus totum ſanguinem,qm̃ ipſe ſubſtãtialiter eſt corpori cõnaturalis,ſine quo non contingit viuere,ſed euacuamus illud,quod de eo ſupfluit ad bonã habitudinem,eo quod oppilat. Sed mirandũ eſt,cur nõ dixit intẽtiones curę eius,quod continet in poro ꝑter naturã ſm qualitatem,maxime cum contingat humorem per ſuã craſsitiem & viſcoſitatem oppilare:& cum ſuperius dixerit

oppilationē ex talibus,indigere inciſiuis,& abſterſiuis,& nō euacuatiuis:ideo aūt eſt admiratione dignū,quia tūc non videt,quæcūq; dixerat in capl'o,cōprehendiſſe. Niſi admirationē remoueat,ꝙ nō intendebat oĩa prędicta capitulare,ſed tm̄ quæ proxime dicta erant:ex quibus nihil erat preter naturā in poro contentū,niſi aut toto gn̄e, aut quantitate,ſicut patet inſpicienti. Hali aūt adhuc tacite rn̄dens videtur dicere,ꝙ quantitate præter naturam eſt aliqd dupliciter,ſ.quantitate qualitatis,& quātitate molis. Sed,ſi hanc diſtinctionē intēderet hic Gal'.debere fieri,improprie diceret,cū ait,intentio eſt ſuperflui euacuatio, ſuperfluitas.n.quātitatis qualitatis non euacuatur, ſed alteratur. Adhuc aūt dicit hic Hali,ꝙ aliqd continet in corpore præter naturam,aliqn̄ quantitate ſolum,vt ſanguis,qn̄ tm̄ menſuram conuenientem excedit:aliqn̄ qualitate ſolum,vt qn̄ ſuperflue eſt calefactus: aliqn̄ quantitate & qualitate,vt ſanies,quaſi velit toto gn̄e eſſe præter naturam,quæ eſt præter naturam quantitate & qualitate. Et erat proculdubio nō intelligens,qd ſit toto genere præter naturam: eſt.n.toto genere præter naturam id,de cuius genere nihil eſt corpori naturale,vt vermis,lapis,ſanies,& hm̄oi. Et patet error eius ex hoc,ꝙ ſanguis ipſe eſt aliquando quantitate ſuperfluus,& qualitate ſupercalidus,& ita vtraq; præter naturam,& tn̄ non poteſt dici toto genere præter naturam:genus.n.eius conueniens eſt corpori & ei connaturale,ſed quantitas & qualitas peccat. E cō.148.

Deinde concludit quædam ex prædictis, & dicit, INVENTIO VERO &c.i.ergo manifeſtū eſt ex his,ꝙ intentio ſanationis taliū oppilationū, imo & quorūcunq; morborum(& hoc vult p ſanandorum) pro aliqua parte ſumit ab ipſa eſſentia morbi: & hoc intendebat cū dixit, Accipitur ſm partē ex ipſa diſpoſitione. Alia trāslatio planiorē habet ſenſum. Dicit enim, Et pars inuentionis cārū ſanationis eſt ex ipſa ęgritudine. Non ſolum aūt pars inuentionis cauſarū ſalubrium ſumit ex ipſa ægritudine,ſed & principalis pars inuentionis earū,ſicut ſupra dictū eſt. Cū.n.intētio ſit ęgritudinē deſtruere,hoc aūt nō fiat niſi à contrario,data ægritudine cōtrariū fit in promptu. Ergo principalis intentio curationis vel intentionis cauſarū ſalubrium ſumit ab ipſius morbi eſſentia. Deinde dicit, PLVRIMA VERO &c.i.ſed plurima pars intentionis curę ſumit ab ipſis mēbris patiētibus. Ergo modica pars intentionis curæ ſumit ab eſſentia morbi,licet ſit principalis pars : ſed plurima pars,licet non ſit principalis, ſumitur à natura mēbrorum patiētium,ſicut ex pcedentibus morbis exēplificatis de oppilatiōe manifeſtum eſt. Quāuis.n.in eis oĩbus ſit intētio vna cōis, quæ eſt exoppilatio,tn̄ modus & ingenium exoppilandi diuerſificatur ſm diuerſitatē mēbrorum,in qbus eſt:alijs.n.medicinis exoppilatur neruus,& alijs vena,alijs pulmo,alijs veſica, & alijs inteſtinum:& aliunde educitur,quod oppilat in his,& aliūde in illis. Propter quod dicemus,ꝙ cognitio naturæ mēbri continet quatuor rerū cognitiones,ſicut dicit Princeps, Primo.ſ.cōplōnis eius,qua ſcita ſciet p mēſuram æſtimatiuam,quanta ſit elongatio à cōplexione naturali:& ex hoc pendet mēſuratio cōtrarij ad morbum. F 4.primi.c.1

Secundo plaſmatis & creaturæ mēbri,qua ſcita ſcit,vtrū mēbrum ſit rarum vel ſpiſſum,& habēs cōcauitates in ſe & poros ad aliud magnos aut paruos : ex quo cōmenſurat debilitas aut fortitudo medicinæ,ſubtilitas & craſsities,qbus habent reſolui eiuſmodi materiæ:& ſcit via eductionis earū. Tertio cognitionē ſitus,i.loci & ſocietatis. Cognitio.n.ſocietatis cōmenſurat electionem medicinæ euacuantis ad debitā partem:cognitio aūt loci commenſurat,vnde oporteat facere medicinam ptranſire ad ægritudinē,& quid ſit admiſcēdum,vt facilius pueniat:& vtrū oporteat augere virtutē medicinæ propter longitudinē viæ,aut non. Quarto cognitionē virtutis mēbri. Si.n.virtus fuerit principalis,aut aſſociata principali,cauebimus à medicinis fortis reſolutionis, & reſolutiuis admiſcebimus ſtyptica & aromatica,ne toti corpori nocumētum inferamus:& à medicinis fortis calefactionis & infrigidationis,vel ſubito fortiter euacuantibus ,ppter hoc idē: & fluxus ab eis auertemus, & prouocabimus ad non principalia. Item,ſi fuerit acuti ſenſus,vt mēbra neruoſa,cauebimus à mordicatiuis,& medicinis malarum qualitatum. Sic ergo patet,ꝙ plurima pars intentionis curæ ſumit à patiētibus particulis. Sumitur aūt adhuc intētio curationis ab alijs,ſicut à natura aeris nos circūdantis,& ætate patiētis,& hm̄oi,cognitis ex libro de ingenio ſanitatis. A natura aūt cauſæ morbo coniunctę non ſumit intētio curationis,ſed pſeruationis,ſi,quæ ſupra ſanximus, imota pmaneant. Ablatio.n.cauſæ efficientis vel cōſeruantis magis pręſeruatio dicit,q̄ curatio,eo ꝙ ablatio cauſę non eſt ſemper ſufficiens cura morbi,maxime cum ſupra dixerit,ꝙ abſciſa cauſa oportet venire ad eam,quæ facta eſt ab illa,ægritudinē. Si tamen ſola ablatio cauſæ ſit perfecta cura morbi, vt apud oppilationem, non erit in talibus diuerſa præſeruatio à curatione,eo ꝙ abſciſa cauſa non remanet de oppilatione aliquid factum. Ab hac ergo cauſa ſimiliter magna pars intentionis curæ aſſumitur,aliter enim curamus oppilationē ex lapide,aliter ex ſanie, aliter ex humore,aliter ex alijs,quanuis hoc Gal'.non dixerit. G lib.9.ca.14. & 17.

H

Quęcunq; vero aſpera facta ſunt præter naturam,ea,quæ ſecundū naturam, eis adducenda eſt lenitas, ſecundum os quidem radentes: ſecundū tracheam vero arteriam aut linguam lenientes per humida ſine mordacitate,& glutinoſa. Quæcunq; vero lenitate præter naturam ſunt,ea,quæ ſecundum naturam,eis adducenda aſperitas per pharmaca ſufficienter rhyptica,& per breuem raſuram. Ant.

Quæcunq; partes vero ob id,ꝙ exaſperatæ,naturalem amiſerint habitum, ijs læuitas naturalis eſt reſtituenda,oſſa quidem læuigando: arteriam autem vel linguam leniendo humidis, quæ nihil mordeant,& lentorem habeant. Sed,quibuſcunq; læuitas ineſt non naturalis, aſperitas eſt reuocanda medicaminibus, quæ ſufficienter abſtergant,& parum adſtringant. Leo.

Hic,cum declarauit cauſas ſalubres conſtrictionis pori & concauitatis fientis ex re cadēte in eis,ante,q̄ det cauſas ſalubres conſtrictionis pori,& concauitatis ſequentis alios morbos,expedit ſe de cauſis ſalubribus morborum in lenitate & aſperitate,& dicit, QVAECVNQVE VERO &c.i.ſed,quęcūq; mēbra ſunt ęgra ex aſperitate acqſita pręter naturā,intentio ſanationis taliū eſt reuocatio ſuper eis lenitatis naturalis amiſſę, ſumpta quidem ipſa ab eſſentia ægritudinis,ſicut planū eſt. Deinde,cū reuocatio lenitatis apud quædam mēbra,& quaſdam cauſas fiat Cō.62.

per

A per abſterſiua & ſicca quędã,quędã p glutinoſa & humida,exẽplificat de vtraq;,& dicit, SECVNDVM OS &c.i. ſiqñ in oſſe fiat aſperitas,vt ſępe contingit,propter corruptionẽ cõplexionis oſsis in vulnere,cuius ſignũ eſt ſuperflua adhærentia tentę in eo, & paucitas lubricationis ab eo, & ortus carnis malę ſuper eo tendentis ad mollitiem, oportebit corruptionẽ & aſperitatẽ eam ſequentẽ remouere p frictionẽ & raſuram,donec cadãt cortices corrupti, ex qbus eſt aſperitas:& tũc remanente naturali lenitate orieť caro ſana ſup ipſum. Et ſilr̃ aſperitas palpebræ cõtingens ab humore nitroſo indiget frictione & raſura cum ferro,cũ folijs fici,& croco,& mirabolano,marchaſita,& ſilibus abſterſiuis. Deinde dicit, SECVNDVM TRACHEAM &c.i.&,vt ſi exaſpereť trachea arteria, lædens vocẽ,& faciens ipſam raucam & aſperã,ſicut contingit ex ſiccitate ꝓcedẽte ex vigilijs,& coitu,& cibis exaſperantibus,vt acetoſis & ponticis:&,vt ſi exaſpereť lingua,lędens ſermonẽ & guſtum,ſicut contingit ex multa ariditate in febre,aut ex ciborũ ponticorum maſticatione,Oportebit lenire vtrãq;:quod qdem fiet(vt dicit)cũ humidis & glu-
huiꝰ.t.75. tinoſis ſine mordacitate exiſtẽtibus. Reminiſcendum aũt hic,quod dixit in ſumma de ſignis,ꝙ lenis vox ſequiť lenitatem tracheæ:lenitas aũt tracheæ,contẽperantiam craſeos eius:& ꝙ aſpera vox ſequiť aſperitatem eius: aſperitas aũt tracheæ,ſequitur ſiccitatẽ complexionis eius. Eſt aũt aſperitas(vt dicit)inæqualitas quædã ſm durũ corpus:durities aũt cauſatur à ſiccitate cõſimilium partiũ tracheæ:inęqualitas aũt cauſatur ab indigentia humiditatis diſperſæ ſuper tracheã,applanãtis eam,& reddentis eã lenem. Et,ſicut tales voces ſm naturã,ſignificant tales cõplexiones naturales,ita & talis præter naturã, tales ſignificat præter naturã. Proportionaliter aũt etiam in his & talis
B ſermo,ſ.lenis & aſper,tales ſingnificat linguæ cõplexiões naturales,ſ.naturalis:accidẽtalis vero accidẽtales. Quare videtur ex hoc,ꝙ talis aſperitas ſiue ſm tracheã,ſiue linguã,indigebit duobus generibus medicinæ,ſ.humidis ad ſiccitatẽ intrinſecam partium homiomerarũ:& applanatiuis ad indigẽtiam humiditatis ſupficialis. Eſt aũt ſiccitas homiomerarũ partium nõ illa ægritudo,quã hic curare intendit,ſed aſperitas tracheæ per ſe eſt nocens voci,& ea, quæ linguæ,per ſe nocẽs ſermoni,ſed tñ talis ſiccitas eſt illius cauſa,quare & eã pręauferri oportet. Fortaſsis aũt nec intelligit hic per humida glutinoſa fieri curã niſi aſperitatis cauſatæ à ſiccitate quadã ſupficiali: propter quod non dixit lenire oportere per humida abſolute,ſed per humida applanatiua,quę contraria ſunt ipſi ægritudini. Et volebat p glutinoſa,applanatiua:eſt.n.applanatiua medicina,viſcoſa,cuius ꝓprietas eſt,vt dilatet ſuperficiem mẽbri aſperi dilatatione planę ſuperficiei:& fit manifeſtum corporis illius per eam planum:hoc aũt facit non ſolum, quia humida,ſed quia viſcoſa. Dixit aũt,ſine mordacitate,quia non oportet eſſe humida ſolum actu,ſed & virtute. Mordicatiua aũt ſicca ſunt & calida virtute ſm plurimum : hæc aũt exaſperant,non applanant. Quæ autẽ ex talibus competunt aſperitati trachee,ſunt ſicut oua ſorbilia ſine ſale,lac,& ius de atriplicibus & maluis,ſorbitiões notæ,& ficus ſiccæ,& paſſæ infuſæ in oleo amygdalino,& huiuſmodi : quæ vero aſperitati linguæ cõpetunt,ſunt ſicut mucilago ſeminis cydoniorum,zuccharum,& huiuſmodi. Et eſt manifeſtũ per hoc,ꝙ,licet intentio curationis in aſperitate,ſumpta ab eſſentia morbi,ſit lenire & applanare, diuerſificať tñ iſta lénitio penes cauſam,quæ
C aſperitatem inducit. Si enim aſperitas eſt propter corruptionem partium ſiccarum, aut propter vitium humoris exaſperantis & ſiccãtis,indiget frictione & abſterſione,& ita ſiccis potius, q̃ humidis,nõ quidem quia neq; paſsio neq; cauſa ſit humida,ſed quia talia ſunt amotiua cauſæ, ſicut ſcammonea choleræ in tertiana vera. Et erunt talia abſterſiua applanatiua per accidens,quia per amotionem exaſperantis. Et hoc quidem eſt præſeruatio, curationẽ in ſe continens,eo ꝙ amota cauſa nihil remaneat de morbo. Si autem aſperitas cauſatur à ſola humiditatis diſperſæ indigentia,tunc humida glutinoſa ſine mordacitate ſunt competentia tàm cauſæ,q̃ morbo.

DVBITABIT AVTEM aliquis,quia non videtur ſufficientem dare curã aſperitatis tracheæ. Exaſperatur.n. trachea aliqñ propter frigus difficile:qñq; propter curſum humoroſitatum ſuper eã. Tales aũt aſperitates nõ indigent humidis glutinoſis,imo calidis & abſterſiuis:qũo ergo dicit abſolute,ꝙ aſperitatẽ ſuper tracheã leniemus p humida glutinoſa? Niſi eſſet,ꝙ cõiecturãdum eſt ſub his & talium aſperitatum tracheæ curam poſuiſſe. Si enim aſperitas tracheæ eſt à frigiditate,lenienda eſt per humida,quæ ſint calida,huius.n.generis eſt medicina,quæ diciť lenitiua,hæc enim cum humiditate & caliditatẽ habet,ſicut Gaľ.dicit. Si aũt aſperitas tracheæ fit ab humoroſitate inæqualiter decurrente ſuper planitiem tracheæ,aut ſuper tunicam cooperientẽ guttur & epiglottũ,tunc leniẽda
n10.tertij eſt per ea,quæ aggregant cum applanatione abſterſionem,& vľr(ſicut dicit Prin.)per abſtergẽtia in gradu primo,
ic.2.c.30. ſicut ſorbitione ex farina fabę cũ melle,radice lilij,& myrrha,& ſcilla,& hmõi,permiſtis eis glutinoſis,ſicut gũmi
D arabico,& huiuſmodi. Talia aũt abſterſiua conuenientia ad quandam aſperitatẽ tracheæ tacuit, ſubintelligens ea ex prius dictis circa aſperitatem oſsis,omnis enim aſperitas(vt dicebat)ſm quodcũq; membrum indiget humidis glutinoſis,aut abſterſiuis. Sed hic ſciẽdum eſt,ꝙ,quia aſperitas eſt inæqualitas ſm durum corpus,aſperum erit durum,& lene erit molle,non tamẽ conuertitur,quãuis Gaľ.in lib.de ſimpl.medicinis conuerſim accipiat vtrũq; pro vtroq;,vbi oſtendit medicinam lenitiuam non eſſe vnius modi,quia nec durities lenienda,eſt vna tantũ. Sicut enim ibi dicit,aliquid fit durum vel aſperũ,aut quia exiccatur,aut quia congelatur,aut quia repletur:ergo medicina lenitiua aut eſt illa,quæ calefacit & liquat congelatum,aut quæ humectat exiccatum,aut quæ euacuat repletum. Medici autem(ſicut innuit)magis volunt per lenitiuũ,id,quod lenit corpora,quę duruerunt propter frigus: propter quod dixit,ꝙ lenitio fit à medicina propterea,quia accendit caliditatẽ additam ſuper quantitatẽ caliditatis naturalis,& reſoluit aliqd de humiditate eius:& per hoc aſsignauit differentiã eius ad aperitiuã,dicẽs,ꝙ aperitiua generat caliditatẽ ſimilẽ valde caliditati mẽbri,quod aperiť,præter quod minuat vel addat aliqd ex humiditate eius. Poſt hæc dicemus,ꝙ non oĩs aſperitas & durities eſt morbus,ſed illa ſola,quæ per ſe lædit operationem,eo ꝙ oporteat mẽbrum ad opus eſſe lene. Aliqua ergo eſt,quæ eſt accidẽs morbi,dictũ qualitas corporis ĩmutata, & iſta ſanatur ſanatione morborũ,quos comitať:& talis eſt ſm plurimũ,quæ cõtingit ex repletione vel frigiditate.

Deinde,cum dedit cauſas ſalubres aſperitatis præter naturam,nunc dat eas,quæ lenitatis ſunt præter naturã,& dicit, QVAECVNQVE &c.ideſt,&,ſi membra habent lenitatem præter naturam lædentem operationem,cum

oporteat ad completum opus suum esse aspera, reuocanda est asperitas amissa super ea per asperationem eorum: E hoc autem fiet per pharmaca sufficienter rhyptica, i. abstersiua, & per breuem frictionẽ & rasuram. Intentio ergo curæ sumpta est & hic similiter ab essentia morbi, asperum enim lenire, & lene exasperare oportet. Quoniam aũt talis lenitas præter naturam semper est ex humiditate viscosa infusa supra membri superficiem, remolliente & lenificante ipsam, indigebit ad curam medicinis, de quarum proprietate sit elongare has humiditates viscosas à mẽbri superficie: tales autem sunt, quæ abstersiuæ: quod intellexit per sufficienter rhyptica: Sicut aliquando in matricem ex talibus lenitam, & non potentem concipere, spermate ab ea propter lenitatem lubricante, inijcimus lanã cum baurach, & huiusmodi. Et est hic attentione dignum, ꝙ abstersiuum competit alicui asperitati gratia causæ tantum: lenitati autem cõpetit tàm gratia causę, q̃ morbi, abstersiuum.n. asperatiuum videtur ſm se, lenitiuum autem, per accidens tantum. Sunt autem & huius generis medicinæ, breuis frictio cum panno aspero, aut breuis rasura cum ferro, & huiusmodi, talia enim abstergunt pariter medicinis: sed maxime competunt in membro duro, vt osse, os.n. in vulnere discoopertum, adeo lenitum, ꝙ caro generanda non potest adhæsionem habere, fricamus, aut radimus parumper cum ferro, donec asperitatem quandam inducamus, lenitam superficiem abijcientes. Dicit autem, per breuem rasuram, aut quia superflua induceret in eo asperitatem multam, quæ similiter esset ibi morbus, vt lenitas: aut dixit hoc respectu rasuræ competentis asperato, quæ fortior debet esse. Rasura enim, qua indiget asperatum & durum ad hoc, vt ęquetur, est maior ea, qua indiget leue & molle, similiter vt æquetur, F eo ꝙ durum difficilius recipit impressionem, q̃ molle.

Quæcunq; emphraxes & angustationes ægritudines alias sequunt̄, curandũ illas prius. Ostẽsum est aũt Ant. in tractatu de ęgritudinũ differẽtia, queadmodũ phlegmonibus, & scirrhis, & inflationibus, & siccitatibus ĩmoderatis, adhuc & ineptis figuris ipsorum continẽtium corporum consequuntur plerũq; ea, quę dicta sunt, queadmodum & tumoribus quibusdam eorum, quæ in circuitu, corporum. Si vero & adinuicem eorum, quæ dicta sunt, complectantur aliqua, ostensiones habebunt varias. Sufficiet autẽ, vt in exemplo vno manifestam faciamus orationẽ, amplius.n. de omnibus in therapeuticis dicitur literis.

Quęcunq; vero vel obstrustiones, vel angustiæ meatuum alias sequantur ægritudines, ab illarũ curatio- Leo. ne prius est incipiendum. Ostensum siquidẽ est in libro de differẽtijs morborum, ꝙ & inflãmationibus, & duris laxisq; tumoribus, & siccitatibus aliqñ immodicis, ac præterea vitiosis partiũ cõtinẽtium figuris, ea, quæ nuper diximus, sæpius adueniunt, sicuti & quibusdam tumoribus eorũ, quę sunt in ambitu, corporũ. Quod si non nulla ex proxime dictis inuicẽ cõplicẽtur, varias habebunt indicationes. Sufficiet aũt in vno exemplo habuisse sermonem, qm̃ de omnibus in libris de arte curandi plenius sumus executi.

Cum declarauit causas salubres cõstrictionis pori & concauitatis, contingentis ex re cadente in eis, declarat eas, Cõ.63. quæ illius, concomitantis alios morbos, & dicit, QVAECVNQVE & c.i. sed, quæcũq; emphraxes & angustatio- G nes pororum & concauitatum sequuntur alias ægritudines: aut ipsius membri, cuius est porus & concauitas: aut alterius sibi vicini, non poterunt curari, nisi ægritudines, quas sequuntur, curentur prius: quare prius illas curandum esse iubet. Nominat autem constrictionem per duplex nomen, cum dicit emphraxes & angustationes, duobus modis eam esse notans: constrictio.n. pori aut est per aliquid, quod est in poro, & dicitur emphraxis, vel oppilatio, seu clausio: aut per aliqd, quod non est in illo, & dicitur augustatio. Id aũt, quod est in poro obstruens ipsum, aut est in se morbus cum hoc, ꝙ est causa oppilationis, vt apostema, lapis, carnositas, verruca, & huiusmodi: aut nõ est in se morbus, vt humor, sanies, stercus, cibus, & huiusmodi. Angustatio autẽ, qñ fit ab aliquo, quod non est in poro, erit comitans aut ægritudinem membri, in quo est porus, aut vicini. Iam autem & de causis salubribus oppilationis fientis ab eo, quod non est in se morbus, determinatum est supra: nunc autem determinare intentio est de causis salubribus tàm oppilationis, q̃ angustationis, & comitantium morbum. Deinde, cum dedit curãdum esse prius ægritudines, quas oppilatio & angustatio sequuntur, ostendit morbos, quos vtraq; constrictio potest comitari, & dicit, OSTENSVM EST & c.i. sed ostensum est in lib. de mor. & accidenti (& hoc innuit per librũ de differentia ægritudinum, in primo scilicet, & secundo tractatu, magis autem proprie in secundo, in quo causas morborum inuestigat, & non in primo, in quo inquirit numerum & essentiam morborum, sicut dicebat Hali) cõ.153. ꝙ ea, quæ dicta sunt, i. emphraxes & angustationes plerũq; sequuntur aut apostema membrorum continentium poros ipsos & concauitates, sicut sępe consequuntur phlegmones, i. apãta sanguinea: sępe sclироses, i. melãcholica: H sæpe inflationes, i. phlegmatica. Non dicit autem consequi erysipelata, quia de natura erysipelatis est dilatari in superficie mẽbri, & nõ multũ intumescere, quare nec oppilationẽ efficere. Aut cõsequunt̄ plerũq; ĩmoderatas siccitates continentiũ mẽbrorũ, aut corruptionẽ figurarũ eorum, sicut ẽt aliqñ consequuntur (vt dicit) tumores membrorũ non continentiũ illas cõcauitates & poros, sed cõtactum habentiũ ad illa, siue tumores illi sint ex apãte, siue ex alio. Cum enim generatur aliquod prædictorũ apostematum intus in concauitate vel poro, sicut si fiat in meri, aut in stomacho, vel intestino, aut in pellicula ipsius venæ, aut poris vritidibus, vel collo vesicę aliquod prędictorũ apostematum, accidet meatus illos inde cõstringi, & opus ad quod sunt, impediri. Similiter etiam, si accidat apostema extra concauitatem vel porum in membro contactum habente ad ipsum, sicut ex apostemate lacertorũ meri, aut lacertorum spondylium coniunctionem habentiũ ad tracheam, accidit meatum tracheæ coarctari, & præfocationem incurri: & econuerso ex apostemate in lacertis epiglotti accidit coarctari meatũ meri, & transglutitionẽ impediri. Et, sicut ex apostemate vesicæ accidit tum cõstrictio sui meatus, tum ẽt coarctatio intestini, cui cõiungit̄, & ex hoc impedit̄ egestio & mictio: &, sicut accidit cõstrictio meatus vesicę ex tumore matricis ꝓpter ꝑgnationẽ, quare in aliquibus mulieribus accidit ex hoc difficultas vrinationis, Sic & accidit ex ventositate tumefaciente ali-

quod

A quod membrum,coarctari vicini meatum. Qualiter aũt ſiccitas immoderata,aut corruptela figuræ ſit cauſa cõſtrictionis meatus membri,non eſt difficile videre. Siccitatis enim eſt membrum contrahere,& inde meatum diminuere,ſicut ſæpe in febre incenſiua accidit conſtringi meri,vt nihil tranſglutiri poſſit: aliquãdo collum veſicę, vt nihil poſsit vrinari,ſicut & inteſtinum ex ſiccis & ſtypticis multis aſſumptis. Corruptio autem figuræ ſæpe conſtringit meatum,ſicut frequenter contingit in naſo contritio aliqua,ex qua figura corrumpitur,& inde foramina narium conſtringuntur.Et vniuerſaliter,quia corruptio figuræ non eſt ſine tranſmutatione partium membri de loco & ſitu ſuo,accidit inde aut ſuum meatum conſtringi:aut eum, qui vicini.Contingunt enim conſtrictiones meatuũ etiam ex alijs morbis,& non ſolum ex prædictis, ſicut ex nimia membri frigiditate coadunante, aut ex vulneribus non ad rectam formam ſolidatis intra concauitatem membri,aut ex carnoſitate aliqua intra concauitatem creſcente,& huiuſmodi.Sed fortaſsis fit ex his raro,ex illis vero plurimum.Propter quod dixit,Plerũq; &c.

Deinde,cum dedit,quas ęgritudines conſequuntur,oſtendit,quis ſit modus curę,& dicit, SI VERO &c.i.ſed, ſi aliqua eorum,quæ dicta ſunt,complectantur adinuicem,i.ſimul iungantur,vt apoſtema & conſtrictio,aut ſiccitas & conſtrictio,aut corruptio figurę & conſtrictio pori & concauitatis,varias habebit oſtenſiones cauſarum ſalubrium,ita tamen,ꝙ ſemper oportebit primum ſanari morbum,quẽ ſequitur pori conſtrictio,q̃ ipſam conſtrictionẽ iuxta canonem ſuperius dictum,Quòd ab illius cura incipiendum eſt,ſine cuius præmiſsione reliquus nõ
B curatur. Deinde,quia proſequi cauſas ſalubres cuiuslibet emphraxis ad alios morbos comitantis longiorẽ tractatum expeteret,q̃ pertineat huic doctrinæ,oſtendit ſufficere apud hanc doctrinam,ꝙ in hoc vno exemplo declaretur,& dicit, SVFFICIET &c.i.ſufficiet manifeſtare hoc ſub vno tm̃ exemplo propter amorem compẽdij,cui
& 14.lib. innititur hic modus doctrinæ:latior autem proſecutio de talibus in lib. ther. meth. eſt quærenda.

Ant. Subiaceat igitur in exemplo,alicui parti influere multitudinem ſanguinis,vt diſtendantur,quę ſecundum partem vaſa,non magna ſolum, ſed & parua,prius effugientia viſionem, ex plenitudine vero nunc apparentia,quemadmodum in oculis videtur aliquando manifeſte propter albedinem tunicę. Conueniẽs vero eſt vtiq; & alia ex ijs,quæ latent,vaſa diſtendi,repleta,non dum neq; ipſa apparentia propter paruitatem:& periculum eſt effundi aliquid reſudans ex vaſis in eas,quæ in medio ſunt,regiones vacuas,aut effuſum eſſe aliquid paruum.

Leo. Supponatur cuipiam particulæ multitudinem ſanguinis influi adeo, vt intendantur in ea venæ, non maiores tantum,ſed etiam paruæ,quæ prius ſenſum effugiebant,nunc vero iam plenæ viſu comprehendũtur,ſicuti plerũq; in oculis ob tunicæ albedinem manifeſtiſsime patet. Par ſiquidem eſt,ꝙ & alia vaſa, quę latent ſenſum,iam plena diſtendantur,non dum & ipſa ob paruitatem viſui manifeſta: & iam periculum imminet,ne,quod ex vaſis exudat, ad ſpacia vacua,quę in medio ſunt,effundatur,aut ne iam paruum ali-
C quid ſit effuſum.

Cum declarauit ſufficere in hac doctrina,ꝙ cura emphraxis alias ægritudines ſequentis explicetur ſub vno exẽ-
Cõ.64. plo,eligit pro exemplo dicere cauſas ſalubres emphraxis contingentis ab apoſtemate,potius,quam contingentis ab alio morbo, vt cauſas ſalubres morbi compoſiti non derelinqueret, hoc in loco adeptus horam dicendi eas.

Eſt autem apoſtema maxime morbus compoſitus.Non enim vocamus quaſcũq; ſimul cõiunctas ęgritudines in eodem membro eſſe proprie morbum compoſitum,ſed quando ex earum cõiunctione prouenit res vna,quæ eſt vnus morbus,ſicut in apoſtemate. Hoc autem fit,quando duo morbi vel plures in vno membro vel toto corpore exiſtentes, propter vtroſq; lædere vnam operationem, & non vnam lædere operationem diuerſam ab alio, ſortiuntur quaſi vnam formam & vnum nomen, ſicut mala complexio calida,& ea,quæ ſicca,in toto exiſtentes, quarum quælibet nocet digeſtioni & vniuerſaliter nutritioni,dicitur febris:in vno autem mẽbro exiſtentes ambę dicuntur febres illius membri.Similiter & tertiana cum quotidiana eadem die,qua ſimul redeunt,dicuntur hemitriteus,& eſt vna febris compoſita ex duabus compoſitis ægritudinibus. In membris autem officialibus ægritudo compoſita eſt ex curſu plurium ægridinum in illo, quarum quælibet fit in eo per ſe & non per accidens: dico autem per accidens, vt quia ſit in conſimili,quod eſt pars illius. Non ſemper autem compoſita ægritudo ſortitur
D vnum nomen, ſed,quandocũq; talis concurſus fit res vna propter lædere ſimul vnam operationem, dicitur vnus morbus compoſitus,quãuis tali compoſitioni non ſit ſemper nomen impoſitum. Et autem apoſtema morbus compoſitus in membro conſimili,ſicut vult Gal.in prima part.de mor.& accidenti.Sæpe tñ in apoſtemate omne
cap.12. genus morbi videtur incluſum:eſt enim in eo mala complexio cum humoris vitio compoſita,& hoc exiſtens ſm duplicem humoris qualitatem,actiuam ſcilicet, & paſsiuam:ſi enim fuerit ex ſanguine,tunc mala complexio eſt calida & humida:&,ſi ex cholera,tunc eſt calida & ſicca:& ſic de alijs. Eſt & in eo ſolutio continuitatis propter extenſionem venarum,& totius lacerti,factam à repletione & penetratione ſanguinis intra venas & alias partes. Ad-
1,de ac.& huc autem(ſicut dicit Gal.)eſt in eo tertia compoſitio,quia humores,ex quibus contingunt apoſtemata, ſunt cõ-
mor. ca.11. miſti adinuicem, & raro reperiuntur ſimplices, vt dicit.Sed,cum talis cõmiſtio à dominantiori denominetur,vt dicatur humor cholericus,in quo natura choleræ magis vincit,non video,ꝙ oporteat malam cõplexionẽ rñdere alteri ex cõmiſtis.Quilibet aũt horum morborũ eſt per ſe in conſimili,p accidẽs vero in organico. Eſt aũt & in eo morbus officialis ſm plurimũ,plerũq;.n.apata ſunt cũ corruptiõe quãtitatis,& figurę,& pori mẽbri organici, non tñ oĩa:eryſipelas.n.plerũq; tumorẽ non inducit,quare nec q̃titatẽ,nec figurã corrũpit,ſilr neq; porũ. Adhuc aũt tumor accidẽs in apate nõ ſemp eſt morbus,non.n.accidit ab eo ſemp lęſio opationis. Qñcũq; ergo nõ accidit ab eo lędi operationẽ per corruptionem quantitatis aut figurę,nõ morbus, ſed accidẽs ſecutiuum vocabitur(ſicut Gal.dicit)ideoq; morbus officialis nõ ẽ ĩ eo de neceſsitate.Quare dicit, SVBIACEAT IGITVR &c.i.ſupponat

igitur,ꝙ sanguinis multitudo influat alicui parti, vt musculo, expulsa quidem à forti & digno, sicut quoddam quātitate superfluum:recepta autem à debili & indigno: aut prouocata super quodcūq; membrum ex dolore vel calore illius:intantum(dico)influat,ꝙ accidat extendi venas partis recipientis pulsatiles & non pulsatiles,non solū magnas,sed & paruas inuisibiles prius,sed visas modo propter plenitudinē,si detectas esse à carne contingat,Sicut manifeste videtur in oculis,tali superfluitate sanguinis ad eos influente,lucidissime quidem & ipsis monstratis ab albedine tunicæ coniunctiuæ, patientis ophthalmiam,tum quia discoopertæ,tum quia rubeæ factæ à sanguinea repletione clarius ostenduntur in albo.Hoc enim supposito verisimile est(vt dicit)& alias) minores venas p̄dictis, quæ capillares dicuntur,extendi propter repletionem in eis conculcatā, sed non videri propter paruitatem:adhuc aūt & resudare aliquid ex hac superfluitate tum per ipsas pelliculas venarū,tum ex apertis propter inculcationem orificijs,in ipsas medias regiones. POTEST aūt fortassis qs dicere, ꝙ Gal. innuit hic modum ḡnationis omnis apātis,& non solum sanguinei.Omne.n.apā(sicut videtur)est ex humore decurrente per venas.Qm̄ aūt & in vena sunt humores oēs misti apud ipsum,ipoſ̄e erit apā esse de simplici humore oīo,sed à prædominante ſm quantitatem,aut supra debitam ꝓportionem abundante humore iudicabitur esse de hoc,vel de illo. Nisi esset,ꝙ nō est hoc verum, nisi qn̄ fit defluxus humorum per venas. Habet.n.sanguis venarum tres substantias proportionatas phlegmati,choleræ,& melancholiæ(sicut supra ostendimus)quarum quælibet denominat sanguinem, si vltra cō uenientē naturæ ꝓportionem domineť.Sunt tn̄ & decursus humorum per alios meatus à venis,in quibus frequēter defluunt humores simplices non cōmisti. Adhuc ēt videmus apāta fieri ex ventositate & aquositate tumescentibus,qn̄ & per alios meatus decurrunt,& in alijs concauitatibus continentur. Hoc ergo apāte sic supposito,siquidem contingat ab eo pori vel concauitatis angustatio in ipso membro, aut ei vicino,qm̄ non sanabitur angustatio in ipso mēbro nisi apātis sanatione,ipsius huius suppositi apātis causas salubres deinceps oportet exponere. Dicemus tn̄ primum, ꝙ hoc apā dicitur apud græcos phlegmon, calidum.s.apā,ex quo accidit membro, in quo est,mala cōplexio diuersa calida,eo ꝙ sanguis est in eo calefactus propter constrictionē & inculcationē in illo,pro hibentem anhelitū & respirationem:ex quo accidit ipsi similitudo ebullitionis,quā pulsui assimilant patientes:& est in eo rubor & tumor propter id,quod scitum est. Dolor aūt est in eo fortis,eo ꝙ superfluitas contenta in interioribus venarum & arteriarū calefacit eas,& extendit,& dirumpit: contenta aūt extra venas in medijs regionibus calefacit ēt,& coarctat,& grauat tàm ipsas,q̄ neruos,& chordas,& panniculos,& ligamenta. Impossibile autē est,ꝙ hæc superfluitas sanguinis ad mēbrum effusa aut non vincat mēbrum ita,ꝙ corrupatur mēbri cōplexio,& omne eius opus:aut non vincatur ab ipso ita,ꝙ mēbrum redeat ad dispositionem suā naturalem. Victoria autem superfluitatis erit aut malitia quantitatis,aut qualitatis eius,s.aut ꝙ corrumpat substantiam mēbri,aut induretur in eo resolutione subtilis & remansione crassi. Victoria autē mēbri erit vno duorum modorum,s.aut per resolutionem totius superfluitatis effusæ,aut per eius decoctionem.Sed decoctionem sequunť duæ res(sicut Gal. dicit in lib.de mala cōple.diuersa)s.generatio saniei,& eius collectio. Collectio vero,quanto fuerit minoris tumoris,& in loco viciniore maiori foraminum,ad quod apta sit eruptio saniei,laudabilior est:propter quod collectio, quæ est in partibus stomachi,laudabilior est,quæ est in amplitudine interiori,q̄ quæ est sub syphac:Et,quę est in partibus cerebri,laudabilior est,quæ est in ventriculis anterioribus,q̄ quę est sub duabus matribus cerebri,aut q̄ quæ est in ventriculo posteriori,qm̄ ille canalis est paratus euacuationi saniei,hi aūt non. Sed Gal. prosecutionē curę apātis non conatur in hoc loco,nisi ad victoriam mēbri,quæ est per resolutionē superfluitatis effusę,& nō per decoctionē,eo ꝙ decoctionē non oportet conari,nisi qa resolutio est impossibilis:voco aūt ḡnaliter resolutionē, quācūq; mēbri repleti euacuationē. Adhuc ēt summas ꝓsequēs in hoc libro,multos ex contingētibus casibus derelinquit.

Huius vero passionis curatio habebit quidem intentionē, euacuationem,vel(vt manifestius dicamus) ex parte euacuationem,quoniam passio erat in eo,ꝙ repleta esset pars immoderate. Necessarium est itaq; aut recurrens euacuari superfluum, aut per ipsam partem patientem. Recurret igitur aut perpulsum, aut pertractum,aut transmissum,aut secundū aliquod horum,aut secundum oīa.Per ipsam vero,quæ patitur, partem euacuabitur,hoc quidem manifeste & sensibiliter,hoc vero in euaporationes extenuatum. Ant.

Huius quidem affectus sanatio intentionē habebit euacuationē,aut(vt manifestiori vocabulo vtamur) abuacuationem:siquidem morbus erat immoderata partis repletio.Necessarium igitur est,vt aut superflui tas retrocedens euacuetur,aut per ipsam patientem particulam.Retrocedet autem vel impulsa,vel attracta, vel transmissa, vel horum vno aliquo modorum, vel omnibus.Per locum vero patientem euacuabitur,partim quidem manifeste & sensibiliter,partim vero in vapores resoluta. Leo.

Cum supposuit apostema ita genitū pro causa emphraxis & angustationis,docet causas salubres illius,& dicit, HVIVS VERO &c.i.sed curatio huius passionis,s.apātis,est per euacuationem: & hoc intēdit,cum dicit,Habet intentionem,euacuationē. Deinde specificat illud magis,& dicit, VT &c.i.&,vt magis specificemus, curatio eius erit per euacuationē ex parte habente passionem:& hoc volebat,cum dixit,Vt manifestius dicamus,habebit considerationem,euacuationem, ex parte,supple,patiente. Deinde dat causam huius,& dicit, QVONIAM &c.i. quoniam hæc passio,i.apā,erat,inquantum pars immoderate repleta est,quasi hæc passio principaliter fit īmoderata quædam repletio:ex quo videtur,ꝙ prima intentio curæ apātis ab essentia ipsius sumpta sit(sicut in omnibus oportet morbis)quāuis multiplex adunetur morbus. Principalis tn̄ morbus in supposito apostemate videť repletio concauitatum & foraminum,huic autem est cōtraria euacuatio.Est aūt repletio tum morbus,tum causa, sicut superius dictum est:ſm enim ꝙ est morbus,videtur de genere oppilationis existēs, nihilo minus tn̄ est causa tum malę cōplexionis,tum solutionis continui, tum corruptionis quantitatis & figuræ: quæ oīa simul in apostemate Cō.65.

coniunguntur

E F doc.2.ca.1. G H

A coniunguntur ex humorali repletione causata. Propter quod respectu horum morborũ,habentium causam,abscisio causæ præseruatio dicitur ꝓprie,& non curatio, sicut ex superius dictis ꝑspicuum est. Quòd si large curatio dici posit,erit prima intẽtio curatio in talibus ab essentia causæ sumpta. Cum ergo superius dixerit,ꝙ curatio est ægritudinis factæ propria,eius scilicet,quæ causam nõ habet:præseruatio aũt propria sit faciendæ,duplicis existẽtis,s.eius,quæ est pars fientis,& eius,quæ absolute dicit̃ faciẽda, quarũ quælibet cãm habet:nõ aũt fit præseruatio nisi ꝑ abscisionem causæ, improprie hic vocabit abscisionẽ causæ,curationẽ pasionis,nisi large ꝑ̄seruatio curatio dicta sit:aut nisi curationem pro quacunq; sanatione accipiat. Deinde,cum dixit,ꝙ intentio curationis est euacuatio partis,ostendit,quibus modis pars euacuetur, & dicit, NECESSARIVM AVTEM &c.i.sed necessariũ est partem repletam euacuari vno duorũ modorum,s.recursione sanguinis ad loca, vnde venit,aut extractione ipsius per ipsam partem patientem. Deinde subdiuidit vnumquéq; istorum modorũ,& dicit, RVRSVS IGITVR &c.i.& sanguis replens membrum recurret in partes,vnde venit,vno trium modorum,s.aut pulsione,aut tractione,aut transmisione,aut duabus ex eis,aut omnibus simul. Est autem pellens & transmittens localiter ex parte,vbi est humor:trahens aũt localiter est oppositum ei,quod trahitur. Vult aũt per pulsionem,expresionem quandam factam in membro ex frigidis extrinsecus positis.Per tractionem aũt vult aut speciem tractionis factã à vacuo partium localiter oppositarum:aut speciem tractionis per stimulationẽ & dolorem in parte opposita,quæ

B non est nisi per accidens attractio,inquãtum.s.dolor exacuit rheuma:cuius rationẽ infra dicemus.Per transmisionem aũt vult excusionẽ humoris factam à virtute mẽbri,stypticis confortata. Deinde subdiuidit aliud mẽbrum,& dicit,PER IPSAM VERO &c.i.sed extractio sanguinis replentis,per ipsam partem patientẽ est duobus modis,s.aut sensibiliter,vt per scalpellationes factas in membro,& hmõi:aut insensibiliter,vt per extenuationem humoris,& cõuersionem in vaporem subtilem insensibilem,qui(sicut dicit Gal.)est humiditas subtiliata & minutim diuisa,donec aeri asimiletur. Hæc aũt subtiliatio fit tum calore resoluentium medicinarum membro approximatarum:tum calore naturali continue ex humoribus,qui in nobis,occulte resoluente.

Ant. Si igitur fuerit totum corpus plethoricum,non oportet per ipsam patientem partem euacuare. Si enim scarificationibus & incisionibus sensibiliter euacuauerimus dolentes partes,attrahemus propter dolorem ipsum amplius.Si vero calefacientibus diaphoresim facere aggresi fuerimus,trahemus propter calefactionẽ plus in partem,q̃ diaphoresim faciamus.Si vero velimus denuo cogere recurrere,quod est influxũ,non recipiet plenum existens corpus.Ob vtraq; igitur hæc oportet euacuare totũ,& deinde econtrario trahere omnino ad alias regiones id,quod influit patienti parti. Hoc vero peracto prius repellere à parte, deinde diaphoresim facere aggredi debemus,paratior est enim euacuatio,quanto per maiora.

Leo. Si igitur vniuersum corpus plus æquo plenum fuerit,per patientem locum minime euacuãdum.Nam,

C si scarificationibus, aut sectionibus sensibiliter euacuabimus, plus ratione excitati doloris attrahemus. Si vero calefaciẽtibus dispergere tentabimus,plus erit id,quod vi caloris ad partem attrahetur,quàm dispersum.Quòd si in eo elaborabimus,vt,quod influxit,retrocedat, corpus plenum non admittet.Ad hæc igitur ambo totum corpus euacuare oportet,aut omnino ad contraria loca retrahere,quod patienti particulæ influit. Quo perfecto opere prius à parte repellendum,mox dispergendum.Quanto enim † per maiora

aliter per minora. fit,tanto expeditior est euacuatio.

Cõ.66. Cum declarauit, curationẽ aꝑatis esse per euacuationẽ,& modos sibi cõpetentis euacuationis subdistinxit,ostẽdit has euacuationes esse tum incõuenientes,tum impoßes stante plethoria ipsius totius: & est hæc ostensio resolutione quadam doctrinæ ad id,quod est vltima causa ĩpoßitatis & inconuenientię(sicut videtur Hali dicere)& dicit,

cõ.159. SI IGITVR &c.i.si igitur volumus curationem aꝑatis per euacuationem, considerãdum est prius,si corpus est plethoricũ,vel non:si.n.est plethoricũ,non est facienda euacuatio ꝑ partem patientẽ neq; sensibiliter,neq; insensibiliter. Deinde dat causam huius,& primo eius,quod nõ sensibiliter,& dicit, SI ENIM &c.i.quia si nos euacuatione manifesta,quæ fit ꝑ scalpellationes,& sanguisugas,& hmõi,euacuauerimus partes apostemosas,iam dolentes ex ipso aꝑate,propter esse calefactas & tensas,inducemus dolorẽ in illis ex solutione continuitatis:&,si inducemus dolorem,amplius ad eas attrahemus propter dolorem, q̃ euacuemus ab eis:de natura.n.doloris est prouo-

D care rheuma super mẽbrum,quod dolet,propter id,quod post dicemus.Si ergo mẽbrum aliàs rheumatizatũ fortiori super eo vincente, & ad id depellente,& per hoc dolorẽ habens, iterum ex scalpellatione doleat,duplabitur rheumatismus,& accidet minus scalpellatione euacuari,q̃ influatur. Et hac de causa salubre preceptum est,ꝙ,vbi dolor prouocat rheumatismum,sedandũ primo dolorẽ:vbi aũt non est dolor, sed aliud,cauenda sunt dolorẽ excitantia,etsi non sit corpori plethoria:multo aũt amplius ea præsente. Deinde dat cãm eius,quod nõ insensibiliter,& dicit, SI VERO &c.i.& si nos stante totius plethoria conati fuerimus occulte euacuare per ductionẽ humiditatis in vaporem,quæ fit medicinis calefacientibus(& hoc intendebat, cum dixit, Si vero calefacientibus aggresi fuerimus facere diaphoresim,i.resolutionẽ &c.)nos calefaciemus partẽ:calefacientes vero amplius attrahemus propter calorem ad ipsam partem de humore, q̃ ab illa euaporare faciamus:de natura.n.rerum calefacientium est(sicut ipse dicit in cõmento regiminis acutorum)ꝙ,sicut resoluunt superfluum retentum in membro,cui appropinquant,ita attrahunt ex vicinis, si repleta sint, ipsorum quidem primo liquando materias, & ad cursum præparando,deinde attrahendo per modum, quo supra diximus calidum attrahere. Est autem hæc ostensio sine dubio quidam modus resolutionis. Cum enim quæritur, quare non est facienda euacuatio partis per scalpellationem stante plethoria,conuenienter respondetur,quia talis euacuatio dolorem inducit. Quòd si adhuc exquiratur,quare quia dolorem inducit,conuenienter respondetur,quia dolor inducit rheumatismum. Quòd si adhuc

quæratur,quare propter inductionẽ rheumatiſmi,conuenienter rñdetur,ꝙ aut plus,aut ęquale ei,quod euacuaf, E
attrahitur:ex quo accidit non conferre,ſed nocere. Quòd ſi adhuc queraf,vnde eſt,ꝙ plus attrahitur per illud,quã
euacuetur,conuenienter reſpondetur,quia corpus eſt plethoricum : & hæc eſt ſicut vltima cauſa inconuenientiæ.
Similiter,cũ queritur,quare non eſt facienda diaphoreſis ex parte,cõuenienter rñdetur,quia diaphoretica calefaciunt partem. Quòd ſi adhuc quæratur , quare quia calefaciunt , conuenienter reſpondetur,quia per calorem attrahunt ad partem plus , quàm reſoluant ab illa. Quòd ſi adhuc quæratur , vnde eſt, ꝙ plus per illud attrahunt, quam reſoluant,conuenienter reſpondetur,quia corpus plethoricũ:& hęc eſt ſicut vltima cauſa inconuenientiæ.
Et eſt hic attentione dignum,ꝙ doctrina huius libri dicitur diffinitiua per comparationem ad explanationem diffinitionis propoſitæ de medicina in principio libri. Ad huius enim explanationem totus liber ordinatur , ſed nihilo minus propter hoc etiam apud talem explanationem alicuius partium diffinitiõis accidit vti & reſolutiua, & compoſitiua:his enim duabus maxime vtimur ad particularia problemata ſciẽtiæ declaranda(ſicut incipientes dicebamus) diffinitiua vero maxime ad totius ſciæ cõpendiationem,vt diximus. Deinde,cũ declarauit,ꝙ ſtante plethoria non eſt facienda euacuatio p partẽ apoſtemoſam,neq; ſenſibilis,neq; inſenſibilis,oſtendit ẽt,ꝙ nec eſt faciẽda euacuatio per recurſionẽ eius,quod fluxit,& dicit, SI VERO &c.i.ſed neq; oportet ſtante plethoria euacuare partem,in qua eſt apã , per recurſionem humoris ad loca,vnde venit,qm̃,ſi nos volumus cogere recurrere,
quod influxit,pulſione,vel tractione,vel trãſmiſsione,nõ erit illud poſsibile,quia corpus plenũ exiſtens nõ habet F
locum capacẽ illius,quod oportet recurrere,niſi cedat illud,quod implet , duo.n.corpora ſimul ſtare in eodẽ loco eſt impoſsibile.Et eſt hoc verũ in plethoria , quæ eſt ad vaſa,& non in ea,quæ ad virtutem. Et eſt hæc oſtenſio ſilr reſolutoria.Si.n.quæratur,quare ſtante plethoria recurſio humoris eſt ĩpoſſis,conuenienter rñdetur,quia non eſt locus recipiens humorẽ recurrentẽ.Quòd ſi quæratur,quare nõ eſt locus,conuenienter rñdetur,quia locus ille eſt plenus,& ĩpoſſe eſt duo corpora eſſe in eodẽ loco: & hæc eſt ſicut vltima cauſa ĩpoſſitatis. Deinde,cum declarauit ſtante plethoria totius corporis nullam ſpeciẽ euacuationis de ſuperius aſsignatis conuenire poſſe , nullam autẽ aliam à prædictis eſſe apãti cõpetentẽ , oſtendit primo plethoriam totius adhuc ĩpedientẽ eſſe remouendam, dans demum ordinẽ ipſarum euacuationũ adinuicem,& dicit, OB VTRAQVE &c.i.igitur ꝓpter hæc vtraq;,i. indecentiam euacuationis per eandẽ partẽ,& ĩpoſſitatem recurſionis ab ipſa ad alias propter corporis plethoriam oportet euacuare totũ corpus:hoc aũt proprijſsime fit phlebotomia non ſolũ qdem in phlegmone , ſed & in quibuſcũq; alijs generibus apãtum,qñ ſunt cum plethoria totius. Augmentũ.n.oĩum humorum in venis ſup ęqualitatem ipſorũ nullo melius educitur,q̃ phlebotomia,ſiquidẽ nec virtus,nec ętas obſtiterit patientis. Augmentũ.n. oĩum humorum in venis nihil eſt aliud, q̃ repletio ſanguinis circa venas,tres quidẽ ſubſtantias tribus proportionatas humoribus cõtinentis.Sed in alijs generibus apãtum poſt phlebotomiã indigebitur ẽt pharmacia,quæ ſpecialiter in ſanguine dominantẽ euellat ſubſtantiã,apã facientẽ. Deinde dat ordinẽ euacuationum faciendarum
adinuicẽ poſt plethoriæ amotionẽ,& dicit, DEINDE &c.i.demum amota plethoria oportet trahere illud,quod G
influit patienti particulę,ad regiones oppoſitas,iam quidem capaces recurrentis,obſeruata oppoſitione per vnam diametrum tm̃,quia,cũ fit oppoſitio per duas,attractio eſt difficilis,aut ĩpoſſis non corrñdentibus meatibus.Poſt hoc ante aggreſsionẽ diaphoreſis prius oportet repellere,quod influit parti,deinde aggredi diaphoreſim,i.euaporationem,facere:& dedit cauſam huius,& dixit, PARATIOR ENIM &c.i.quia,ſicut ꝑmiſſa euacuatione plethoriæ facilior erit recurſio vacuis atq; latis exiſtẽtibus vijs,ita poſt recurſionẽ facilior erit euaporatio propter.ſ.latitudinem meatuum mẽbri:& hoc intendebat,cum dixit,Paratior enim euacuatio eſt,quanto per maiora.conſtrictio.n.meatuũ à plethoria vniuerſali impedit recurſum,à particulari vero ipſius membri impedit euaporationẽ.
Eſt ergo ordo,ꝙ ſtante plethoria vl̃i,ſ.totius,cũ particulari,ſ.mẽbri habentis apã,incipiaf ab euacuatione vl̃is plethoriæ,qua nõ præcedente ĩpoſſis eſt euacuatio plethoriæ particularis,vt dictũ eſt. Deinde fiat attractio humoris adhuc influentis,ad oppoſita loca,quia,cum diuertet in oppoſitum , facilior erit eius repulſio,quod influxit in partem,nõ impediente adhuc influẽtę.Repulſio ẽt recte præordinatur euaporationi , pręimpediens qdem & ipſa attractionem humorũ,poſsibilẽ fieri per euaporationẽ futuram.Vltimo aũt reſolutio per euaporationem decentem efficitur propter nõ totum recurrere poſſe,& propter paucũ eſſe,quod reſtat reſolui. Reſolutio.n.quia difficilis eſt,nõ eſt per eam laborãdum circa id,quod multũ. Si vero corpus nõ fuerit plethoricũ,non oportet incipere ab euacuatiõe totius,ſed circa euacuationes partis tenere ordinẽ,qui dictus eſt:hoc aũt ſicut notũ dereliquit.
Eſt aũt hic attentione dignũ,ꝙ,quãuis hæc ſit generalis cura apãtis,habet tñ exceptiones quaſdam,quia,ſi apã H
fuerit in mẽbro ignobili generatum p viam criſis,aut fuerit generatũ in exterioribus ex materia venenoſa,aut in emunctorijs principalium mẽbrorum,aut in locis vicinis mẽbris principalibus,non ſunt apponenda,quæ repellant,timore recurſionis materiei ad loca magis nobilia,ſed amota plethoria totius,ſi adſit,ad euacuationes p partẽ patientẽ accedendum eſt.Similiter ẽt,quãdo hoc apã nõ fuerit generatum ex cauſa antecedente corporali p viam expulſionis ſuperflui ab vno mẽbro ad aliud,ſed ex cauſa extrinſeca , ſicut ex caſu,vel percuſsione,& hmõi,ſi nec fuerit cũ hoc corporis plenitudo,incipiemus ab ijs,quæ leniunt,& reſoluunt,& fluxa faciunt,& nõ attrahentibus ad oppoſitam,& repercuſsiuis,eo ꝙ in talibus oportet dolorẽ loci ſedari prius,q̃ ex caſu & pcuſsione inductus eſt, cũ hic ſit prouocans apã. Vt enim dicit Princeps,Cum materiã ad longinqua trahere volueris,dolorem loci prius ſeda,qui in contrarium attrahens inobedientẽ eam facit.Hoc aũt fit ijs,quæ molliter reſoluũt,à quibus in talibus diximus eſſe inchoandum:ſed Gal. hos & ſimiles canones tacuit,ne propoſitę doctrinæ metas ſit tranſgredi.

Repellemus vero ex patiente parte,ſi infrigidemus , & ſtyptica apponamus.Sed & euacuata ad ſe ipſa, Ant.
quod repellitur,trahunt(oſtenſum enim eſt & hoc per naturalium virtutum orationem) & tranſmittent vaſa confortata ſtypticis pharmacijs.

Leo. A patiente vero loco adſtringendo ac refrigerãdo repellemus. Sed & exinanita loca attrahũt ad ſe ipſa,
A quæcũq; repercutiuntur. Hoc ſiquidẽ oſtenſum eſt in eo volumine, in quo de potẽtijs naturalibus agitur. Et vaſa præterea vigore ex medicaminibus adſtringentibus addito, à ſe ad alia remittent.

Com.67. Cum declarauit, ꝙ amota plethoria prius inchoandũ eſt ab euacuatione, quæ recurſione fit, q̃ ab ea, quę per ipſam partem efficitur, oſtẽdit, quibus, & qualiter recurret humor ſiue tractus, ſiue pulſus, ſiue tranſmiſſus, & dicit, REPELLEMVS &c.i. ſed humor recurret, pulſus ex particula patiẽte frigidis & ſtypticis, appoſitis circa illam: & cauſa huius eſt, quia de natura medicinæ frigidæ & ſtypticæ eſt conſtringere & coadunare ſubſtantiã membri, cuius coadunatione accidit exprimi, quod in ea cõtinetur ad poſterius, vnde venit. Tales aũt ſunt ſolatrum, virga paſtoris, portulaca, ſpongia infuſa in aceto & aqua, ſauic hordei decocti valde, & proprie cum aceto ſibi commiſto, cortex granati, bolus armenus cum oleo roſato, & huiuſmodi. Deinde dicit, SED EVACVATA &c.i. ſed humor recurret tractus ab ipſis mẽbris euacuatis per euacuationẽ totius, factã p amotionẽ plethoricę. Vacuũ enim
lib.2.c.7. habet virtutẽ attractiuã, ſicut ſe oſtendiſſe memorat lib. ſuo de natural. virt. & nos iã diximus ſupra, qualiter iſtud ſit. Trahitur etiã per appoſitionẽ ventoſarũ in loco oppoſito, & per ſtricturã & ligaturam partis oppoſitę, & vniuerſaliter inductione ſtimulationis & doloris circa illã, ſicut in delatione rei ponderoſæ ſuper eã. Deinde dicit, ET TRANSMITTET &c.i. recurret humor tranſmiſſus, cũ virtus venarum cõfortata trãſmittet. Dicitur autẽ
B confortari virtus per hoc, ꝙ ſortitur in mẽbro cõplexionẽ cõuenientẽ ad opus ſuũ. Cõfortabitur aũt virtus expulſiua venarum & totius mẽbri, adunatione, & ſpiſſatione corporis ipſarũ, à ſtypticis pharmacijs effecta. Sicut.n. di-
1.pri. do.6. cap.3. cit Princeps, virtus expulſiua indiget ad perfectionẽ operis ſui ſiccitate quadã, & inſpiſſatione pauca, q̃ ad exprimẽdũ et expellẽdũ tali adiuuet mẽſura, quatenus per ipſam remaneat inſtrm, figurã cõſtrictiõis & expſsiõis cõſeruãs.

DVBITABIT aũt aliquis ex hoc, quod dicit, virtutẽ mẽbri expreſsiuã ſtypticis confortari, maxime cũ ſuperfluę euacuationes ſtypticis arceãtur, & retẽtiua potius ex talibus fortificari videatur, cuius operatio cõtraria eſt expulſiuæ. Niſi eſſet, ꝙ tã expulſiua, q̃ attractiua & retentiua, indigẽt in ſuis operibus ſiccitate, ſed, cũ comparãtur adinuicem in hac indigentia, maiori ſiccitate inuenitur indigens retẽtiua, q̃; reliquę: expulſiua aũt minori omnibus propter id, quod diximus in ſumma de ſignis. Ideoq; ſuperflue ſicca et ſtyptica retentiuã cõfortando prohibẽt operationẽ expulſiuę: nec pp hoc humida confortant expulſiuã, ſed debilitant retentiuã. Oportebit ergo ſtyptica, quibus cõfortari dicit expulſiuã, non habere ſuperfluũ exceſſum in ſiccitate & ſtypticitate, ſed vſq; ad terminum, quo membrum acquirere faciant bonã expreſsiõis figuram: ſi.n. vlterius proceſſerint, ſine dubio materiã cõpingendo, & vias cõſtringendo, & retentiuã ad ſuũ opus ſuſcitando prohibebũt oẽ opus expulſiuę. Aut fortaſsis talia ſtyptica exterius & ſuperius appoſita confortant expulſiuam, interius vero & inferius retentiuam.

Ant. Si igitur omne ita recurret, bene habebit: relicto vero aliquo in parte patiente oportet quidem ſuſpicari
C hoc glutinoſum eſſe, aut ſpiſſum, & propter hoc compactum eſſe indiſſolubiliter. Poteſt autem & nõ tale exiſtens, in eas, quæ in medio, regiones infundi. Tũc igitur iam tempus eſt venire ad euacuãdum illud per patientem partem, ſuperponentes ſuperiacentibus partibus apocruſticas influentium virtutes. Euacuatio vero fit maxime, ſi ſecundũ medias regiones ſignificetur contineri aliquid, per ſcarificationes ſimul & per pharmaca diaphoretica.

Leo. Si igitur hac via ſuperfluum omne retroceſſerit, bene ſe res habet: at, ſi aliquid fuerit in parte retentum, coniecturandum erit id lentum ac craſſum exiſtere, atq; ea ratione iam coactum atq; adſtrictum, vt cũ difficultate ſolui poſsit. Fieri autem poteſt, etiam ſi nõ eius naturę ſit, vt ad ſpacia, quę in medio, ſit effuſum. In quo caſu tunc ad id veniendum eſſe tempus ſuadet, vt hoc ipſum, quod reliquum eſt, per patientem locum euacuemus, imponendo ſuper iacentibus partibus ea, quæ influentẽ humorem repellẽdi vim habent. Maxime vero euacuabis, ſi in ſpacijs intermedijs aliquid contineri coniectura aſſequeris, & ſcarificationũ auxilio, & medicaminum, quæ vim habeant diſpergendi.

Com.68. Cum declarauit, quibus, & qualiter efficitur, vt recurrat humor in poſterius, vnde venit, oſtẽdit, quibus, & qua
D liter euacuetur per eandẽ partem, in qua continetur, innuens primo cauſam, vnde accidit nõ recurrere poſſe totũ, & dicit, SI IGITVR &c.i. ſi igitur humor, qui influit in partem, recurret per ea, quę dicta ſunt, in partes vicinas, & diſpergetur in eis, digerendus ab illis, aut paulatim reſoluendus, ſuperſedere erit ab alijs medicinis, quia mẽbrũ bene habebit, niſi ſiquid ab humore immutatum fuit de mẽbri cõplexione, cuius curã poſtea docebit. Aut, qm̃ talis trãſmutatio ſm plurimum parua exiſtit, non indiget adiutorio medicinę, mẽbro, cum ſibi dimittetur, ad ſui naturã directo. Natura.n. medicaminum auxilio nõ indiget, niſi cum morbo nimis magnificato dñari nequerit.

Deinde dixit, RELICTO VERO &c.i. ſed, ſi aliquid relinquatur in parte, quod nõ recurrat p præmiſſas medicinas, coniecturari oportet illud nõ recurriſſe pp vnam duarũ cauſarũ, aut ſcilicet, qa viſcoſum aut craſſum eſt, ex quo ſibi accidit figi & inuiſcari in mẽbro, & indiſſolubiliter in eo teneri: aut quia non ſit viſcoſum & craſſum, ſed quia effuſum fuerit in medias regiones ſimiliũ mẽbrorum, ex q̃bus decurſio ad venas aut nõ eſt poſsibilis, aut non facilis. Significatur ergo ex hoc, ꝙ, ſi humor nec craſſus nec tenax fuerit, nec ex eo in medias regiones deſudauerit aliquid, prędictis appoſitis medicinis recurrere poteſt totus.

SED DVBITABIT aliquis de hoc, quod innuit, nõ poſſe humorẽ recurrere ex medijs regionibus in venas: videtur enim, quòd recurrat. Dixit enim Hip. in principio quartæ particulæ regiminis acutorum, de generatione
ex.c.pri. cauſonis loquẽs, quòd cauſon ſit, cũ reſiccatæ venulæ in eſtiua hora euulſerĩt drimeos & cholericos icores, i. liquores. Hæc aũt euulſio & attractio (ſicut Gal. cõmentãs dicit) eſt ex medijs regionibus carnis & aliarũ particularum.

Adhuc aũt videtur recurrere aliquid ex medijs regionibus in venas medicinis ſolutiuis attrahentibus. Cum.n. attractio

attractio carũ vt plurimum fit ex venis,ex quibus est assumptio nutrimẽti,per eas quoq; & humores,qui sunt extra venas,inueniãtur purgati,cõiecturari oportet & illos in venas recurrisse. Nec est cogitandũ hoc esse impossibile vel mirabile,cum videamus naturã expellentẽ aliqñ rem spissam valde,vt saniẽ, per pãniculum crassum valde, imo & per ossis substantiã. Nisi esset etiã,ꝙ possibilis est recursio per virtutem attractiuã venæ, aut medicinæ, maxime si subtilis sit humor. Attrahet aũt aliqñ medicina eum,qui extra venas,humorẽ,nõ reducẽdo eum in venas,sed per alias spongiositates mẽbrorum,donec eum sibi coniungat,Sicut dicit Princeps,ꝙ medicina humores, qui sunt in pulmone,attrahit ad stomachũ non per venas. Sed repulsio, quę fit frigidis & stypticis medicinis, non potest facere,ꝙ recurrat,eo ꝙ medicina,cuius est illud efficere,substantiã venę coadunat,& orificia eius claudit,vt subintrare non possit. Deinde,cum dedit causam,vnde post prædictas medicationes accidit remansisse aliquid adhuc in membro,ostẽdit illud oportere euacuari per membrũ ipsum,& dicit, TVNC IGITVR & c.i.igitur relicto aliquo in parte post factã repulsionem iã tunc tẽpus est,vt illud euacuemus per partẽ ipsam. Sed,quia in tali euacuatione per ipsam partẽ est timor iteratę attractionis ad ipsam,aut eius,qui recurrit in posterius, aut alterius humoris partium vicinarũ,dat cautelam circa hoc,dicens, SVPERPONENTES &c.i.ante, q̃ hãc euacuationẽ tentemus,superponere oportet partibus superiacentibus illi parti,quã euacuare oportet, medicinas habẽtes virtutes repercussiuas influentium humorũ,vt frigidas stypticas,quæ superius dictæ sunt. Dixit aũt ideo superiacẽtibus esse apponendas,quia maxime ex talibus partibus,quę super eã sunt,faciles fiunt humorũ ad eã descẽsus. Aut vult per superiacẽtes partes, sicut dicit Hali,illas scilicet,ex q̃bus venit nutrimẽtũ ad membrũ,siue ipsę sint inferius, siue superius respectu illius:ex talibus enim maxime fluit,quicquid influit in illam. Deinde post hoc dat,quibus fiat hæc euacuatio per eandẽ partem,& dicit, EVACVATIO VERO & c.i.sed euacuatio per ipsam partẽ, & specialiter qñ aliquid ostenditur resudasse ex venis in medias regiones,fit per scalpellationes et medicinas resolutiuas. Non dicit aũt hoc,quia nõ fiat etiã his modis euacuatio eius,quod derelictũ est in venis paruis, sed quia magis ista euacuatio cõnaturalis est ei,quod ex venis resudauit in medias regiones. Sed ex altera translatiõe alius resultat intellectus:dicit enim,Euacuatio vero fit per perforationẽ & medicinas resolutiuas,præcipue si æstimas, ꝙ in locis vacuis similiũ partium est aliquid contentũ.quasi velit ẜm expositionẽ Hali,diaphoresim magis cõpetere, si descẽdit aliquid in medias regiones,quàm perforationẽ:perforationem vero cõuenire, aut qñ non descendit aliquid in eas:aut qñ non valet resoluentiũ operatio:aut qñ id,quod resudauit,in saniẽ versum est:aut ante,q̃ conuertatur in saniem,qñ.s.timor incumbit,ne ex sanie generanda corrũpantur nerui, & chordæ, & ligamẽta,quæ sunt in mẽbro,sicut qñ apostematur iunctura,aut qñ humor plurimæ quantitatis existit,de cuius resolutione vel conuersione in saniem desperatio venit,vel timor corruptionis membri. Est autẽ medicina resolutiua, illa,de cuius proprietate est,vt separet humorẽ,faciendo ipsum vaporem,& extrahat ipsum à loco,in quo fuit retentus, scilicet partem post partem,donec assiduatione illius operationis finiat illum,vt chamæmelum,anethum,semẽ lini, melilotum, fœnugræcum,& emplastrum diachylon,& huiusmodi.

E F com.161. com.162. G

DVBITABIT AVTEM aliquis de hoc,ꝙ nullã intentionem curæ assumit à tẽporibus huius morbi. Dicũt enim medici in suis libris in principio apostematis apponẽda esse repercussiua humoris influentis:in declinatione aũt solum resoluentia:in medijs aũt temporibus,s.augmẽto, vel statu, resoluentia cũ repellentibus temperanda, nisi in casibus ab hoc ordine medicinarũ exceptis. Adhuc aũt & in alijs morbis,vt febribus,videtur à temporibus morbi curõnis significationes assumi. In principio nãq; paroxysmi minus frigida cõpetunt, quã in augmẽto, vel statu:& in principio vniuersali febris aliqñ conceditur subtractio quædã causæ,quæ prohibet in statu. Nisi esset,ꝙ sine dubio nulla intentio curationis morbi sumitur à tpe ipsius,sicut dicit Gal. contra Thessalũ disputans, lib.de ingenio sanitatis. Ait enim,Ego nunq̃ significationẽ in curatione vulnerũ sumpsi ex eo, ꝙ sint recentia vel vetusta,nec ab aliquo morbo significationem ẜm tẽpus accepi. & post pauca subiungit,Nã,qui se impedit in tpibus inquirendis,vt significationes curę ab eis accipiat, inueniet significationẽ primi diuersam à significatione secundi,& secundã à tertia,& tertiã à quarta,& sic in infinitũ:quare accidet ipsum ad inextricabilem inuolui labyrinthum,& dimittere essentiã morbi,quam curare oportet. Sed dicet aliq̃s eum nõ intendere de tpibus morbi, ẜm ꝙ mensurantur quatuor principales eius partes,quæ sunt principiũ,augmentũ,status,& declinatio,sed largiori modo,ẜm ꝙ penes durationẽ breuẽ vel longã in tempore,dicitur morbus antiquus vel recẽs. Cui dicemus, nõ cuilibet morbo assignari hęc quatuor tẽpora,vt supra demonstrauimus. Adhuc aũt principium, augmentũ, statum,& declinationẽ non esse tẽpora morbi,sed alterationes quasdam corporis ẜm morbum,quæ sine dubio tẽpore mensurantur. Quare nec à tẽpore vnq̃ significatio curõnis assumitur,sed fortassis ab hac varia alteratione,quæ est pars essentiæ morbi. Neq; quidẽ in statu paroxismi plus ĩfrigidamus,quã in principio,gratia tẽporis ipsius,sed quia febris ipsa tunc intẽsior est. Quare intẽtio plus infrigidãdi sumit ab essentia morbi, & nõ à tẽpore. Adhuc nec in principio apostematis apponẽda sunt repercussiua gratia ipsius principij, nã in augmẽto ipso recte apponũtur,si non fuerint adhibita in principio. Aut nõ apponũtur in principio,quia in principio, sed quia modicum est adhuc, quod influxit,quare obediẽs repercussioni de facili:quod quidẽ non cõtingit in augmẽto & statu, qñ iam humor in mẽbro constrictus & multus existit. Quare non à tpe,sed ab essentia morbi & causę eius,intẽtio curationis assumitur. Sed,qm̃ huius particularis repletionis nõ est nisi duplex euacuatio,quæ dicta est, oportet antecedere primã secundæ propter causam,quã diximus,& nõ gratia tẽporum morbi:quare accidit vnã fieri in principio, reliquam in fine,in medijs aũt tpibus vtrãq; commisceri. Adhuc aũt,si morbus vnã habet causam in tota sui latitudine,s.in principio,augmento,statu,& declinatione,in omnibus vna erit principalis intẽtio,s.abscindere causam. Sed,cũ abscissio causæ plures habeat cõsiderationes, oportet in eis ordinem decẽtẽ obseruari:quare hoc in febre primũ fiet per digerentia,vltimo per euacuantia:quare accidet circa principiũ vti digestiuis,post statũ vero solutiuis,non quidẽ gratia horum tẽporum,nisi ẜm accidens,sed q̃a digestio euacuationi pręmittẽda est. Quòd si accidat

lib. 4. ca. 4. H

A accidat abſciſsionē cauſę prohiberi ſm aliquod tempus morbi,nō propterea dicetur ſignificatio curōnis inde aſſumi niſi per viam accidentis:nō enim ſtatus ſignificat cauſam non oportere tunc abſcindi, ſed virtus,in ſtatu nimis grauata,& circa aliud occupata.Sed intētio,quæ ſumitur à virtute,nō eſt ſignificatiua curę morbi,ſed potius ꝓhibitiua,vt Gal.dicit.Ex quo manifeſtum,ꝙ à tēporibus morbi nō ſumitur intētio curationis eius, ſicut Gal.ibidē aſſerit:ſed verū eſt,ꝙ à virtute conſiderata ſm tēpora morbi,& penes opus eius circa cauſam morbi ſm tēporum diuerſitatem ſumitur intentio dietationis ſm cibum & potū.Propter quod nō inuenitur Gal.in dādo canones curationis morbi ſumpſiſſe ſignificationē curæ à tēporibus morbi ſecundum aliquē locum libri de ingenio ſanitatis,ſed ſignificationem regiminis per cibum,quod non adhibetur curæ morbi,ſed conſeruationi virtutis.

Ant. Sed,qm̄ diaphoretica omnia calida virtutibus ſunt,eiuſdem vero craſeos effectus eſt mordere,cū immoderatius fuerint calida,obſeruandū eſt in eis nimis calida,& maxime,ſi in ſuperficie fuerit mēbrum,quod patitur.Dolebit enim non parum,ſi ſimul patiatur,& mordeatur:omniſq; dolor prouocat rheuma.Mediocriter igitur calidum,anodinum eſt,magis autem,ſi humidum ſit.

Leo. Sed,qm̄ hæc omnia vires calidas habent,eiuſdē vero temperaturæ opus eſt mordere, qn̄ modum exceſſerit,cauenda ex eis ſunt vehemētiſsime calida, ac tum præſertim,cum patiens locus inter ſumma fuerit.
B Neq; enim paruus excitabitur dolor,ſi præter proprium affectum inſuper mordeatur: omniſq; præterea dolor fluctiones commouet.Quod igitur mediocrē caliditatē obtinet,in his ſenſum doloris non inuehit, atq; eo amplius omni dolore vacat,ſi humidum extiterit.

Com.69. Cum declarauit circa derelictū in parte vtendū eſſe diaphoreticis, oſtendit quoſdā adhuc canones circa talium vſum,& primo eū,qui ſumitur à qualitate diaphoretici pharmaci,& dicit, SED QVONIAM DIAPHORETICA &c.i.ſed,quia medicinę diaphoreticæ ſunt calidę virtutibus,i.potētes calefacere,eſt.n.virtus vltimū,quod eſt in re de potētia,ſicut dicit Philoſophus: Hęc aūt potētia calefaciēdi in diaphoreticis exiſtēs aut eſt in eis, quia ſunt calida actu à ſe ipſis,vel ab alio:vel quia,licet nō ſint calida actu,acquiſierūt tn̄ actum calefaciendi à corpore,ſicut ſupra oſtendimus:ſubtiliatio.n.humidi,donec cedat in vaporē,quod quidem fit à diaphoreticis,non pōt fieri niſi virtute caloris,frigidū.n.potius inſpiſſat & denſat:Quia ergo ſic virtute ſunt calida, huius aūt complexionis.i.calidæ,opus eſt mordicare mēbra,quibus annectitur,quod eſt tale,& pręſertim,qn̄ ſuperflue ſit excedens in caliditate,Ideo ad reſoluendum illud,quod derelictum fuit,obſeruandū eſt, ꝙ apponantur, quęcunq; minus calida ſunt ex diaphoreticis,& maxime,ſi mēbrum,in quo reliquiæ remāſerunt,fuerit in exterioribus,ſ.in corporis ſuperficie:tale enim,qm̄ ſm ſe occurrit medicinæ,fortius accideret ab illis mordicari,q̄ ea,quæ in corporis profundo exi-
C ſtentia occurrūt mediantibus ſanis mēbris. Eſt aūt cōplexionis calidę opus mordere,eo ꝙ reſoluēdo & liquādo facit puenire ſolutionē cōtinuitatis pluris numeri,& inordinati ſitus,quod mordicatio dicebatur: nō tn̄ eſt huius
Aphoriſ. 3. aph.18. cōplexionis proprium hoc efficere,cū etiam cōplexiōis frigidę ſit mordere,frigidū.n.vlceribus mordax, vt.Hip. dicit.Mordet etiā ſeptētrionalis ventus oculos,& nares,& faciē totam.Faciunt aūt hoc frigida cōſtringendo partē cum parte,& ex hoc etiā ſeparādo per accidēs partē à parte apud diuerſa loca, maxime quidē, ſi fuerit ſubtilis ſubſtantiæ penetrantis,ſicut aer ſubtiliatus à ſeptentrionalis venti flatu, & huiuſmodi:frigidum enim nō eſt mordax in vlceribus,niſi ꝙ à cute diſcooperta admittunt de facili tranſitum in profundum. Deinde,cū dixit obſeruandum eſſe in eis omnia minus calida,& maxime, ſi in ſuperficie fuerit mēbrum,quod patitur,dat cauſam huius,& dicit, DOLEBIT ENIM &c.i.quia,ſi annectatur patienti particulę diaphoreticū ſuperflue calidę,accidet ipſam multum dolere, duplicē cauſam habētē doloris,quarum vna eſt paſsio propria,ſ.apoſtema:altera vero eſt morſio caloris diaphoretici.Et,cum dolor multus prouocet rheuma ad locū dolentē,accidet inde minus euaporare, quā attrahi:quod fiet etiā tertia cauſa doloris,& cōfirmationis morbi plus, q̄; ſalutis. Sed cauſa, vnde dolor excitat rheuma,eſt(ſicut Gal.dicit particula 13 de ingenio ſanitatis)ꝙ,cū virtus expulſiua non efficiat ſuā operationē, niſi cum nocumentū aliquod ſenſerit,accidet ad ſenſum contrariæ cauſæ eā impetuoſe quodā motu moueri, vt cauſam doloris à ſe depellat.Excitatur aūt non ſolū in dolente particula,ſed in adiacentibus,quæ ſibi cōpatiuntur, & præcipue in ijs, quę ſunt ſupra ipſam:vnde fit,ꝙ fortiter exprimit,vt nociuū expellatur:ex qua quidē expreſsione accidit ſanguinē & ſpiritū deponi ad locū dolentē.Aut,vbi fortaſsis fit ſenſus contrarię cauſę,tota illuc natura de-
D riuatur quaſi ad ſuccurſum vocata,vt nociuum fortius à ſe depellat:hæc aūt ſuo inſtrumento,ſ.calore,ſuccurrens, ſubiecta caloris,ſcilicet ſpiritū & humorē,ſubducit.Quare ſuccurrere per accidēs eſt nocere.Signū aūt deriuationis naturæ totius cum ſpiritu & calore ad locū dolentem, eſt euentus ſyncopis in dolore forti propter euacuationem cordis à ſpiritu & ſanguine:& frigus extremitatū in forti dolore viſcerum. Deinde,cū dixit,quale diaphoreticum ſit cauendū,& propter quam cauſam, concludit,quali maxime ſit vtendum,& dicit, MEDIOCRITER IGITVR &c.ideſt,igitur diaphoreticū mediocriter calidū eſt nō illatiuū doloris (& hoc volebat per anodinum)
Com.163. et magis eſt tale,ſi cum caliditate habuerit humiditatē. Vult aūt per mediocriter calidum(ſicut dicit Hali)illud,de cuius proprietate eſt imprimere caliditatē ſimilem caliditati mēbri:aut nō addere ſuper caliditatē mēbri amplius quantitate vnius gradus,quia hæc talis additio vix ſenſu percipitur, propter quod nō lędit.Caliditas aūt cum humiditate ideo eſt magis mitigatoria,quia ab humiditate parumper obtunditur,cū ſiccitate vero acuitur, ſicut cū ſibi magis cōnaturali,& fit vlterius mordicatiua:adhuc aūt,quia humiditas eſt mollitiua tenſi & conſtricti, & per hoc mitigatoria magis.Huiuſmodi autem generis diximus eſſe ſupra & medicinas lenitiuas.

Ant. Et tn̄ ſufficiens eſt diaphoreſim facere in ſuperficie,etiam ſi non vehemens ſit diaphoreticum pharmacum.Si vero ea,quæ in ſuperficie,ſine paſsione omnino exiſtāt, in profundo vero ſit euacuatione indigēs, intendere & augere oportet diaphoretici pharmaci caliditatē:euaneſcet enim,deficiēs prius, q̄ ad profun-

dum

dum perueniat:neq; tamen in aliquo lædet ea,quæ in ſuperficie contanget,quoniam non paſſa ſunt.Itaque E
& nunc in idipſum vtraq; incidunt ad calidorum ſimul & acrium medicaminum vſum, & quæ in ſuperfi-
cie ſuſtinẽtia,& quæ in profundo indigẽtia.Hãc igitur ex põne partis patiẽtis accipiebamus ſignificationẽ.

Et quidem,quicquid per ſumma hęret,potens eſt id medicamen diſpergere, quod etiam validas nõ ha- Leo.
buerit ad diſpergendum vires.Quod ſi ſummę quidem partes omni noxa caruerint,id vero, quod euacua
ri oporteat,in penitioribus partibus fuerit,intendendus atq; augendus diſpergentis medicaminis calor, cũ
dubitandum ſit,ne prius,q̃ profundas attigerit partes,interim vires amittat.Neq; tamen ex eo ſuperiores
partes aliquem dolorem ſentient,cum omni vacent affectu.Quare numero hæc duo ſimul inuitant ad ca-
lidorum pariter atq; acrium medicaminum vſum,& ſummæ partes,quæ tolerant:& profundæ, quæ egẽt.
Hæc igitur ex patiente particula indicatio aſſumebatur.

Cũ declarauit canonem in vſu diaphoreticorũ,ſumptum ab eorum qualitate, oſtendit aliũ ſumptũ à membri Com.70.
poſitione.Quia aũt dixerat in ſuperficie corporis ſpecialiter exiſtẽte paſsione vtendum eſſe diaphoretico debiliori
propter expoſitionẽ eius ad mordicationẽ,ne accidat ſuſpicio inſufficientiæ talis diaphoretici,ſubiunxit,ET TA-
MEN &c.i.& diaphoreticũ(& deficiebat in altera translatione dictio,tñ) &ſi non fuerit vehementer calidũ,ſuffi-
ciens erit ad cõuertendum in vaporẽ illud,quod in ſuperficie corporis continetur,reſiduũ:& cauſa huius eſt,quia F
immediatius attinget illud:agens enim debile per ſe attingens ad patiens,imprimit fortius, q̃; forte, attingens per
aliud,aut æque. Deinde,cum dedit,ꝙ membro patienti poſito in ſuperficie ſufficiet diaphoreticũ debile, oſtẽ-
dit,quale competet ei poſito in profundo,& dicit,SI VERO &c.i.ſed,ſi mẽbra,quę ſunt in exteriori ſuperficie,
ſint omnino abſoluta à paſsione,ſ.quia nec habent paſsionẽ,nec habentibus cõpatiuntur(& hoc volebat per hanc
dictionem,omnino)ſed membrũ patiens ſit interius in profundo,tunc oportet augere virtutẽ pharmaci diapho-
retici.Et,qm̃ virtus diaphoretici eſt humorẽ conuertere in vaporem,hoc aũt fit à calore,non fiet augmentũ virtu-
tis eius niſi per augmentũ caliditatis:quare diaphoretico calidiore vtendũ erit. Deinde dat cauſam huius,& di-
cit,EVANESCET ENIM &c.i.qa,ſi diaphoretico minus calido vſi fuerimus,euaneſcet virtus eius prius,q̃ attĩ-
gat ad profundum , vbi eſt apoſtema:agẽs.n.naturale agit ad limitatam diſtantiã ſm determinationẽ fortitudinis
virtutis ſuę.Ergo calefactio debilis diaphoretici finietur in vijs medijs.iter ſuperficiem & locũ apoſtematis, & ac-
cidet nil conferre. Deinde,qm̃ nocumentũ fortis diaphoretici erat mordicare mẽbra,quibus annectitur , oſtẽ-
dit nocumentũ iſtud non poſſe hic euenire,& dicit,NEQVE TAMEN LAEDET &c.ideſt & neq; accidet mor-
dicare per tale diaphoreticum auctæ virtutis mẽbra ſuperficialia,quæ attingit,quoniã ipſa nihil patiuntur, vt prę
ſuppoſitum eſt,ſed habent cutim ſanã,quæ ſui ſpiſsitudine defendit ab omni mordicatione,ſed, cũ ſubſtantia eius
ab apoſtemate membri ab ea cooperti attenuatur,aut diſcraſiatur ad caliditatẽ,facilius ab excellenter calidis mor- G
dicatur. Deinde concludit ex præmiſsis propter duas conditiones eſſe vtẽdum calidiore diaphoretico , & dicit,
ITAQVE &c.i.itaq; vtraq; hæc mẽbra,ſ.quę ſunt in ſuperficie,potentia tolerare forte medicamen propter eorũ
ſanitatem:& ea,quæ patiuntur in profundo,habentia neceſsitatẽ fortioris medicaminis propter remotionem à ſu
perficie,concurrunt in idipſum,i.ad faciendum decẽtiam & rectitudinem opportunitatis vſus diaphoreticorũ ca-
lidorum & acutorum,quorum eſt proprietas mordicare,ita tñ,ꝙ ſola poſitio paſsionis in profundo eſt inductiua
opportunitatis vſus talium:priuatio aũt paſsionis à ſuperficie non inducit hoc , ſed remouet prohibẽs. Vltimo
autem quaſi epilogans dicit,HANC IGITVR &c.i.igitur hæc oſtenſio talis modi curæ eſt accepta ex paſsione
partis,quæ patitur,ſicut & nos in principio paragraphi,continuantes dixeramus.

Dehinc vero intendamus,ſi deeſt aliquid ad curationem.Videtur autem adhuc deeſſe non parũ.Ipſo- Ant.
rum enim membrorum,quæ patiuntur,in quibus eſt ſuperfluitas rheumatis,quædam quidem rara & laxa
& mollia ſecundum naturam ſunt : quædam vero ſpiſſa & ſtricta & dura.Priora igitur facile euacuantur:
altera vero acrioribus indigent euacuantibus ea,& adhuc ijs,quæ ſunt magis leptomera.Si vero & ſecun-
dum multam poſita ſunt profunditatem,etiam magis ijs indigent.Hæc igitur tibi rurſus oſtenſio altera ſit
à ſubſtantia patientis.

Deinceps vero,ſiquid ad ſanitatem deficiat,conſideremus:neque enim paruum aliquid deeſſe videtur. Leo.
Affectæ partes,in quibus fluctionis ſuperfluitas retinetur,non nullæ quidem raræ & laxæ & molles natu- H
ra exiſtunt:non nullæ autem denſę & preſſę ac duræ.Priores igitur facile euacuantur:reliquæ autẽ acriori-
bus euacuantibus,ac præterea tenuiores partes habentibus egent:atq; eo etiam magis,quanto profundio-
rem ſitum habuerint.Hæc igitur tibi rurſus ſit indicatio altera à particulę patientis ſubſtantia.

Cum declarauit canonẽ in vſu diaphoretici pharmaci,ſumptum à poſitione membri,oſtendit aliũ in vſu eius à Com.71.
ſubſtantia membri, & dicit , DEHINC VERO &c.ideſt,ſed intendamus poſt hoc , ſi deeſt aliquid in oſtenſione
generalis curæ apoſtematis:videtur enim(vt dicit)adhuc deeſſe multiplex conſideratio , & oſtendit iſtud , & dicit,
IPSORVM ENIM &c.ideſt,non diuerſificatur diaphoreſis facienda circa reſiduũ,ſolum penes membri poſitio
nem,ſed etiam penes mẽbri ſubſtantiã.Nam membrorũ,quæ patiuntur,in quibus eſt ſuperfluitas rheumatis diſ-
ſoluẽda,quædã ſunt rara & laxa & mollia ſm naturã,ſicut eſt mamilla,& caro glãdoſa,q̃ eſt ſub mãdibulis, alis,&
inguinibus,& vniuerſaliter membra carnoſa reſpectu ſcilicet neruorum:quędam aũt ſpiſſa & ſtricta & dura,ſicut
ſunt iuncturæ membrorũ,& vniuerſaliter membra neruoſa.Sed alia translatio loco eius,quod hic dicit,ſtricta,ha
bet,viſcoſa,& videtur intendere ſolida,quod idẽ ſonat,quod ſtricta et dẽſa , oppoſita laxis fluxibilibus.Et volebat
per rheuma,humorem,qui defluit ad locũ,ſicut & nautæ fluctuationes maris rheumata vocãt. Deinde oſtẽdit,
quomodo hæc diuerſitas membrorum facit diuerſitatem euacuationis rheumatis ab eis per diaphoretica,& dicit,

priora

A PRIORA &c.i.ſed priora,i.rara laxa & mollia,euacuantur de facili,quare non indigebunt fortibus diaphoreticis:altera vero,i.ſpiſſa ſtricta & dura,euacuantur difficulter,quare indigebunt calidioribus & acutioribus diaphoreticis,& talibus,quæ ſint ſubtilis & penetratiuæ ſubſtãtiæ:Cuius cauſa in promptu eſt,nã membra ſicca,quãtum ad abundare in ſicco:ſtricta vero,quantũ ad priuationẽ pori:ſpiſſa quoq;,quantũ ad tenacem texturam villorum atq; craſsitiem,ſpiſſum.n.duobus videtur opponi,ſ.raro & tenui,ex his ipſis ſuis diſpoſitionibus impediunt diſſolutionem eius,quod in eis continetur.Propter quod indigent caliditate forti adaperiente,& liquante, & diſſoluẽte,ſi debeant euacuari,& hac quidẽ poſita in ſubſtãtijs ſubtilibus & penetratiuis,quales ſunt gũmi. Deinde oſtẽdit,quale adhuc cõpetat diaphoreticum,ſi conditio poſitionis in profundo cõplicetur conditioni dẽſitatis ſubſtãtiæ,& dicit,SI VERO &c.i.&,ſi cũ his conditionibus adhuc fuerit poſita in profundo, tunc tãto magis iterum, & magis calidis & acutis & leptomeris indigebit,quanto profunditas rei diſſoluẽdæ ſuper prædicta addit difficultatem euacuationis:contraria vero propter contrarias cauſas leuioribus cõtenta ſunt. Sed hic eſt vnũ cauendũ, ne ex talibus acutis diaphoreticis,quod ſubtile eſt,reſoluatur:craſſum vero induretur & lapideum fiat, inobediẽtius diſſolutioni:ad quod euitandum talibus fortibus reſoluentibus lenitiua miſcenda ſunt,ſicut adipes, & mucilagines,quorum operatio in humorem,eſt,ſicut Solis in ceram. Vltimo autem quaſi epilogans dicit,HAEC IGITVR &c.i:ergo & hæc altera oſtenſio ad prædicta, ſumitur à ſubſtantia patientis particulæ.Spiſſum enim & tenue,durum & molle,licet ſignificent qualitatem,apud tamen medicum craſſe loquentem ſunt oſtenſiua ſubſtantiæ,quaſi ſubſtantiæ magis annexa,quàm reliqua accidentia.

B

Ant. Alia vero à plaſmatione & poſitione ſimul.Supponatur.n.(Si ita accidat)in hepate prædictam eſſe diſpoſitionẽ,in anguſtis finibus vaſorum conſtrictis humoribus aut glutinoſis,aut ſpiſsis,aut multis, non'ne promptum eſt vti cibis & potibus extenuantibus ſpiſsitudinem quidem primum, & glutinoſitatem tenuẽ efficere:ſecundo vero nõ per inuiſibiles & anguſtas vias ſolum,ſed per amplas vias etiã euacuare? Amplisſimę.n.ſunt ſecundũ hepar venæ,quemadmodum & plurimæ.Finiuntur vero hęc quidem in gibbis ad cœlen,hæc vero in ſimis ad pylen.Itaq; iam tibi facillimum, in quibuſcunq; fuerint conſtrictiones, euacuare prompte eas,trahenti quidem in ventrem per trahentia medicamina,quicunq; humorum conſtricti erant ſecundum eas,quæ in ſimis,venas:ad vrinam vero conuertenti per cœlen venam,quæcunque erant ſecundum eas,quæ in gibbis,venas.

Leo. Alia vero à formatione ſimul ac ſitu.Supponatur enim, (ſi ita cõtigerit) in hepate eſſe proxime dictum affectum,in anguſtis vaſorum finibus impactis humoribus, qui vel lenti ac tenaces, vel craſsi exiſtant,vel ſuperabundent,non'ne in promptu eſt primum quidem craſsitiem vnà cum lentore & tenacitate cibis ac

C potibus extenuantibus ad ſubtiliorum partium ſubſtantiam transferri oportere: ſecundo autem loco non per anguſtos atq; inuiſibiles,ſed latiores meatus,quicquid infeſtum exiſtit,eſſe euacuãdum? Sunt.n.in hepate venæ non minus amplitudine,q̃ numero, excedentes.Terminantur autem hæ quidẽ in gibbis ad venam cauam:hæ vero in cauis ad portam.Vnde haud difficile tibi futurum,vbicunq; preſsi ac ſtipati humores fuerint,eoſdem expedite euacuare,trahendo quidem ad ventrem cum ijs,quæ attrahendi vim habent, medicaminibus,quicũq; ex ipſis in venis ad caua hepatis pertinentibus aceruati:ad vrinæ vero meatus pro mouendo per cauam venam,quicunq; in venis ad eam pertinentibus ſunt.

Com.72. Cũ declarauit canones in vſu diaphoreſis circa reſiduũ,quod non recurrit,quia ſm quædam membra poteſt & illud aliter,q̃; per diaphoreſim,euacuari,gratia.ſ.plaſmatis & ſocietatis mẽbri, oſtẽdit canonem alium circa hoc, ſumptum quidem & ipſum à plaſmate,& à poſitione mẽbri,& dicit,ALIA VERO &c.i.& alia oſtenſio euacuationis reſidui ſumitur à plaſmatione mẽbri,q̃tum ad naturã pororum & meatuũ, quos habet:& à poſitione,i.ſocietate,q̃tum ad colligantiã,quã habet ad alia mẽbra,& exemplificat hoc, & dicit,SVPPONATVR ENIM &c. i.ſupponatur,ꝙ prædicta diſpoſitio euenerit in hepate ex humoribus viſcoſis,aut craſsis,aut multis, conſtrictis & inuiſcatis in anguſtis extremitatibus venarũ ipſius.Et volebat per prædictã diſpoſitionẽ,derelictionẽ glutinoſi, & ſpiſsi,& indiſſolubiliter impacti,quod non recurrebat neq; tractum, neq; perpulſum,neq; tranſmiſſum:quod q-

D dem euacuãdum eſſe per eandẽ partem demõſtrat tum caraxationibus,tum diaphoreſibus circa partẽ, nunc vero & alios modos euacuationis adiungens. Deinde proceſsit dicens, NON'NE &c.i.hoc ergo ſuppoſito manifeſtum eſt,ꝙ illud,quod neq; tractum eſt ab vniuerſali euacuatiõe totius, neq; pulſum per apocruſtica ſuperpoſita, neq; tranſmiſum à virtute ſtypticis cònfortata,ſed retentum eſt in tenuibus venis propter ſui craſsitiẽ & viſcoſitatem,promptũ quidem eſt & facile, imo & opportunum, primum cibis & potibus ſubtiliantibus & incidentibus efficere,quod erat craſſum & viſcoſum,tenue & fluxibile:Deinde ſecũdo facile eſt ſic extenuatũ & inciſum, & per hoc fluxibile factum euacuare non ſolũ per poros occultos & inuiſibiles (ſicut fit in alijs quibuſcũq; partibus per medicinas diaphoreticas)ſed etiam per amplas vias,quibus prædictæ capillares venæ prædicto humore replete cõ

ph.9.pt.2. tinuantur.Præmittit ergo hic ſubtiliationẽ humoris purgationi eius, non ĩmemor Hippocratis admonentis,ꝙ, corpora vbi quis vult purgare,oportet fluxibilitatem humoris præparare:indecẽs enim eſt ad curſum,ineuacuabilis quidem exiſtens & craſſus & viſcoſus humor.Sunt aũt cibi hoc facientes kiſt hordei,& cappares preparati cum aceto,& panis plurimum habens fermẽti:& ex oleribus atriplices, & endiuia.Potus aũt hoc efficiẽs eſt ſuccus fœniculi,endiuiæ,& alkekengi,& huiuſmodi,& ſyrupus acetoſus cum aqua fœniculi,bugloſſæ,ſquinanti,aut decoctio eupatorij,& capilli veneris:omnia enim hæc ſubtiliant & aperiunt. Deinde oſtẽdit,quæ ſint amplæ vię hepatis,p quas educẽdus eſt humor cõſtrictus in extremitatibus venarũ eius,& dicit,AMPLISSIMAE ENIM &c. i.quia venæ ampliſsimæ,plurimæ ſunt in hepate,prædictis extremitatibus cõtinuatæ:quarũ quædã verſus gibbũ

hepatis

hepatis prodeuntes terminantur in venã ſpacioſam & latam, vocatã cœlen, ideſt concauã, quę exit à gibbo in dextrum cordis, vel econuerſo: aliæ vero prodeuntes verſus ſimã, i. hepatis concauitatẽ, terminantur in venã vocatam pylen, ſeu portam, quæ ramificatur in meſeraicis, inteſtinis & ſtomacho continuatis. Deinde, cũ dedit, quæ ſint viæ hepatis amplæ, per quas educendus eſt humor cõſtrictus in tenuibus meatibus eius, oſtẽdit, qualiter fiat eductio, & dicit, ITAQVE &c. ideſt, itaq; tot ibi exiſtentibus amplis vijs euacuationi deſeruientibus facillimum erit tibi euacuare humores ibi conſtrictos, conſideranti primum, in qua parte hepatis fuerit illa conſtrictio per ſigna ſibi propria, dicta in libro de cognitione interiorum morborũ, vbi ſigna hepatis declarauit. Nam, ſi humores fuerint conſtricti in venis ſimę continuatis ad portam, euacuabis illos per medicinas attractiuas in ventrem, ad quem maior eſt huius partis hepatis vicinitas & colligantia, non eligens fortiter attractiuas, quia attractio non habet fieri ex longinquo. Si vero fuerint conſtricti in venis gibbi continuatis ad cœlen, euacuabis illos per prouocãtia vrinam, propter colligantiã huius partis hepatis cum renibus & vijs vrinalibus, incipiens quidẽ à prouocãtibus frigidis, deinde à tẽperatis: vltimo vero maturatione iã apparente cũ calidis et acutis. Eſt aũt hęc gradatio obſeruãda pp timorem conuerſionis in lapiditatem. Sed, quæ ſit virtus prouocantium & attrahentium, iam ſuperius dictũ eſt. E Com. 60. huius 3.

Altera vero conſideratio in ijs, quæ prædictæ ſunt, oſtenſionibus, ab hepate, quaſi principio venarum. Ant.
Quoniam enim non ſolum ſe ipſum, quemadmodum plurimæ animalis partes, regere natum eſt, ſed immittit virtutem venis, periculum eſt, ſi diſſoluamus eius virtutem embrocis, & cataplaſmatis chalaſticis, & ipſum primum debilitare circa operationem, & imbecilles omnes efficere venas. Vnde admiſcere oportet aliquid ſtypticorum pharmacorum in curationibus eius. Sed, quoniam in profundo eſt, periculum eſt diſſolui ſtyptici virtutem, ſi non deducatur ab aliqua altera ſubſtantia leptomeri, qualis aromatum eſt. Melius vero, ſi ipſum ſtypticum pharmacum ſtatim ſit & aromaticum: inſitas enim habens duas qualitates & virtutes fortius operabitur. F

Sed præter ſupradictas alia eſt indicatio ab hepate ipſo, veluti à venarum principio. Nam, cum non tãtum ſe ipſum regere natura aptum ſit, vt pleræq; animalis partes, ſed venis præterea virtutem largiatur, periculum imminet, ne, ſi eius vigor madefacientibus ac relaxantibus cataplaſmatibus fuerit reſolutus, & ipſum primum ad ſui opus, atq; omnes ſubinde venæ, eius ratione, imbecilles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex adſtringentibus miſcere oportet. Sed, quoniam in profundo admodum loco ſitum eſt, dubitandum erit, ne adſtringentis medicaminis vis debilitetur, niſi ab aliqua altera ſubtilium partium ſubſtantia, qualis aromatum eſt, traducatur. Melius vero fuerit, ſi & ipſum adſtringens medicamen, vnum protinus ex aromatum genere fuerit: nam, ſi duas habuerit natura inſitas qualitates ac poteſtates, valentius operabitur. Leo. G

Cũ declarauit canonẽ in vſu euacuatiõis reſidui, quod nõ recurrit, ſumptum à plaſmatione & põne mẽbri, ſub exemplo hepatis, dat aliũ in vſu euacuationis diaphoreticę, ſumptũ à membri virtute, in hepatis exẽplo ſimiliter, & dicit, ALTERA VERO &c. i. oſtenſio modi euacuationis diaphoreticæ cum prædictis adiungitur, ſumpta ab hepate, non quantũ ad ſuos meatus, quos habet, ſeu quantũ ad colligantiam eius ad alia mẽbra, ſed inquãtum eſt principium venarũ, & ſanguinis, & vegetationis totius, non quidem primũ, ſed ſecundũ, ſicut in ſumma de ſignis oſtenſum eſt à nobis. Deinde declarat hunc canonẽ, & dicit, QVONIAM &c. ideſt, Quia. n. hepar non eſt natũ regere tantum ſe ipſum, ſicut plurimę ex partibus animalis, ſed eſt natũ regere totum corpus per eſſe principiũ generationis ſanguinis, quo totũ indiget corpus: per immittere quoq; virtutẽ ſuam in venas, ſi nos intendẽtes reſoluere, quod in venis eius conſtrictũ exiſtit, diſſoluerimus vigorem ſuę virtutis embrocis mollificãtibus, ſicut factis ab oleis, & ab alijs humidis: aut emplaſtris mollificãtibus & reſoluẽtibus, qualia ſunt, quæcunq; diaphoretica, quibus vtimur ad euaporationẽ eius, quod in parte derelictum fuit, Imminet nobis timor duplicis periculi ex talibus nati comitari, Primũ eſt, ꝙ non fit ſecuritas, quin ex his debilitemus ipſum circa ſuas operationes, quę cũ ſint cões toti, eo ꝙ non tm̃ ad ſui profectum conuertit chylum in ſanguinẽ, ſed totius, redũdabit nocumẽtũ ſup toto. Secũdum, quia non fit ſecuritas, quin diſſoluẽdo eius virtutem debilitemus oẽs venas in operibus ſibi proprijs: &, cum venæ ramificentur in toto, redundabit ſimiliter nocumentum ſuper toto: quod quidẽ nocumentũ nõ timetur ex vſu taliũ circa mẽbrum, quod ſuper toto non influit, aut quod non habet operationẽ corpori cõem, aut toti vtilẽ. Nocumentum aũt, quod in ſe vnũ ex talibus mẽbris incurrit, reparabilius eſt eo, quod incurrit multa, præſertim principalibus diſſolutis, ad quorũ reparationem nõ ſufficiunt alia, ſicut econuerſo. Propter quod digniora membra, ſuper quæ timebitur hoc, ſunt cor, hepar, ſtomachus, ſplẽ, & renes, q̃;uis ex ſplene & renibus ſic diſſolutis tardius appareat nocumentum ſuper toto, q̃; ex alijs. Sed oſtendamus neceſsitatem cõſecutionis iſtius duplicis periculi ex vſu talium diaphoreſiũ circa hepar. Dico ergo iã manifeſtum eſſe ex ſuperius dictis, ꝙ hepar circa totius ſanguinis gñationẽ habet principalitatẽ poſt cor. Eſt. n. hepar gratia digeſtionis ſanguinis (ſicut dicit Philoſophus in lib. de part. aĩal.) quem digerit proprio & innato ſibi calore, ſuſtentato tñ à cordis calore: pp quod omnia aĩalia habentia ſanguinem, hepar habent, ſicut & cor. Sic ergo habet principalitatem quãdam poſt cor ſuper influentia ſanguinis, & virtutis nutritiuæ in totum: quod innuit oppilatio ab hepate ad reliqua corporis membra, deſtruens omnem operationem immutatiuę virtutis in eis priuatione influẽtiæ, quæ ab eo eſt. Similiter eſt aliqualiter principium vaſorum ſanguinis, quæ ſunt venæ. Com. 73. H lib. 3. ca. 7.

DVBITABIT AVTEM aliqs, quæ ſit venarum operatio, circa quã imbecilles effici poſſe dicit: non enim videntur venę niſi vas ſanguinis, & meatus quidam, per quos ſanguis decurrit in toto, in hoc ſolo hepati famulãtes, vt ipſe in textu ſuperius dixit. Niſi eſſet, ꝙ aliqua vlterior conuerſio ſanguinis fit in venis cuiuſcunq; mẽbri ante,

A q̃ ab eis exeat ĩ medias regiones, ea, q̃ facta fuit ab hepate:nec facta qdẽ à sola natura venę,sed totius mẽbri,cuius eſt vena,coadiuta qdẽ virtute caloris ab hepate decurrẽtis.Propter quod dicit Gal. ꝙ ſæpe inuenitur ſanguis in venis habere quãdã mutationẽ ad naturã ſpmatis:& ꝙ ex ſic immutato tunicæ venarũ nutriunt. Poſt hoc vidẽdũ reſtat,qũo à diaphoreticis virtus mẽbri diſſolui dicat.Dico ergo,ꝙ (ſicut Gal.dicit) duob⁹ modis virtus diſſoluit: aut.n.euaporat,aut extinguitur:ſed euaporatio eſt à calidis,extinctio vero à cõtrarijs.Nõ tñ eſt ĩtelligẽdũ, ꝙ ſtãte vita virtus euaporet vel extinguat,ſed vigor virtutis.Quod qdẽ fit ab exhalatiõe ſpiritus & caloris, aut eius extinctione ſicut primi inſtrumẽti,quo vtitur virtus:pp quod dicebat, Si diſſoluimus eius vigorẽ & c.Cũ ergo diaphoretica ſint calida,non diſſoluẽt niſi faciẽdo euaporare,quod diximus.Quare nulli dubiũ eſt,ꝙ,cũ omnis hæc ſanguificatio,quæ ab hepate:& ſanguis vlterior immutatio,quæ à venis,fiat à calore,qui in eo,& ab eo,prodeunte in venas,reſoluto & debilitato calore eius,operatio in ipſo,omniſq; eius influentia,quę ab ipſo ad aliud,minor erit. Sed palã eſt,ꝙ diaphoretica omnia ab ipſa membri ſubſtantia ſpiritũ & calorem cũ humore reſoluũt,& adaperiẽtia & relaxantia membrũ in ſuis meatibus expirabilẽ reddunt oẽm eius vigorẽ, qui conſtricto intus calore & ſpiritu augebatur.Ergo talibus ei appoſitis tàm operatio,quæ in ipſo,q̃ influẽtia etiam,quę ab ipſo,imbecillior erit.

Deinde,cum dedit periculũ,quod imminet ex vſu diaphoreticorũ circa mẽbrũ,quod influit ſuper toto,aut cuius operatio toti eſt vtilis,oſtẽdit,qualiter iſtud periculũ euitemus,& dicit,VNDE &c.ideſt,quare, cũ reſoluendũ B aliquid eſt ab hepate vel à talibus mẽbris,non oportet ſolũ remouentia,ſeu relaxantia, & diaphoretica ſibi applicare,ſed oportet eis aliquid ſtypticum admiſcere,quod ſubſtantiam membri coadunans, & calorẽ & ſpiritũ intus reprimens,non permittat virtutẽ euaporare:erit enim ſtypticũ reſolutiuo cõtrarium.Sed,qm̃,ſi iſta equantur,nihil reſolueretur de humore,modicã ſtypticitatis quantitatẽ iuſsit apponi:quod intẽdebat, cũ dixit admiſceri oportere non quidẽ abſolute fortia ſtyptica,ſed ſtypticorũ aliquod pharmacorũ. Eligendũ aũt & talia ſtyptica,in q-bus aliqua ſit reſolutio,ſicut maſtichen,calamũ aromaticũ,abſinthiũ,cyperũ,& huiuſmodi:ex reſolutiuis aũt puris eligẽda eſt farina hordei, fœnugręcum,chamẽmelũ,melilotũ,iris,& huiuſmodi:quibus etiam admiſcẽda ſunt ſubtiliatiua,& aperitiua,ne ſubtile reſoluatur,et craſſum indureſcat. Deinde,qm̃ ſtypticũ ſua ipſius qualitate p̃cidit ſibi tranſitũ in profundũ,vbi hepar poſitũ eſt,ſuperaddit etiã hic doctrinã deductionis eius ad illud, & dicit, SED, QVONIAM &c.i.ſed,qm̃ hepar eſt poſitũ in profundo,accidit timor,ne virtus ſtyptica,q̃ aperitiuo cõtraria eſt,pigre perueniens ex p̃cluſione ſibi à ſe ipſa facta viarũ delitefcat in vijs medijs, niſi deducatur per ſubſtantiã ſubtilẽ ſibi admiſtã,qualis eſt ſubſtãtia aromatum.Eſt.n.ſubſtãtia aromatũ ſubtilis valde:maxime enim odorabilia ipſa ſunt,quare & in fumalẽ euaporationem reſolubilia:eſt.n.odor aut fumalis euaporatio,aut nõ ſine illa ſm plurimum,hæc aũt ab igne fit,& vniuerſaliter à calore:quare ſequit odorabile ſubtilis eſſe ſubſtantiæ. Tales ergo ſubſtantias admiſcere oportet ſtypticis,vt pertingant in profundum. Deinde oſtendit talẽ commiſtionẽ meliorem eſſe factã à natura, q̃; ab arte, & dicit,MELIVS VERO &c.i.ſed melius eſt,ſi ipſum pharmacũ ſtypticum, C quod ſubtili ſubſtantiæ coniungendũ eſt,ſit etiã à primęua ſui natura aromaticũ,i.melius eſt, ꝙ ſtypticitas coniũgenda ſubtili ſubſtantiæ aromatũ,ſit coniuncta ei à natura,q̃ ab accidenti:& dat cauſam huius,dicens, INSITAS ENIM &c.ideſt,quia habens inſitas ſibi à natura iſtas duas qualitates,ſ.ſtypticitatẽ,& ſubtilitatẽ cum aromaticitate,fortius operabitur,q̃; ſi vnam haberet à natura,alteram vero per miſtionẽ factã ab arte:ars.n.non põt peruenire ad hoc,vt efficiat,quod natura, ſed ſimile. Eſt aũt & hic attentione dignũ, ꝙ non intendit fortius operari hoc tale,ſolũ gratia melioris peruẽtionis,ſed gratia maioris cõfortationis virtutis, quæ intẽdebatur per illud. Aromaticũ enim nõ ſolũ eſt valde odorabile,ſed bene etiam redolẽs:quod & principalia mẽbra diligũt,eo ꝙ exiſtẽtia quidẽ ipſa ſicut minera ſpirituũ,quibus ſicut primis organis virtutes operantur,multũ cõfortari accidet ipſa,ſpũs ſui confortatione:hic autẽ odoribus bonis & nutritur & augetur ſicut re ſibi proportionali.

Ant. Igitur euacuetur quidem iam id,quod pręter naturam illatum eſt in partem,habeat autem contẽperantiam humorũ ſecundũ naturam.Conſiderandum igitur nobis in hoc,ne aliquid à rheumatis qualitate immutatum ſit ſecundũ craſim,ſi quidem magis phlegmaticum erat,infrigidatũ eſt:ſi vero magis cholericũ, calefactum eſt,vt & hanc eius diſtemperantiam ſanantes,perfecte ſanum reddamus illũ.Sanabimus vero, contrariam adducentes qualitatẽ(quemadmodum in diſtẽperantiarum dictũ eſt curationibus) inquãtum D vnũquodq; factum eſt calidius,intantũ infrigidantes.Itaq; hic rurſum neceſſarium ſcire eam,quæ ſecundũ naturam,eucraſiam eius.Qũo enim ſciemus,quantum ab eo,quod ſecundum naturã, frigidius ſit,aut calidius:aut qñ infrigidantes ceſſabimus,non cognoſcẽtes modũ eius,quæ ſecundũ naturã,caliditatis?Ita vero &,ſi frigidius factum calefaciemus,non cognoſcentibus modum eius, quæ ſecundũ naturam,frigiditatis, impoſsibile nobis eſt neq; calefacere conuenienter,neq; ceſſare à calefacientibus.

Leo. Et quidem euacuetur, quod præter naturam in membrum confluxit, Seruet autem humorum modũ naturæ conueniẽtẽ.Quare & illa animaduerſio à nobis eſt in hoc adhibenda,nequid ab humoris cõfluẽtis qualitate eiuſdem membri temperies ſit alterata, ſi pituitæ naturam tenuerit,ad frigiditatẽ:ſi vero bilis,ad caliditatem,vt hanc ipſam curantes intẽperiem ſanitati reſtituamus.Curabimus autem contrariam ex aduerſo afferentes qualitatem(quemadmodũ in intemperaturarum curationibus diximus) quãtum vnumquodq; calidius aut frigidius factum eſt,tantũ refrigerantes aut calefacientes.Quare & hic rurſus agnoſcẽda eſt ipſius ſecundum naturam temperies.Nam quo pacto ſciemus,quantum in frigiditate ac caliditate à naturæ modo receſſerit:aut quando à frigefaciendo ſuperſedebimus, ſi nos latuerit ea, quæ eſt ſecundum naturam,caliditas?Ita vero &,ſi frigidius effectum calefaciemus,ignorantes frigiditatis naturalis modum, neque opportune calefacere,neque in tempore à calefaciendo deſiſtere poterimus.

Cum

Cũ declarauit canones vniuersales curõnis apatis,curõne cuius & emphraxis ab ipso causata curatur, qm̃ à causa apatis põt in mẽbro mala cõplexio derelinq,s.à rheumate,quod apa causauit,ostẽdit adhuc causas salubres malæ cõplexionis à rheumate derelictæ,in hepatis exẽplo similiter,superaddẽs in hoc canonẽ quedã in cura discrasiæ, superius derelictũ,& dicit,IGITVR &c.i.supponatur igitur,ꝙ totũ rheuma , quod in partẽ,i.hepar,defluxerat, euacuatũ sit tñ recursione facta per tractionẽ,pulsionẽ,& trãsmissionẽ,cum solutiuis,diureticis,atq; diaphoreticis medicinis:& ꝙ hepar illius superflui euatione iã sit habẽs tẽperantiã humoris in quãtitate & qualitate, Cõsiderare oportet hoc supposito,vtrũ hepar ĩmutatũ sit in cõplexione sua naturali à rheumatis qualitate p̃cedẽtis:vt, si rheuma fuit magis phlegmaticũ,vtrũ ipsum sit infrigidatũ:si vero magis cholericũ,vtrũ ipsum sit calefactũ, ad hoc scilicet,vt sanãtes hãc eius distẽperantiã relinquamus ipsum pfecte sanũ:nõ.n.est pfecte sanũ,donec restat aliqs morborũ,qui apatis partes erãt.Erat.n.mala cõplexio pars vna morbi cõpositi,qui dicitur apa,cuius causa efficiẽs fuit rheuma cõprehensum in mẽbro,quod non solũ malæ cõplexionis fuit causa,sed aliorũ morborũ omniũ in apate coniunctorũ. Cõsiderabimus aũt hæc propria signa,quorum genera supra dicta sunt. Sed ita est, ꝙ rheumatis euacuatione cessauerũt reliquæ species morbi,mala aũt cõplexio qa non semp abscinditur abscissione causæ , admonuit superius in cura discrasiarũ fientiũ,ꝙ vnãquãq; causarũ abscindere prius oportet,deinde venire ad eã,quæ facta est ab illa,ęgritudinẽ. Nõ.n.põt corpus semp,nec velociter,nec oĩ modo per se redire ad pristinã sanitatẽ amoto ægrotare faciẽte,q̃uis ad ipsam reuocans sit natura:impressiones.n.à causis derelictę,aliqñ sunt magnæ & fortes,aliqñ mãsiuæ,factę quidẽ habituales,quasi similes naturalibus,in quibus & natura ipsa plurimũ passa nõ sufficit ad reuocãdũ. Deinde,cũ dedit,qd euacuato iã rheumate cõsiderãdũ sit,& ad quid,oñdit,qualiter discrasiam inuentã sanabimus,& dicit,SANABIMVS &c.i.sanabimus aũt discrasiã hepatis derelictã à causa,adductione cõtrariæ qualitatis alterãtis ipsam,nõ adductione cõtrariæ qualitatis super hepar,q̃ similiter esset morbus hepati , sicut prima,sed adductione medicinarũ super ipsum cõtrariæ qualitatis, sicut dictũ est in cura discrasiarũ. Ibi.n.dixit curõnem fieri per contrariũ,de natura.n.cõtrarij est,cũ appropinquat cõtrario, & agit in illud,ꝙ deducit ad tẽperamentũ:pp quod subiũxit,IN QVANTVM &c.i.ita scilicet sanabimus, intm̃ quidẽ infrigidãtes ipsum,& qdcũq; aliud mẽbrũ tale,inquãtũ est calefactũ:vt,si calefactũ est supra suũ tẽperamentũ tribus numeris , tãtundẽ infrigidetur,et nõ amplius. Quare oportebit medicinã infrigidãtẽ tm̃ labi à tẽperata,quãtũ mẽbrũ lapsum est in caliditate à suo tẽperamẽto:hoc.n.vere cõtrariatur morbo,vt supra mõstrauimus. Nec est ĩtelligẽdũ,ꝙ tm̃ oporteat infrigidari,quãtũ est calefactũ,ita scilicet,ꝙ tot graduũ frigiditas remaneat super ipsum,quot graduũ caliditas inerat illi,esset.n.hæc discrasia par priori,sed vult dicere,ꝙ,si tribus numeris est calefactũ supra sibi propriũ tẽperamentũ,tribus numeris infrigidetur:quod est ad tẽperantiã adduci. Si aũt oporteret facere remanere in eo frigiditatem triũ numerorũ,oporteret ipsum infrigidare sex numeris,ex tribus quorũ fieret tẽperatio, ex alijs vero infrigidatio:quare calefactũ existẽs tribus numeris,qđ infrigidabit tribus numeris tm̃ , reuocabit illud ad suũ tp̃amẽtũ. Qm̃ autem non potest sciri,quantũ est calefaciẽdũ,aut quãtũ est infrigidandũ nisi p̃scita naturali cõplexione eius, sub qua est sibi sanitas, subiũxit,ITAQVE &c.i.itaq; ad pfectionẽ curę necessariũ est nobis scire,qualis fuit naturalis eucrasia huius hepatis medicãdi. Deĩde dat causam hui⁹,& dicit,QVOMODO ENIM &c.i.qũo.n.ignorãtes naturale tẽperamẽtũ sibi propriũ,sciemus,quantũ est factũ frigidius aut calidius tẽperato? aut etiã qũo ignorãtes mẽsurã naturalis suę caliditatis,cõuenięti hora cessabimus ab ĩfrigidãdo? & similiter qũo ignorãtes mẽsurã naturalis frigiditatis sibi ꝓprię calefaciẽdo quidẽ ipsum frigidius factũ , cessabimus cõuenięti hora à calefaciẽdo? Quasi dicat , impossibile est non errare in cura hoc ignorãtẽ:& hoc est, quod subdit,IMPOSSIBILE EST &c. i.impossibile est nobis ignorata naturali frigiditate inuenire calefaciẽs ad mẽsurã conuenientẽ,eo ꝙ ignorabimus mẽsurã discessionis à suo tẽperamẽto,penes quã eligẽdũ est calefaciẽs. Impossibile est etiã nobis illa ignorata scire horã debitę cessationis à calefaciẽdo,eo ꝙ ignorabimus terminũ,in quo sistere debet. Manifestũ est enim,ꝙ,si cõplexio naturalis hepatis fuerit calida,discrasia frigida ĩ eo maioris est discessus à suo tẽperamẽto, q̃ calida:pp quod & magis calidis,& diutius indigebit,q̃; calida frigidis:& ecõuerso , si cõplexio naturalis hepatis fuerit frigida. Sed hunc canonem hic adiectum,& superius derelictum,ibi quidem meminimus suppleuisse.

Qm̃ vero & de his sufficienter dictum est,transire iam tempus ad ea,quæ secundũ numerum non secũdum naturam se habent. Duplici vero existente eorum differentia,quibus quidem deficiet particula, operari hanc intentio est,seruientes videlicet naturæ,secundũ quem paulo ante diximus modũ. Quibus vero abundat,hanc abscindere ipsam aut per nouaculã,aut per ignem,aut per pharmacum causticum. Hac igitur ratione fere omnia possibile curare,gignere vero non omnia possibile,vt in ea , quæ de semine , ostensum oratione. Quædam vero etsi non possibile sit ea gignere,facere tñ alterum aliquid,possibile,vt in osse perfecte ablato substantiam alteram secundũ eundem locum , differentem ab osse & carne. Est enim, qui fit secundum locum eius,vt quædam caro proroides,aut porus sarcoides:& procedente tempore in durius transmutatur,secundũ principia sarcoides magis existens. Secundũ quamcũq; partem vero perditam neq; eandem secundũ speciem substantiam, neq; similem operari possumus,tertia nobis intẽtio est inuenire aliquem ornatum,vt in decurtationibus.

Sed,qm̃ de his satis diximus,transire iã tẽpus ad ea,in quibus numerus non est secundũ naturã. Cũ vero duplex sit eorũ differẽtia,quibus quidẽ aliqua particula deficit,ijs intẽtio est alterã efficere , subministrãdo naturæ eo,quo diximus paulo ante,modo. At,quibus supabundat, hanc resecare oportet aut scalpello,aut igne,aut medicamine,qđ vrẽdi vim habet. Hæc igitur oĩa sanare possibile est,at nõ ęque oĩa generari possunt,vt ĩ libro de semine diximus. Quędã vero sunt,q̃ etsi generari possunt,licet tñ pro ipsis alterũ efficere,

quemadmodum

A quemadmodum in osse ex toto sublato alteram substantiam in eius sede reponere, à carne atq; osse differentem. Est enim, quæ in eius gignit loco, quædam veluti caro callosa, vel callus carnosus, & processu temporis magis ac magis ad calli duritiem transfertur, cum ab initio, carnis potius imitetur naturã. Quacũq; vero parte sublata, cum neq; eandem secundum speciem substantiã, neq; similem, efficere possumus, tertia nobis intentio quendam decorem inuenire, quemadmodum in mutilationibus.

Cum fecit digreßionem à causis salubrium morborum officialium ad causas salubres apostematis propter curam emphraxis apostema comitantis, redit explicatis quidem iam causis salubribus morborum in plasmate, ad prosequendum causas salubres morborum in numero, & dicit, QVONIAM VERO &c.i.sed, quoniam dictum est sufficienter de causis salubribus apostematis, & per consequens de causis salubribus emphraxis apostema comitantis, redeundum est ad dicendum omnes causas salubres morborum in numero. Deinde subdit morbum in numero, vt secundum species eius determinet causas salubres, & dicit, DVPLICI VERO &c.i.sed, cum morbus in numero sit duplex, s. diminutio alicuius ex partibus mẽbri organici, & additio alicuius ex eis, quę cum partibus mẽbri organici numeratᶜ, Duplex existẽs, aut.n. est additio rei sĩlis naturali, aut dißimilis: Additio aũt similis naturali adhuc sit duplex, s. aut à natiuitate, qua quidẽ nõ dicitᶜ corpus ęgrotans, vt additio sexti digiti: aut post accidẽs à causis ægritudinis, sicut ortus superfluę carnis in aliquo mẽbro, aut vngulę in oculo: Additio aũt rei dißimilis ꝑter naturã, vt lapis, vermis, & hmõi, Cum igitur (inquam) ita sit, sciendum, ꝙ, quibuscunq; deficit aliqua ex partibus

B mẽbri organici, s. caro, vel os, vel neruus, intentio est reparare hanc, quantũ poßibile est: quod q̃dẽ faciet medicus subseruiendo naturæ secundum modum, quem paulo ante diximus, i. in capitulo causarum salubrium morbi cõmunis. Recte autem dicit, subseruiẽdo naturæ, quia natura est, quę principalius reparat, regenerando partes truncatas ex nutrimento: medici vero est adiuuare & ministrare nutrimentum, quantitate & qualitate conueniens generationi partis, & ipsum ad locũ ingeniose trahere embrocis, & ligaturis, & emplastris, & vnguentis. Quibuscũq; vero abundat aliqua ex partibus membri organici, intẽtio est abscindere ipsam. Hoc autem (vt dixit) fiet aut per nouaculam, aut per ignem, aut per medicinam habentem ignis operationem, aut alijs modis similibus his. Carnem enim, quæ superexcreuit in vlcere, abscindimus aut nouacula, aut pharmacijs corrosiuis, aliquando autẽ & cauterijs. Similiter autẽ & hæmorrhoides nouacula abscindimus, aut caustícis medicinis. Et similiter vngulam nouacula separamus, & filo serico inter ipsam & cõiunctiuam immisso. Scrophulas etiam prius à cute detegimus, deinde ex toto per nouaculam amouemus, aut super eas putrefactiua & corrosiua inducimus. Similiter autem & aliquas glandulas & nodos subcutaneos superligatione plumbi, & oppreßione, & frictione frequenti ad nihilum redigimus. Lapides etiam renum & vesicæ cõminuimus medicinis incisiuis, & educimus diureticis. Vermes verò in intestinis amaris & ponticis occidimus, & educimus solutiuis. Non dixit autem oẽs hos modos, quibus abũdantiã partis in numero amouemus, sed generales tm̃, contentus breuibus summis in hoc libro. Aut fortaßis non

C intendebat hic dicere nisi modos curationis additionis in numero rei naturalis, sĩlis corpori, sicut vngulæ in oculo, aut sup̃flue carnis in vlcere, & taliũ, quæ vtplurimũ non abscindunᶜ nisi aut per nouaculã, aut per cauteriũ, aut per medicinã habentẽ vim cauterij. De abscisione aũt rei dißimilis corpori, quę dicitᶜ preter naturam toto genere, sicut lapis, & vermis, loquitᶜ subsequenter capitulo de causis salubribus morbi in quantitate, vbi ꝭm illud solum aßignat differentiam morbi in numero ad morbũ in quantitate: morbus.n.in numero cum eo, qui in quãtitate, ꝭm quendam modũ est subiecto vnus & idẽ morbus, sicut ibi dicemus. Deinde, cum dedit in genere causas salubres vtriusq; speciei morbi in numero, ostẽdit, ꝙ augmentum in numero est vlr̃ vel fere curabile, diminutio vero non vlr̃, & dicit, HAC IGITVR &c.i. igitur fere oẽs morbos hmõi, s. additionis in numero, poſſe est curare, siuẽ res addita, sit similis corpori in natura, siue dißimilis, aut. s. abscisione, aut ꝑ nouaculã, aut igne, aut aliqua prædictarum viarũ. Dixit aũt, fere, propter additiones quarundã rerũ intra corpus, in q̃bus nõ est medico poſſis abscisio vllis ingenijs, sicut est additio verrucę in aliq̃bus meatibus, aut additio hęmorrhoidis in intrinsecis vuluę, aut sicut est additio lapidis duri & magni in renibus, qui nullis ingenijs frangi aut educi põt, & similiũ. Sed regeneratio diminutę partis in numero nõ est poſſis ꝭm oẽs partes, quæ diminuunᶜ, sicut se ostẽdisse dicit in li. de ſpmate. Ait.n. ibi (vt dicit Hali) ꝙ membra, quæ generanᶜ ex spermate, sunt irregenerabilia, si truncenᶜ: generabilia vero, quæ ex sanguine menstruo. Sed hæc sententia habet suppositionem falsam ꝭm Arist. li. de gene. aĩalium. Dicit enim, ꝙ

.157. D membra oĩa generantur ex menstruo: & ꝙ mulier non habet sperma: & ꝙ sperma viri non cedit in materiam, sed est loco artificis tm̃: propter quod aliam elegimus viam supra de impoßibilitate regenerationis partiũ durarum.

Nec reputo hoc Hali conueniẽter cõmentantẽ, cũ dicit, ꝙ recremẽtũ partis abscisę habet fieri ex nutrimento illius eiusdẽ partis: sed hoc non põt ibi haberi, quia pars illa abest, oportet.n. & hanc causam esse cõmunẽ in regeneratione oĩs partis: sed palã est, ꝙ caro truncata recrescit, & tñ non est ex nutrimẽto partis abscisę, quę ibi nõ est, igitur ex nutrimẽto partis derelictę: quare nõ erit ista sufficiens cã, sed quę à nobis superius dicta est. Adhuc aũt & sibi cõtradicit. Dixerat.n. superius, ꝙ regeneratio partium radicaliũ est ipoſſis, q̃a materia ſpmatica, vnde primo habuit regñonem, nõ põt amplius inueniri: quod ẽt Galenũ pro cã posuisse putamus in eo, q. de spermate, libro.

Deinde dicit, QVAEDAM VERO &c.i.sed, quædam quãuis non sit poſſe regenerare, est tñ poſſe efficere aliq̃d eis simile, quod stet loco eorum, sicut contingit in truncatione oßis efficere quandã substantiã differentem ab osse & carnę. Certum est enim, ꝙ fit in loco, vnde facta est detruncatio oßis, quædã caro poroides, i. quedã caro callosa ad similitudinem pori ligantis fracturam: aut quidam porus sarcoides, i. carnosus (sarx.n.in græco caro est) vt sit ꝭm principia suæ regenerationis substantia illa magis aßimilata carni, dicta quidem tunc magis sarcoides non quidem propterea, quia fiat ex nutrimento carnis (fit.n. ex oßis alimento tm̃) sed propterea, ꝙ virtus aßimilatiua deficit in illo, ꝑpter id, quod dictum est supra, & q̃m ad hoc, vt alimentũ fiat os, indiget maiori conuersione, q̃ vt

fiat caro. Preterea, vbi debiliter virtus aſsimilat, facit magis vnigeneum carni: tempore autẽ procedente, quia paulatim in duriorem ſubſtantiam tranſmutatur, fit magis aſsimilata oſsi, dicta magis tunc poroides. Ex quo innuit difficultas aſsimilationis huius materiæ nutrimentalis, quæ vnit parti, quæ remanſit loco truncatæ, ad ipſam partem, cui vnitur: cuius difficultatis cauſa eſt illa, quam ſupra dixi. Deinde, quoniam regeneratio alicuius ſimilis, loco partis deperditæ non eſt ſemper poſsibilis, vt cum truncatur totum organicum, oſtendit, quid tunc medico faciendum ſit, & dicit, SECVNDVM VERO &c. i. & ſm quaſcunq; partes non fuerit poſsibilis regeneratio aut eiuſdem ſpeciei, aut conſimilis, intentio nobis erit inuenire aliquam compoſitionem ab exteriori factam per artẽ mechanicam, quæ vbiq; ſuppleat vicem deperditi membri, ſicut facimus in detruncationibus. Vocantur autem detruncationes, abſciſiones organorum, ſicut manus, vel pedis, vel naſi, vel labij, pro quibus facimus cõpoſitionẽ ligneam, vel eream, vel hmõi, deſeruientẽ loco illius, vt poſſe eſt, & occultantẽ deformitatẽ remanentis partis. E

Ant. Communicare vero manifeſtum eſt genus totum hoc eorum, quæ ſecundum quantum. Quantũ enim eius circa hoc, quod ſecundum naturam eſt, illi appropinquat: hoc vero, quod in genere præter naturam, ſeparatum eſt tantum, in quo prima quidem intentio eſt ablatio. Si vero impoſsibilis eſt iſta, tranſpoſitio eſt ſecunda, vt in ſuffuſionibus. Quæcunq; vero non in totis partibus, ſed in partibus partium deficiunt & ſuperabundant ab eo, quod ſecundum naturam, nutrimentum quidem aut generatio in deficientibus: ablatio vero & purgatio in ſuperabundantibus. Vnde neq; intentio in his altera, neq; forma medicaminũ altera ſecundum genus. F

Leo. Communicat autem hoc genus totum cum eo, quod ad magnitudinem pertinet. Nam, quodcunq; ex eo eſt ſecundum naturam, illi propinquum exiſtit: id vero tantum ſeiunctum eſt ac ſeparatum, quod inter ea, quę ſunt è genere non naturali, connumeratur: in quo quidem prima intentio eſt ablatio. Si vero hæc impoſsibilis exiſtat, ſecunda eſt tranſpoſitio, quemadmodum in ſuffuſionibus. Quæcunq; vero non integris partibus, ſed partium tantummodo particulis deficiunt aut excedũt naturę modum, refectio quidem vel generatio in ijs, quę deficiunt: ablatio vero & abolitio in ijs, quæ ſuperabundant. Quare neq; in ipſis altera intentio, neq; medicaminum forma genere diuerſa.

Cõ. 76. Cum declarauit cauſas ſalubres morborum in numero, declarat eas, quæ morborum in quantitate: & aſsignãs primo cõmunitatem & differentiam illorum ad iſtos, vt tandem cauſas ſalubres partim cõmunes, partim differentes concludat, dicit, COMMVNICARE VERO &c. i. ſed manifeſtum eſt, ꝙ totum hoc genus prædictũ, ſ. morborum in numero (& deficiebat in alia translatione, totum) eſt cõmunicans cum genere morborum in quantitate: & hoc intendebat, cum dixit, Cõmunicare totum hoc genus eorum, quæ ſm quantum. Recte autem & deficiebat in alia, totum. Cum enim genus non habeat totalitatem niſi ſpecierum, morbus autem in numero non ſit cõmunicans ei, qui in quantitate, niſi ſm vnam ſui ſpeciem morbi, non poterit recte dici totum ei communicare. G

Deinde, quoniam communicans morbus in numero ad morbum in quantitate non eſt niſi ſm vnam ſpeciem morbi in numero, ſubiunxit, QVANTVM EMIM &c. i. morbus in quantitate, & vult dicere in numero: & eſt translatio corrupta proculdubio. Morbus quidem in quantitate, qui eſt additio vel diminutio, non diuiditur per additionem vel diminutionem rei naturalis & præter naturam, ſicut additio in numero: quod alia translatio manifeſtat, cum dicit, Quod eſt, quia ſpecies eius, quod eſt in numero rerum naturalium, eſt propinquũ generi, quod eſt in magnitudine. Quare loco eius, quod dicit, quantũ enim &c. debet dicere, numerus enim &c. i. ſpecies morbi in numero, qui eſt additio vel diminutio rei ſecundũ naturam, i. rei ſimilis naturali, ſicut additio vel diminutio carnis in membro, vel pinguedinis, vel alicuius alterius, quod aſsimiletur membris naturalibus, quæ ſunt partes organici, appropinquat illi, ſ. morbo in quantitate. Eſt autem hæc propinquitas, quia idem ſunt ſubiecto, ſed differunt ratione: eadem enim res ſimilis naturali, quæ auget numerum partium, auget quãtitatem totius: & eadem res, quæ eſt diminutio in numero, eſt diminutio in quantitate: vnde poterit dici omnis talis morbus in numero, morbus in quantitate, ſed non conuertitur. Deinde dicit, HOC VERO &c. i. ſed morbus in numero eſt differens à morbo in quantitate in alia ſola ſpecie morbi in numero, quæ eſt additio rei præter naturam, i. diſsimilis naturali, vt lapidis, vel lumbrici: talis enim additio in numero nihil addit in membri quantitate. Quòd ſi dicatur nec huius eſſe additionem in numero partium, cum non ſint partes, dicemus non eſſe partes ſine dubio, ſed videri partes, non quidem ſicut intra membri organici ſubſtantiam collocatas, ſed ſicut ab eius ſpacio comprehenſas. H

greça lectio hȝ ὅσον. q̃d & quãtũ, & q̃dcũq;, iterpretari põt. Sed, ſi legat̃ q̃dcũq;, ſenſus ẽ clarus.

Deinde, quia huius ſpeciei morbi, ſcilicet additionis in numero rei diſsimilis naturali, non dum dederat cauſas ſalubres, ſubiunxit, IN QVO &c. i. in qua ſpecie morbi in numero duplex eſt intentio circa curã, quarum ſecunda exoritur impoſsibili exiſtente prima: & intentio prima eſt illius rei, diſsimilis naturali, totalis ablatio. Hæc aũt ablatio circa lapidem fit primo cum minutiuis lapidis, quales ſunt medicinæ inciſiuæ, parum caloris habentes, de inde diureticis: Circa lumbricos autem primum ijs, quę occidunt, qualia ſunt amara & pontica, poſtea ſolutiuis: melius autem eſt amara ſtatim eſſe ſolutiua, ſ. ſicut aloe. Circa cataractam autem fit alchohol abſterſiuis & deſiccatiuis. Deinde dicit, SI VERO &c. i. ſed, ſi iſta prima intentio, i. ablatio, non poteſt cõpleri, ſicut ſæpe contingit, ꝙ lapidem veſicæ propter eius magnitudinem & duritiem non poſſumus educere, neq; cataractam oculi abſtergere & deſiccare, tũc erit nobis ſecunda intentio circa curã, ſ. trãſpoſitio illius rei augentis numerum, à meatu, quẽ oppilat, ad alium locũ, vbi non noceat tranſitui alicuius rei per meatũ, ſicut facimus in ſuffuſionibus. Vocat autem ſuffuſiones, deſcenſum aquæ in pupillam, & coagulationem eius illic, cuius ablatio fit cum alchohol, quæ abſtergunt & exiccant: q̃bus ſi hęc intentio nõ cõpletur, tunc cũ acu aurea vel argentea imiſſa in lachrymali ſylueſtri flectimus cataractã deorſum, ſanantes per id oppilationem pupillę. Propter quod ſciendum eſt hic, ꝙ talis

tranſpoſitio

A transpositio non est cura morbi in numero,sed emphraxis ab eo factę in poro,sicut in capitulo causarũ salubriũ emphraxis prædictum fuit.Ergo ista intentio non est circa morbũ in numero,sed eum,qui sibi coaccidit in poro.

Deinde,cum ostendit,quæ species morbi in numero cõmunicat cũ morbo in quãtitate,& quæ non,dat causas salubres morborum in quantitate,& dicit, QVAECVNQVE VERO &c.i.sed,quæcunq; mẽbra organica deficiunt aut superabundant præter naturam non totis partibus componentibus ipsam(sicut si deficeret tota caro vel os ipsius membri:aut superabundaret caro vel os super carnem,quæ membrum componunt: qui defectus & quę abundantia esset morbus in numero & quantitate diuersis respectibus)sed deficiunt aut superabundant partibus partium,sicut per diminutionem partis carnis vel ossis,vel quandam additionem in eis:qui defectus & quæ abundantia sunt morbus in quantitate,ita ꝙ non in numero,Tũc intentio in cura deficientium in quantitate est nutrimentum,i.administratio nutrimenti,& procuratio digestionis bonæ,& conuersionis in mẽbrum.Et hæc intẽtio est propria illi defectui in quãtitate, quæ est extenuatio quædam & siccitas mẽbri,quæ completur cum electione ciborum & potuum conuenientium ad illud, & frictione mẽbri, & embrocatione cum aquis tepidis iuuantibus attractionem nutrimenti, & inunctione cum oleis & adipibus humectantibus mẽbrum, & emplastratione cum pice & similibus,de quorũ natura est attrahere sanguinem & coagulare ipsum in loco. Deinde dixit, AVT GENERATIO.i.intentio est nutrimentum,aut generatio ipsius quantitatis diminutæ:quæ generatio est propria illi
B defectui in quantitate,quæ fit per detruncationẽ partis,in hac.n.generatio est necessaria,quam diximus esse additamentum factum à virtute nutritiua partis,quæ remansit, cũ plus apponit de nutrimento circa locũ trũcatum, ꝗ expediat ad saluationem existentis,& vnit,& assimilat,quãtum potest:& hoc cõpletur administratione cibi conuenientis ad illud,& medicinis abstergentibus,quæ cõpetunt ƒm naturã vulnerum & partis deperditę. Deinde dixit, ABLATIO &c.i.sed intentio in cura abundantium est ablatio & purgatio : & vult per ablationem,abscisionem superflui,quæ fit aut nouacula,aut igne,aut causticis medicinis, correspõdens generationi deficientis.Per purgationem autem vult omnem speciem consumptionis & extenuationis superflui,quæ fit per ablationem nutrimenti,siue fiat istud per abstinentiam cibi,exercitium forte, & frictionem multam & mollem, siue phlebotomia,vel pharmacia solutiua:& hoc respondet nutritioni macrefactæ partis. Deinde ostensis causis salubribus morbi in quantitate concludit similitudinem causarum salubrium ipsius ad causas salubres morbi in numero,ꝗ fit additione vel diminutione rei currentis ƒm naturam,& dicit, VNDE NEQVE &c.i.vnde manifestum est,ꝙ neq; est intentio diuersa in his & in illis morbis,neq; etiam medicaminum forma variatur secundum genus,nam in vtrisq; est intentio generatio in deficientibus,& ablatio in abundantibus.Generantes etiam & auferentes medicinæ similes sunt in genere,sicut conspicabile est intuenti.

Ant. Sed ad reliquum adhuc genus veniendum salubrium causarum,quod correctiuum est eorũ,quæ propter
C positionem lapsa sunt corpora,vt exarthremata,& lapsus intestinorum in oscheũ.Fit autem hoc quidẽ ex violenta tensione aut impulsione:hoc vero ex raritate aut ruptura continentis.Itaq; & curatio huic quidẽ ex contraria tensione,& contraria impulsione:huic vero,si fiat solidum continens.Ex quibus vero aliquis facultatibus ea,quæ secundũ partem sunt,inueniat,ꝑ therapeuticæ facultatis negociũ declaratum est.

Leo. Sed iam veniendum est ad reliquum salubrium causarum genus,quod ea corpora emendat,quæ in situ sunt vitiata,veluti luxationes,& intestinũ in scorto.Fit aũt hoc ex violenta tentione atq; impulsu:hoc vero ex dilatato ac rupto continente.Quare & duplex sanandi modus,alter quidem ad oppositam partem ei,à qua facta est permutatio,intendendo atq; impellendo: alter vero id,quod continet,firmius solidiusq; reddendo.Quibus vero vijs ac rationibus singula inueniri possint,in libris de arte curandi explanauimus,

Cõ.77. Cum declarauit causas salubres morborũ in quantitate,declarat eas eorum,quæ in situ,& dicit, SED AD RELIQVVM &c.i.sed adhuc veniendum est ad aliud genus causarum salubrium,per quod corrigitur lapsus mẽbri præter naturam in situ,& exemplificat de duobus morbis in situ,vbi dicit,Exarthremata.i.dislocationes iuncturæ:quæ duplices sunt,s.integra,quæ dicitur separatio iuncturæ : & non integra, quæ dicitur tortio:& intestinum in oscheo,i.descẽsus intestini in bursam testiculorum,& quecũq; huiusmodi,peccata sunt prẹter naturam in situ.

D Deinde ostendit causas istorum morborum,de quibus sermo est,in exemplo, non tamen quia sit eius intentio hic inuestigare causas ægras,quæ ægritudinem.s.efficiunt vel conseruant,quas non intendit medicus nisi vt abijciendas,vt dictum est.Ideoq,in hoc libro,vbi solum principalia capitula & conclusiones intendebat,non est ei loquendum de illis, sed loquitur hic de causis istorum, vt fortassis ƒm eas,causas salubres eorum assumat, & dicit, FIT AVTEM &c.i.hoc autẽ,s.dislocatio iuncturæ fit aut ex violenta & forti impulsione,aut ex forti & violẽta tensione.Multoties autem sine violenta tensione & pulsione fit dislocatio iuncturæ,sicut in aliquibus, ꝗbus iuncturæ sunt facilis dislocationis,eo ꝙ concauitates iuncturarum non sunt profundæ,& bucellæ,quæ ingrediũtur, non sunt intrantes,& ligamentum earum non est firmum,aut cum ad ipsas sunt effusę humiditates lubricare facientes,sicut sępe accidit in iunctura anchę,cum pixis mucilaginibus plena fit:ex omni nãq; leui motu accidit tũc dislocatio. Deinde dicit, HOC VERO &c.i.sed hic,s.descensus intestini in bursam,fit ex raritate panniculi cõtinentis intestina,s.syphac,sicut ex causa aptitudinem exhibente:& ex illius ruptura,sicut ex causante. Huius autẽ rupturæ causa est saltus,casus,& huiusmodi,quæ suis locis sita sunt.

DVBITABIT AVTEM aliquis,quia non videtur,ꝙ debuerit hic causas istorum ostendere, vel ad minus nõ dislocationis iuncturæ,cuius primitiuas causas ostendit tñ,quibus abeuntibus remanet affectio:propter quod est ægritudo facta,quæ causam nõ habet efficientem,licet habuerit,quæ recessit.In talibus autem morbis causa salubris assumit ab essentia morbi tñ,& non à causa,quæ nõ est,à causis.n.primitiuis,quę recesserunt,nec cã curatiua

nec præſeruatiua pōt aſſumi,eo ꝙ cauſa curatiua opponiť morbo tm̃,pręſeruatiua vero opponitur cauſæ,quæ aut jam efficit,vt coniuncta:aut parata eſt efficere,vt antecedens: de genere nullius quarum eſt violenta tenſio & impulſio. Adhuc aũt quid oporteret oppoſitum offerre primitiuæ, cum abſciſio primitiuæ non ſanet,ſi quidem morbus aliam viciniorem habet cauſam? Adhuc in id,quod non exiſtit,nihil agit oppoſitum:ſed primitiua cã non videtur,niſi ea,quæ alijs propagatis cauſis receſsit:aut,ſi ſtetit,naturã habet coniunctæ reſpectu proximi ſui effectus:naturam aũt habet primitiuæ reſpectu vltimi.Neq; recte dicit quis,ꝙ ipſa ĩmediate cauſans morbum nõ ſit cauſa coniuncta morbi,quia ea abeunte non abeſt ægritudo(ſicut Ioannitius dixit ꝓprium eſſe coniunctæ)eo ꝙ,hoc ſi ꝓprium eſſet coniunctæ,nequaq̃ diceret Gal. Vnãquãq; cauſarũ abſcindere prius oportet,deinde venire ad eã,quę facta eſt ab illa,ægritudinẽ. Propter quod dicemus eum dixiſſe cauſas eius, vt per hoc magis innoteſceret morbi eſſentia,quæ eſt mutatio ſitus mẽbri ad aliquã partiũ,ſ.dextram vel ſiniſtram,ante vel retro,ſurſum vel deorſum facta ĩpulſione:in cuius cura prima intentio nihil eſt niſi reductio mẽbri ad ſitum naturalem,quę fit cõtraria pulſione:ex quo patet,ꝙ intẽtio curę eius ſumiť ab eſſentia morbi tm̃. Accidit tñ cauſam ſalubrẽ eſſe cõtrariam cauſæ primitiuę,quę receſsit,nõ quia illi exhibeať cõtrarium,ſed morbo,niſi ſm accidens. Sed ſciendũ eſt, ꝙ oĩs cauſa, dum efficit,cõiuncta eſt ſuo effectui:& ꝙ illius efficiẽtis contrariũ ſiue illius abſciſio præſeruat ab eo,quod illa efficiebat ꝓculdubio,ſed non ſanat,quod erat effectũ,ſiue illa ſit cauſa intrinſeca,quæ à medicis vocatur antecedens & cõiuncta:ſiue extrinſeca,quæ ab eis primitiua vocať.Primitiua ergo,dũ ĩmediate morbũ efficit, non differt ab ea,quã coniunctã vocãt niſi per hoc,ꝙ extrinſeca eſt:verũ eſt tñ,ꝙ ab eſſentia cauſæ primitiuæ,quę abijt,neq; cauſa curatiua,neq; præſeruatiua pōt aſſumi,ſicut dicebatur. Sed hic eſt notandũ,ꝙ nomen primitiuæ maxime cadit ſup ea prima cauſa,quã ſecũdarię ſequunť cauſę,quæ ĩmediatius morbũ cauſant,primũ.n.reſpectu ſecundi dicitur:& ideo,cuicũq; morbo aſsignať cauſa primitiua,& alię aſsignanť.Propter hoc ergo,qñ extrinſeca cã ĩmediate morbũ efficit,dũ efficit,eſt morbo coniuncta:& talis cauſæ abſciſio præſeruat ab eo,quod fiebat, ſed factũ nõ curat,ſicut neq; curabat factum de fiente abſciſio cauſæ coniunctę corporalis,niſi inquãtum abſciſio cauſæ coniunctę pōt aliqñ effici per aliqd,quod contrariať morbo facto: & tũc abſciſio cauſæ erit per accidens cã curatiua facti.Principium aũt reditus ad diſpoſitionẽ naturalẽ poſt abſciſionem cauſæ,ſi abſq; medici cura cõtingat,nõ eſt cauſæ abſciſio,ſed natura,niſi inquãtum eſt impedientis remotio,& ita fiťr ſm accidẽs. Ergo primitiua proprie dicta,eſt,quæ mouet antecedentẽ, ſicut antecedens coniunctam,& coniuncta morbum:ſm ergo mouet tertium ẽt ceſſante primo,ſicut apud lapidis iactum. Deinde,cum declarauit morbũ in ſitu per cauſas ſuas,oſtẽdit cauſas ſalubres illius,& dicit, ITAQVE & c.i.itaq; curatio huic,i.habenti dislocationẽ iuncturæ,eſt ex cõtraria tenſione & ĩpulſione in cõtrarium.Conſiderandũ eſt aũt hic,ſi dislocatio iuncturę eſt cũ alio morbo,ſ.vulnere vel apate:aut ſi iunctura eſt nimis doloroſa.Cum.n.forti exiſtente dolore aut apate curamus dislocationẽ,tunc forte perducit illud ad ſpaſmũ,& maxime cũ iunctura eſt ꝓpe membrũ principale,& iunctura nõ eſt rediens ſine forti tenſione & ĩpulſione faciẽte dolorẽ.Quare in talibus expectandũ eſt,donec dolor mitigetur, & apa ſanetur.

Si aũt iunctura facile pōt reduci in ſitum ſuũ,ita ꝙ nõ cõmoueať ex illo dolor fortis,tũc ẽt ſtante apate & vulnere curabimus dislocationẽ:quod qdem(vt vniuerſaliter) fiat in hũc modũ,vt.ſ.tendať membrum dislocatum, & ĩpellatur ad cõtrarium partis,à qua ſeparatum eſt,donec apteť extremitas oſsis extremitati oſsis alterius:deinde reducatur ad locũ,à quo exiuit,cuius reditus ſignũ,erit qdam ſonitus,q auditur:deinde ligeť,qm̃ in ligatura eſt ſecuritas ab apate,maxime ſi ligamẽta ſint infuſa in cerato infrigidato,aut vino pontico.Si aũt mucilago abũdans in iunctura,ſit ꝓhibens remanſionem eius in ſitu ſuo,purgeť humor,& iunctura deſiccetur. Deinde dixit, HVIC VERO & c.i.ſed habẽti inteſtinũ in oſcheo fiet curatio p reductionẽ inteſtini in locũ ſuũ:quę ſiqñ ſit difficilis,ſedeat æger in aqua calida,& emplaſtreť ruptura cũ lenitiuis,& redibit de facili.Sed,qa hęc reductio nõ ſufficit ad pfectionẽ ſtante ruptura in ſyphac,oportebit cõſolidare rupturã continẽtis,ex qua eſt ei deſcẽſus:& hoc intendebat cũ dixit,Huic vero ſi fiat(ſupple,poſt reductionẽ inteſtini)ſolidũ continẽs:continebat aũt ſyphac rupturã habens. Fiet aũt eius conſolidatio cũ ligaturis & inuolutionibus quadratis,aptis ad aggregandũ labia fixurę,& emplaſtris glutinatiuis & exiccatiuis,qualia ſunt de thure,ſarcocolla,ſanguine draconis,nuce cupreſsi,acacia,balauſtijs,glutino piſcium & coriorũ,& hmõi. Item aũt iubendũ egro regimẽ exiccatiuum,& interdicať repletio,& motus,& ſaltus,& vocis exaltatio,& coitus:caueat mollificãtia,ſicut balneũ,& potum aquę,& oĩa ventoſitatẽ generantia,ſicut cibos inflatiuos. Et eſt hic attentione dignum,ꝙ,ſi deſcẽſus inteſtini in oſcheũ eſt cũ cauſa ſua,ſ.cũ ruptura ſyphac,nõ tamẽ hẽt verũ, quod Gal. admonuit de præciſione cauſę,cũ dixit, VNãquãq; cauſarũ abſcindere prius oportet,deinde & c.hic.n.primo curãdus eſt morbus,deinde poſt abſcindẽda eſt cã,eo ꝙ ipſa pręabſcindi non pōt niſi curato morbo,neq; cura morbi ſanitatẽ facit pmanẽtem, niſi poſt abſciſsionẽ cauſæ. Deinde,quia in hoc libro non ꝓſequiť niſi ſummas cauſarũ ſalubriũ oĩs morbi,remittit ad librũ de ĩgenio ſanitatis particularius ſcire cupiẽtes,& dicit, EX QVIBVS VERO & c.i.ſed,qualř fiat pticularis curatio huius morbi(& aliorũ:& hoc itẽdebat,cũ dixit,Ex qbus aũt facultatibus aliqs ea,q ſm partẽ ſunt,inueniat)declaratũ ĩ libro therapeuticę methodi.

Dehinc vero dicendum eſt de ijs,quæcunq; ſecundum priorem orationem accipiebamus: vocãt autem ea pręſeruatiua.Triplex vero eſt horum ſecundum genus differẽtia, prima quidem perfecte ſani hominis: ſecunda imperfecte:tertia vero ægrotantis.Primum igitur genus ex ſalubri eſt negocio,duplex exiſtens,vt prius dictum eſt:ſecundum vero ex præſeruatiuo:tertium autem ex therapeutico.

Conſequens eſt,vt ea omnia exequamur,quæcunq; in ſuperiori ſermone dicere diſtulimus: vocant aũt eadem præſeruatiua.Eſt aũt horum triplex ſecundũ genus differentia,prima quidem hominis,qui integra fruitur ſanitate:ſecũda vero eius,qui nõ integre valet:tertia eius,qui ægrotat. Primũ igiť genus ad ſalubrẽ attinet artẽ,atq; ĩ duas(vt antea diximus)diuidiť partes:ſcdm vero ad pſeruatiuã ſpectat:tertiũ ad curatiuã.

Cum

E

Iiſag.ca.43.

F

G

H

Ant.

Leo.

Cō,78. Cum expediuit se à causis salubribus corporum sanorum,quę dicuntur conseruantes sanitatem:& à causis salu
A bribus corporũ ægrotantium , quæ dicuntur efficientes sanitatẽ,incipit dare causas salubres corporum neutrorũ; duplices existentes,s.vocatas quidẽ præseruantes , quæ cõpetunt corporibus ægrotatiuis: & vocatas resumptiuas, quæ cõpetunt conualescentibus iam ex morbis,de genere quidẽ efficientiũ existentes ẽt ambas. Sed primo aggrediens de præseruãtibus continuat ad prædicta,& intitulat dicenda,& dicit, DEHINC VERO &c.i.sed deinceps post hoc dicendũ est de ijs,quæ acceperamus dicenda in priori sermone,s.de causis ,quæ apud medicos præseruan
t.32.hui⁹ tes vocanť. Prior aũt sermo , vbi hoc sumpsit ad dicendũ,fuit in initio illius capi,i, AD manifestos vero ægros &c. vbi de causis efficientibus sanitatẽ doctrinam inchoauit,diuidens primũ eas penes diuisiones discrasiæ. Ait enim, ꝙ aliæ sunt causæ salubres factę discrasiæ,aliæ fientis,alię faciendæ:deinde adiecit primas cõtineri in curãte parte artis,secundas vero in pręseruante & curante,tertias in præseruante & cõseruante. Acceperat ergo dicere de oĩbus tribus,non dum aũt dixerat nisi de duabus,s.de causis salubrium factæ,quæ dicunť curatiuæ:& fientis,quæ dicuntur præseruatiuæ & curatiuæ : quare restat dicere de causis salubribus discrasię faciende,quæ præseruãtes vocãtur.

Deinde ꝺm vnam expositionẽ,vt eliciat hoc genus causarũ pręseruantiũ,rememorať generalis diuisionis oĩum causarũ salubrium,& dicit,TRIPLEX VERO EST horum & c.i.sed tũc hęc dictio,horũ,monstrabit salubria, quæ in textu non habenť , vt dicatur,i.sed genus causarũ salubrium diuiditur tribus differentijs ꝺm triplex genus
B corporum. Aliæ.n.sunt causæ salubres corporis perfecte sani:& vocat corpus perfecte sanum,omne corpus,quod habet sanitatẽ sibi à natura deputatã,siue sit illa,quæ est simplex sanitas,siue illa,quæ est sanitas habenti tm̃,quam dixit sanitatẽ vt nunc vocari. Alię vero sunt causæ salubres corporis imperfecte sani:& vult per imperfecte sanum corpus neutrũ vt nunc,duplex ẽxistens,ęgrotaturũ scilicet,& sanandũ,vt dictum est. Alię vero sunt causę salubres corporis ægrotantis:& vult per corpus ægrotans corpus ægrũ vt nunc,sicut superius dictũ est. Secundum vero aliam expositionẽ deinde subdit genus causarũ præseruantium,& dicit, TRIPLEX VERO EST horum &c. & tunc hęc dictio,horum,monstrabit proxime dictum,s.præseruantia:& videtur hoc esse magis ꝺm manifestum literę,vt dicatur,idest sed genus præseruantiũ diuiditur tribus modis ꝺm triplex genus corporũ,quæ accidit præseruari. Deinde dixit, PRIMA &c.i.prima quidẽ differentia est causarũ præseruantium corpus perfecte sanum, secunda præseruantiũ corpus imperfecte sanũ,tertia præseruantiũ corpus ægrotans. Deinde,cum diuisit causas salubres ꝺm primam expositionẽ:aut præseruantes ꝺm secundã,quæ verior videtur, reponit quãlibet differẽtiam sub parte artis sibi conuenienti,& dicit, PRIMVM IGITVR &c.i.igitur primũ genus causarũ præseruantiũ,i. prima ex tribus differentijs earũ,s.quę pręseruant sanum corpus,est ex arte conseruatiua sanitatis:& hoc volebat, cũ dixit,Ex salubri est negocio.vt sit dicere causas cõseruantes perfecte sanũ corpus ẽt large præseruantes , quẽadmodum supra dixit in principio summæ de causis cõseruantibus,loquens,quot corrigẽtia genere accidit existere. Sed,qm̃ velociter faciunt correctiones,ante,q̃ simul occurrat læsio,non pręseruantes à futuro malo vocata sunt à
cō.189. medicis,sed seruãtes præsentem consistentiã. Et hoc genus causarũ est duplex,vt dicit Hali:quod exponens dicit,s.
C genus causarũ conseruantiũ corpus optime sanum : & genus causarum conseruatium corpus ab eo lapsum. Sed hæc duplicitas non est sumpta penes esse causarũ,sed corporum. Quare rectius putamus altera duplicitate duplex intelligi,s.genus causarum conseruantiũ in eodem,quæ cõpetunt optime sano,& ab eo lapso : & genus causarum reducentiũ ad melius,quę non cõpetunt nisi corporibus ab optime sano lapsis:hæc enim diuisio causarum cõseruantiũ sumpta est ab ipsa causarum essentia. Deinde dicit,SECVNDVM VERO &c.i.sed secunda differentia causarũ pręseruantium,s.earum,quæ pręseruant corpus imperfecte sanum,s.neutrũ vt nũc , est ex illa parte artis, quę proprie & simpliciter dicitur pręseruatiua,vt resumptiua etiam genere dicatur præseruatiua. Deinde dicit, TERTIVM VERO &c.i.sed tertia differentia causarũ præseruantium,s.earum , quæ præseruant corpus ægrotans,idest nunc ægrum,est ex parte artis,quæ dicitur curatiua:& hoc intendebat cum dixit,Tertium vero ex therapeutico.vt sit dicere causas curantes iam ægrotans corpus etiam large præseruantes à futuro malo,s.vel ægritudinibus,quæ alias solent comitari:vel etiam à morte,quæ est vltimum morbi dominium.

cō.189. SED DICIT Hali in hoc loco,ꝙ pręseruatio completur per contẽplationem in istis tribus gñibus causarum, quasi velit,ꝙ Gaľ.ideo diuiserit hoc genus causarũ in suas differẽtias,quia corpus præseruandũ oĩbus tribus differentijs causarum indigeat.Sed hoc non videtur , non enim indiget causis conseruantibus , quibus indiget perfecte sanum:neq; curatiuis , quibus indiget ægrotans , nisi quis dicat,ꝙ corpus neutrum vt nunc , sicut est medium
D perfecte sani & ægrotantis , participans quodammodo cum vtroq; , ita etiam est participans cum vtroq; in causis sibi competentibus.Prohibens enim ipsum in vlteriorem lapsum deuenire,est aut genus causarum conseruantiũ in eodem statu,in quo tunc est,aut genus causarum præseruantiũ.Propter quod dixit supra,ꝙ causarum salubriũ discrasiæ faciendæ,hæ quidem sunt in præseruante parte artis:hæ vero in salubri,i.conseruatiua: genus autem causarum curatiuarum,quod ei competit,est infra illud,quod competit ægrotantibus.Sed,si sic est,tunc debuit Gaľ. ibi dixisse,ꝙ causarum salubrium discrasiæ faciendę hæ quidem sint in præseruante parte artis : hæ in salubri:hæ in curante. Propter quod dicemus,ꝙ corpus neutrum vt nunc, cuius ægritudo non est nisi in causa sua,quæ nõ dum potens est inducere dispositionem,quæ sit ægritudo , non indiget causis curatiuis, sed præseruatiuis tantum, & est,quod melius est:aut ad minus cõseruatiuis in eodem,& est,quod minus bonum est.Propter hoc Gaľ.in hoc capitulo nullam fecit mentionem de indigentia causarũ conseruatiuarum corpus ueutrum vt nunc,sed de pręseruatiuis tantum,sicut principales summas prosequens tantum in hoc libro.Malæ autem dispositiõis alteratio,quæ minor est,q̃ ægritudo,improprie dicitur causa curatiua,si curatio quidem absolute dicta est ægritudinis tantum, vt medici opinantur. Non ergo vocauit hic Gaľ. conseruantes & curantes large præseruantes , quia præseruatio proprie dicta compleatur per contemplationem in eis,sed sicut omnes causas salubres reducens ad vnum genus,s. ad præseruantes.

In humoribus vero maxime consistentiam habet omne hoc genus, quos neq; glutinosos oportet esse, Ant.
neq; spissos,neq; crassos,neq; multos,neq; amplius calidos aut frigidos,neq; mordaces,neq; putridos,aut E
venenosos:augmentati.n.causæ consistunt ægritudinũ.Augmentantur vero aliqñ quidem ab eadẽ causa,
quæ eos genuit primum.Est vero,quando sunt cõmutantes sibi eos,qui secundũ corpus,humores.

Hoc autem vniuersum genus circa humores præcipue negociatur, quos neq; lentos esse oportet,neq; Leo.
crassos,neq; aquosos,neq; plurimos, neq; vehementer calidos ac frigidos,neq; mordaces,neq; putredini
obnoxios,neq; veneni naturæ affines:nam,vbi aucti fuerint,generant morbos. Augentur vero non nunq̃
eadem ex causa,quę ab initio generauit. Illud autem plerũq; accidit, vt sua alteratione inficiant eos,qui
sunt in copore,humores.

Cum dedit rememorationem vniuersalis diuisiõis causarum salubriũ,vt eliceret eas,de quibus in hoc capitulo Cõ.79.
locuturus erat,s.præseruantes,quæ competunt corporibus neutris vt nunc:aut,cum diuisit genus præseruantium
in tres differentias causarum,quarum quædam dicuntur præseruantes simpliciter: quædã ꝟm quid:de præseruan-
tibus aũt ꝟm quid iam dixerit sub nomine conseruantium & curatiuarum,incipit ostendere causas pręseruatiuas,
proprie & simpliciter tales dictas.Et primum quidem docens,circa quid maxime hoc genus causarum imprimat
suos effectus,dicit, IN HVMORIBVS VERO &c.i.sed omne hoc genus causarum, i.totum genus causarum F
præseruantiũ(& vult per omne,totũ,sicut alia trãslatio declarat,cum dicit,ET Huius generis totius essentia & c.)
habet consistentiam maxime in humoribus,i.maxime circa humores,i.habet suos effectus imprimere.Dicit aũt,
maxime,quia,quãuis causæ præseruatiuæ versari habeant circa causam antecedentem , per quam corpus aptum
est ęgrotare,s.compositionalem,complexionalem,et humoralem,quia ipsarum est abscindere omne id,per quod
corpus ægrotare potest,nisi abscindatur:aut omnem lapsum corporis citra ægritudinem,qui minor est,q̃ ægritu-
do,siue habeat secum causam,siue non habeat,tamen maxime circa humores versatur, sicut circa illud,quod fre-
quentius est causa antecedens morbi:quod enim est causa antecedens morbi,est causa coniuncta neutralitatis.Ma
la autem complexio sine humoris vitio,quæ minor est,q̃ ægritudo,parum est considerabilis à medico,corpore de
facili redeunte ad naturam suam , quando causam non habeat resistentem.Circa autem causas primitiuas morbi
nulla proprie dicta est cõstitutiua præseruatio ꝟm artem,quia aut abierunt derelictis affectibus: aut quia,si adhuc
existunt causantes medias causas,non erit earum abscisio præseruans à morbo principaliter, sed causis medijs:præ
seruatiua enim causa maxime proprie dicebatur,quę pręseruat à morbo faciendo de propinquo.Quare causa prę
seruatiua non principaliter ordinatur ad talem causam primitiuam,sed gratia antecedentis tantum. Dicit autẽ
Hali in hoc loco,ꝙ vult per hoc genus,genus cõmune tribus generibus causarum,quorũ præcessit rememoratio.
Sed hoc consideratione indiget.Non enim videtur verum,ꝙ genus causarũ conseruatiuum attendatur,maximè cõ.190.
circa humores,imo etiam circa complexionem totius.Non enim intendimus solum conseruare sanitatem corpo G
ris per hoc,ꝙ conseruentur humores sub sua naturali dispositione, sed etiam per hoc, ꝙ conseruetur complexio
corporis sibi propria super ipsum,quę potest alterari à multis alijs,sicut & ab humore. Adhuc etiam genus cau
sarum curatiuarum non habet maxime consistentiam in humore ; quia in morbis factis non habentibus causam
non attenditur circa humorem:in fientibus autem nihil ordinatur ad humorem,nisi pro parte facienda,si quidẽ
efficiens sit humor : huius aũt partis non est curatio , sed præseruatio. Propter quod dixit supra,ꝙ causarum salu-
brium discrasiæ fientis hæ quidem sunt in curante parte artis,hæ vero in præseruante. Quare videtur,ꝙ,cum hic
ostendit,Totum hoc genus &c.intelligit genus præseruantiũ proprie dictarum.Dicit aũt,totum,quia modicum
ex eo est habens consistentiã in alio ab humore propter id,quod dictum est.Quòd autẽ de hoc tantum intelligat,
manifestat hoc , quod subiungit,Quos neq; glutinosos &c.augmentati enim causæ existunt ægritudinis.propter
hoc enim,quod dicit,augmentati,supponit præuisionem debere fieri ante augmentũ.Ergo præuisio ante genera
tionẽ est artis conseruatiuæ:præuisio vero ante augmentũ est pręseruatiuæ. Fortassis aũt non est inconueniens,
ꝙ per hoc genus intelligat genus cõmune tribus generibus, quod quidem cõmuniter & nõ proprie præseruatiuũ
appellabat.Plurimum enim regiminis sanitatis circa humorem videtur, sicut & plurimum morborum videtur
humorale,pariter plurimum neutralitatis:quare similiter plurimum regiminis tàm neutralitatis,q̃ ægritudinis,
ordinatur ad humorem:& tunc per totum intelliget ipsum ꝟm quãlibet trium differentiarũ. Deinde,cũ dedit H
genus causarum præseruantium ordinari ad humores,subiunxit,qualiter,si parati sint causaræ ægritudines,dispo
nendi sunt,vt illæ euitentur,& dicit, QVOS &c.i.quos humores non oportet habere aliquam inconuenientiam
quantitatis,neq; qualitatis,neq; substãtiæ præter naturam,si quidem auerti debeat ægritudo:cum enim sanitas sit
temperamentum corporis,non stabit nisi cum temperamento humorum.Et tetigit malitiam quantitatis,cum di
xit eos non oportere esse multos ; & potuit addi similiter,neq; paucos. Est autem duplex multitudo,s.excessus
quantitatis vniuscuiusq; humorum,& hoc improprie dicitur multitudo:& excessus omnium simul supra mensu
ram naturalem,& hoc est proprie multitudo,quam Princ.diffinit dicens,ꝙ multitudo est augmẽtum humorum 4.primi
super æqualitatem ipsorũ in venis:tu aũt iam sciuisti,quid sit dicere oẽs humores in venis existere.Malitiam autẽ cap.20.
qualitatis tetigit,cum dixit eos non oportere esse viscosos,neq; spissos,neq; crassos,neq; nimis calidos vel frigidos,
neq; acutos mordicatiuos.Malitiam autem substantię tetigit,cum dixit,neq; putridos,neq; venenosos. Deinde
dedit causam huius,& dixit, AVGMENTATI & c.i.qa augmentati causant ægritudines : & intelligit de duplici
eorum augmento,s.eo,quod est in quãtitate molis:& eo,quod est in quãtitate qualitatis,quæ dicitur gradus eius.
Bene autem dixit,ꝙ augmentati causant ægritudines:paruæ.n.ipsorum malitiæ circa hoc non sunt causæ ægritu-
dinis,sed neutralitatis.Has autem paruas malitias est præseruatoris destruere ante,q̃ augeãtur,iuxta poeticũ illud, Oui. 1. de
Principijs obsta,sero medicina paratur,Cum mala per longas conualuere moras. remedio.

A DVBITABIT AVTEM aliquis ex eo,ꝙ innuit humores putridos posse esse causam antecedentem febris,& per augmentum sui fieri causam coniunctam,cum supra positi sint absolute causa coniuncta febris. Nisi esset,ꝙ putredo gradus habet,& est cōpleta & incōpleta.Fortasśis autē nec oīs humor putridus est imediata causa febris: putrescit enim humor aliqñ in magnis cōcauitatibus, in qbus propter priuationē constrictionis ex loci amplitudine non accidit ei tm̄ caloris,quod vsq; ad cor progrediens causet febrem. Adhuc & humor putridus est causa fœtoris nasi, qui non est causa febris. Item dicimus humorem saniosum,nō quia sit sanies,sed quia ei simi letur; similiter ergo & dicit putridus,non quia sit talis,sed similis.Non erit ergo incōueniens putredine equiuoce dicta de diuersis,vocare aliquem humorē putridum causam antecedētē febris. Dicamus aūt & nūc ægritudines,quę cōsueuerunt à talibus malitijs accidere. Dico ergo,ꝙ à multitudine humorū fiunt genera oppilationum,ex qbus & febres,& præfocationes caloris & spiritus comitant. Ex paucitate aūt contingunt phthises,& hmōi. Ex viscositate aūt & aquositate humorū maxime cōtingūt ægritudines phlegmaticæ,sicut quotidianę,vndimię,arthreticæ, epilepsiæ,hydropises,& hmōi:hæ.n.duæ qualitates in phlegmate maxime reperiūtur. Ex crasśis aūt magis ægritudines melancholicæ,vt quartanæ,melācholiæ,cancri,& lepræ,& hmōi:crasśities.n.magis estṗpria melācholię,q̄ alterius humoris. Ex calidis aūt magis ægritudines cholericę & sanguineæ,sicut & hi humores maxime calidi sunt aliorum. Ex frigidis aūt phlegmaticæ & melancholicæ,sicut & hi humores maxime aliorum frigidi sunt. Ex mordacibus aūt fiunt pruritus,& scabies,& vlcera mala,& hmōi. Ex putridis aūt fiunt vermes, & febres putridæ. Ex venenosis autem syncopes,& epilepsiæ,& corruptiones spiritus,& hmōi. Deinde,cum dixit augmentum fieri causam ægritudinum,ostendit causas augmēti in genere,vt non lateat præseruatorē,ꝙ talis augmenti causæ prohibendæ sunt,tanq̄ ægre,& dicit, AVGMENTANTVR &c.i.sed humores augmentantur in quantitate & qualitate duobus modis,vno.s.ab eadē causa,quę genuit eos primū: hæc aūt est duplex,s. materialis,& efficiens. Materialis aūt improprie dicit gignere,cū sit res,ex qua fit generatio,nihil aūt se ipsum gignit: hoc aūt est genus ciborum & potuum. Ex aliquibus enim cibis generantur humores viscosi, sicut ex piscibus, & pultibus,& extremitatibus aīalium,& carne porcellorum,& agnorum:ex quibusdam crasśi, sicut ex carne bouina,& ceruina,& vino nouo: ex quibusdam aquosi,vt ex herbis,& fructibus: ex quibusdam venenosi,vt ex generibus aliquibus fungorum:ex quibusdam putridi,i.parati de facili ad putredinem,vt ex lacte & fructibus:ex quibusdā calidi:ex quibusdā frigidi iuxta suæ modū naturæ:ex quibusdam acuti, sicut ex acruminibus,& salitis. Si ergo fuerint prius tales ex cibis facti,tunc ex sibi ṗportionalibus augebuntur duplici augmento,s.quantitatis,& qualitatis. Augmentū vero eorum in quantitate non fit sine multitudine ciborum,& longitudine ocij:adhuc,si humores non conuertantur in mēbra aut propter sui malitiā,aut ṗpter mēbrorum conuertentiū defectum,accidet eos in corpore multiplicari.

Sed efficiens est virtus sanguifica hepatis & venarum, & eius instrumentum est calor. Si quidem virtus & calor C debiliter digerant,phlegmaticos & aquosos efficient:si autem adurant,primo quidem cholericos,demū crassos & melancholicos generabunt:& vl'r penes naturam dominantis cōplexionis fient tū calidi,tum frigidi,tum mordaces,& hmōi. Propter quod ex eodem cibo generabitur apud diuersa corpora diuersus humor: sicut de melle quidem in calidis & siccis fiet cholera:in frigidis autem & humidis fiet phlegma,aut sanguis æqualis. Ex quo patet, ꝙ, sicut agens agit ſm exigentiam materiei,sic & materia conuertitur, sic & aliter ſm naturam agentis crescent. Si ergo fuerint primum tales geniti ſm virtutem corporis & naturam,tunc adhuc ab eadem sil'r se habente succrescent. Alio vero modo augmētant,:quia qñq; contingit humores,q̄ sunt in corpore,cōmutare in sui similitudinē & naturā eos,qui ex quotidianis cibis generantur,& facere quidem tum viscosos,tum crassos,tum calidos,tū frigidos,& vniuersaliter, quales ipsi ſm se fuerint:hoc aūt non fit sine mistione ipsorum cum illis,& actione & passione adinuicem:in quibus contingit eos,qui ſm corpus,quantitate quidem prædominantes superare venientes.

2.aph.10. Vnde & recte Hippo.ait,Non pura corpora quanto plus nutries,tanto magis lædes.

Ant. Intentio vero est & in his curationis duplex,alteratio,& euacuatio. Alterantur igitur aut digesti ab ipso corpore,aut à quibusdam pharmaticis virtutibus,in quibus sunt & quędam,quæ virus venenatorum animalium curant,adhuc & deleteria,i.nocentia pharmaca,repellentes.

Leo. Intētio vero & horū sanationis duplex existit,alteratio,& euacuatio. Alterātur igitur vel ab ipso corpo D re cōcocti,aut ab aliquibus alijs facultatibus,quæ vim medicatiuā habēt.E quorū numero ēt sunt ea,quæ exitialiū ferarū venenis aduersantur,ac prætereа pharmaca,quæ venena appellātur,transmutant.

Cō.190. Cum dedit præseruantium genus causarum attendi maxime circa humores,qui,si sint habentes aliquas malitias quantitatis,& qualitatis,vel substantiæ,sunt iam causæ antecedentes ad morbum,ex modico quidem vlteriori excessu cōmoturæ coniunctas,ex quibus īmediate morbus efficitur,ostendit sub generalibus canonibus more suo causas pręseruatiuas à nimia intēsione taliū malitiarū,& primo intentiones cōmunes in eis,& dicit, INTENTIO VERO &c.i.sed intentio in medicatione talium malitiarū in humore est duplex,s.alteratio penes malitiā qualitatis,& euacuatio penes malitiam quantitatis & qualitatis simul. Et volebat,cū dixit,In his curationis,non curationē,quæ absolute curatio dicitur,propria qdem ægritudini factæ,sed medicationē in genere. Hoc enim nomen,medicatio,cōmune est ad curationem & præseruationē,imo ēt ad conseruationem extenditur: vnde & alia translatio recte habens dicit, Et medicatiōi eorū sunt duę intentiones &c. Est aūt hic attentione dignū,ꝙ circa discrasias faciēdas à prædictis humorum malitijs,illam eandē duplicem intentionē habendam esse dixit, quam & circa fientes,propter vtrūq; alteri conuenire in hoc,quod est esse faciendum,pars.n.fientis quædam est facta,quędam facienda:gratia aūt partis faciendæ similatur discrasiæ,quæ simpl'r est faciēda,quę non dum fit:gratia ēt illius partis tm̄ habet causam,circa quā prædicta duplex habet intentio. Differt aūt,qa causa partis faciendæ de fiente, est causa coniuncta discrasię, quæ est morbus,sed causa discrasiæ simpl'r faciendæ est cā antecedens, cum ad talem

discrasiam faciendã cõparatur,sed præsentis neutralitatis est causa coniuncta. Amotio ergo talis causæ tã in fiente, q̃ in facienda præseruatio dicebatur,in illa quidem ab eo,ꝙ causa faciebat:in hac vero ab eo,ꝙ facere minabatur. E

Sed quæret aliquis,cur nõ adiecerit pro tertia intentiõe ꝓhibitionem causarum augmentantiũ dictas malitias. Et dicendum,ꝙ secunda ex causis augmentantibus non põt amoueri nisi per duas intentiones prædictas,s.alterationẽ,& euacuationẽ eorũ humorum,qui quotidie generatos in se cõmutant. Primam aũt ex causis augmentãtibus,s.cibos ꝓportionales prioribus,qui tales humores genuerunt,nõ est magis prohibere præseruationis,quàm curationis:& vniuersaliter omnẽ diætam illis malitijs ꝓportionalem. Adhuc aũt & conseruationis est illa ꝓhibere:vniuscuiusq;.n.horum est tales causas abijcere sicut ægras. Per hoc ergo præseruatori,inquãtum talis,sufficit prædicta duplex intentio,qm̃ discrasia nõ est facienda penes tales causas primitiuas,ex quibus nõ est aptus apparere effectus,à quo præseruare intendimus,nisi per multa media:propter qd earum abscisio præseruat nõ à morbo principali,sed à causis medijs,sicut supra monstrauimus. Attinet aũt ei corrigere omnem lapsum cõplexionis corporis,à quo sicut ab efficiente contingit humorũ prædictas malitias exaugeri, qm̃ talis lapsus est sicut antecedens causa cõplexionalis ad morbum. Deinde,cum dedit intentiones cõmunes in causis præseruatiuis esse duas,ostẽdit causas salubres circa vnãquãq; intentionẽ,& primo circa alterationem:aut,cum dedit duas intentiones cõmunes,ostendit,qualiter cõpleat vnaquæq;,& dicit, ALTERANTVR &c.i.ergo humores habẽtes prædictas malitias alterantur ex suis malitijs in tẽperamento ab vno duorum,s.ab ipso corpore,vt quia digerantur à virtutibus & calore,quæ in ipso:talis.n.alteratio digestio quædam est. Et hoc fit,cum ꝓhibitis cibis,& vl̃r dieta,ex q̃bus tales gignebantur,virtus corporis excitatur super illorũ correctione,qui geniti fuerunt,ante,q̃ accidat ex eis ægritudo. Sicut.n. Gal. dicit in tertio de crisi,virtutes declinant in oĩbus,quæ operant tàm in hora salutis,quàm ęgritudinis, versus salutẽ corporis viui. Virtus.n.corporis & natura sub tẽperamento & mediocritate consistentiã & saluationem habẽs,oĩbus extremis opponitur,& fugiẽs ab ipsis per naturam reuocat corpus ad temperamentũ amissum. F cap.3.

Deinde dixit, AVT A QVIBVSDAM &c.i.aut alterantur,quia digerunt à quibusdam virtutibus medicinalibus,de genere quarum virtutũ sunt virtutes medicinarũ,quæ sanant à veneno venenosorum aĩalium, & præter has illę,quæ recipiunt hmõi medicinas theriacales,valentes ad venenum,sicut theriaca,& mithridatum. Alia aũt translatio habet textum aliter:dicit enim,Et in hoc genere medicinarum ingrediuntur,quæ sanant ex venenis habentium venena,& ex medicinis,quæ sunt ex genere venenorum. Dixit autem de genere medicinarum digerentium esse medicinas theriacales,non solum quia ipsarum sit alterare humiditates venenosas,sed quia ipsę illud efficiunt proprietate suæ formæ specificæ. Dixit illud,vt ostendat,medicinas.s.posse digerere humores non solum à virtutibus complexionalibus, sed etiam à forma substantiali. Et,quoniam huiusmodi virtutes medicinales non sunt nisi instrumentum virtutis corporis ad correctionem humorum, ideo non vult Gal. in hoc plus dicere, q̃ ꝙ digestio erit à corporis virtute aut per se,vt quando nullis extrinsecis adiuuatur:aut per aliud, vt cum iuuatur extrinsecis medicinis. Sunt aũt exteriores medicinę,quibus virtus corporis adiuuat,illæ,in quibus est reperire virtutes contrarias malitiæ humoris corrigẽdi,siue illę sint virtutes à cõplexione,siue à forma specifica, Sicut medicinæ incisiuę faciunt ęuadere à viscositate humorum:subtiliatiuæ,à crassitie:calefactiuæ,à cruditate & frigiditate:infrigidatiuæ,à caliditate & vstione: & theriacales,à venenis:inspissatiuæ & digestiuæ,ab aquositate: infrigidatiuæ simul & aperitiuæ, & lauatiuæ,à putredine. Est autem adhuc & virtutem aliter adiuuari, q̃ per virtutes medicinales contrarias vitio humorum,s.per virtutes medicinarum,de quarũ natura est confortare virtutem per cõfortationem caloris & spiritus,& adunationem substantiæ mẽbrorum,& nutritionẽ spiritus animalis. Hæ autẽ sunt virtutes medicinarũ stypticarum aromaticarũ,de quibus superius dictum est:his enim virtus corporis confortata amouet omnem malam humoris dispositionem. Sed via perueniẽdi ad cognitionẽ harum omnium virtutum medicinalium non est nisi experimentum. Ratio enim debilis est ad illud,sicut declarauit Gal. in lib. de simp. medicinis:sed iam super hoc credimus experimentationi veterum,& sufficit nobis. G

Vacuantur vero à calidis sufficienter pharmacis,& purgationibus,& clysteribus, sudoribusq;,ac vomitibus. Hæ igitur eorũ cõmunes euacuationes. Propriæ vero à loco,in quo congregati fuerint,accipiuntur, quemadmodum in salubribus declaratum est, secũdum tertium & quartum maxime,nobis de laboribus tractantibus,&,quęcunq; alię adiacent,laboriosis dispositionibus. Euacuantur enim promptius,qui quidẽ in primis venis sunt,per ventrem:Qui vero in ijs,quę secũdum hepar,per vrinas:Qui vero secundũ totam habitudinem,per sudorem,quemadmodum &,qui secundũ caput,aut per palatum,aut per nares,aut per vtrosq;:Qui vero in thoracis latitudinibus,per guttur cum tussibus:Qui vero secundum renes aut vesicã, per vrinam. Antispaseos vero communis omnium partium ostensio est ad ea, quæ longissime: deriuatio vero ad proxima. Aut. H

Euacuantur autem satis calidis medicaminibus,& purgationibus,& clysteribus,& sudoribus,& vomitibus. Hæ igitur sunt cõmunes euacuationes. Proprię autem ex locis,in quibus coaceruantur,assumuntur, vt in libris de salubribus ostendimus,tertio præsertim ac quarto,in quibus de lassitudinibus egimus,ac reliquis dispositionibus,quæ lassitudini natura proximę sunt. Promptius enim euacuantur per ventrem,quęcunq; in primis venis continentur superfluitates:Quæ autem in ijs,quæ in hepate sunt, per vrinæ meatus: At,quæ in toto corpore,per sudorem,sicuti quæ in capite,vel per palatum,vel per nares, vel per vtrunq;: Quæ vero sunt in spacijs pectoris laxioribus, per guttur simul cum tussi:Quæ in renibus sunt vel vesica, per vrinam. At attrahendi ex omni loco ad oppositas partes communis indicatio est ad quàm maxime distantia:deriuatio vero ad vicina. Leo.

Cum

com.81. Cum dedit causas salubres circa primam intentionẽ,dat causas circa secundã:siue,cũ dedit,quibus cõpleatur in
A tentio prima,dat,quibus cõpleatur secũda,& dicit,VACVANTVR & c.i.sed hi humores,cũ fuerint peccantes in quantitate,aut etiã incorrigibiles in qualitate,euacuãtur à medicinis fortiter calidis. Et dixit hoc vt generale omnibus medicinis euacuãtibus,per quãcunq; viam euacuent,quĩ ipsę vtplurimũ fortiter calidę sunt. Deinde exponẽs modos euacuationũ dicit,Euacuẽtur vero à calidis pharmacis,purgatiõib⁹, clysteribus,sudoribus,& vomitibus.

com.196. Deinde dicit,HAE IGITVR & c.idest,& hæ quatuor sunt magis cões species euacuationum, quibus medicus vtatur. Hali autem facit eas.5.incipiens ab illa,quã fieri dicit à pharmacis fortiter calidis:talia enim dicit euacuare per hoc,ꝙ attrahũt fortiter,& resoluunt in vaporẽ:quod alia translatio videri fecit copulã habens, cũ dicit,Et per solutionẽ,& per clystere & c. Sed manifestũ est talem speciẽ euacuationis nõ esse de cõibus: adhuc etiã attractionẽ non fieri semper calidis medicinis,fit enim aliqñ à vacuo,vt in ventosa: aliqñ etiam delatione ponderis super mẽbrum oppositũ:propter quod textus noster non hñs copulã rectior videtur. Aut,si fit de cõibus, tunc nõ erit illud dictũ quasi generale omnibus medicinis euacuãtibus,sed ijs,quæ calefaciẽdo & mordicãdo attrahũt à remotis,de membro.s.ad mẽbrum,& per hoc euacuãt mẽbrum illud, in quo cõtinebatur humor malus,sicut facimus appositionem cantharidũ et similiũ in locis remotis aut vicinis mẽbro infirmo. Sed talis euacuatio,si bene cõsideretur, iam est appropriata,penes naturã loci.s.quo cõtinetur humor. Nescio aũt,cur nõ posuerit phlebotomiã inter oẽs
B euacuationes,quibus medicus repletiones abscindit,cũ in repletione venarũ ad eam recurratur maxime,cũ superius eam nominauerit,qñ causas salubres discrasiæ fientis exponebat.

SVNT AVTEM & circa oẽs has euacuationes canones quidã,videlicet ꝙ quãlibet earũ oportet cõmensurari tolerantiæ virtutis:Et ꝙ solutioni ventris & vomitui præmittẽda est canaliũ apertio,& humorũ subtiliatio,& pręparatio ad cursum,& aptitudo laxationis stomacho & intestinis:Et ꝙ admiscendæ sunt medicinis laxatiuis præparatiuę humoris,& aperitiuę viarũ,vnde fluxurus est humor ad medicinã attrahentẽ:Adhuc aũt & medicinę principalium mẽbrorũ cõfortatiuæ,aut aliorum quorumcũq; membrorũ,quæ ex medicinis laxatiuis debilitari hñt: adhuc aũt & medicinæ repressiuæ malitiarũ,quæ in medicinis laxatiuis:Et ꝙ melius est pluries paulatim enacuare, q̃ semel multũ,ne virtus terreatur & deficiat:Et ꝙ cauenda est in diebus canicularibus pp resolutionẽ multam tunc factã à calore,& propter tunc amplius debilitari calore medicinæ,& solutionẽ eius magis impediri pp attractionem caloris ad exteriora:Adhuc aũt,& ꝙ audacius inducẽdus est vomitus facile vomẽtibus,& in æstate,& maxime cũ humor purgãdus,fuerit cholera:timorosius aũt difficile vomẽtibus, in hyeme,& maxime cũ fuerit melãcholia,vel phlegma,quæ vomitui plus rebellãt:Venter aũt audacius soluendus spissitudinẽ habẽtibus circa pectinem & intestina,q̃ contrarijs horum,& quã ijs, qui facile excoriationẽ incurrunt pp debilitatẽ intestinorũ,& ma
pri. ca.3. credinem ipsorũ. Et(vt breuiter dicatur)res,quæ demõstrant rectitudinẽ iudicij in euacuãdo,sunt decẽ(sicut dicit
C Princeps).s.repletio,virtus,cõplexio,& accidẽs superueniẽs,& figura,& ætas,& tẽpus, & aeris & regionis dispositio,& cõsuetudo euacuãdi, & ars. Hęc nãq;(sicut dicit)cũ fuerint cõtraria significationi,per quã euacuatio faciẽda ostendit,prohibebunt euacuationẽ:cum aũt non cõtrariãtur,secure aggrediemur eã, Hoc vnum submemorãtes, ꝙ,cũ phlebotomia & vẽtris solutio necessãria fuerit,à phlebotomia incipere nõ debemus. Indiget aũt vtraque simul ille,cuius venæ repletæ sunt sanguine,sed tñ adhuc in sanguine eius dñatur aliqua ex tribus substãtijs, quas sciuisti,supra proportionẽ conuenientẽ. Non est aũt incipiendum à phlebotomia,quia ipsa permiscet substãtiam dñantem valde magis reliquis substãtijs,quare reddit eã difficilius purgabilẽ per medicinã, & maxime si humor purgãdus fuerit phlegma,quæ est pars aquosior sanguinis, qñ phlebotomia crassitudinẽ & viscositatẽ eius augebit. Phlebotomia etiã canones habet. Nã cauenda est in tpe fortis caloris pp multã resolutionẽ debilitãtẽ, quæ tunc accidit à calore cõtinentis:adhuc aũt & super repletionẽ stomachi aut intestinorum,factã à cibo vel fæce, ne loco eius,quod à venis euacuas,attrahas aut crudũ,aut aliquid incõueniens. In hyeme aũt eligẽda est dies australis, quia tẽperatior,& quia aerẽ perturbat,& per hoc magis permiscet substantias sanguinis adinuicẽ, assimilato tunc mundo minori ad maiorẽ in sanguinis perturbatione:ex quo accidit cõiorem fieri euacuationẽ,quæ etiã per phlebotomiã petebatur. Sciendũ est etiã,ꝙ phlebotomia stricta magis cõseruat virtutẽ ex minore spũs resolutione & exhalatione:Et similiter partitio phlebotomiæ,quia minus perterret naturã paulatim facta & per interualla, q̃ simul tota: lata aũt magis mũdificat,& est cõuenientior fortibus,& crassum sanguinẽ habentibus. Cauẽda est aũt
D in ætate decrepita propter debilitatẽ & sanguinis paucitatẽ:& in ætatẽ,quæ est minor.14.annis,non pp debilitatẽ aut sanguinis paucitatẽ,sed propter corporis euaporabilitatẽ. Cum ergo tales vidẽtur ipsã indigere,tenuitas diætæ supplebit vicẽ illius. Cauenda est etiã super oris stomachi debilitate,aut præmittẽdum aliquid, quod stomachi os confortet,vt panis infusus in miua,aut syrupo de mẽta muscato,si debilitas est à frigiditate: aut in succo granatorum,& huiusmodi,si debilitas est à calore. Et vniuersaliter,quibuscũq; phlebotomia & pharmacia ad pręseruatio
6.aph.47 nem cõuenit,maxime vtẽdum eis in vere ſm aphoris. Hippo. propter tunc maxime ex hyeme præcedente auctos esse humores & ex plurima voracitate ciborũ,& paucitate resolutionis in ea:adhuc aũt propter superfluos humores tũc de facili ebullire,& ad diuersa mẽbra rheumatizare,à calore quidẽ iam añcedẽte liquatos & sparsos, Obseruatis circa illas canonibus,qui ĩ proprijs libris medicinę de hac materia scripti sunt. Et clysteribus raro vtimur ad præseruationẽ:præseruamus tñ aliqñ per illa à colica alijsq; ægritudinibus intestinalibus, cũ vestigia parua quidẽ earum apparuerint,educentes tũ humorem phlegmaticũ,tum etiã ventositatem extenuantes. Adhuc aũt & præseruamus per illa à doloribus renũ,& à membris principalibus attrahimus materias, quę possunt esse in eis causę morborũ. Sunt aũt & circa ipsum canones,s.ꝙ melior situs clysterizati est,vt supinus iaceat:deinde reuoluat se super latus dolens:Et ꝙ melior hora,qua clysterizatur,est,cum est aer frigidior,qñ sequetur inde, ne augmẽtetur grauitas,& dolor,& æstuatio,& nausea. Adhuc aũt ꝙ neq; est balneum præmittẽdum clysteri, quia spargit & dissoluit humores,et attrahit ad contrarium ei,ad quod trahit clystere. Et ꝙ immissa cãna in anũ exprimatur enema

expreſsione

expreſsione bona continua ſine immiſsione aeris,etiã vltra locum neceſsitatis:cũ.n. exprimitur cum ventoſitate, E reuertitur ventoſitas,& egreditur enema:ſed,cum declinat ad exitum,nõ prohibeas ad hoc,imo reitera ipſum ſtatim. Quod ſi enema non exierit,extendãtur capilli capitis,& fundatur aqua frigida ſuper faciem,& adminiſtretur ſuppoſitorium,hęc.n.omnia adiuuant expreſsionẽ in deorſum. Neq; fiat clyſtere,dũ ſternutat,aut tuſsit, qm̃ feſtinant ad exitum. Et non ſit enema ſuperfluę q̃titatis,quoniam,ſi cõſequitur inteſtina ſuperiora,accidit inde timor ſuffocationis,& aſcẽſionis in ſtomachũ.Neq; ſit ſpiſſum,quod adhęret:neq; ſubtile,quod eſt in iudicio paucitatis.

Sudoribus aũt ſępe vtimur,tàm balneis,quàm exercitijs prouocantes illos,maxime cum humores purgãdi fuerint prope cutim. Sunt autẽ & canones circa balneum,ſ.ꝙ oportet,ne exercitatus velociter ad balneum pergat, ante,q̃ quieſcat:neq; poſt cibum timore oppilationis:Et ꝙ caſas balnei ſm ordinẽ ingredi debet, vt non deueniat in locum fortis caloris ſubito:& hoc eodẽ ordine exire,vt gradatim regrediatur in locũ frigidum:Et ꝙ in pauimẽtum eſt aqua effundenda,vt fiat aer vaporoſus,& facilius prouocans ſudorẽ:Et ꝙ fricãdus eſt in principio , vt facilius aperiantur pori cutis,& eliquetur humiditas educenda,& in fine abluendus cũ aqua calida ad abſterſionem & lubricationẽ ſudoris:Et ꝙ in exitu ex balneo cooperiẽdus eſt pãnis,neq; caput eſt diſcooperiendũ , qm̃ apertis poris frigus penetrat in profundum,& incurrunt catarrhos & corizas.In exitu quoq; cauendum , ne potũ frigidum actu bibat,aut etiã in ipſo balneo,qm̃ apertis exiſtentibus corporis poris frigiditas feſtinat ad mẽbra principalia, & ipſorum corrumpit virtutes.Cauendum eſt etiã à potibus vehemẽtis caliditatis,& præcipue ab aqua calida,qm̃ F cito penetrat ad membra principalia , & accidit inde phthiſis,& ethica,& huiuſmodi omnia,quæ circa hæc & alia ſcripta ſunt à medicorũ cœtu. Deinde,cũ dedit euacuationes cões,appropriat eas:aut oſtẽdit,vnde cognoſcatur carũ appropriatio,& dicit,PROPRIAE VERO &c.ideſt ſed eũationes propriæ ſignificãtur ex loco, vbi congregati fuerint humores purgandi,quemadmodũ declaratum eſſe dicit in lib.de conſer.ſanit.in tertio & quarto capitulo illius libri,vbi tractat de laboribus & de adiacentibus eis diſpoſitionibus.Et vult per capitulum , tractatũ:in tertio enim tractatu illius libri docet corrigere labores factos ab exercitio,in quarto vero ſpõtaneos : pp quod ibi oſtendit proprias euacuationes humoris,qui eſt cauſa laborioſę diſpoſitionis. Deinde exẽplificat hoc , & dicit, EVACVANTVR ENIM &c.i.quia illi humores,qui cõtinentur in primis venis,facilius euacuãtur per vẽtrem ſicut per meatum magis vicinũ:& vult per primas venas,quæ vocantur meſeraicæ, ramificatas à vena partis ſimæ hepatis,quæ vocatur porta,non quia ſint abſolute primę,ſed quia ſunt primæ in ſuſcipiendo cibũ.Sed humores, qui cõtinentur ſm hepar,maxime ſm eius gibbũ,facilius euacuãtur per viã vrinæ,ſicut eis magis ex vicinia cõnaturalem.Sed,qui cõtinentur ſm totã habitudinẽ(& intelligit per totã habitudinem, muſculos vicinos cuti,in quibus habitus corporis apparens denotatur)facilius euacuãtur ꝑ ſudores.Non fit aũt ſudor ſine calore circũplectẽte corpus exterius,attrahente,aperiẽte,& liquante:aut ſine calore ab intra propellente.Qui vero continentur ſecundum caput,purgãtur per palatum gargariſmis,aut per nares caputpurgijs,aut vtriſq; ſimul.Sũt aũt medicinæ hoc G facientes acutæ,mordicatiuæ,liquatiuæ humoris,& perinde attractiuæ.Qui vero continẽtur in pectoris cõcauitate,facilius euacuãtur per guttur cũ tuſsibus:& vult per guttur non ſolũ ſummitatẽ tracheæ,ſed totã tracheã coniũctam pulmoni:colligantia enim pectoris ad pulmonẽ,pulmonis aũt ad traheã ,facit inde facilius fieri euacuationem.Qui vero fuerint cõtenti ſm renes & veſicas,promptius euacuãtur per vrinã.Et vniuerſaliter eligenda eſt via propinquior humori,ſi tñ nihil aliud prohibeat,ex tali enim facilior eſt eius euacuatio. Deinde,cum dedit modos euacuationũ humorum quietorũ in locis,dat modos euacuationum humorũ,qui defluunt ad locum,et dicit, ANTISPASEOS &c.i.ſed attractio humoris de loco,ad quẽ decurrit,ad alia loca, cõis eſt ſm oẽs partes,qm̃,ad quãcunq; partem fiat,poteſt ad alteram trahi.Et fit hoc duobus modis,Aut per attractionẽ ad lõginquam diuerſitatem,ſicut humore decurrente ad caput phlebotomamus ſaphenã,aut ponimus ventoſas in cruce, & dicitur antiſpaſis : Aut ad propinquam diuerſitatem,ſicut in eodẽ attrahimus ad nares,aut ad carnem glãdoſam ſub auribus: aut ſicut ſanguinem hæmorroidarum mulieris attrahimus ad matricem , & dicitur deuiatio. Eſt autẽ & in hoc canon præcipuus,ꝙ,qñ fit attractio ad diuerſum,nõ obſeruetur oppoſitio niſi per vnam diametrum, vt ex dextro capitis ad dextrum pedem,& non ad ſiniſtrum,eo ꝙ attractio eſt impoſsibilis in duplicem diametrum , quia non eſt ei connexum ſuis meatibus,niſi per multa media.

Omnia igitur,quæcũq; curant huiuſmodi diſpoſitiones,ſalubres appellãtur cauſæ, quẽadmodũ exaugẽtia,ægrę : neutræ vero,neq; lędẽtia,neq; adiuuãtia.Poteſt aũt aliquis ea neq; cauſas appellare omnino, quales ſunt multi ſophiſtarum,negligentes quidem ipſarum rerum inuenire differentiam,in nominibus vero plurimum temporis conterentes:dictum eſt autem amplius in alijs aduerſus eos.Sed præſeruatiua quidem ſpecies artis talis eſt. Ant. H

Quæcunq; vero huiuſcemodi curãt diſpoſitiones,cauſas ſalubres appellamus,ſicut inſalubres,eas,quæ adaugent:& neutras,quæ neq; obſunt, neque iuuant.Poſſet vero quiſpiam neq; omnino cauſas appellare, quemadmodum maior pars ſophiſtarum,qui rerum quidem differentiã inuenire cõtemnunt, plurimũ vero tẽporis in noĩbus cõterũt:cõtra quos in alijs vberius diſſeruimus.At pars quidẽ artis ꝑſeruatiua talis eſt. Leo.

Cum dedit cauſas præſeruatiuas ab ægritudine,apta fieri ſm malitiam humoris,oſtendit comparationes cauſarum ad prædictas humorũ malitias,quibus corpus eſt neutrũ vt nunc,& dicit,OMNIA &c.ideſt,quæcunq; res ſanant vel corrigunt huiuſmodi malitias humorũ,de quibus prædictũ eſt,dicuntur cauſæ ſalubres,i.ſanitatis effectiuæ.Fit enim vnum contrariorũ aliqñ ex medio,aliqñ ex extremo:vnde & ſanitas aliqñ fit ex neutralitate,aliqñ ex ægritudine.Et ſimiliter,quæcunq; exaugent prædictas malitias,dicuntur cauſæ ægrę , ideſt efficientes ægritudinẽ & conſeruãtes eam,qm̃,cum effecerunt,conſeruant.Aegritudo aũt non fit ex ſanitate niſi per mediam neutralita- Com.82.

tem,

A tem,ſicut nec econuerſo. Deinde dixit,NEVTRAE VERO &c.i.ſed,quæcũq; res prædictis humorum malitijs n.n conferunt,neq; nocent, dicuntur cauſæ neutræ,i.neq; ſanæ neq; ægrę. Deinde dat opinionem ſophiſticã circa tales cauſas neutras,deridens ſic opinantes,& dicit,POTEST AVTEM &c.i.ſed tales cauſas,quæ neq; conferunt,neq; nocent,poteſt aliquis dicere non eſſe omnino cauſas,eo.ſ.ꝙ nihil cauſent,ſicut multi ſophiſtę hoc dicunt.Sed in veritate(ſicut dicit)ipſi negligunt cognoſcere differentias rerum,& occupantur toto tẽpore ſuę vitę circa diſtinctionem nominũ.Sufficere enim debet eis ſcire,ꝙ aliquæ res ſunt ex rebus nõ naturalibus, quæ in prędictis diſpoſitionibus humorũ non habẽt impreſsionem facere,neq; nociuã ad peius neq; vtilẽ ad melius, ex quo dicuntur cauſæ neutræ,ſ.neq; ſanę neq; ægrę,non tamen propter hoc,ꝙ non ſunt vtiles vel nociuæ ad illud, dicẽtur non eſſe omnino cauſæ,qm̃ non approximantur corpori,quin aliqd cauſent in illo:ergo ſunt ſimpliciter cauſæ,licet ad aliquid ſint non cauſæ. Deinde,quia contra tales ſophiſtas non eſt hic diſputandũ, remittit ad libros ſuos,in quibus eis obuiat,& dicit,DICTVM &c.ideſt,ſed aduerſus tales ſophiſtas dictũ eſt per nos in alijs libris, ſicut fortaſsis in libro de nominibus medicinalibus,& alijs libris,qui non dum tranſierunt in latinam linguam.

DVBITABIT ALIQVIS, vtrum cauſæ, quæ talibus neutris diſpoſitionibus neq; conferunt neq; nocent, poſsint dici cauſæ neutræ conſeruantes dictas diſpõnes neutras.Manifeſtũ enim eſt,ꝙ cauſæ neutræ diuiduntur ꝑ efficientes & conſeruantes,ſicut ſanæ & ægrę.Si ergo illæ ſunt neutrę,tunc aut illæ ſunt efficiẽtes tales neutras di-
B ſpoſitiones,aut eas conſeruantes:ſed non ſunt efficientes,ſiquidẽ prius erant,& huiuſmodi neq; eis conferũt, neq; nocent:fortaſsis neq; videntur conſeruantes,quia efficientes & conſeruantes neutralitatẽ ſunt eędem numero, ſicut efficientes & conſeruãtes ęgritudinẽ. Niſi diceret aliquis,ꝙ,ſi aliqua cauſa eſt, quæ neq; exacuit neutralem diſpoſitionẽ,neq; diminuit,illa dicitur eã conſeruare,ſicut cauſa,quæ ſanitatẽ neq; meliorat,neq; peiorat, videtur dici conſeruatiua illius:& ſimiliter,quæ idẽ facit de ægritudine.Quare aut tales cauſæ improprie dicũtur neutræ: aut opinio ſophiſtarum videtur amouere totũ genus cauſæ cõſeruantis:quod ipſe nõ ſic innuit. Eſt aũt hic dubitatio non ſimilis ei,quæ ſophiſtarũ.Illi.n.dubitant,ꝙ huiuſmodi non ſint omnino cauſæ:nos aũt, quòd non ſint cauſæ neutræ. Et dicendum hic ad hoc,quòd cauſæ,quæ neutris diſpoſitionibus non cõferunt neq; nocent,non poſſunt dici cauſæ conſeruantes eas vllo modo tũ propter id,quod dicebatur,tum quia illæ,quę cõſeruant eas,cuiuſcũq; ſint modi,dicuntur eis nocere,ſicut & q̃ conſeruant ęgritudines,eo ꝙ prohibẽt eas curari,niſi abſcindãtur, idem.n.ſunt cũ efficiẽtibus eas,ſicut patet ex ſupra dictis.Non enim eſt nocere malæ diſpõni ſolum per augere eã, ſed per detinere,ſicut etiã bene conferre non ſolũ per meliorare,ſed per ſaluare.Propter quod dicemus, ꝙ hoc genus cauſarum neutrarũ improprium videtur,& neq; ſolũ dici circa neutras diſpoſitiones, ſed circa ſanas & ægras, ſicut videtur.Non.n.ſolũ dicuntur cauſæ neutræ,quia neq; cõferunt neq; nocent neutris diſpõnibus, ſed pari modo & illæ,quæ neq; cõferunt neq; nocent ſanitati,& quę neq; nocent neq; cõferunt ægritudini.Et erit talis neutra-
C litas cauſæ abnegans nõ quidem ſanitatẽ & ęgritudinem à cauſa,ſed iuuamẽtum & nocumentum in oĩbus tribus corporis diſpõnibus.Et ſimiliter erit dicere corpus neutrũ,non quod neq; ſanum neq; ęgrum,ſed id, cui neq; cõfertur neq; nocetur:quod totũ nihil eſt.Manifeſtum.n.eſt,quòd,cauſæ neutræ cũ diuidantur per efficientes & cõſeruantes,ſicut ſanæ & ægrę(ſunt aũt ſanę,q̃ efficiunt vel cõſeruant ſanitatẽ,& ſimiliter ægræ, quæ conſeruant vel efficiunt ægritudinẽ)videtur de neceſsitate,quòd neutræ proprie dictę debeãt eſſe,q̃ efficiunt vel cõſeruant neutrã diſpõnem,vt quæ ex ſanitate efficiunt diſpõnem,quæ eſt infra ęgritudinẽ,& eã conſeruant,vt prædictę malitię humorũ:aut quę ex ęgritudine efficiunt diſpõnem,quę eſt infra ſanitatẽ,& illæ, quæ eã conſeruant. Sed obuiabit aliquis adhuc,dicens,quòd,cũ dicitur illud eſſe cauſa neutra,quod efficit vel cõſeruat diſpoſitionẽ mediã inter extrema,non bene dictũ videtur.Id enim,quod de ęgro efficit conualeſcẽs,non proprie dicitur cauſa neutra, ſed ſana:nulla enim cauſa poteſt efficere ex ęgritudine ſanitatẽ,quę non efficiat ante eã neutralitatem, quę dicitur cõualeſcentia,tranſitus enim de extremo in extremũ eſt per mediũ.Quòd ſi hęc cauſa non diceretur ſana,tũc accideret cauſas ſanas efficientes nõ dici reſpectu corporũ ęgrorum, ſed cõualeſcentium tm̃,quod abſurdũ videtur.Similiter id,quod de ſano facit ęgrotantẽ,non dicitur proprie cauſa neutra,ſed ęgra:nulla enim cauſa põt facere ex ſanitate ægritudinem,niſi prius efficiens neutralitatem,quæ dicitur ęgrotaturitas.Quòd ſi hęc nõ dicitur cauſa ægra, accideret cauſam ęgram efficientẽ non dici reſpectu corporis ſani,ſed ęgrotaturi tm̃,quod ſimiliter abſurdũ videtur.Propter quod fortaſsis etiã ſuſpicaretur aliquis,ꝙ ꝑꝑ hęc inconueniẽtia ęlegit Gal.dicere, quòd cauſæ neutræ
D ſunt,q̃ neq; cõferunt neq; nocẽt,& non,quę efficiũt diſpõnem neutram,& effectã conſeruãt. Nos aũt diuiſioni primę cauſarum in explanationem diffinitionis ante habitæ cõſentientes dicemus,quòd, quãuis propriũ ſit motus denominari à termino,ad quẽ eſt,ſicut, cũ ſit motus ad albedinẽ,dicitur dealbatio:&,cũ ſit motus ad nigredinem,dicitur denigratio,tñ poſsibile eſt exiſtẽte hoc tranſitu per medios colores,ꝙ ad põnem diuerſorũ punctorũ in hoc motu nominetur rubefactio,citrinatio,glaucatio,& viridatio,& huiuſmodi,ſed, qm̃ non ſiſtit ibi, reſpicit denominatio magis finẽ.Propter hoc ergo bene concedimus,quòd,ſi cauſa mouet ad ſanitatẽ,dicitur ſana:& motus,ſanatio, vndecũq; cauſare incipiat.Et ſimiliter,ſi mouet ad ęgritudinẽ,dicitur ęgra,& motus,ęgrotatio,vndecũq; cauſare incipiat,denominatione facta à fine tm̃.Si tñ aliqua cauſa efficit de altero extremorum diſpõnem mediam,& non vltra illã,proculdubio,ſi proprie loqui volumus,& diuiſionẽ recte factam eſſe cõſentire, dicenda eſt neutra in primo ſignificato:quòd ſi vltra tranſmutet corpus,dicetur ſana vel ęgra penes finẽ,ad quẽ deducit.Si.n. hoc non dixerimus,nulla efficiens cauſa erit neutra,neque corpus vt nunc neutrũ:quod eſt contra dicta in principio huius libri.Propter quod modus cauſarũ neutrarũ, quẽ hic innuit, omnino improprius eſt,extraneus exiſtẽs à numeratis in principio.In ſecũdo vero ſignificato dicitur cauſa neutra,quæ ſm aliquid ſanã, ſm aliquid ęgram cauſat diſpoſitionem.In tertio vero non ea,quæ nunc quidem cauſat ſanã, nunc ægram, propter id, quod dicebamus in fine ſummę de ſignis,ſed ea,quę cauſat corpus ita ſanum,quòd futurum eſt ægrum, vel econuerſo, ſm quòd tale, quia.ſ.nõ fiat in eo firma diſpoſitio. Vltimo autem epilogat,quæ dicta ſunt in hoc capitulo,& dicit,

ſed

SED PRAESERVATIVA &c.i.est igitur talis,vt dicta est,species artis,quę dicitur præseruatiua. Sed dubita E
bit aliquis,cuius artis vocet eam specië.Non enim videtur esse species artis medicinę,quia nõ saluabitur in ea diffi
nitio medicinę,sicut diffinitio generis saluatur in qualibet suarũ specierum. Propter quod oportet aut ipsum lar-
ge vocare eam specië pro parte:aut ipsam esse nõ speciem artis,quæ medicina dicitur,sed artis ĩ genere. Melius aũt
fortasis est dicere eã speciem artis medicinæ,sed non scientiæ medicinæ:ęquiuoce enim dicitur medicina scientia,
& ars,sicut diximus supra. Ars enim medicinæ,secundũ ꝙ est factiuus quidam habitus practici intellectus, quędã
est conseruatiua,quędam curatiua,quædam pręseruatiua,quędam resumptiua.

Resumptiua vero & enutriens in conualescentibus ex ægritudine,& senibus.Qualis vero est horum di Ant.
spositio,& à quibus maxime causis ad id,quod secundũ naturam,reuertitur, perfecte quidë in therapeuti-
cæ facultatis literis demonstratum est:per capitula vero dicatur & nunc.

Quæ autem reficit atq; restaurat,in conualescentibus ac senibus locum habet. Quæ vero sit horum di- Leo.
spositio,& à quibus præcipue causis ad naturalem reducatur habitum, in libris, in quibus de medendi arte
tractauimus,abunde explicauimus:sed nunc per capita dicetur.

Cum dedit causas salubres,dictas pręseruantes corporum neutrorum ægrotatiuorum, dat causas salubres di- Com.85.
ctas resumptiuas corporũ neutrorũ conualescentiũ,& senescentiũ,primo ostendens,quibus ipsæ cõpetunt, & qua F
liter de ipsis hic dictur⁹ est,& dicit,RESVMPTIVA &c.i.sed species,siue pars resumptiua & enutritiua artis me
dicinę competit duobus generibus hominũ, & conualescentibus ex ęgritudine,& senibus. Deinde,cum dedit,
quibus competat hæc pars artis,ostendit hic non esse determinationem de ea,nisi in capitulo & conclusione iuxta
modum huius doctrinę,& dicit,QVALIS VERO &c.idest,sed,qualis sit dispositio horum duorum, quibus cõ-
petit resumptio & enutritio,& à quibus causis reuocetur dispositio in eis,quę est pręter naturam, ad dispositionë
naturalem,perfecte demonstratum est in lib.therapeuticæ,q̃tum ad conualescëtes,sed,q̃tum ad sanos,in lib.de cõ libro 5.
ser.sanitatis:nunc autem in hoc loco abbreuiamus particulariter ibi factas demonstrationes, dicentes eas in capi-
tulis.Vocat aũt capitulum,illud,quod indistincte cõtinet multa simul ad modũ rubricę,vel tituli,& epilogi(sicut
prius diximus)quasi capitis per collum,vel per stipitem,in se membra quasi ramos radicantis.

DVBITABIT AVTEM aliquis de hoc,quod hic innuit, corpora senum esse corpora neutra eiusdem gene-
ris cum conualescentibus,& habere dispositionem pręter naturam,cum dicit,Et à quibus maxime causis ad id,qđ
ſm naturam,reuertitur.quod videtur esse falsum.Primum scilicet,quia senes,inquantum senes,non habent dispo
sitionem pręter naturam:senectus enim & quicquid eã comitatur naturaliter aduenit:si enim non adueniret natu
raliter,tunc posset corpus ab ea pręseruari,sicut & à morbo,quod falsum est.Nulla autem dispositio naturalis,vel
ad quam deuenitur per viam naturæ,facit corpus neutrum vt nunc,sicut manifestum est ex ijs, quę commentãtes
diximus in summa de corporibus.Ergo senectus,& dispositio comitans senectutem non facit corpus neutrum vt G
nunc. Amplius corpus semper sanũ, & semper ęgrum,& semper neutrum,quę sunt in latitudine sanitatis, ſm
omnem ætatem manent similia:si ergo deueniant ad senectutem,erunt sana,quantum est ex aptitudine naturali,
sicut & in alijs ætatibus. Adhuc autem,si faceret corpus neutrum vt nunc,non faceret eiusdem generis cum cõ
ualescente: corpus enim senis est in defectu & amisione virtutis:conualescentis vero est in prouentu ad virtutis
amissæ recuperationem.Magis ergo videtur corpus senis asimilari ægrotaturo, quod similiter est in defectu, &
amisione virtutis & sanitatis.Quare magis competent ei causæ pręseruãtes,quàm resumptiuę. Nisi esset, ꝙ in
veritate corpus senis non habet dispositionem pręter naturam(sicut dicebatur)nisi intelligamus pręter naturam,
idest,pręter temperamentum:ipsum enim distemperatum est,comparatum ad se ipsum in adolescentia,& iuuen-
tute.Sed hoc ad ipsum redire non potest,licet posit velocitas lapsus eius vtcũq; retardari:nec est neutrum vt nũc,
imo,dum se habet ſm naturam,est sanũ sanitate,quæ est aut sanitas simpliciter, aut vt nunc,ſm ꝙ à generantibus
habuit melius temperamentum vel peius:& hoc dico ſm debitum ętatis.Quòd ergo ponit ipsum Gal.intra cor-
pora neutra vt nunc,ideo est,q̄a sanitas senis non est reddens operationes perfectas ea perfectione,qua sanitas iuue
nis,proprer naturalem lapsum,qui ab ętate. Ait.n.in quinta par.sanat.methodi,ꝙ corpus deficiens ab optima
compositione,tribus de causis deficit,vel quia male ab initio constructus est fœtus,vel quia postea ex causa aliqua
ad præternaturalë deuenerit dispositionem,vel ætatis ratione:ex quo quidë accidit sanitatem eius similari neutra
litati.Sed tunc dices magis ipsam similari neutralitati ægrotaturi,cuius est defectio,q̃; conualescentis,cuius est per H
fectio propria. Propter quod sciendum est,ꝙ,quãuis ab ipsa defectionis inchoatione circa opera magis asimi-
letur ægrotaturo,tamen à causa,qua operationes debiles sunt diminutæ, magis asimilatur conualescenti. Habet
enim corpus ægrotaturum operationes deficientes propter habere causam antecedentem suæ ægritudinis, quam
corpus senis non habet:sed corpus senis habet debiles & deficientes operationes propter frigiditatem complexio-
nis,& paucitatem sanguinis & spiritus,sicut conualescens ex ægritudine.Quare ex hoc est plus simile conualescë-
ti,quàm ægrotaturo. Adhuc autem,cum causa salubris ordinetur ad causam defectus, eadë & similis erit causa
salubris senis & conualescëtis. Et,si dicas senes nõ posse meliorari ex causis salubriũ resumptiuis, sicut conuale
scëtes,quare frustra eis ordinari,Dicemus tales causas resumptiuas ad minus prohibere celeritatë senectutis, & ex
hoc posse dici p̄seruantes à senectute & morte,sicut & cõseruantes de genere corrigentiũ sunt causarũ,vt supra di-
ctum est.Sicut ergo conseruantes quodammodo præseruantes dictæ sunt,sic & resumptiuę similiter quodãmodo
præseruantes dicuntur, imo etiam resumptiuæ, Quãuis corpori conualescentis non posint dici cõseruantes, sed
efficientes in eo sanitatem,in cuius est prouectu,eo ꝙ ſm veritatem corpus neutrum est:tamen corpori senis pos-
sunt conseruantes dici,de genere quodammodo reductiuarum,eo ꝙ corpus eius ſm veritatem sanum est:& erunt
resumptiuæ senis quasi reductiuæ.

Si igitur

Ant. A Si igitur dispositio est talis,bonus quidem,sed paruus sanguis,& cum eo vitalis qui appellatur spiritus, & animalis:Ipsæ vero solidæ partes sicciores,& propterea etiam virtutes earum infirmiores,& propter has totum corpus frigidius.

Leo. Dispositio quidem igitur talis est.Optimus quidem,sed exiguus,est sanguis, atq; vnà cum ipso spiritus animalis,atq; vitalis:Ipsæ vero particulæ solidæ sicciores,& idcirco eorum vires sunt imbecilliores:Atque earundem ratione corpus vniuersum frigidius.

Com.84. Cum dedit modum,quo determinaturus est de causis resumptiuis conualescentium & senum, ante, quàm de ipsis loquatur,pręmittit,quę sit dispositio cōualescentium & senum,vt penes eam eligat causas resumptiuas,& dicit,SI IGITVR &c.idest,cum igitur dispositio conualescentium & senum est talis & c.Et requirit ista coniūctio conditionalis,si,ꝙ in sequenti,vbi dicit,Causę vero salubres.amoueatur inde coniunctio aduersatiua,vero:aut vt dicatur,si ergo dispositio est talis,idest,si homo igitur est conualescēs vel senex, bonus quidē est & c.Sed alia trāslatio sine conditione proponit,& est melior textus,vt dicatur,Igitur dispositio senum & conualescentiū talis est,qa sanguis in eis est bonus,sed paucus.& causa huius in conualescente est, quia, si conualescit ex morbo, cuius causa non fuit humoralis,tunc humor ex se non peccauit,quare sanguis est bonus.Similiter etiam,si cōualescit ex morbo,quem causauit vitium humoris,tunc iam in cōualescentia omnis facta est correctio malitiæ humoris, per quā B causabat morbum.Si.n.non esset ibi emendatus humor causans morbum,tunc esset adhuc in conualescēte causa antecedens morbi:sed hoc facit corpus ęgrotaturum & non conualescens:quare oportet ibi emendatum esse humorem ab ea malitia,quę erat causa morbi.Ergo sanguis conualescentium bonus est, sed tamen est paucus:& causa huius est aut abstinentia,quæ pręcesit,inducta quidem ad curam morbi,tunc coaccidens deiectioni appetitus: aut resolutio,quæ pręcesit,facta quidem ab essentia morbi,siquidem calidus fuit morbus:aut proprius,si corpus fuit morbidum à calore,nō.n.est morbus calidus,sed est calor:aut vigilijs,aut doloribus,qui ſm ipsum, & huiusmodi,s.purgationibus naturalibus,aut artificialibus.Non est tamen hęc paucitas in conualescētia omnis morbi, sed maxime ex morbo vniuersali,qui est febris,& huiusmodi. Et huius causa in sene est,quia sanguis senum, cū ipsi quidem se habent ſm naturam,est bonus,ea.s.mensura,quæ attinet ætati,non absolute bonus propter frigiditatem & spissitudinem,quę sibi propria est ab ætate:paucus autem propter debilitatem caloris innati ab ętate,minus solito in sanguinem conuertētis de cibo. Deinde dixit,ET CVM EO &c.idest, & similiter cum sanguine est spiritus,vocatus vitalis,& animalis,bonus,sed paucus:& est causa bonitatis bonitas sanguinis, ex quo gignitur sicut ex materia:paucitatis autem paucitas ipsius,& caloris ipsum spirituificantis:& hoc ſm vtrunq;,s.conualescētem,& senem. Vocat autem spiritum vitalem,qui ex primo & principali membro consurgit in totum corpus sicut ex camino,per quem spiritum anima corpus viuificat influendo per ipsum omnes virtutes suas, sicut cœlum C per radios Solis & stellarum,vt supra ostendimus. Animalem autem vocat,ipsum eundem ſm essentiam, sed rursus in membra descendentem ex cerebro,& ferentem ab ipso sicut à cordis vicario in membra virtutem sensus & motus,quibus animal est animal ſm perfectionem secundam in cerebro acquisitam:sicut hęc omnia iam declarauimus. Aut fortasis vocat spiritum animalē,eum,qui generatur in arterijs cerebri, quamuis virtute caloris à corde prodeuntis vocatum quidem animalē propter diffundere virtutes,quas diximus. Deinde dixit, IPSAE VERO &c.idest,& ipsę solidę partes sunt sicciores:& vult per solidas partes,omnia membra corporis, quæ respectu sanguinis & spiritus dicuntur solida,quasi solidum sit idem,quod fixum, oppositum fluido & currēti.Causa autē siccitatis in sene est continuata humidi ipsorum resolutio & exiccatio facta à calore innato & mundano, nec quidem restaurati per omnino simile,sed per habens quidem continue in plus & plus diuersitatis ad primum : In cōualescēte autem causa est resolutio humidi ipsorum,facta quidem tum à morbo,siquidem fuit extranea caliditas: tum ab abstinentia,ipso quidem calore innato conuerso tunc magis super ipsum,deficiente sibi cibo, qui extrinsecus aduenit,cum vigilijs,& doloribus,& purgationibus,& huiusmodi,per quę resolutio humidi membrorum, & priuatio restaurati præcedere potuit in morbo. Deinde dicit,ET PROPTEREA &c.i.propter hæc tria,s. paucitatem sanguinis,& paucitatem spiritus,et siccitatem membrorum virtutes corporis sunt debiles:& intelligit oēs:& propter hoc etiam totum corpus est frigidius.Et causa debilitatis virtutis est paucitas spiritus, causata qui- D dem à sanguinis paucitate:& ipsa membrorum siccitas,ad cōsumptionem nāq; humidi deficit calor, qui est in eo sicut in subiecto.Cum ergo spiritus & calor sint prima organa virtutum,accidet virtutes debilitari ad ipsorum defectum:non.n.debilitantur vel senescunt virtutes in patiendo aliquid secundum se, sed in patiendo aliquid organum.Causa autem frigiditatis totius est paucitas sanguinis,& membrorum siccitas:vnumquodq; enim membrū tantum habet de calore,quantum habet de sanguine,sicut ait Gal.sanguis enim in corpore proportionatur calori corporis,sicut oleum in lucerna igniculo lycinij:propter quod deficiente sanguine consumitur calor corporis, sicut flamma lycinij deficiente oleo,quasi ab oleo enutrita.Hæc est ergo(vt in genere)dispositio senum & conualescentium,secundum quam sumendæ sunt in vtrisq; causę resumptiuę.

Ant. Causæ vero salubres,eam,quę dicta est,corrigentes dispositionem,vno quidem capitulo vt comprehendantur,sunt,quęcunq; velocem & perfectam digestionem operantur:secundum partem vero in moderatis motibus,in cibis,& potibus,& somnis sunt.

Leo. Causæ vero salubres,quæ hanc emendant dispositionem,vt vno comprehendam capite, sunt, quæcūq; præsentaneum atq; securum exhibēt alimentum:secundum partem autem in motibus moderatis,& cibis, potibusq;,ac somnis consistunt.

Cum

Cum dedit,qualis ſit diſpoſitio conualeſcentium & ſenum,ordinat ad illam cauſas reſumptiuas,ſumptas quidẽ Com.85.
& illas ab eſſentia illius diſpoſitionis,& primo generaliter,& dicit,CAVSAE VERO &c.i.ſed cauſę ſalubres cor E
rigentes prędictam diſpoſitionem ſenum & conualeſcentium ſunt(vt in genere,& hoc intendit,cum dicit,Vt vno
quidem capitulo &c.)quæcunq; adiuuant ad faciendum,vt corpus eorum nutriatur velociter & perfecte:& quia
nutricatio eſt tranſmutatio nutrientis in nutritum,hæc autem tranſmutatio & cõuerſio de cibo in corpus anima-
lis non poterat fieri propter multam eſſe diſtantiam,niſi per multa media:ſimiliter quęcunq; adiuuãt ad velocem
& perfectam faciendam digeſtionem in omnibus locis conuerſionis nutrimenti,ſ.ſtomacho, hepate, & venis, &
membris ipſis omnibus.Et cauſa hæc eſt,quia,ſi omnis eorum diſpoſitio non naturalis nõ eſt niſi diminutio ſub-
ſtantiæ ſpiritus,& membrorum ſiccitas,tunc renutricatio corporis recte quidem erit cauſa ſalubris, cum ſpiritum
augeat,& membrum humectet:omnis.n.prædicta diſpoſitio videtur cauſata eſſe ex defectu nutritionis & reſtau-
rationis deperditi,qui in ſene quidem eſt naturaliter,in conualeſcente vero accidentaliter,ſ.ex morbo præcedẽte.
Sed vltimum nutrimentum ſanguinem habentibus eſt ſanguis,ſicut dicit Philoſophus:hic autem eſt calidus & hu 2.de ge. aĩa
midus:reſtauratio ergo ſanguinis in vtriſq; ſanat omnem malam diſpoſitionem,quæ erat(vt vniuerſaliter)frigidi- lium.ca.4.
tas & ſiccitas.Dicit autẽ ideo cauſas ſalubres eſſe,quęcũq; efficiunt velocem & perfectam digeſtionẽ,quia vtriuſq;
illorum,ſ.conualeſcẽtis & ſenis,digeſtio peccat in duobus,ſ.in hoc,ꝙ eſt tarda:& in hoc,ꝙ eſt diminuta, cuius cau
ſa eſt dominium frigiditatis in eis:inconuenientiſsima.n.qualitatum omnium ad omne opus nutritionis & vitæ F
eſt frigiditas,& poſt eam ſiccitas.Ergo,quæ faciunt digeſtionem velocem,corrigunt tarditatẽ:quæ vero perfectã,
corrigũt diminutam. Deinde declinat magis ad ſpeciẽ talium cauſarũ,& dicit, SECVNDVM PARTEM &c.
ideſt,ſed cauſæ ſalubres talis diſpoſitionis magis in ſpecie(& hoc intendebat, cum dixit, Secundum partem &c.)
ſunt temperantia exercitij tàm corporis,quàm animę,& temperantia ciborum,& potuum,& ſomni,& cuiuſcũq;
alterius rei non naturalis approximatio temperata.Exercitij nanq; temperantia,quam ſupra expoſuimus capitu-
lo de cauſis conſeruantibus,eſt excitatio caloris in membris,qui digeſtionem perficit:ex ea autem,quæ cibi & po-
tus ſecundum quantitatem & qualitatem temperantia,non eſt aliud ad iuuamentum digeſtionis, quàm ex boni-
tate paſsibilitatis eorum à calore propter commenſurationem ad ipſum,niſi fuerit in eis aliqua virtus actiua medi
cinalis,qua fiant virtutem & calorem confortantes:ſed tales non ſunt abſolute cibi & potus,ſed medicinales.Sõni
etiam temperantia digeſtionem adiuuat per reuocationem caloris ad intima corporis. Non eſt autem idẽ tem-
peramentum horũ omnium ad hos,& ad perfecte ſanos,cum ipſi diſpares eis ſint ſm omnem naturã, ſicut per ſe
manifeſtum eſt. Alia autem ex rebus nõ naturalibus,quæcunq; poſſunt in caliditate & humiditate augmẽtum
præſtare,ſunt eis cauſæ ſalubres,quæ dicuntur reſumptiuę:quæ vero in contrarijs,ægrę.

Materiæ vero motionum,ſuſpenſiones,& deambulationes,& frictiones,& lauacra ſunt:&,ſi multum Ant.
meliores in iſtis fiunt,conſueta opera paulatim attingant.Ciborũ vero in principio quidem humidi, & be G
ne digeſtibiles,& non frigidi,poſtea vero etiam magis nutrientes.Potus vero aptus eſt vinum, ætate quidẽ
media,forma vero purum,& lucidum,aut album,aut ſubrubeum,odore vero ſuaue, in guſtu neque aquo
ſum omnino,neque aliquam vehementem oſtendens qualitatẽ,neq; ſtypticã,neq; amaram,neq; dulcem.
Sunt vero motus materiæ,vehicula,ambulationes,frictiones,& balneæ:& vbi non parum ſe ex his pro- Leo.
feciſſe ſenſerint,paulatim ſe ad conſueta opera trãsferant.Cibos autem aſſumant in principio quidem hu-
midos,& concoqui faciles,neque frigidos,ac,cum progreſsi fuerint, eos etiam, qui plurimum præſtãt ali-
mentum.Potus vero opportunus eſt vinum ætatem quidem habens mediocrem, in ſubſtantia autem pu-
rum, atque perlucidum,quod.ſ.vel ſubflauum,vel album exiſtat,atque ſuauiter olens, guſtui vero neque
aqueũ omnino,neq; cum aliqua inſigni qualitate,aut dulcedine,aut acritudine,aut amaritudine ſentiatur.

Cum dedit cauſas reſumptiuas conualeſcentium & ſenum ſumi particulariter ex exercitijs,& cibis, & potibus, Com.86.
& ſomnis temperatis,declarat adhuc de vnoquoq; ipſorum ſpecialiter oſtẽdens,qualibus exercitijs, & cibis, & po
tibus ſit eis vtendum,& dicit,MATERIAE VERO &c.i.ſpecies exercitiorum,quibus vtendum eſt,ſunt ſuſpen-
ſiones,& deambulationes,& frictiones,& lauacra.Habet autem alia tranſlatio loco eius, quod hic dicit, Materiæ H
vero &c.ſpecies vero motus &c.motiones enim,quas connumerat,non ſunt materiæ motus,ſed ſpecies,poſſunt
tamen materiæ cauſarum ſalubrium dici per modum,quem ſupra expoſuimus.Numerat autem lauacra inter ſpe
cies motionum,eo ꝙ ſimiliter motionibus habent calorem confortare:amplius autem magis eis & corpus hume
ctare,ſi non excedunt temperamentum. Eſt autem obſeruandum in conualeſcentibus,ꝙ gradatim & non ſubi
to inducantur in eis exercitia competentia,incipiendo à leuioribus & breuiori tẽporis mora:nec perueniant vnq̃
ad exercitium, in quo reſoluatur aliquid ex corporibus eorum,ſed excitetur calor ſubtilis tantum:dandum autẽ
de tempore plus quieti,q̃ motui,ne accidat laſsitudo & ſpiritus reſolutio. Ex motibus autem animæ competit ei,
ꝙ lętetur & gaudeat,cauens ab omni ſolicitudine,& triſtitia, & ira:ex gaudio nãq; aduenit ei caliditas & humidi-
tas temperata,ex illis autem contraria.Leuiores autem ſunt ſuſpenſiones deambulationibus, propter quod ab eis
inchoandum eſt:melius eſt autem præmittere frictionem tenerum facientem,quæ calorem excitat & adaptat mo
tionibus.Balneum autem eorum ſit temperati caloris,ne prouocet ſudorem,quo nõ indigent,ſiquidem nihil hu-
morale excernẽdum ab eis, ne perducat ad reſolutionem ſpiritus.Superinfundatur autem pauimentum ex aqua,
vt vapore eius humectetur aer, & ſuperinfundatur corpus eius aqua,& neq; contrahat in eo moram longam.Sit
autem introitus & exitus ab eo gradatus:in balneo nãq; bona eſt ipſorum medicatio (ſicut dicit Princ.) quoniam 3.pri. do.2
calefacit & humectat, & trahit nutrimentum ad membra.Non ingrediatur autem continuo poſt cibum timore cap.5.
oppilationum,

A oppilationum,neq; post exitum subito sumat cibum vel potum,sed post quietem competentem,ne cibus vel potus crudus ad membra festinet.Prohibeatur autem eis omnis euacuatio, & proprie coitus.Si vero sint in eis reliquiæ humorum adhuc excernendæ,tunc non indigent eductione illarum,vt conualescẽtes,sed vt ægrotaturi, nec enim tales proprie habent dici conualescentes. Senes autem omnes indigẽt motu,ne naturalis eorum calor extinguatur:& nullus eorum(sicut Gal.dicit in quinta par.sanat.artis)omnimoda quiete opus habet,sicut nec exercitio vehementi.Flabellari enim eorum indiget calidum,sicut paucum existens,vt confortetur,& materiæ dominetur:magnæ autem flammæ non indigent flabellante,sed sibi ipsis sunt sufficientes ad hoc,vt saluentur & dominentur materiæ.Senibus autem fortaßis deambulatio erit difficilis,sed equitatio suauis est eis bona, quam præcedit frictio temperata in quantitate & qualitate,cum oleo facta.Gaudium autem forte est in conseruando & resumendo eos,aduersans tristitiæ naturali,quæ ętatem comitatur.Balnea vero eorum similiter sint ad modum prædictum propter id,quod dictum est.Euacuationes autem non sunt eis vtiles,dum secundum naturam se habẽt:ꝙ si humores crudi crescant in eis,euacuentur per ventrem euacuatione subtili, non laboriosa, sed magis aut vrinæ prouocatione per vina diuretica,& vniuersaliter per quæcunq; non pharmacosa.Strictura ventris in eis aperiatur cibis lenificantibus.Coitus autem nociuior est eis omnibus rebus. Deinde procedens dixit, SED, SI MVLTVM &c.idest,&,si ex hoc regimine circa exercitia,& balnea,& frictiones temperatas multum meliorentur,bonum est,ꝙ gradatim reducantur ad opera consueta.Hæc enim,et si absolute grauiora accidat alijs esse quibusdam

B insuetis,ab eis tamen facilius feruntur propter consuetudinem,quæ naturæ simulatur:à consuetis enim nõ fit passio,sicut à nouis iuxta illud hippocraticum,Assueti assuetos labores ferre,etsi fuerint imbecilles aut senes, insuetis

2.aph.49 & fortibus & iuuenibus facilius ferunt.Dixit autẽ hoc Gal.maxime pro conualescentibus, qui dereliquerunt propria opera,non autem pro senibus,quos non decet propria opera derelinquere,nisi quia,si fortiora fuerint,oportet ea paulatim attingere,nec in eis omnino perseuerare. Deinde dixit,CIBORVM VERO &c.idest,sed cibi, quantum ad vtrunq;,debent esse humidi propter vtriusq; corpus declinare ad siccitatem : ex talibus.n.retardatur senectus,eo ꝙ melius & facilius enutritur ab illis corpus senis,q̃uis non sint homogenei suæ naturę.Ex quo patet, ꝙ resumptiua senis non est conseruatiua in eodem,eo ꝙ talis conseruatio a similibus fit:& ꝙ proprie talis conseruatio non debetur eis,s.resumptio:sicca.n.non sunt eis vnibilia.Quòd si aliquando talia sumant ad conseruationem,debent esse ad minus humida actu, vt penetrabiliora fiant per meatus iam quidẽ à frigiditate & siccitate cõtractos.Sed Gal.magis habens respectum ad conualescẽtes in hoc toto capitulo,dixit,in principio quidem humidi &c.postea vero magis nutrientes,quod cõualescẽtes maxime respicit,qui sunt in prouectu sanitatis:senibus.n. semper humidi,& calidi,& multi nutrimenti videntur exhibendi.Ergo dixit,ꝙ ex hoc genere ciborum offerendi sunt conualescentibus humidi in principio:hi.n.maxime opponuntur eorum siccitati, restituentes in eis amissam dispositionem. Deinde dixit,ET NON FRIGIDI,quantum ad conualescentes.Non autem dixit calidi,quia cõ

C ualescentes ex febribus,quamuis declinent ad frigiditatem & siccitatem, tamen corpora eorum reinflammabilia sunt ad modum torris seu carbonis extincti:propter quod cibi eorum debent esse non multum declinantes ad caliditatem:ad quod quidem significandum dixit,non frigidi.s.nec actu,nec virtute,sed temperati aut parumper calidi:senibus autem calidiores semper,minus dubitandi sunt. Sunt autem cibi humidi, quibus in principio vtẽdum esse dixit,sorbitiones,& iura pullorum,& oua sorbilia, & huiusmodi,talia enim velociter conuertũtur, & facile ad membrum pertingunt. Deinde dixit,POSTEA VERO MAGIS nutrientes. & hic respicit conualescentes tantum,qui gradatim deducendi sunt in pristinum vigorem:quod quidem non fiet nisi per oblationem ciborum,qui plus,& spisius,& magis adhærens præstent alimentum,& vniuersaliter eorum ciborũ, quibus in hora præteritę sanitatis alebantur:ad quos quidem gradatim accedendum est,ne accidat eis impoßibilitas digerendi duriores,si non secundum ordinem gradationis eis offeratur.Sunt autem tales nõ iura,aliaq; sorbilia, sed carnes, aliaq; spissa & substantiosa cibaria.Melius est autem eorum cibum partiri,vt.s.bis vel ter in die ipsis offeratur modice quantitatis,vt digeri poßint,& neq; confundatur eorum paucus calor in multo cibo.Misceantur autem & cibis eorum aromata,calorem innatum confortantia,& specialiter cibis senum. Scias etiam hic, ꝙ, cuius maciẽs est facta in diebus paucis,reditus ad carnositatem erit in diebus paucis,quoniam virtus corporis est remanẽs fixa:

2.aph.7. in contrarijs autem contrarie,& propter contrarium,iuxta Hippo.aphorismum,Quę in multo tempore extenuã tur corpora &c. Reminiscendum etiam,ꝙ,si non appetunt conualescentes,tunc in eis est repletio & reliquiæ:

D quæ,si paulatim augeantur,facient subuersionem:quare indigent purgatione,& non sunt proprie conualescẽtes. Si autem appetunt,& non impinguantur,tunc offertur eis vltra,quàm digerere poßint, & crescũt in eis humores

2.aph.8. crudi, ex quibus corpus non nutritur, iuxta aphorismum Hippocr.Si ex ægritudine cibum accipiens quis &c.

Deinde dixit,POTVS VERO &c.i.sed potus eis conueniens est vinum has habens conditiones,s.vinum, cuius ætas sit media,s.inter antiquum & nouum:antiquum enim est superflue calidum & siccum,nouum autem vẽtosum, & fæculentum,& vaporosum,quorum neutrum competit conualescentibus & senibus.Concederetur autem fortaßis senibus antiquum magis,quàm nouum,quia minus timetur eis inflammatio à tali, quàm conualescentibus,sed tamen vigilias inducit,quæ senibus nocent valde:Adhuc etiam vinum,cuius forma sit pura & lucida,quod significat bonitatem defæcationis eius:Illud quoq;,quod in colore sit album,vel subrubeũ, ex his enim coloribus ostẽditur temperantia suę caliditatis:rubeum autem clarum,aut citrinum, sunt ex coloribus vini, quæ cauenda sunt conualescentibus,senibus autem magis concedenda:Illud quoq;,quod in odore sit suaue,& aromaticum,hoc enim confortat spiritus:acuti autem odoris existens non competit conualescentibus, tum quia superflue calefacit,quod tale,tum quia replet vapore cerebra eorum,sed senibus non est inconueniens, quantumcunq; sit vinosum,nisi sit antiquum ætate,quia tale nimis est exiccatiuum:Illud quoq;, quod in gustu non est aquosum omnino,siue hoc etiam habeat ex se,siue ex multæ aquæ permistione,quoniam tale est frigidum nimis,& ventosum,& stomachum debilitans:Neq; debet esse ostendens aliquem excellentem saporem,ex quo significetur in eo

aliquod

aliquod diſtemperamentum in calore,frigore,humiditate,vel ſiccitate:ex ſtyptico enim oſtẽditur ſiccitas,ex ama- E
ro caliditas,ex dulci autem licet non oſtendatur diſtemperantia in calore vel frigore, oſtenditur tamen in eo ſub-
ſtantiæ craſsities. Eſt autem hic attentione dignum,ꝙ differẽtiæ vinorum,quæ ſunt eis propriẹ,& ex quibus eſt
iuuamentum & nocumentum,ſecundum ſe ſunt ex genere ſaporis,& ſubſtantiæ,& virtutis eorum,ſicut Gal.dicit lib.3.cō.1.
in com.reg.acut.ægritudinum. Ex colore autem & odore eorum non ſumuntur differentiæ niſi ſecundum acci-
dens,vinum enim ex colore & odore nihil operatur in corpus. Adhuc autem non ſumitur differentia eorum ex tẽ
pore,ſed ſumitur ex talibus ſignum ſuper proprijs eius differentijs,vt ſuper ſubſtãtia,& virtute, ſicut per ſe patet.

Tacuit autem de ſomno,quia facile quidem eſt intelligi,ꝙ ipſi indigẽt ſomno paululo prolixiore, & mora in le-
cto longiore,q̃ ſani & iuuenes,ad reſtaurationem humiditatis,ad quam quidem ingeniandum eſt maxime ſeni-
bus per exhibitionem lactucarum cum cinnamomo. Caueatur autem diurnus, & maxime conualeſcẽtibus, quia
mollificat corpora eorum,& facit cruditatẽ per hoc,ꝙ frangit de virtute caloris innati. His ergo & ſimilibus di
recti conualeſcentes & ſenes conſequentur hi quidem ſanitatem:hi autem terminum naturalem vitæ,qui debetur
ipſis ſecundum naturam,non eum,qui debetur homini abſolute:ſed,qui debetur ipſis,exiſtit prouectio naturalis
ad vltimum frigiditatis & ſiccitatis. Hic autẽ terminus(ſicut dicit Princ.)ſtat immotus, ſuis quidẽ innixus princi- 3.pri.cap.1.
pijs,ſ.menſuræ caliditatis & humiditatis,ex primis principijs acquiſitæ,ad quem pauci aut nulli perueniunt mul- F
tis accidentibus interrumpentibus prius vitam:ad quibus obuiandum tum ignorantia, tum impotentia debiliter
attingit ars conſeruatiua vel reſumptiua. Nequicq̃ ergo dicit Hali poſſe vitam elongari,ſi reſpectu huius termi com.213.
ni hoc dicitur:reſpectu autem accidentalium terminorum improprie dicitur elongari vita,cum ad illos terminos
eam finiri non ſit neceſſarium. Habet ergo calidum & humidum hominis conſeruationis modum, per quem ad
illum finem peruenit,quem natura meretur,& hoc libro de conſeruatione ſanitatis habet oſtendi.

SED ADHVC incidit hic dubitatio, vtrum vita alicuius indiuidui poſsit elongari vltra illud, quod debetur
menſuræ ſui primi natiui humidi & calidi. Et videtur,ꝙ poſsit:nam,ſi poteſt complexio meliorari,poteſt vita elõ
gari. Sicut enim calida & humida complexio eſt longioris vitẹ,ita &,quẹ ad eandem reducitur,eſſe debet:propter
hoc enim & ſemifrigido & ſicco exiſtenti reſumptiua adhibemus calida & humida, quaſi reductiua. Hoc autẽ
videtur contra Principem in principio fen tertiæ,vbi ait,ꝙ vnumquodq; corpus terminum habet, in quo reſiſtit libro.1.
ſiccitati neceſſariæ cõplexione ſua, & calore ſuo innato,& quantitate ſuẹ innatẹ humiditatis, à quo non remoue
tur,licet contingat(vt dicit)ꝙ ante hunc terminum adueniunt cauſẹ in ſiccitate adiuuantes,aut alio modo perne-
cantes. Dicendum ad hoc,ꝙ per eam partem artis,quæ proprie dicitur conſeruatiua, non poteſt vita elongari
vltra id,quod debetur primẹ complexioni indiuidui,quam ipſa nititur in eodem conſeruare,ſed eam vſque ad na
turalem perducit terminum,ſi conuenientia conſeruat. Et hoc eſt,quod ibi dicebat Princeps, ꝙ in ipſius quidem
fortitudine conſiſtit,ſ.arte cuſtodiendi ſanitatem,vt corpus vſq; ad debitum tempus ſecundum ſuam primam cõ-
plexionem permanere faciat. Sed per eam partem artis,quæ proprio nomine vocatur reductiua,non eſt dubiũ, ꝙ G
elongari poteſt,dum tñ poſt reductionem obſeruentur præcepta conſeruatiuæ in eodem. Propter quod reſumpti
ua prohibet accelerationem ſenectutis vltra id,quod prohiberet conſeruatiua in eodem.

Dictum eſt autem(vt modo dixi)in therapeutica facultate amplius ſuper his. Nunc autem non percur- Ant.
rere omnia particularia nobis propoſitum erat,ſed ſolum rememorari capitula, quorũ in alijs negocijs fe-
cimus tractationem. Quæ perſcribens,quot,& qualia,terminabo orationem in eis.

Vt autem proxime diximus de hiſce omnibus in libris de arte curandi conſcriptis plenius diſſeruimus. Leo.
Nunc enim neq; omnia particulatim recenſere eſt noſtri propoſiti inſtitutum, ſed ſolum capitum men-
tionem facere intendimus eorum,quæ in alijs voluminibus latius explicauimus. Quorum omniũ ſi prius
& numerum,& qualitatem expoſuero,finem libro imponam.

Cum dedit cauſas reſumptiuas conualeſcentium & ſenum,ſummans eas in capitulis tantum, remittit particu- Com.87.
larius ſcire volentem ad librum ſuum,vbi hæc explicãtur,& dicit,DICTVM EST AVTEM &c.ideſt, ſed (ſicut
modo,ſcilicet in principio huius capituli,diximus)dictũ eſt magis explicite de his in libro therapeuticẹ methodi.
Et hoc dico,quantum ad conualeſcentes:horum enim principaliter proſecutus eſt reſumptiuas, quoniã & eis ma-
xime competunt tales. Quantum vero ad ſenes,quibus cauſæ ſalubres magis proprie dicuntur cõſeruatiuæ, de ge H
nere quaſi reductiuarũ exiſtẽtes,dictũ eſt magis explicite in libro de cõſeruatione ſanitatis. Deinde excuſans ſe, libro 5.
ꝙ nõ eplicatius eas expoſuerit,dicit,NVNC &c.ideſt,q͞a nũc nõ erat nobis propoſitũ percurrere oĩa particularia,
ſed ſolũ rememorari capitula:talis.n.eſt mos huius doctrinẹ diffinitiuẹ(ſicut incipiẽs dixit)ꝙ ſolũ capitula & cõ-
cluſiones in ea dicũtur eorũ,quẹ in alijs libris particulariter oſtẽduntur,quaſi quẹdã epilogatio ad memoriã ordi-
nata,& non ſicut ad ſpeculationẽ particulariter demonſtrata. Deinde dixit,QVORVM IN ALIIS &c.i.nos
enim in alijs libris fecimus de his tractationẽ,i.particularẽ explicationẽ. Quos libros,quot ſint,& quales, determi
naturũ ſe dicit in ſequẽti et vltimo capitulo,vt ſciat homo,in quo particulariter ſit quẹrẽdũ explicitũ,quod hic eſt
ſummatũ:quod capitulũ cõmentari non audemus. Nã,cum oporteret vniuſcuiuſq; illorũ cõtinentiã dicere, non
poſſemus,cũ multos ex libris ibi nominatos nõ viderimus vſq; in hodiernũ diẽ. Sicui aũt ex ſermonis lõgitudi
ne diſplicemus,rogabimus eũ ad ſolã textus expõnem directis oculis,ad digreſsiones nõ attendere,quẹ tũ ad exer-
citium,tum propter quædam nobis aliter videri,q̃; multis, inducuntur. Ego vero verſus Vergilij proferens,
Sed nos immenſum ſpacijs confecimus æquor, Et iam tempus equûm fumantia ſoluere colla. Hic faciã finẽ 2.georgico
in eo,qui eſt finis,ad quem cuncta contendunt,Cui gratiẹ ſint infinitẹ. Soli Deo honor & gloria,& non mihi.

Turiſani de Turiſanis,Florentini,medici acutiſsimi,tum monachi Chartuſienſis,in artem paruam
Galeni Plus q̃ commentum explicit.

Reliquum

Reliquum textus idem Author non expoſuit, ꝙ omnes libros Galeni translatos non haberet.

Ant. A DIctum igitur eſt & prius, quoniam eſt vnus alius liber, in quo de conſtitutione artis medicinæ tractauimus. Antecedunt autem eum duo priores, qui ſunt de artium conſtitutione, ſed hi cum nunc expleto, in eorum numero, quæ ſine tractione, ſunt operum. *Illi autem hunc ordinem habent: De ijs quidem igitur, quæ ſecundum Hippocratem ſunt elementa, vnus liber eſt. Poſt autem eum tres de complexionibus, quorum duo quidem de ijs, quæ in animalibus ſunt, complexionibus: tertius autem de ijs, quæ in pharmacis. Ideoq; & de ſimplicium pharmacorum virtutis opere non poſsibile eſt ſcire perfecte, ſi non diligenter ſtudeas legere tertium de complexionibus. Eſt autem & alius liber paruus, ſequens duos primos de complexionibus, qui de anomala diſcraſia inſcribitur. Hunc autem ſimiliter alij duo parui, hic quidem de compoſitione optima corporis: hic vero de bona habitudine. Tripartita eſt alia tractatio de virtutibus naturalibus, quam ſiue poſt duos de complexionibus, ſiue poſt eum, qui de elemẽtis legere quis B velit, poteſt conſequi. Poſt hunc autem multis libris de animalibus operationibus tractauimus. Quoniam autem in demonſtrationibus eorum non parua vtilitas eſt, quæ per anatomiam apparent, primum in illis exerceri nos oportet. Eſt autem vtiliſsima quidem eorum, quæ vocatur anatomica aggreſsio, & aliæ cum ea multæ. In duobus quidem de anatomiæ diuerſitate: in vno autem de ea, quæ mortuorum anatomia: poſt hos autem duos de ea, quæ viuorum: in alijs autem quibuſdam ſecundum partes introducendis fecimus eam, quæ de oſsibus, & eam, quę de muſculis eſt anatomia: & eam, quæ neruorum: & eam, quæ arteriarum & venarum: & quidam tales alij talium ſunt, & an ſecundum naturam in arterijs ſit ſanguis. Demonſtrantes autem ipſorum operationes duo quidem ſunt de muſculorum motibus: tres autem de thoracis & pulmonis motu. Poſt hos, qui de reſpirationis cauſis: quos ſequitur, qui de voce. De principali autem, & de alijs omnibus, quæcunque circa naturales aut animales operationes quæruntur, in multipartito opere manifeſtauimus, quod de Hippocratis & Platonis dogmatibus inſcripſimus. Ex hoc genere conſiderationis ſunt, quæ de ſpermate ſcriptæ ſunt ſingularitates: & adhuc, quæ de Hippocratis anatomia: quæ omnia quidem de vtilitate membrorum ſequitur operatio. Ad cognitiones autem ægritudinum, & quæ de C patientibus locis, & quæ de pulſibus operatio, vtilis exiſtit, ſecundum quam & præcognitiones docemus. Antecedunt autem eum, qui de pulſibus, duo libri, qui de vtilitate reſpirationis, & de vtilitate pulſuum. Hic autem, qui de pulſibus, in quatuor partes diuiſus eſt: prima quidem de differentijs eorum: ſecunda de cognitione: tertia de ijs, quæ in pulſibus, cauſis: quarta de ea, quę per pulſus, præcognitione. Ex hoc genere eſt, qui introducendis de pulſibus ſcriptus eſt. In mente autem habeo & alium facere librum vnum, velut compendium omnium, quem artem de pulſibus ſiue epitomen inſcribam. Vtilia autem ad hanc cognitionem ſunt & ea, quæ commentor & iudico de ijs, quę in libro de pulſibus Archigenis dicta ſunt. Ad pręcognitiones autem vtilima eſt maxime, quę de criſi, tractatio eſt: antecedit autem hanc, quæ de creticis. Sed, quę de dyſpnœa, & ad cognitiões pręſentis diſpoſitionis, & ad cognitiones futurorum bonorum vel malorum circa laborantem vtilis exiſtit. Hęc igitur omnia, & cum eis quædam volumina ad cognoſcendum vtilia ſunt, quemadmodum & qui de procatarticis cauſis, & qui de medicinali empiria, & qui de ſubtiliante diæta: amplius qui de phlebotomia contra Eraſiſtratum, & qui de iis, qui præter naturam tumoris ſunt: ſimiliter autem & qui de multiplicitate humorum, & alij quidam tales. Omnium autem vtiliores ad therapeuticam methodum ſunt, & qui de ægritudinum differentia, & qui de accidentibus, & ter- D tius de his, in quo cauſas ægritudinum tractauimus: cum quibus alii tres, in quibus accidentium cauſas cõmentauimus, & qui de ſimplicium pharmacorum virtute ſunt (quorum prius meminimus) & de compoſitione pharmacorum, quos, qui de therapeutica methodo, ſequuntur. Scripta ſunt à nobis ſingulariter, & quę de regimine ſanitatis. Quod autem ante omnia hæc, exerceri oportet in ea, quæ de demonſtratione, tractatione, illum, qui rationabiliter eſt exercitaturus artem medicinę, in eo opere, qui eſt de optima hęreſi, demonſtratum eſt. De aliis autem cõſcriptionibus & rememorationibus, quas ſcripſimus, non neceſſe eſt tractare nunc, de omnibus dicturi forſitan in vno vel duobus libris, inſcriptionem habituris, Galeni de propriis conſcriptionibus.

Leo. DIximus itaque prius, quòd alter eſt liber, in quo de conſtitutione artis medicinæ diſſeruimus, Antecedunt autem eum alij duo de conſtitutione artium, ſed hi quidem vnà cum hoc, cui nunc extremam manum adiecimus, ſeorſum ſunt ab alijs libris, in quibus plenior doctrina explicetur. Illi vero talem inter ſe ordinem habent. De elementis quidem ſecundum Hippocratem liber vnus. Poſt hunc autem tres de temperaturis, ex quibus quidem duo ſunt de temperaturis animalium: tertius vero de ijs, quæ ſimplicium medicaminum ſunt. Quam ob rem & tractatum illum, in quo de ſimplicium medicaminum pote-

ſtatibus agitur, nemo recte intelligentia aſſequi poteſt, niſi prius tertij libri de temperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Eſt & alius liber paruus, qui ordine ſequitur duos priores alios de temperaturis: inſcribitur autem de inæquali temperatura. Similiter autem & hunc alij duo parui, alter quidem de optima corporis conſtitutione: alter de bono habitu. Alius vero tractatus eſt, qui tres complectitur libros de potentijs naturalibus, quem ſi quis legere velit poſt librum de temperaturis, ſiue poſt librum de elementis, vtrunque erit conſentaneum. Poſt hunc in pluribus alijs libris de operationibus animalibus diſſeruimus. Sed, quoniam ad eorum demonſtrationes non parum conferunt, quæ per ſectiones oſtenduntur, in illis exercitari oportet. Eſt aũt maxime inter alios vtilis ille tractatus, qui de ſectionũ aggreſſibus inſcribitur. Alij autem ſunt poſt eum plures, duo quidem de diſcordia ſectionis: vnus vero de ſectione mortuorum: poſt quos ſequuntur ij, in quibus agitur de ſectione viuorum. In alijs vero quibuſdam particulatim ob eos ſcripſimus, qui introducuntur, de oſsibus. Sectio quoque muſculorum, & neruorum, & arteriarum, & venarum, & quædam alia huiuſcemodi ex eodem numero exiſtunt, & liber etiam, in quo quæritur, nunquid in arterijs contineatur ſanguis naturaliter. Qui vero earundem partium operationes demonſtrant, duo quidem ſunt de motu muſculorum, tres autem de pectoris & pulmonis motu: poſt quos ſequitur liber de cauſis reſpirationis, poſt hunc liber de voce. De principatu autem animæ, & de omnibus alijs, quæ de naturalibus vel animalibus operationibus in quæſtionem trahuntur, in longo ſcripſimus libro, qui de dogmatibus Socratis & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdem generis contemplationem pertinet liber de ſemine, ſeorſum conſcriptus: & amplius de ſectione ſecundum Hippocratem. Quos omnes ordine ſequitur tractatio de vtilitate partium. Ad dignoſcendas autem ægritudines vtilis eſt liber ille, in quo de membrorum paſsionibus agitur: itidem ille, in quo de pulſibus ſcribitur, in quo & præcognitiones edocemus. Librum vero de pulſibus præcedunt alij duo, alter, qui de vſu reſpirationis: & qui de vſu pulſuũ. Is vero de pulſibus in quatuor diuiditur partes, primam, quæ eorũ differentias: ſecundam, quæ dignotiones: tertiam, quæ eorum cauſas: quartam, quæ illam, quæ per eoſdem fit, continet præcognitionem. Ex eodem genere eſt ille, qui ijs, qui introducuntur, de pulſibus ſcriptus eſt. At vero in animo eſt alium ſcribere librum, veluti quoddam omnium iſtorum compendium, quem inſcribam vel artem de pulſibus, vel compendium. Ad hanc quoque iuuant contemplationem quæ à me exponuntur & ſimul iudicantur in libro Archigenis de pulſibus. Ad præcognitionem autem plurimum confert liber de criſibus, ideſt decretis naturæ, quem præcedit alter de decretorijs diebus. Sed liber etiam, qui de difficili anhelitu inſcribitur, & ad dignoſcendum præſentem affectum, & ad præſcienda bona vel mala, quæ ægrotanti ſunt euentura, conducit. Hi igitur omnes, atque vnà cum ipſis tractatus quidam vno tantum libro comprenſi, cognitu vtiles ſunt, ſicuti illis, qui de præincipientibus cauſis inſcribitur, & de medicinali experientia, & de extenuante victu, & qui de venarum ſectione ad Eraſiſtratum, & qui de tumoribus præter naturam, & qui de multitudine, atque alij præterea ſimiles. Præ cæteris autem ad curandi ſcientiam maxime neceſſarius exiſtit, qui de morborum differentijs agit, & de accidentibus, & tertius præter illos, in quo morborum cauſas explicauimus: poſt quos ſunt tres alij, qui accidentium cauſas explanant. Sunt etiam de medicamentorum ſimplicium viribus libri, de quibus ſupra meminimus: & qui de medicamentorum compoſitione, quos ſequũtur libri de arte curandi, ijs, qui de ſalubribus inſcribũtur, ſeorſum à nobis conſcriptis. Quòd vero ante hoſce omnes prius exercitari oporteat in libris de demonſtratione, ſiquis hanc artem cum ratione ſit tractaturus, monſtratũ eſt à nobis in libro, qui de optima inſcribitur hæreſi. De alijs autem libris, & commentationibus à nobis ſcriptis tranſigere nunc minime neceſſarium, cũ de hiſce omnibus alibi ſimus tractaturi, in vno fortaſsis, aut duobus libris, qui ita inſcribentur, Galenus de voluminibus ab eo conſcriptis.

TVRISANI DE TVRISANIS FLORENTINI monachi Cartuſienſis Tractatus de Hypoſtaſi pulcherrimus.

PROOEMIVM.

QVAESIVIT à me veſtra dilectio de hypoſtaſi vrinæ tractatum, in quo, quid ſit hypoſtaſis, & eius generatio, & in quibus, quæ quoq; ipſius generalis ſignificatio, breuiter demonſtrarem. Nec equidem puto intentionis veſtrę fuiſſe, vt de ſpeciebus hypoſtaſiũ, earumq́; ſignificatis ſpecialibus percurrerem, maxime cũ in talibus oporteret illa iterum repetere, quæ ab authoribus medicinæ ſufficienter eſt videre conſcripta, ſed ea tantùm, etiam in ijs, quæ dicere propoſita mihi ſunt, quæ à nobis inuenta, vel ab eis latenter expoſita fuerunt, maxime circa putridas febres, quarum proprie cauſas earumq́; diſpoſitiones à manerie illarum eſt diſcernere hypoſtaſium,
B quæ cum vrinis deſcendunt. Ad quod, vobis iuxta menſuram ſcientiæ noſtræ ſatisfacientes, principium intentionis hinc aſſumamus. Quid nomine hypoſtaſis ſignificetur, primum declaremus, deinde quid ſit res ſignificata per nomen.

Quid nomine hypoſtaſis ſignificetur. Cap. 1.

1. primi do. 3. ſũ. 2. ca. 6. DIco ergo, ꝙ (ſicut dicit p. Abolai) hypoſtaſis apud medicos ſignificat omnem ſubſtantiam, quæ ſpiſsioris exiſtit ſubſtãtiæ, q̃ aquoſitas: & eſt ab ea diuiſa ita, vt apud viſum facile diſcernatur à ſubſtantia vrinæ. Et huius ſunt tres primę differentię, Quædam enim deſcendit ad fundum vaſis, quæ proprijſsime hypoſtaſis, ſeu ſedimen, dicta eſt: Quædam in corpore vrinæ ſuſpenditur, cuius duplex eſt modus, quia Aut pendet in medio corporis vrinæ ad modum nubis in aere, & dicitur eneorema: Aut in ſupremo ad modum rei congelatæ ſuper infrigidata iura (vt dicit Gal. quarta part. met. ſanatiuæ) & dicitur nephele. Sed, quia omnes iſti modi videntur eſſe eiuſdem rei ſecundum ſpeciem per craſſum & ſubtilem, multum & paucum, ſpirituoſum & non ſpirituoſum differẽtis, nõ debet videri mirabile, ſi apud medicorum ſcholam noĩe hypoſtaſis ſeu ſediminis cenſeantur oẽs. Subtilitas enim, & paucitas, & ſpiritus alicuius admiſtio ſunt, quæ prohibent ſubſidere illam: ſubtilitas quidẽ & paucitas priuatione grauitatis deſcendere vetando, ſpiritus vero ſubleuãdo ipſam in ſupremam partẽ. Poſt hoc dicemus, ꝙ (ſicut
i. 4. cõ. 46. dicit Gal. in cõmen. progn.) hypoſtaſis, quæ ſubſidet in vrina, eſt illud ex cibis, quod refugit operationem naturæ apud conuerſionem ſuam ad ſanguinem (hæc enim proprie & ſimpliciter dicitur hypoſtaſis apud medicum) aptũ
C quidem natum in vrinis omnium euadere. Ex quo patet, ꝙ ſanguis, & phlegma, ſanies, & harena, aliaq; hmõi, quibus notificatio dicta non cõpetit, & paucorum ſunt, cum euenit in vrinas euadere, & in ipſis ſubſidere, nec proprie nec ſimpliciter dicunt hypoſtaſes. Eſt ergo hypoſtaſis proprie dicta illud ex chylo aſſumpto in venas, quod remanet inſanguificatum. Ex quo videtur, ꝙ proprie loquendo non eſt ſuperfluitas digeſtionis ſecundæ, ſed eſt illud, in quod non potuit ſecunda digeſtio: tale enim, ſi non habuerit aliunde reſolutionem, aptum natum eſt euadere in vrinam, & in ea ſubſidere. Fęx autem cholerica, & melancholica, & vrina, ſunt verę ſuperfluitates digeſtionis ſecundæ, quæ non poſſunt dici oĩo refugiſſe operationem naturę apud illam cõuerſionem, neq; remanſiſſe inſanguificatæ, cum ſint ſuperfluitates, quæ à ſanguificato ſecernuntur, proportionales tribus ſubſtantijs, quæ rema
i. 2. cõ. 44. nent in ſanguine, & in quas ſanguis ipſe ſegregat per modũ à nobis expoſitum in Plusquãcõmento microtechni.

Dicamus ergo, ꝙ hypoſtaſis eſt ſuperfluitas ſecundæ digeſtionis æquiuoce cum prædictis. Et ex hoc fortaſſe videbitur alicui, ꝙ talis hypoſtaſis non ſit inuenibilis in vrinis ſanorum, neq; eorum, qui ſimpliciter, neq; eorum, qui vt nunc ſanitatem habent, ſi quidem & ipſi non peccauerint in conſeruatione ſanitatis: in vtriſq; enim nihil amplius offertur de cibo & potu, q̃ quantum digerere bene poſſunt: Quod quidem quantumcunq; bene cõmenſuratum offeratur vtriq;, tamen ſemper aliquid illius refugit operationem prędictam, ſi circa ſomnum & vigiliã, exercitium & quietem, & alias res non naturales non fuerit vtriſq; eorum propria commenſuratio obſeruata. Et
lib. 3. cõ. 15. hoc eſt, quod innuebat fortaſſe Gal. in microtechni ca. de cauſis conſeruatiuis corporis optime ſani, cum dixit, Et
D ita eis diæta vtentibus cõmenſurata in cibo, exercitio, egeſtionibus, nihil delinquitur circa ventrem, & vrinam, & circa corpus. Videtur enim aliquod in vrina delictum eſſe hypoſtaſis, cum illa educitur, eo ꝙ ſignificat naturam non toti aſſumpto præualere potuiſſe, & inde ſuperfluitatem remanſiſſe: quæ non eſt ſuperfluitas eueniens curſu naturæ, ſicut ſtercus, vrina cholerica, & melancholica, ſed accidens naturæ ex ſuppoſitione improportionalitatis
2. primi do. cibi ad ipſam, & ita ex peccato diætæ. Et ſimile huius videbatur intendere Princ. cum ait, ꝙ talis hypoſtaſis non
3. ſũ. 2. ca. 6. eſt quærenda in ſanis, quia non ſemper oportet in venis ſani humorem eſſe, qui ſit excutiendus. An eſt fortaſſe impoſsibile vrinas quantumcũq; ſtudentium in conſeruatione ſuę ſanitatis, omnino priuari hypoſtaſi? quod qui
capite 12. dem manifeſtatur ex dicto Gal. primo de criſi. Ait enim, ꝙ, quandiu ſanguis permanet in ſemita digeſtionis, videtur in vrina, quæ mingitur, color ad albedinem decliuis, & ſedimen in ea lene, æquale, album, plurimum: cũq; cõpletur digeſtio, additur color eius, & minoratur, quod in ipſa reſidet: deinde, ſi prohibueris poſt hoc hominem à cibo, videbis vrinæ citrinitatem addi, & ſedimen amplius minorari. Ex quo videtur, ꝙ aliqd in vrina quandoq; decoletur ab aſſucto chylo in venas ante complementum ſanguificationis, tum ſicut à renibus attractum, tum ſicut ſui ſubtilitate velociter penetrans: & ꝙ ſemper tali vrinæ decolatæ à ſanguine, dum ipſe digeritur, i. dũ adhuc participat ſpeciem chyli, & non dum ſuſcepit perfecte ſanguinis formam, aliquid, imo multum, aſſocietur de ipſa ſubſtantia chyli, ſiue maſſæ ptiſanariæ aſſuctę in venas, & euadat cũ ipſa: quod qdem & propter id dicitur effugere

operationem naturæ,qua fit ſanguificatio:propter quod ẽt ad albedinem declinat, ſm naturam corpore ſe haben E
te,ſicut ipſa maſſa ptiſanaria. Aſſociatur aũt ei tunc maxime propter non poſſe ſubſtantiam aquoſam diſcerni ab
adhuc bulliente chylo,& in ſemita digeſtionis adhuc exiſtente:eſt enim de natura bullitionis miſcere partes cum
partibus. Et propter hoc ẽt minoratur hypoſtaſis in vrina,quando cõpletur chyli ſanguificatio: & amplius mino-
ratur,cum prohibitione cibi fiat ſanguinis cholerizatio:& hoc ideo,quia,quod remanſit,donec cõpletur ſanguifi-
catio,aut totũ aut fere totũ ſuſcepit ſanguinis formam. Propter quod,ſi ſanguis,prohibitione cibi,vlterius chole-
rizetur,nihil euadet cũ vrina de chylo,quod reſideat in illa,eo ꝙ nihil de aſſucto in venas vſq; tunc remanens põt
ſub forma chyli reſeruatum fuiſſe. Ideo,ſi id,quod ſubſiſtit in vrina,eſt id,quod refugit ſanguificationẽ, non erit
ſanguine iam perfecto,ſed vlterius cholerizato aliquid tale euadere cũ vrina,quod in ea ſubſiſtat. Ideoq; iam ſubti
lior ab eo decolatur vrina,quæ ſola eſt aquoſitas dicta præter tincturã,quam ab illo recepit,à qua nihil ſubſidere
põt,aut modicum valde. Propter hoc ẽt in cholericis minoratur hypoſtaſis, quia propter ĩmenſitatem caloris in
eis nihil ex aſſucto in venas euadit nõ ſanguificatũ,cum ẽt in eis velociter cholerizetur:aut,ſiquid euadit,euadit in
aliquid ſubtile valde,quod ſupernatat,aut pendet in corpore vrinæ. Recte ergo vocat Gal. hypoſtaſim, chymum
crudum. In primo.n. de criſi,cum dixiſſet,ꝙ oĩum vrinarũ laudabilior eſt illa,quæ eſt mediocris in ſubſtantia in- cap.12.
ter tenuem & ſpiſſam,& in colore declinans ad citrinum,vel rufum tinctum,aut rubedinem clarã(hic.n.color,vt
dicit,eſt medius inter eũ,qui ſignificat ſanguificationẽ,& eum, q ſignificat cholerizationẽ)ait,ꝙ terminus vrinæ F
naturalis eſt principium horæ,in qua ſanguis conſecutus eſt finẽ digeſtionis confirmatæ,in corporibus, quæ ſunt
ſm meliores diſpoſitiones ſanitatis. Deinde dixit, Ei ergo,qui hãc intuetur vrinam,& cognoſcit eam,deinde ponit
eam pro viſione reliquarũ vrinarum,fit facilis inuentio diſpoſitionũ,quæ alterant eã: & illud ideo(ſicut dicit)qa,
ſi ſeruat ſubſtantiam & colorem,quẽ habere debet ſm veritatem,deinde eſt in ipſa hypoſtaſis alba,lenis,ęqualis,
& plurima,ſignificat in hac diſpoſitione ẽt,ꝙ digeſtio iam cõfirmata eſt,ſed tñ ſignificat,ꝙ expellitur ex corpore
chymus crudus vltra mẽſuram. Ex his enim verbis eius manifeſte innuitur,ꝙ vrina in ſanis ſeruans ſubſtantiã
& colorem,quem debet habere ſm naturam,ſignificat digeſtionem confirmatam,ẽt ſi non ſit in ea vlla hypoſta-
ſis,aut modica:ſi vero ſit in ea alba,lenis,æqualis,& plurima,ſignificat etiam digeſtionem confirmatam, ſed tamẽ
ſignificat,ꝙ expellitur ex corpore chymus crudus vltra menſuram. Ex quo manifeſtum eſt,ꝙ talẽ hypoſtaſim
vocat chymum crudum. Non intelligit aũt per hoc,phlegma:hoc enim iam exiſtens propinquum ſanguini in na
tura non dicitur ſimplr refugiſſe operationem naturæ apud conuerſionẽ cibi ad ſanguinẽ, ſed vult particulam il-
lã,quę ex maſſa ptiſanaria aſſucta in venis euaſit oĩo inſanguificata:aut quiddã ſicut feſtinãter pręteriens ſimul cũ
vrina vltra hepatis regionẽ,ante,q̃ calor cõpleuerit actionẽ ſuã:aut ſicut ĩpaſsibilis exiſtẽs à calore,quod qdẽ acci-
dit vel ꝑpter ipſius partis malitiã,vel ꝑpter ſupfluere illã ad potentiã caloris. Et eſt hic attẽtione dignũ,ꝙ,licet
talis maſſæ ptiſanariæ particula refugerit quãdã trãſmutationẽ ſuę ſpeciei,quę eſt ſecũda digeſtio dicta ſanguifi-
catio,ipſa tñ in ſua ſpecie manẽs apta eſt in venis ipſis ſuſcipere alios digeſtionis modos. Nec minus ẽt eſt attẽtio- G
ne dignũ,ꝙ,licet ipſa nõ ſit phlegma,eſt tñ iuncta phlegmati in natura: cuius ſignũ eſt,ꝙ in naturis phlegmaticis
abũdat,& ab eiſdem cauſis,à qbus phlegma. Propter hoc ergo dicebat Gal. primo de criſi,ꝙ talis ſupfluitas cruda cap.12.
maxime aggregaꝰ in vrinis puerorũ quorũdã,& corporũ ocioſe viuẽtiũ,& ſe replentiũ multo cibo: In ocioſe qdẽ
viuẽtibus,ꝑpter calorẽ in eis mortificari ex quiete,vt & ſuo operi nõ ſufficiat:in vtẽtibus vero multo cibo, ꝑpter
cibũ excedere ꝑportionẽ ad calorẽ:in pueris aũt ꝑpter multitudiuẽ & cõmiſtionẽ in cibis, appetũt.n. multum,&
ſine ordine ſumũt ſicut multo indigẽtes ꝑpter nutrimẽtũ & augmẽtũ,ad quæ duo ſtomachi & hepatis opatio ſuf-
ficere neqt. Attrahũt ergo mẽbra cibũ ex ſtomachis eorũ ante,q̃ digeſtio in ipſis cõfirmeꝰ,ideoq; accidit multũ in
eis ex aſſucto in venas refugere opationẽ ſanguificatiõis. Propter qd ẽt dicit ibidẽ,ꝙ in febribus eueniẽtibus poſt
ſupfluitatem ocij & quietis & multiplicationẽ cibi,qñ conuertunꝰ ad ſalutẽ,deſcẽdit in vrinis hypoſtaſis plurima,
ecõtrario ijs,quę accidũt poſt minutionẽ cibi,& laborẽ vehementẽ. Et ſiłe huius dicit in cõmẽ. ꝑgno. cũ ait,ꝙ li.2.cõ.28.
vrinã,in qua nõ eſt ſedimen,mingit ille,cuius regimẽ eſt in vltimo ſubtilitatis:vrinã vero,in qua eſt ſedimẽ mul-
tũ,mingit ille,cuius regimẽ eſt craſſum:& vrinã,in qua eſt ſedimẽ paucum,mingit ille,cuius regimen eſt æquale.
Sciẽdum eſt tñ,ꝙ,licet ipſa ſit ſm ſe ſiłior phlegmati,nihilo minus tñ accipit naturã dñantis in corpore humo-
ris,cõfigurãs ſe tali ſanguini,qualẽ ex cibo contingit gñari,ſ. vel tẽperato,q ſimplr dicitꝰ ſanguis,vel phlegmatico,
vel cholerico,vel melancholico,q non ſimplr ſed cũ additione dicunꝰ ſanguis. Ex p̃dictis quoq;(vt mihi videꝰ)
colligi põt,ꝙ in vrinis ſanorũ nihil in cõſeruatiõe ſuę ſanitatis errantiũ non ſubſidet aliqd,de quo ſit curãdum. In H
pluriũ vero vrinis gñalẽ vitã viuẽtiũ ſemp eſt aliqd hypoſtaſis expectare,factũ p modũ,quẽ diximus:oĩum aũt mi
nime in vrinis eorũ,q artibus ſe exercẽt laborioſis:in macris ẽt,pauco cibo cõtẽtis,& ieiunãtibus,& exercitatis,&
oĩo calidis,& cholerizãtibus,ſemp minus,q̃ in oppoſitis,quãto minus in talibus põt eſſe aliqd attinẽs cruditati; ꝑ-
pter quod ĩ talibus fere nihil aut modicũ phlegmatis ẽ repertũ. In vrinis aũt ęgrorũ, maxime eorũ,q hñt vłem
ęgritudinẽ,qualis eſt febris putrida,hypoſtaſis apta nata eſt inueniri,qa non dubitaꝰ in eorũ corporibus materias
crudas detentas eſſe,quas natura cũ vrina ſecludit,niſi aliqd ĩpediat: euadentes aũt aptę natę ſunt ab ipſo corporę
vrinę ſeparari,& diſtingui,niſi calore innato à materijs ꝑfocato priuatio digõnis affuerit,ſicut poſtea patebit.

Mouentur dubia de hypoſtaſi. Cap. 2.

NVnc autem quærendum nobis,vtrũ hypoſtaſis, quæ euadit in vrinis ægrorum, & præſertim febrientium
febre putrida, ſit idem ſpecie cum illa, quæ euadebat in ipſis ſanis. Hoc enim dubitationẽ habet multam,
qua non ſoluta non eſt ſignificata hypoſtaſis perfecte comprehendere. Videtur enim eſſe eiuſdem na-
turæ, primo quidem,quia notificatio prædicta, quam de hypoſtaſi Gale. exhibuit, videtur conuenienter data de
omni hypoſtaſi, tàm ſanorum,quàm ægrorum, maxime cum non aperuerit cauſam magis de hypoſtaſi horum,
q̃ illorũ. Ergo in vtriſq; illud ex cibo, quod remanet inſanguificatũ,eſt hypoſtaſis vrinę,cũ in vrina foras euaſerit:

A in vtriſq; enim aliquid ex cibo aptum natum eſt effugere actionem caloris,qua fit ſanguificatio: nam,ſi hoc accidit in ſanis,multo fortius in ęgris,in qbus iſta actio debilior eſt,licet ipſi longe minus de cibo accipiant. Ex quo videtur ad minus,ꝙ,ſi contingat ægros habere hypoſtaſim diuerſam genere à ſanis,non tñ contingit eos carere il-
vrinis talium plus de tali hypostatico debeat excludi cum vrina,q; in alijs,& per hoc vrina pinguior fieri. Nisi esset,ꝙ duplex est indigestio venarum,quædam absoluta:& quædam relata. Absoluta duplex, quædam est absoluta priuatio:quædam vero contrarij operatio. Illa,quæ est contrarij operatio, non facit omnino vrinam subtilem, neq; priuationem hypostasis. Absoluta vero priuatio adhuc est duplex,nam Aut est indigestio,cũ qua est inchoatio quędam actionis caloris naturalis,vt fiat ebullitio & commotio in humido digestibili,ex qua fit in vrina turbiditas & spissitudo,sed non separatio,hanc.n.adhuc indigestam vocamus propter indiscretionẽ: Aut est indigestio, secundum quam calor innatus nihil adhuc,de quo sit curandũ,agit in id,quod sanguificari oportet:& ex hac maxime fit subtilitas & claritas in vrina. Et ista est duplex,quia calor ĩnatus aut desinit agere sicut impeditus:aut sicut sopitus. Impeditur autẽ tripliciter,s.aut sicut perterritus à malitia cibi,aut sicut suffocatus à multitudine, aut sicut retractus per aliquod accidẽs. Sopitur autem dupliciter,aut sicut multum diminutus per victoriam frigoris super ipsum:aut sicut à morbo subiugatus,vt in principijs febrium. Indigestio vero relata,est illa , quę diminuta vocatur,quæ non est simpliciter indigestio,quando calor nullam egerit actionem in cibum, sed dicitur indigestio per relationem ad eam,quæ perfecta est;& talis dici potest digestio,quæ in venis mulierum respectu eius,quæ in venis masculorum. His præmissis dicendum est,ꝙ,licet digestio completa reddat vrinam spissiorẽ, q̃ indigestio absoluta,ſm quam nulla fit actio propter id,quod expositum est,non tamen reddit eam spissiorem, q̃ indigestio relata:& causa est,quia in relata semper est sanguis phlegmaticior,& plures habens superfluitates , quas superius diximus,q̃ sanguis,qui in completa:quare & vrina spissior & turbidior separatur apud illã. Sed restat dicere hic causam,quare apud indigestionem absolutam,ſm quam nulla fit actio,vrina segregetur subtilis,& nihil habẽs hypostatici,de quo sit curandum,cum tunc multum de tali hypostatico credatur superfuisse in venis. Et dicẽdum, ꝙ causa est,quia tunc calor innatus aut sicut impeditus, aut sicut sopitus non mouetur ad expulsionem nisi rei subtilis & aqueæ,cuius expulsio facilis est,adiuuante ad hoc non parum virtute attractiua renum,quę omne aqueum à venis euellit. Adhuc etiam motus expulsiuæ à natura regulatus est post complemẽtum operationis digestiuæ. Contentiuæ autem operatio similiter à natura regulata tunc maxime terminatur,cum digestio completur. Quare,vbi est indigestio,non dum ad suum opus virtus expulsiua excitatur,neq; deficit contentiua. Præter hoc autem neq; crudum & indiscretum adhuc vndiq; obedit expulsiuæ:quod quidem accidit,vel quia est viscosum adhærẽs: vel quia subtile imbibitum. Sic ergo manifestum est,ꝙ vrina tàm tenuis,q̃ spissa,carens separatione,est indigesta,non tamen propterea omnis,quę separationem habuerit,est digesta iudicanda,sed quæ bonam,& tanto quidẽ magis illam,quanto hypostasim acciderit meliorum esse differentiarum. In corporibus autem natura distẽperatis in calido,quãdo fuerint ſm meliorem dispositionem suæ sanitatis,erit(vt generaliter est dicere) hypostasis nõ tantæ albedinis,sed declinans ad rubeum vel citrinum:adhuc autem & magis pineata & minus depressa: In distẽperatis vero in frigido, magis conglobata , magisq; depressa: In distemperatis vero in sicco , erit paucior & subtilior: In distemperatis in humido erit econuerso. Sed in febricitantibus febre putrida,cum affuerit summa indigestio,quæ est absoluta priuatio dupliciter dicta, nulla erit hypostatici separatio, sed penes q̃titatem aduentus digestionis,aut cõtrarij digestionis separabitur hypostaticum , significatiuum quidem & ipsum tàm substantia & colore,quàm situ super speciem causæ morbi: adhuc autem & super victoriam naturę vel causæ. Propter quod scito,q̃ sit bona vrina, bonaq; hypostasis:quæ quoq; ipsarum propriæ causæ, quas ipsæ comitantur , non est difficile malarum cognitionem habere, suarumq; causarum , ex quibus aptæ natæ sunt fieri ; Rectum enim est iudex sui , & obliqui , sicut dicit Philosophus . (1. de anima t.com.85.)

E F G

Turisani de Turisanis Florentini, Monachi Cartusiensis Tractatus de Hypostasi finit.

HALI FILII RODBON IN PARVAM GALENI ARTEM COMMENTATIO.

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

Quaꝛ hic liber ars parua dicatur.

INtendimus ędere sermonem exponentem illud, quod clausum est de sermone Galeni in libro suo, qui vocatur ars parua. Dicit ergo, ꝗ Gal. nominauit hunc librū artem paruam, vt significaret hoc nomine, ꝗ liber iste continet regulas artis medicinæ omnes. Quod est, quia ipse determinauit doctrinā artis medicinæ in libris suis, quam posuit in eis, & aggregauit in hoc libro summas eius, quod compleuit cum ex positione in alijs libris suis. Factum est ergo, quod est in hoc libro, paruum in comparatione ad illud, quod omnes illi continent libri: paruum enim ex omni re simile est in forma magno completo. Eius aūt, quod in hoc consistit libro, comparatio ad illud, quod in alijs est libris, est sicut cōparatio pueri ad virum perfectum. Et, qui B putat, ꝗ liber de ingenio sanitatis est ars magna per comparationem ad hunc librū, eius opinio est opinio vana, quoniam liber de ingenio sanitatis est vna partiū medicinæ artis, & est pars magna, quę continet regulas curationis tantum: & remanent ex arte medicinæ partes multę, sicut canones de regimine sanitatis, & canones de morbis & accidētibus, & canones crisis, & canones pulsus, & res aliæ multæ. Et propter hoc mentitur sermo illius, qui nominauit hunc librum artem paruam, cōparatione facta ad librum de ingenio sanitatis, & verificatur sermo eius, qui nominauit eum artem paruam, comparatione facta ad cōplementum artis medicinæ, quod continent oēs libri sui, qui sunt in ea. Verū nominatio Gal. qua nominauit librum de ingenio sanitatis, artem magnam, est illud, quod fecit errare istos, donec opinati sunt illud. Et nos quidem exponemus eius sermonem in hoc libro expositione conueniente sententijs eius, & vitabimus, ꝗ non sit in sermone nostro egressus ab intentionibus viri, & afferemus in primis dictiones eius, vt appareat, ꝗ sermo noster est conueniens & non egrediens.

GALENI TEXTVS EX ARABICO TRANSLATVS *QVAE QVIDEM EST ALIQVA PARAPHRASIS.*

Liber Primus, qui est de corporibus.

C

PROOEMIVM.

IN omnibus doctrinis, quæ secundum ordinem currunt, incessus sunt secundum tres ordines.

Cōmen. I.

Quid sit doctria.

Doctrina est actio doctoris in discipulum. Et incessus, & semita, & via sunt nomina synonyma, nā significatio cuiusq; eorum est eadem significationi alterius. Et antiqui quidem voluerunt per illud, prolationē, idest doctrinam, quæ facit cadere in animam discipuli illud, quod proijcit super ipsum magister ex intentionibus rei, quam intendit docere eum: & nominatur hæc prolatio doctrina. Et æquale est, siue doctrina sit prolata dictionibus aut audita, siue scripta aut inspecta, ex qua intelligantur illæ eædem dictiones, aut indicata manu aut digito, aut statione, ex qua intelligatur illud, quod significant dictiones. Doctrina enim aut est prolata actu, aut prolata potentia. Et non est differentia etiam inter illa, videlicet ꝗ doctor sit præsens, qui doceat discipulum: aut et non præsens, cum ipse iam firmauerit, & scripserit, & exemplificauerit illud, ex quo intelligitur doctrina, donec aspiciens in aliquo libro antiquorum ſm semitam doctrinæ addiscat ex ordine vel ędítione libri absq; mediatore. Dixit. n. Gal. in tractatu primi libri de iuuamentis membrorum, ꝗ per scripturam intelligimus sermonem Platonis & Arist. & Hippo. & reliquorum antiquorum ex philosophis & medicis, quasi nos præsentes D audiremus doctrinas eorū. Et doctrinam quidem currere ſm ordinem, est, vt incipias de re aliqua, deinde procedas ex ea ſm continuationē aut cōsequentiam, vsquequo consequaris totū, quo indiges: & ipsam currere non ſm ordinem, est, vt incipias rem aliquā, deinde non continues eam cū eo, cū quo continuatur ex rebus. Et Gal. quidem dixit, ꝗ doctrinæ, quæ ſm ordinem currunt, sunt tres, & narrauit eas: & tacuit de doctrinis, quę nō currūt ſm ordinem, cum non extrahatur per eas quæsitum, sicut ostensum est in arte dialecticæ.

Vna earum quidem fit secundum viam conuersionis & solutionis: & est, vt statuas rem, ad quam intendis, & cuius inquiris scientiam, in mente tua secundum finem complementi eius. Deinde consideres in propinquiori, & propinquiori ex eo, sine quo non stat res illa neq; cōpletur, vsquequo peruenias ad principium cōplementi eius.

Cōmen. 2.

Quid sit doctrina resolutiua.

Hæc est vna specierum doctrinarum, quæ currunt ſm ordinem, & est illa, quæ nominatur dissolutio per cōuersionem. Quidam vero posuerunt ei exēplum, dicētes, Corpus est cōpositum ex mēbris, & membra sunt cōposita ex humoribus, & humores ex cibis, & cibi ex elementis. Hoc aūt exemplum non conuenit sententię Gal. neq; cōuenit sententiæ antiquorum: quod est, quia dissolutio per conuersionē est secundum hunc ordinem & modum, Accipe quæsitum, & solue ipsum in subiectum, quod est in eo, & prædicatum: & considera consequentiā subiecti, deinde consequentiam prædicati, & attrahe per illud ratiocinationem eius: &, si inuenis in aliqua propositionum

ratiocinationis eius locũ conſiderationis,ideſt dubitationis,ſolue ẽt iterũ illam propoſitionem:& non ceſſes facere hoc ſemper,vſquequo deſcendas & deuenias ad principia artis & ſcĩas cognitas. Et geometræ quidẽ & authores ſcientiarũ ſciunt hunc modũ doctrinę:& Ariſto.quidem iam poſuit ipſum in analyticis,ideſt in libro poſteriorũ. E

Galenus ergo vult per diſſolutionem,hanc intentionem,non intentionẽ,quam quidã intellexerunt intellectu ęgrediente ab omnibus ſententijs & ſcientijs, & inconuenientem ſententiæ Gal. Eſt nanq; ſermo eius,vt ſtatuas rem,ad quam intendis,& cuius ſcientiam quæris,in mente tua ſecundum vltimum cõplementi eius,ſ.vt accipias quæſitum:deinde conſideres in propinquiori,& propinquiori ex eo,ſine quo non ſtat quęſitum neq; completur, vſquequo peruenias ad principia eius,ſ.ad ſcientias ſcitas & cognitas,& principia eius:& hoc quidem eſt res manifeſta in dialectica. Exemplum autem,quod conuenit ſententiæ Gal.eſt ſecundum hunc modum. Volumus addiſcere artem medicinæ:inuenimus ergo artem medicinæ habere partes duas,quarum vna eſt acquiſitio ſanitatis,& altera conſeruatio ſanitatis. Conſideramus,ergo acquiſitionem ſanitatis, & inuenimus eam exiſtere per curationem,& cibos,& medicinas:& conſideramus in conſeruatione ſanitatis,& inuenimus eã eſſe per cibos,& regimẽ. Deinde conſideramus in vnaquaq; harum rerum,& non ceſſamus deſcendere,vſquequo perueniamus ad ſciẽtias notas,& vſq; ad ea,quæ oportet ponere principia medicinæ.

Et ſecunda eſt ſecundum viam compoſitionis,& contrarietatem ſemitæ primæ:et eſt,vt incipias à re,ad quam tu perueniſti per viam diſſolutionis & conuerſionis,deinde redi in illis rebus,& compone eas adinuicem,vſquequo peruenias ad poſtremum earum. F

Hæc eſt ſecunda ſpecies doctrinarum,quæ currunt ſecundum ordinem. Et eſt intellectum ex ſermone meo in contrarium eius,quod eſt diſſolutio. Et demonſtrationes quidem omnes fiunt in his duabus doctrinis. Demonſtratio autem † quare,fit per compoſitionem:& demonſtratio quia,fit per diſſolutionem. Com. 3. † al. ꝓpter quid.

Et tertia fit per viam diſſolutionis diffinitionis,& eſt ſemita,qua vtimur in hoc noſtro libro. Et tibi ineſt,ut nomines hanc doctrinam loco diſſolutionis termini,apertionem termini,ſicut nominauerunt etiam eam quidam alij: aut reſolutionem termini,aut diuiſionem eius,ſicut nominauerunt eam alij:aut explicationem,aut expoſitionem eius,aut determinationem eius,ſicut nominauerunt eam alij.

Hæc eſt ſpecies tertia doctrinarum,quæ currũt ſm ordinem:& eſt,vt accipias diffinitionem quæſiti,& diuidas in partes eius,& aſpicias in vnãquãq; partium eius,& partium particularum eius, & compleas conſideratione tua totum,cuius intellectu indiges in illo quæſito. Et Gal. quidem narrat, & numerat in ſermone ſuo hæc nomina, quibus antiqui hanc nominauerunt doctrinam: vnuſquiſq; enim eorum nominauit eam nomine proprio, quo intendit facere intelligere auditorem huius doctrinæ. Sunt ergo nomina iſta ſynonyma in hac doctrina. Com. 4.

Et iam conati ſunt quidam ſociorum Herophili incedere hac doctrina,& Heraclides,& Erythræus. G

Vult dicere,ꝙ quidam medicorum, qui fuerunt ante ipſum, conati ſunt facere doctrinam artis medicinæ per viam diſſolutionis termini. Et,ſi ipſi compleuiſſent doctrinam eius hoc modo doctrinæ,excuſaſſent Gal.ab iteratione huius doctrinæ,verum ipſi conati ſunt illud, ſed non compleuerunt. Com. 5.

Et conati ſunt etiam ſecundum viam compoſitionis ſocij Herophili,& quidam ex ſocijs Eraſiſtrati,& Athenienſis dictus Athaleus.

Vult,ꝙ quidam medicorum,qui ante ipſum præceſſerunt,conati ſunt facere doctrinam artis medicinę per viã compoſitionis,in qua fit inceptio ex principijs medicinæ & † ſcientijs ſcitis,& componitur,& extrahitur per compoſitionem eius totum,quod eſt neceſſarium in medicina. Com. 6. † al. & ſuis.

Et nõ vſus eſt aliquis eorũ,qui fuerũt ante nos,in aliquo librorũ ſuorũ doctrina,cuius inceptio eſt ex conamine mẽtis ad finẽ rei,ad quam intenditur,q̃uis hæc via ſit res,qua extrahuntur oẽs artes per viam rationis.

Vult, ꝙ ſolutione per conuerſionem non vſus eſt aliquis medicorum,qui præceſſerũt ante ipſum,in doctrina artis medicinæ. Et ſignificat per ſermonem ſuum iſtum,ſcilicet ꝙ hæc ſemita eſt res,qua extrahuntur omnes artes per viam rationis,quia vult per hanc doctrinam illud, quod diximus de ſolutione quæſiti ad ſubiectum in eo,& prædicatum,& reliquas artis ſolutiones. Quod ergo præmiſimus, conueniens eſt ſententiæ Galeni,non ei,quod exemplificauerunt alij à nobis. Com. 7. H

Et iam ſubito vſi ſumus illa doctrina in alio libro ab iſto.

Scilicet quia vſus eſt ſolutione per conuerſionem in doctrina artis medicinæ in libris, in quibus compleuit doctrinam artis medicinæ. Com. 8.

In hoc autem libro nos vtimur doctrina,quæ fit ex diſſolutione diffinitionis. Quantum ergo minuitur hæc doctrina à prima in dignitate & in conſequentia rationis,tantum ſuperfluit in hoc,quòd ipſa aggregat totam rem,et facit rememorari vnamquãq; partem eius,quoniam valde facile fit homini ſeruare,& rememorari illud,quod addiſcit, per viam diſſolutionis termini, propterea, quòd diffinitio continet ſummas artis totius,quando eſt diffinitio,quam quidam nominant ſubſtantialem,vt diſtinguant inter eam & inter diffinitiones,quas nominant notiones:quoniam illæ diffinitiones non diffiniunt niſi ex accidentibus,quæ concomitantur eas,ſed diffinitio ſubſtantialis diffinit rem ex ipſa ſubſtantia rei.

Diffinito ſubſtantialis eſt,quæ determinat rem diffinitam per res eſſentiales:& diffinitiones nominatæ notiones,ſunt deſcriptiones. Et differentia quidem inter diffinitionem & deſcriptionem eſt,ꝙ in diffinitione & ponitur genus rei,& adiungitur cum differentia aut differentijs,quæ diſcernunt eſſentiam diffiniti ab alijs. Et in deſcriptione ponitur genus rei,& adiungitur cum proprietatibus aut accidentibus, quæ diſcernunt deſcriptum ab alijs,& non per rem eſſentialem. Et,quod remanet ex ſermone eius,intellectum eſt. Com. 9.

A *Tractationi autem secundum partem totius scientiæ medicinæ iam præuenimus in alijs libris multis, in quibus dilatatur & declaratur res ad vtendum doctrinis tribus.*

Com. 10. Vult, quod pertractauit particularia medicinæ, in quibus vtuntur doctrinis tribus, quæ currunt secundum ordinem: & iam compleuit eam in libris alijs multis ex libris suis. Doctrinæ vero, quæ non secundum ordinem currunt, sunt diuisio & descriptio. Et Gal. quidem dixit doctrinas, vt inuitaret nos ad addiscẽdum artem dialecticæ, & vt faceret nos scire, quia impossibile est comprehendere artem medicinæ sine arte dialecticæ, nisi sit homo excellentissimi ingenij, sicut Hippocrates. Nam bonitas naturæ eius & superfluitas solertiæ ipsius perduxerunt eũ ad hoc, vt vteretur his doctrinis absque dialecticæ arte naturaliter, Sicut inuenimus aliquem hominem non errare, quoniam natura eius perduxit eum ad declarationes: & quosdam eorum non errare, quoniam cum eis est ars: & quosdam eorum errare, quoniam cum eis non est ars propter defectum grammaticæ. Propter abbreuiationem ergo naturarum hominum huius tẽporis Gal. inuitauit nos per hunc sermonem ad discendam artem dialecticam, & facit nos scire, quia sine ea non cõprehenditur ars medicinę. Et, cum Gal. dicat hominibus sui temporis hunc sermonem, & bonitates in eis sint famosæ, & philosophia sit in eis communis & manifesta, tunc quæ est opinio tua de hominibus huius temporis, in quibus philosophia est extranea?

Laudatur Hippo.

Sine dialectica, med. ars cõphẽdi nõ pot.

Nunc aũt aperiemus librum nostrũ hunc per doctrinã, quæ fit per viam dissolutionis diffinitionis, postquam faciemus scire, quòd nos non dicimus in hoc libro nisi summas eius, quod ostendimus secundũ expositionẽ in alijs libris: & quòd illud, quod est in eo, est sicut conclusiones eius, quod est in eis.

B

Com. 11. Clarificauit Galenus intentiones in hoc libro suas, dicẽs, Nos non dicemus in eo nisi summas eius, quod declarauimus secundum expositionẽ in alijs libris: & istę summe sunt sicut cõclusiões eius, quod est in illis libris. Intelligimus ergo ab eo, quia non sunt conclusiones, sed sunt similes cõclusionibus. Et ipse quidẽ superfluitate suę solertiæ, & bonitate suæ scientiæ dixit hunc sermonẽ: &, si ipse dixisset, quod sunt cõclusiones, tunc doctrina eius cucurrisset nõ secundum ordinem. Qui ergo existimat, quod sunt conclusiones, tunc non intelligit à viro. Et, qui dicit, quod sunt fructus illorum librorum, tunc iam elongatur valde ab intellectu Gal. quoniam fructus sunt id, in quo fit iuuamentum ex illis libris. Et Gal. quidem narrat hanc intentionem, vt dirigat mentẽ perfecti & discipuli simul versus iuuamentum, quod fit cũ eo, quod est in hoc libro: perfecti quidem, quia firmat in mẽte sua canones huius artis, & facit eũ rememorari eius, quod forsitan obliuisceretur in dispositione senij: & discipuli quidem, quoniam facit, quod est in hoc libro artis medicinæ inuentũ, ei potentiã propinquã ex apparitione ad actũ. Cũ ergo incipit operari aliquid operationũ suarum, & aspicit in aliquo particulariũ suorũ, quod erat in eo occultũ, ponit ad effectũ: ergo cõpletur ei per vsum artis medicinæ.

De vtilitate huius libri.

Tractatus primus, qui est de diffinitione Medicinæ.

C

Dico ergo, quòd Medicina est scientia rerum pertinentium continuatarum cum sanitate, & cum ægritudine, & cum dispositione, in qua non euadit homini sanitas neque ægritudo.

Com. 1. Haec est diffinitio substantialis medicinæ, quod est, quia determinat intentionem artis medicinæ per res essentiales. Genus quidem eius est iste sermo, Scientia rerum pertinentium continuatarũ. Nam scientia harũ rerũ est genus omnium artium factarum à principijs, sumptis ex scientia naturali, sicut agricultura, & curatio bestiarum, & pastoralis scientia aĩalium, & medicina. Et differentia eius est sermo eius cũ sanitate & ægritudine, & cum dispositione, in qua non euadit homini sanitas neque ægritudo: hæc enim differentia discernit essentialiter artẽ medicinæ ab omnibus artibus, factis à principijs, sumptis ex scientia naturali. Et dictiones quidem huius diffinitionis sunt diminutæ. Diminutionem vero earum occultauit Gal. in iteratione sua, qua iterauit literam b. Dicunt, quod litera b apud Arabes significat cum post, &, coniunctionem: & in hoc, quod semel rememoratus est hominis. Et, cum manifestæ fuerint omnes dictiones assumptæ in ea, est secundum hoc, Medicina est scientia rerum proportionatarum, continuatarum cum sanitate hominis: & rerũ proportionatarũ, continuatarũ cum ægritudine hominis: & rerũ proportionatarum, continuatarum cum dispositione, in qua nõ euadit homini sanitas neque ægritudo. Quòd si generi medicinæ propinquo eius esset nomen, & differentiæ eius nomen, aggregasset Gal. duo nomina, & cõiunxisset ea cognitione diffinitionis. Verum propterea, quod non fuit generi eius illud, neque differentiæ ipsius, vtitur his nominibus, vt intelligatur ex eis intentio generis propinqui eius: & differentiæ, quæ discernit eam essentialiter ab alijs artibus ordinatis sub genere. Putatur autem, quod in hac diffinitione est assumptum, quod est contrarium sermoni Aristo. in præd. quod sanitas & ægritudo sunt duo contraria, inter quę non est medium: vt vero de dispositione, quæ non est sanitas neque ęgritudo, putatur, quod ipsa est media inter eas. Quidam autem affirmant inuentionem huius dispositionis per alterationem tantum corporis ex sanitate ad ægritudinẽ, & ex ęgritudine ad sanitatem: hæc enim alteratio transit per medium, quod est dispositio tertia. Quòd si isti intelligerent ab Arist. in præd. & à Gal. secundum quod dicunt, à remoueretur eorũ ambiguitas. Quod est, quia Arist. vult, quod impossibile est à corpore sanitatem & ægritudinem simul remoueri, & fieri in eo dispositionẽ tertiam, in qua nõ sit portio sanitatis neque portio ægritudinis: & hoc est verum. Et Gal. vult per dispositionẽ, quæ non est sanitas neque ægritudo, dispositionem corporis, in qua inueniuntur aut sanitas & ægritudo simul: aut vna earum in hora vna, & altera in hora alia: aut portio cuiusque earum: aut secundum semitã permistionis aut vicinitatis. Et propter illud non firmauit iudiciũ super inuentionẽ huius dispositionis tertię, sed narrat dictionẽ, quæ significat illud, quod dixit. Et est sermo eius, In quo nõ euadit hoĩ. & ego exponã illud in eo, quod futurũ est de sermone eius. Et hoc etiam posse est, & nõ est ei oppositio cũ sermone Arist. ne dũ quod necessariam faciat contradictionẽ. Quod est, quia intellectũ est ex sermone Arist. quod corpora alterantur ex sanitate ad ægritudinem, & ex ægritudine ad sanitatẽ: & quod in hac alteratiõe posse est inuenire hæc duo cõtraria aut in partibus corporis longinquis, aut in partibus propinquis, aut in horis diuersis: & vnaquæque, s. sanitas & ægritudo, quoniam alteratur ab

Quibus differat medicina ab artibus factis à princ. sciæ naturalis.

D

Quõ sanitas & ęgritudo sit cõtraria, inter quæ cadit mediũ secundum Gal.

ea corpus, necesse est, vt minuat, & addat eius diminutio, vsquequo euanescat: & necesse est, vt addat altera, & magnificet eius additio, vsquequo cōpleat eius esse, & hec additio & diminutio inueniunt simul. Hæc ergo dispositio tertia, quā dixit Gal. conuenit ēt sententiæ Aristo. Et Arist. qdem nō prohibuit, nisi vt dicat, qa inuenitur dispositio tertia diuersa sanitati & egritudini, s. vt sint dispositiones tres, ordo cuiusq; quarū sub genere suo, sit equalis ordini alterius. Nam, sicut Aristo. hanc intentionē dici prohibet, silr Gal. ꝓhibet eā dici. Duo ergo viri sunt couenientes, & diuersitas sublata est inter eos, quāuis sit manifestū sermonem Gal. facere opinari illud. B

Et oportet, vt intelligas nomen scientiæ in hoc loco secūdū intentionē cōem, non secūdū intentionē propriam.

Vult, vt intelligatur ex eo intentio generis, sub quo ordinantur omnes artes, factæ à principijs, sumptis ex sciētia naturali, hoc nanq; genus est cōmune, non proprium, istis artibus. Com.2.

Et illud quidem, quod continuatur cum vnoquoq; horum trium, & proportionatur ei, s. in sanitate, & ægritudine, & dispositione, quæ non est aliqua earum, est vna trium rerum, aut corpus, aut causa, aut signum. Nam oēs nostræ linguæ cōparant corpus suscipiens sanitatē, & causam facientem & conseruantem eam, & signum declarās ipsam, ad sanitatem. Et secundum hanc rationem cōparant corpus suscipiens ægritudines, & causas efficientes et conseruantes eas, et signa declarantia eas, ad ægritudinem. Et similiter ēt comparant corpus, & causam, & signū significans dispositionem, quæ non est sanitas neq; ægritudo, ad illam dispositionem. F

Sermo iste intellectus est, exponens partem diffinitionis. Com.3.

Et prima quidem intentio medici non est nisi ad sciendum causas sanitatis, deinde propter illud peruenit ad reliquas causas, s. ægritudinis in primis, deinde ad causas dispositionis, quæ non est sanitas neq; ægritudo, deinde post hoc ad corpora. Et non est eius intentio iterum in eis in primis, nisi ad sciendum corpora sana, deinde post ad sciendum ægra, deinde post ad sciendum ea, quæ non sunt neq; ægra neq; sana. Et secundum hanc intentionem & ratiocinationem currit res signorum. In operationibus vero non est in primis nisi cognitio dispositionis corporum per signa, deinde post illud inuentio causarum sanitatis corporum, & ægritudinis eorum.

Fecit nos scire in hoc sermone differentiā inter doctrinā artis medicine, & inter operationē, per illud, quod discimus ex eis: & ꝙ dispositio in eis est, s̄m quod dicimus, primū cognitionis, vltimū operationis: & primū operationis, vltimū cognitiōis. Et sermo eius intellectus est. Et nos exponemus diuisionē, & ipsius explanationē, qua diuidit partes diffinitionis medicinæ, vt dirigat mens p illud in eo, quod est post illud. Dico ergo, ꝙ causarū sanitatis duo sunt modi, Vnus eorū, est causarū faciētium sanitatem, & istæ eędem sunt causæ sanantes ægritudinem, sicut curatio, & medicine, & cibi: & canonū harum causarū cōpleuit doctrinā in libro de ingenio sanitatis & modum. Alter modus est causarū conseruātium sanitatē: & canonum harū causarū cōpleuit doctrinā in libro de regimine sanorū. Et docet in hoc loco artis paruæ, ꝙ medicus puenit p causas sanitatis ad causas ægritudinis in primis, deinde ad causas dispositionis tertię, vt vtat causis sanitatis, & caueat causas ægritudinis, & causas dispositionis tertiæ, sicut pmisit illud in libro sectarū. Et cāæ ægritudinis sunt tres, causa antecedēs, sicut repletio: & causa cōiuncta, sicut putredo faciēs febrē: & causa primitiua, sicut casus, aut pcusio, aut obuiatio caloris Solis, aut frigoris aeris. Et s̄m hanc silitudinem sunt causæ dispositionis, quæ nō est sanitas neq; egritudo. Deinde docet, ꝙ medicus puenit ēt post cognitionē harū causarum ad cognitionē corporū sanorum, deinde ægrorū, postea illorū, quæ nō sunt sana neq; egra. Deinde dicit, ꝙ & s̄m hanc rōnem currit res signorum, s. incipit medicus à cognitione signorum sanorum, postea signorum ægrorum, deinde signorum dispositionis, quæ nō est sanitas neq; ægritudo. Deinde dicit, Sed in dispositiōe opationis nō est in primis nisi dispositiōis cognitio corporū p signa, s. incipit medicus, qn̄ vult opationē medicinę, & scit dispōnē corporis p signa: tūc, si īuenit in eis signa sanitatis, cōseruat sanitatem eius: &, si inuenit in eo signa egritudinis, aut signa dispositiōis, quæ nō est sanitas neq; egritudo, curat ægritudinē eius, aut curat illā dispositionē. Deinde dicit, postea, qa est post illud inuentio sciæ causarū sanitatis corporū, & egritudinis eorū, s. postq̄ cognoscit medicus dispositionē corporis, inuenit sciam causarū sanitatis, aut cōseruantium ex eis, aut facientium ex eis. Cum conseruantibus conseruat sanitatem eius, & cū efficientibus sanat eius ægritudinem. Et, postq̄ compleuit Gal. explanationem diffinitionis medicinę ad partes suas, & istam doctrinā, qua docuit nos esse earum, & compleuit in dispositione doctrinæ, & in dispositione operationis, incepit iterum diuidere vnamquāq; earum, & explanauit eam ad tria, & dixit.

Com.4. — Causarū sanitatis duo modi. — G — Cāæ ægritudinis tres.

Et vnumquodq;, quod efficit, aut conseruat, aut significat, aut recipit, dicitur secundū vnum duorum modorū, aut absolute, aut in tempore præsenti: & medicina vtrorūq; est sciētia. Similiter & absolute dicitur secundū duos modos, aut semper, aut in pluribus dispositionibus: & earum ēt rerum medicina est scientia. H

Sermo eius ex eo, Quod efficit. tolerat, vt velit cās efficiētes sanitatē tm̄, & sunt sanātes infirmitatē: & tolerat, vt velit cū eis cās efficiētes egritudinē, & causas efficiētes dispōnē, que nō est sanitas neq; egritudo. Et sermo eius, Aut cōseruat. tolerat, vt velit cās cōseruantes sanitatē tm̄: & tolerat, vt velit eas, & velit cū eis cās retinētes egritudinē, & dispōnem, que non est sanitas neq; egritudo. Et sermo eius, Aut significat. vult signa, & sunt tria, signa sanitatis, & signa egritudinis, & dispōnis tertię. Et sermo eius, Aut recipit. vult corpora. Quod aūt remanet ex sermone eius, intellectum est. Et sermo eius, Medicina est scīa eorū omniū. vult rememorari nos, ꝙ istæ res sunt explanatio diffinitionis medicinę. Et, cū ita sit, tunc medicina est scīa omnium eorum. Et propterea, ꝙ dimisit in sermone suo isto rememorari dispositionis tertiæ, incipit quidem exponere esse eius ita, & dicit. Com.5.

Quod autem non proportionatur ad sanitatem neq; ad ægritudinem, cum sit aut causa, aut signum, aut corpus, siue dicatur absolute, siue in tempore præsenti, vnumquodq; secundū tres dicitur modos. Vnus eorum est, ne sit proportionatum ad aliquod duorū contrariorum: & secundus, vt sit proportionatum vtrisq; simul: et tertius, vt prae

portionet

A *portionetur quandoq; ad vnum eorum, & quandoq; ad alterum. Et secundus horum triũ dicitur secundum duo contraria, aut vt proportionetur ad vnumquodq; duorum contrariorum æqualiter: aut ut proportionetur ad vnum plus, quàm ad alterum.*

Cõ.6. Res proportionatæ & continuatæ iam fuerunt tres, causa, corpus, & signum: &, qñ multiplicantur cũ sanitate, & ægritudine, & dispositione, quæ nõ est sanitas neq; egritudo, ꝓueniunt nouẽ. Proijciatur ergo ex eis illud, quod proportionatur, & continuatur cũ hac dispositione, & remanebunt sex: quæ, qñ multiplicantur cũ absoluto semper, & cũ absoluto ẽm plures dispositiones, & cũ tẽpore præsenti, ꝓueniunt decem & octo. Et Gal. qdem rememoratur in hoc capitulo dispositiones rerũ proportionatarũ, & continuatarum cũ dispositione, in qua nõ euadit homini sanitas neq; ægritudo, & dicit, ꝙ hæc dispositio est trina, s. neutralitas in tribus significatis, & significatũ diuiditur in duas partes, & scd̃m eorum est duo. Ergo fit hæc dispositio quatuor, quæ, qñ multiplicant̃ cũ numero rerum ꝓportionatarum, continuatarũ cum ea, proueniunt aut nouem, si non diuiditur scd̃m: aut duodecim, si diuiditur scd̃m. Sed, qñ multiplicatur illud cũ absoluto semper, & cum absoluto ẽm plures dispositiones, & cũ tempore pn̄ti, proueniunt aut vigintiseptẽ, si non diuiditur scd̃m: aut triginta sex, si diuiditur scd̃m. Et tu potes notare istas diuisiones in tabula: & excitabitur per illud mens tua: verificabitur numerus partium, ad quas diuiditur

B diffinitio medicinæ.

Et in enunciatiõe totius huius diffinitionis est locus dubitationis, quã determinare oportet. Quod est, quia, cũ nos dicimus, quòd Medicina est scientia rerũ continuatarum cum sanitate, & ægritudine, & dispositione, quæ non est sanitas neq; ægritudo, licet, vt intelligatur ex hoc sermone, quia est scientia omniũ rerum: & licet, vt intelligatur, quia est scientia quarundam earũ sine quibusdam: et licet, vt intelligatur, quia est scientia cuiuscũq; rei ex eis, quod inquiritur. Verum esse omnium earum, non comprehenditur, neq; continetur, neq; peruenitur ad illud: esse vero quarundam earum est diminutum, & non assimilatur viæ artificiali: † esse autem cuiuscũq; ex eis, quod inquiritur, scientia assimilatur viæ artis medicinæ, & sufficit in omnibus rebus medicinæ particularibus: & hæc est intentio in diffinitione medicinæ.

al. Esse ẽ cuiuscunq; ex eis inquiri, & scientia &c.

Cõ.7. Iterauit Gal. rememorationẽ diffinitionis p dictionem suã, diuersam à dictione in eo, quod præterijt, vt faceret scire aspicientẽ, quia nõ oportet, vt attendat ad dictionẽ, qñ remanent intentiones intellectæ cõprehensæ. Deinde dixit dubitationẽ, & fecit scire, ꝙ intentio sciæ, quæ accepta est genus medicinæ, distinctũ cum differẽtia medicinę essentiali, est scia, cuiuscũq; sciam inquiris ex partibus medicinæ: quod est, quia indiuidua cuiuscũq; eorũ xxvij, & xxxvj, sunt infinita. Et hoc qdẽ apparet p illud, quod ostẽdimus in tractatu primo libri nostri de iuuamento in doctrina artis medicinæ, ꝙ iactantia modernorũ, dicentiũ virtutes myrobalanorum, & aliarum medicinarũ, & infirmitatum indiuidualiũ nouarũ, est vana. Et indiuidua accepta in medicina sunt infinita, sed non cõprehendun

C tur, neq; continent̃, neq; ꝑuenitur ad ea, sicut dixit Gal. Et non sufficit in eis, nisi vt sint apud nos canones & regulæ, qbus prohibemus totũ, quod occurrit ex eis nobis tñ. Ergo, quod dixit de medicinis simplicibus in libro suo, in istis medicinis non est nisi exẽpla exponẽtia doctrinã eius in quinq; tractatibus primis eius. Quod aũt diximus in illo libro, cõueniens est sciæ Gal. Et, postq̃ docuit nos intentionẽ medicinæ, explanauit diffinitionem eius ad partes suas, & insinuauit ad narrãdum eas ẽm vnamquãq;, & fecit nos scire, ꝙ medicina est scia cuiusq; earũ, quarũ inquiris sciam, s. ꝙ Medicina est canones & regulæ, quibus scitur & intelligitur, quæcũq; res quæritur ex partibus eius. Et incepit iterũ in hoc, vt faceret intelligere vnamquãq; partiũ medicinæ, ad quas explanauit medicinæ diffinitionem: & incipit ex illis cum canonibus corporum suscipientium.

Tractatus secundus, qui est de Corporibus.

INcipiamus ergo rememorari nunc corporum sanorum, & ægrorum, & quæ non sunt sana nec ægra, quæ corpora sunt: demum sequatur illud cum rememoratione causarum & signorum.

Cõ.1. SERMO ISTE manifestus est: & significatio huius dictionis, ægra, & huius dictionis, infirma, vna est in sanatiua.

Dico ergo, quòd corpus sanum absolute, est illud, quod nominatur eucraton. Et illud, quod nominatur absolute

D *eucraton, est illud, cuius fabricatio ex principio creationis in ventre matris suæ est secundũ temperamentum complexionis membrorum suorum simplicium primorum, et æqualitatem cõpositionis instrumentorum cõpositorum ex illis. Et sanum corpus vt nunc, est illud, quod est ita in hora præsenti: & hoc etiam in hora, in qua est sanum, est tẽperatæ complexionis & æqualis compositionis, verũtamen ipsius tẽperantia & ipsius æqualitas non sunt secundũ meliorem dispositionem æqualitatis, sed est ei tẽperantia propria. Sed semper ita, est in vltimo temperantiæ complexionis & compositionis. Corpus autem sanatiuum eucraticum, quod ex eo est in pluribus dispositionibus ita, est illud, quod minuatur à meliore dispositionum diminutione non multa.*

Cõ.2. Postq̃ Gal. explanauit diffinitionẽ medicinę ad suas partes, & docuit discipulũ, qualiter sciat̃ id, cuius quæritur scia ex eis, incipit hinc exponere vnãquãq; partium diffinitionis medicinæ. Et ex eis sunt corpora suscipientia, hęc enim, ẽm ꝙ ipse determinauit ea, sunt diuersa. Sana qdem paulo ante docuit, quia sunt tria, & ꝓpter illud incepit in hoc sermone exponere vnũquodq; eorũ. Et noiauit sanũ semp, simplr eucraticũ, vt significaret p hanc dictionẽ eucraticũ, assiduitatẽ sanitatis, & exuberantiã eius. Et significat p hãc dictionẽ, cõplexio, cõiunctionẽ quatuor qualitatũ, quę sunt caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas, adinuicẽ. Et signat per hãc dictionẽ sanũ simplr, hęc enim dictio est in vsu in scientijs & artibus, ẽm ꝙ ipsa est nomen cõmune. Medici ergo voluerunt p eã, quod est simplr: & est posse, vt cõponat̃ cũ alio. Et mẽbrũ similiũ partiũ est omne mẽbrũ, cuius partes siles sunt in substantia sua

cũ toto,& nomen earũ eſt,ſicut nomen eius,Verbi gratia,hoc fruſtũ oſsis eſt ſiře ſuę ſubſtãtię,cũ ſubſtãtia oſsis,& nomẽ eius eſt os,ſicut nomẽ eius totius:& hoc fruſtũ carnis ſiře eſt ſubſtãtiæ ſuæ,cũ ſubſtãtia carnis, & nomẽ eius eſt caro,ſicut nomẽ ſubſtãtiæ carnis totius:& hoc fruſtũ venæ eſt ſiře ſubſtãtiæ ſuæ,cũ ſubſtãtia totius venæ,& nomen eius venę eſt,ſicut nomẽ totius.Et mẽbra qdem partiũ ſimiliũ ſunt multa,ſicut os,neruus,venę,arterię,caro, pinguedo,chartilago,cutis. Et inſtrumẽtale eſt dictio,quę ſignificat apud medicos mẽbrum cõpoſitum ex mẽbris partiũ ſimiliũ:& intentio,i.diffinitio eius eſt,ꝙ eſt inſtrumẽtũ aĩæ,exiſtẽti in corpore, quo efficit quaſdã ſuas oꝑationes.Et mẽbra qdẽ inſtrumentalia ſunt multa,ſicut cor,hepar,cerebrũ,teſticulus,ſtomachus,ſplen,pulmo, renes,veſica,oculi,aures,naſus,os,manus,pedes,collũ,pectus,dorſum. Et cõplexio cuiuſq; mẽbrorum cõpoſitorũ eſt cõpoſita ex cõplexione mẽbrorũ partium ſimiliũ,ex qbus cõponunť. Cõplexiones aũt mẽbrorũ ſimiliũ partiũ non ſunt res vna & eadẽ:& cõplexio oſsis eſt alia à cõplexione nerui:& cõplexio venæ eſt alia à cõplexione arterię:& ſm hoc exẽplum vnicuiq; mẽbro conſiřium partiũ cõplexio eſt ꝓpria.Et,qñ vnũquodq; eſt cõmunicãs cõplexionem ſuã ꝓpriam,ꝓuenit ex cõplexionibus earũ oĩum,cõplexio tẽperata ; nã declinatio cõplexionis oſsis & nerui ad frigus,tẽperat declinationẽ cõplexionis arteriæ & carnis ad calorẽ.Et cutis quidẽ inter hæc mẽbra ſimilium partium tẽperatæ complexionis eſt,præcipue cutis interioris partis palmæ,qñ eſt cõplexionẽ ſuã ꝓpriam cõſequens. At vero cõplexio fit diuerſa ꝓpter diuerſitatẽ ętatis,regionis,& operationis,& aliorũ. Manifeſtũ ergo eſt,ꝙ cõplexioni vniuſcuiuſq; mẽbrorũ partium ſimiliũ eſt latitudo : & ſanitas eſt in cõplexione, vt ꝓportionenť cõplexiones mẽbrorum partiũ ſimiliũ,ſ.vt ſit ſm ſemitã exẽpli ꝓportio cõplexionis oſsis in ætate pueritiæ ad cõplexionem carnis,ſicut cõplexio eius ad eã in ætate iuuentutis,aut adoleſcẽtiæ,aut ſenij,& ſm hoc exẽplũ in reliquis.Ergo corporum ſanorũ ſemp cõplexiones mẽbrorum ſimiliũ partiũ ſunt ſm ꝓportionalitatem vnã : & hæc ꝓportionalitas qdem eſt tẽperantia.Ergo vnicuiq; mẽbrorum inſtrumentaliũ cõpoſitorum ex mẽbris ſimilium partiũ eſt cõpoſitio ꝓpria in quatuor rebus, quarũ vna eſt numerus, ſecũda quãtitas,tertia forma,quarta ſitus:& ęqualitas cõpoſitionis cuiuſq; eorũ eſt,vt ſaluet ſua ꝓpria cõpoſitio in vnoquoq; eorũ quatuor:Manifeſtũ eſt igiť, ꝙ quãtitates eorũ ſunt diuerſę,nã ipſę nõ ceſſant augmẽtari,donec aſſequanť vltimũ terminũ ſuæ adoleſcẽtię : deinde ſtat augmẽtũ eorũ. Aequalitas ergo cõpoſitionis eſt ſemp,vt remaneãt ſm ꝓportiõẽ vnã in ſuis quãtitatibus. Qñ ergo aggregať in corpore vno,vt ſit tẽperatę cõplexionis,& æqualis cõpoſitionis,tũc Gal. vocat illud meliorẽ formã corporis.Et iam oſtẽſum eſt,ꝙ meliori formarũ eſt latitudo,nõ tñ latitudo ſuperioris & ĩferioris,quia iam haberet intenſionẽ & remiſsionẽ,ſed latitudo ad diuerſa ęquiuoca,ſ.ad corpus ſanũ,cauſam ſanã,& ſignũ ſanum, nam vnũquodq; iſtorũ diciť ſanũ ſemp tale,ſiue in meliori formarũ : & hoc tetigit in multiplicatione diſpoſitionum,quę enumerat ad tertiũ gradũ. Vel diciť latitudo lata cõpoſita ex duobus,ſ.tẽperantia cõplexionis,& æqualitas cõpoſitionis.Et,qñ minuiť cõplexio à tẽperantia,aut cõpoſitio ab æqualitate,diminutione,qua nõ videntur ĩpediri oꝑatiões manifeſte,tũc iam corpus minuiť à meliori formarũ:& qđ eſt ita,ſanitas eius eſt ẽt firma. Verũtñ firmitudo eius eſt infra firmitatẽ ſanitatis,quod eſt in meliori formarũ,ſ.ſanatiuũ:& ꝓpter illud eſt hoc corpus ſanum ſm plures diſpoſitiones,ſ.in pluribus ætatibus,& regionibus,& operationibus,& ſimilibus:ipſe aũt intelligit per diſpoſitiones,res has,& earũ operationes. Et,qñ diminuiť cõplexio & cõpoſitio diminutione plurima,donec fiat corpus ſuſceptiuũ ægritudinis,tunc non nominatur ſanũ,niſi in hora pręſenti:nam in hac hora ſunt complexio in eo & compoſitio ſm aliquam diſtẽperantiam ꝓpriam,ſ.infra æqualitatem ſuam in pluribus diſpoſitionibus.Et manifeſtum eſt,ꝙ ſanitati cuiuslibet corporis eſt latitudo,quæ eſt præter latitudinẽ eius in corpore alio: nam ſanitas cęci hac diſpoſitione alia eſt à ſanitate claudi.

Mẽbra inſtrumentalia.

Cõplones mẽbrorũ.

Cõplo cutis tẽpata.

F

Cõplo mẽbrorũ ſimpliciũ ẽ latitudo, & ſanitas ẽ in cõplone.

G

Corpus ægrotatiuum eſt id,quod natum eſt aut ſecundũ complexionem malam membrorum ſimilium partium, aut ſecundum inæqualitatem membrorum inſtrumentalium,aut ſecundum duas res ſimul.

Com. 3.

Quia,poſtq̃ ꝓuenit cũ corpore ſano abſolute ad corpus ſanũ in hora præſenti,& apparet,ꝙ hoc corpus eſt malæ cõplexiõis,aut cõpoſitionis,aut vtriuſq; ſimul:&,qa nõ ꝓuenit ad ipſum ęqualitas,niſi quædã in hora ꝓpria,in qua eſt ſanũ,declarať inde,ꝙ hoc eſt ex corporibus,quod eſt ægrotatiuũ. Tunc manifeſtũ eſt,ꝙ ꝓpalauit ipſum in hoc ſermone eſſe natũ aut ſm cõplexionem malam mẽbrorum partium ſimiliũ,aut ſm inæqualitatem mẽbrorum officialiũ,aut ambas res ſimul.Et ægrotatiuum quidẽ non eſt ægrum,ſed eſt illud,ad quod appropriantur & properant ægritudines ex cauſis infirmantibus,quãuis debiles ſint aut paruæ.Et nõ fuit in eo,quod præterijt,oſtẽſum ei hoc corpus,& propter illud non numerauit ipſum in partibus diffinitionis:poſtq̃ autem declaratum eſt ei, dixit illud in veſtigio loci,in quo declaratum eſt ei.

H

Et corpus ægrum vt nunc,eſt illud,quod eſt infirmũ in hora,in qua dicitur, quòd eſt ita.Et hoc etiam in hora, in qua dicitur,quia eſt infirmum,eſt malæ cõplexionis in membris ſimilium partium,aut ab æqualitate egreſſum in membris inſtrumentalibus,aut aggregans ambas res ſimul. Et corpus ægrum ſemper,eſt illud,quod eſt natum ſecundum complexionem longinquam ab æqualitate in membris ſimplicibus primis,omnibus,aut vnitione eorum, aut ipſorum ſublimioribus:aut ſecundum compoſitionem longinquam ab æqualitate in membris inſtrumentalibus, omnibus,aut vnitione ipſorum,aut eorum ſublimioribus. Corpus vero ægrum in pluribus diſpoſitionibus eſt illud, quod iam diminuitur,& non ſequitur diſpoſitionem mediam.

Com. 4.

Narrauit Gal. in partibus diffinitionis corpus infirmum,& multiplicauit ipſum per abſolutũ ſemper,& ꝑ abſolutũ ſm plures diſpoſitiones,& per tẽpus præſens:&,ſicut incepit in corporibus ſanis à meliori eorũ omnium,ſiľr incipit à corporibus infirmis à meliori eorũ oĩum. Nã corpus infirmũ in hora pręſenti tñ,eſt in alia hora ſanum, in alia infirmũ,aut eſt in diſpoſitione,quę non eſt ſanitas nec ægritudo. Et corpus infirmũ ſemp,eſt in tota vita ſua infirmũ,& nõ eſt ei hora,in qua dicatur,ꝙ eſt ſanũ. Et ęgrum corpus in pluribus diſpoſitionibus,eſt corpus,quod eſt infirmum in plurimo vitæ ſuę, & malitia eius minor eſt malitia ægritudinũ ſemper. Et ſermo eius,& nõ con-

A sequitur adhuc dispositionem mediam.s.corpora,quę neq; sunt sana,neq; ægra semper,sunt media & meliora eo. Iam ergo declaratum est,q̃ melius corporũ infirmorũ est illud,quod est infirmũ in hora præsenti,& sanũ in alia: deinde,quod est infirmum in pluribus dispositionibus:deinde,quod est infirmum semper,hoc.n.corpus est in formis deterioribus,sicut corpus sanatiuũ est in formis melioribus.Et à sermone eius,longinquum ab æqualitate.est intellectum,quia vult malitiam cõplexionis aut cõpositionis. Malitia quidem cõplexionis est in mẽbris partium similium,sed malitia cõpositionis est in membris instrumentalibus,& est mutatio aut in numero eius,ex quo cõponitur membrum instrumentale,aut in quantitate eius,aut in forma,aut situ.

Diximus iam,quòd corpus,quod neq; est sanum,neq; ægrum,dicitur secundum tres modos,quorum Vnus est,Vt non sit in eo neq; Vna duarum dispositionũ contrariarum secũdum Vltimitatem ipsarum : & secundus est,Vt in eo aggregentur duæ dispositiones: & tertius est,Vt sit in eo Vna duarum aliquando,et altera aliquando.Corpus autẽ,quod non est sanum neq; ægrum secundum intentionem primam,est medium secundum Veritatem & perscrutatio nem inter illud,quod est in Vltimo sanitatis,& inter illud,quod est in Vltimo ægritudinis.

Cõm en. 5. Duæ hæ dispositiones sunt cõtrarię,s.sanitas & infirmitas,& vltimũ sanitatis est melior formarum,& vltimum ęgritudinis est deterior formarũ. Et diuisit dispositionem,quę non est sanitas neq; ęgritudo, tribus diuisionibus, quarum Vna est,vt nõ sit in eo neq; vna ex sanitate & ęgritudine s̃m vltimitatẽ earum:& dixit in hoc,quia est me B dium s̃m veritatem & perscrutationẽ inter meliorẽ formarum & deteriorẽ earũ,sed longitudo eius ab vnaquaq; earũ est longitudo vna.Significat ergo per id,quòd sanitas est in eo cõmista cum ægritudine,sicut oleum cũ aqua, & vtrũq; ab alio discernitur.Et secunda est,vt aggregentur sanitas & ęgritudo simul in eo,& est,sicut si sint quędã mẽbra sana,quædam eorum infirma.Et tertia est,vt sit quandoq; sanum,quandoq; ægrum. Declarauit igitur per id,quòd non diuersificantur sententię Arist.in hoc,q̃ non est inter sanitatem & ægritudinem alia dispositio ęqualis in genere.Et isti tres modi quando multiplicantur cum absoluto semper,& cum absoluto in pluribus dispositionibus,& eo tempore præsenti,conueniunt nouem dispositiones:& ipse explanat illud in hoc sermone.

Et id,quod dicitur,quoniam ita est,sermone absoluto est natum secundum illam formam: &,quod dicitur,quòd ita est nunc,est illud,quod est in hora præsenti : medium Vero in eo,quod est inter sanius corporum eorum,& inter ægrius corporum.Et ex eo,quod dicitur ex eo,quòd est sermone absoluto, est,quod est ita semper:& est illud,quod remanet in omnibus ætatibus secundum illam dispositionem.Et ex eo,quod est in pluribus dispositionibus,est illud, cui accidunt mutationes quædam. Et corpus,quod non est sanum nec ægrum secundum intentionem secundam,est illud,quod natum est secundum aggregationem duarum dispositionum contrariarũ in eo, aut in mẽbro Vno,aut in diuersis.In mẽbro quidem Vno,quando est in Vna duarum specierũ contrarietatis inter qualitates efficaciores tẽperamentum:aut quando est temperamentũ in duabus speciebus simul, Verũtamen habet nocumentũ in forma suã, aut in quantitate sua,aut in numero suarum partium,aut in situ suo.Et,quando est secundum conuersionem illius, quod est in istis,tunc est sanum in omnibus istis,aut in quibusdam earum, Verũtamen est lapsum in sua cõplexione. In membris Vero diuersis est possibile cum illo,Vt aggreget corpus Vnum duo contraria in omnibus speciebus contrarietatis.Et,quod est ita semper,est,quod remanet in omnibus ætatibus secundum illã dispositionem: &,quod est ita in pluribus dispositionibus,est illud,cui iam accidit mutatio.Et similiter ẽt corpus,quod dicitur,quòd non est sanum neq; ægrum Vt nunc,secundum intentionem secundam:aut est quoddam eius,quod est in eo sanũ,& quoddam eius est ægrum,aut in mẽbro Vno,aut in membris etiam diuersis. Et corpus,quod non est sanũ neq; ægrũ secundum intentionem tertiam,est illud,quod est quandoq; sanũ,quandoq; ægrum,sicut accidit in quibusdam,qui sani fuerunt in pueritia,&,postq̃; fuerunt adolescentes,infirmi fuerunt;aut econuerso. In hora autem Vna non est possibile,Vt sit corpus secundum hanc intentionem neq; sanum,neq; ægrum. Quòd si tu æstimaueris horæ latitudinem,tunc iam possibile est illud:& nos scimus quòd nunc dicitur secundum duos modos.

C

Cõmen. 6. Iste sermo apparẽs est,verũtamen nõ sit diuersus in dispositione,quę nõ est sanitas neq; ęgritudo,sentẽtię Arist. Et hmõi sermonis plurimũ est intellectũ,verũtamen in eo est dictio post dictionẽ,expositiõe indigens,& ex eo est sermo eius,nũc.Nã hæc dictio nũc,significat apud medicos horã præsentẽ,& significat apud philosophos punctũ diuidens inter tẽpus p̃teritum & futurũ.Et hora p̃sens apud medicos dicitur s̃m duos modos, vnus eorũ est quãtitas eius parua,& Hip.noĩauit hãc horam,strictã:& alter modus est quãtitas eius ampla,sicut iste dies,aut sicut ista septimana,vel sicut iste mensis,vel sicut iste annus.Et ex illo est sermo eius, Qualitates eius actiuę.istę enim qualitates sunt caliditas,& frigiditas.Caliditas quidẽ noĩaf actiua,qm̃ separat eius partes,cui superuenit: & p̃pter illud diffinit eã Gal.quia ipsa separat res diuersas:& diffinit eã Arist.quia disgregat res homogeneas.Frigiditas vero nominatur actiua,qm̃ ipsa aggregat partes eius,cui superuenit,& p̃hibet separationẽ eius:& p̃pter illud inuenimus, q̃ ipsa aggregat res.Qualitates aũt passiuę sunt humiditas,& siccitas. Humiditas vero noĩatur passiua,qa per eã fit facilis passio eius,cui supuenit,sed Siccitas noĩatur passiua,qm̃ per eã fit passio difficilis eius,cui superuenit.Et duarum specierũ,vna est species actiuarũ qualitatũ,& altera est species passiuarum qualitatum.

Nũc aliud sign̄at apd medicos,aliud apud philosophos.

Quare quę dã qualitates dicãtur actiuę,quę dã passiuæ.

D

Iam determinauimus de esse sani corporis,& ægri,& eius,quod neq; sanum neq; ægrum: & ostendimus,secundum quot modos Vnumquodq; eorum dicatur, & quæ res sit Vnumquodq; eorum determinatione sufficienti : & oportet,Vt sequamur illud rememorando esse signorum.

Cõm. 7. Iam determinauit quidem,q̃ corpora sana sunt tria:& infirma tria:&,quę non sunt sana neq; infirma,nouẽ:& ægrotatiua vnum.Sunt ergo omnia corpora sumpta in diffinitione medicinæ sedecim. Cognitionem dispositionis cuiusq; ipsorum compleuit,Incipit hinc in cognitione signorum.

LIBER SECVNDVS, QVI EST DE SIGNIS.

TRACTATVS PRIMVS, QVI EST DE SIGNIS IN vniuersali,& de signis cerebri.

DIco ergo,quòd signorum alia sunt sanitatis,alia ægritudinis,alia dispositionis,quæ non est sanitas nec ægritudo. Signa ergo,quæ sanitatis sunt,alia significant sanitatem præsentem:aut indicant eam,ante quàm sit:aut rememorantur eius,post quàm iam fuit.

Commẽ. 1.

SIGNA sanitatis præsentis sunt, vt currant operationes, secundum ꝙ est in eis natura absq; prohitione. Et lucrum horũ signorum est, vt conseruetur,secundũ ꝙ ipsa est. Et,quando videt medicus,quòd aliquod eorum corrumpit permutatio aliqua, inquirat ablationem eius, quod mutauit ipsum, donec remaneat sanitas secundum dispositionem suam. (Signa sanitatis pñtis.) Et signa sanitatis indicatiua sunt multa, quorum omnium fortiora sunt signa vehementiæ virtutis in dispositione ægritudinis & conualescentię eius post eius separationem: deinde signa digestionis: postea signa crisis saluæ. (Signa sanitatis futurę.) Et hæc quidem signa indicant aduentum sanitatis in dispositione ægritudinis. Et lucrum horum signorum medico quidem est,quoniam confortat per ea se ipsum, & præparatur ei,vt conueniat de conditione pręmij, & firmat, quod per fidem spopondit de eo,quod in conditione fuit: Et infirmo quidem,qm̃ indicat ei medicus illud,quod videt,& indicat suis amicis,& facit eos scire salutem eius: &,qm̃ euadit ex ægritudine sua,fit bona fama eius,& extollit eum suis narrationibus infirmus. (F) Et signa sanitatis rememoratiua sunt illud,quod seruat medicus de dispositione sanitatis ante infirmitatem,s.qualiter fuit complexio corporis ex forma eius,raritate,& spissitudine,& alijs. (Signa sanitatis pteritę.) Quòd si medicus non fuerit sciens infirmum ante ęgritudinem eius,tunc ipse indiget,vt discat per interrogationẽ & estimationem,qualiter fuit dispositio eius in sanitate,donec sciat per illud declinationem corporis à sanitate sua,sicut si interroget de appetitu eius,quem appetebat cibum,aut quid suscipiebat ex eo, & in qua hora suscipiebat eum. Et,quando ægritudini non sunt paroxysmi & interpolationes,in quibus cibetur infirmus,incibetur in hora consuetudinis suæ in sanitate,dum non prohibet ab illo inceptio paroxysmi. Et,si contingat,vt sit interpolatio paroxysmi in hora consuetudinis suæ accipiendi cibum,detur illa hora cibus ẜm fiduciam.

Et signa ægritudinis præsentis sunt,quæ significant ægritudinem præsentem: aut indicant ægritudinem,quæ erit,antequàm sit:aut rememorari faciunt eius,quod fuit.

Cõmen. 2.

Signa ægritudinis præsentis sunt ablatio operationum,& existentia ægritudinis. Et horum signorum lucrũ est cognitio ægritudinis,qua re resistatur ei cum eo,quod est ei cõtrarium. Et signa indicatiua ægritudinis sunt diminutio operationũ à suis dispositionibus in sermone absoluto, aut mutatio operationum à dispositionibus suis naturalibus. Et lucrum horum signorum est,vt antecedat medicus cum præseruatione & eum & corpus,aut mutet illud,quod est accidẽs in eo,donec prohibeatur per illud casus corporis in ægritudinẽ. (G) Et signa, quæ rememorari faciũt ægritudinis,& eius,quod præcessit ex ea,sunt sicut discoloratio,extenuatio, debilitas multa & cita. Et lucrum eorum(sicut dicit Hippo.in primo libro prognosticorum)est,vt confidat de eo infirmus,& sui,& committat se in manibus eius, & fiat ei potentia curandi eum,ẜm ꝙ oportet,& appareat solertia eius cum arte,& bonitas scientiæ eius,& alia,quæ sunt,sicut ista.

Et secundum hoc exemplum signa dispositionis, quæ non est sanitas neq; ægritudo, sunt, quæ significant illam dispositionem,quando est præsens:aut indicant eam,ante quàm sit:aut rememorantur eius, post quàm fuerit. Et sunt illa,quæ omnino non significant aliquam duarum dispositionum,s.sanitatis & ægritudinis plus,†q̃; alterã: aut significant vno modo dispositionem sanitatis,& alio modo dispositionem ægritudinis:aut quæ significant quãdoq; dispositionem sanitatis,& quandoq; dispositionem ægritudinis:Et istorum iterum esse currit secundum tria tempora secundum similitudinem,qua currit esse signorum ægritudinis,& esse signorum sanitatis.

† al.potius.

Cõmen. 3.

Audi sermonem eius dispositionis:nam ipse significat per ipsum,ꝙ ipsę sunt tres neutralitates. Et,si fueris memor eius,quod pręterijt de expositione nostra,vbi diximus,ꝙ hæc dispositio est composita ex sanitate & ęgritudine,aut ẜm commistionem vtriusq;,aut ẜm compositionem aliquarum,tunc scies ex signis sanitatis & ægritudinis signa harum dispositionum trium. Et multiplica ea cum absoluto semper,& cum absoluto secundũ plures dispositiones,& cum tempore præsenti:deinde multiplica vnumquodq; horum trium cum præterito,& scies rememoratiua illius dispositionis,& futura:& scies indicatiua eius in pręsenti:& scies eius signa pręsentia:& scies per illud, quod diximus,lucrum cuiuslibet horum signorum. (H) Et determinabit quidem Gal.in eo,quod futurum est,de esse signorum,quia pręparabit tibi,vt inuenias ex te ipso totum,quo indiges ex eis.

Et,quãuis iam appropriauimus signa,quæ significant rem præsentem,nomine significatiua: & signa,quæ significant rem futuram,indicatiua: & signa,quæ significant rem,quæ iam fuit,rememoratiua,tamen nos inuenimus antiquos nominasse omnia signa indicatiua,quãuis significent rem præsentem, vel rem,quæ iam fuit.

Cõmen. 4.

Sermo iste est intellectus.

Et maior quidem vtilitas non est nisi signorum signantium rem præsentem,aut futuram: vnde vtilitas signorum rememoratiuorum eius,quod fuit,est minor illis.

Cõmen. 5.

Vtilitas vero signorum rem præsentem signantiũ est necessaria in arte medicinę propterea,ꝙ operationes medicinæ particulares omnes,procedentes & pendẽtes sunt ex eis:& propterea, ꝙ per signa indicatiua scitur,quod futurum est,& præparas ei,quod necessarium est,& accipis ei præparationem suam, & consiliaris in eo ante præparationem suam,& fiunt propinqua necessarijs,in operationibus medicinæ particularibus. Per signa vero rememo

A ratiua nõn fit iuuamentum in operationibus medicinæ particularibus,cui fit q̃titas:& propter illud non funt neceffaria,neq; proxima neceffarijs.

Et corpora fana fecundum duos modos dicuntur ex eis abfoluto fermone,& ex eis vt nũc.Etiam diximus, quòd corporum,quæ dicuntur fana abfoluto fermone,duæ funt fpecies,propterea,quòd quædam eorum funt fana femper: & quædam eorum funt fana in pluribus difpofitionibus.Sana quidem femper,quæ ex eis funt fecundum meliorẽ formarum:& fana quidem in pluribus difpofitionibus funt,quæ ex eis diminuuntur ab illa forma, fed non eft diminutio eorum multa.

Commẽ.6. Iterauit fermonem fuum Gal.in corporibus fanis,vt faciat rememorari afpiciẽtem in libro fuo,eius,quod preterijt,vt repræfentetur femper in mente fua in omni loco id,quod pendet cum eo,& ex eo,in quo preterijt fermo. Poftq̃.n.ipfe adhęfit fuper fcientiam fignorum eorum,facit nos rememorari fermonis fui in eis.

B *Oportet,vt fignificetur fuper ea ex rebus,quæ funt eis ex diffinitione fubftantiæ eorum,& ex operationibus & accidentibus,quæ fequuntur ifta neceffario.*

Cõmen.7. De trib⁹ gener. fignorũ corporũ fan. Signa corporum fanorum tria funt,vnum eorum eft,quod eft affumptum ex eo, quod in eis eft in diffinitione eorum fubftantiæ:& ifta figna funt neceffariæ verificationis.Et fecunda fumpta funt ex operationibus membrorũ:& ifta iterũ funt apparentis veritatis.Et tertia funt fumpta ex accidẽtibus confequentibus ab eo, quod eis eft in diffinitione fubftantię eorum,confequẽtibus iterum ab operationibus:& ifta multoties funt veridica:Et,quod ex eis mentitur,rarum eft ſm minus,quod eft optimæ temperantiæ fignum.

A fubftantia quidem ipfa tunc,quando corpus eft fecundum meliorem formam.Nam ex fignis eius eft æqualitas membrorum eius partium fimilium,in calore,& frigore,humiditate, & ficcitate: & æqualitas membrorum eius inftrumentalium in quantitatibus partium,ex quibus funt compofita,& numero eorum,& forma cuiuslibet partium,& in loco,& forma inftrumentalis totius,& loco eius.

Cõmen. 8. Sicut reperit duplex complexio, ita & duplex cõpofitio. Iam preterijt ex fermone noftro,quòd æqualitas complexionis in vnoquoq; mẽbrorum partium fimilium,eft complexio conueniens eis.Et ifta quidem mẽbra diuerfa funt,& ex eis eft membrum,fuper quod caliditas eft magna vincens,ficut caro:& ex eis eft membrum,fuper quod eft frigiditas vincens, ficut neruus.Et in corpore quidẽ toto,qm̃ proportionalitas complexionum membrorum fimilium partium, eft proportionalitas, ex qua fit cõplexio corporis æqualis.Et compofitio membrorum inftrumentalium eft etiam duobus modis, vnus eorum eft cõpofitio inftrumentalis totius:& alter eft cõpofitio membrorũ officialium:Cuius exẽplum eft, ꝙ manus eft membrum inftrumentale,vnum,compofitum etiam ex membris inftrumentalibus,& funt digiti,vola, raxeta, & brachium,& adiutorium.Sunt ergo manus duæ compofitiones,quarum vna eft compofitio totius manus, & altera eft compofitio partium eius.Cum ergo conuenit cum æqualitate cõmpofitionis corporis,vt fint membra inftru-

C mentalia æqualis compofitionis in duobus modis fimul,illæ res funt figna fumpta ex diffinitione fubftantiæ corporis,quibus fcitur melior formarum.

Ex rebus autem,quæ confequuntur neceffario,quoniam ex fignis, quæ confequuntur membrum fimilium partium,eft,quod declaratur fenfui tactus,& eft æqualitas inter duritiem & lenitatem.Et ex eis eft, quod oftenditur fenfui vifus,vt eft bonitas coloris:& eft æqualitas inter paucitatem pilorum,& eorum multitudinem.

Cõmen.9. Poftq̃ oftendit figna fumpta ex corporibus,fubftantia fignificantia meliorem formarũ,incipit oftendere figna fignificantia hanc formam ex eis,quę fequuntur hanc formã ex accidentibus,& dicit,ꝙ ipfa in membris fimilium partium funt duę res,Quarum vna eft,quę declaratur & apparet fenfui tactus:nam,quãdo tu ponis manum fuper corpus,inuenis ipfum æquale iter duritiem & lenitatem.Et alia eft,quę declaratur & apparet fenfui vifus:nam,qñ tu afpicis corpus,inuenis ipfum boni coloris,temperatum inter paucitatem pilorum et multitudinem eorum.

Et ex eis,quod apparet in operationibus,& eft complementum earum,quod nominant ipfarum bonitatem.

Cõmẽ.10. Oftendit per hunc fermonem,ꝙ fignificantia meliorem formarum, fumpta funt ex operationibus membrorum partium fimilium,vt funt operationes eorum completę.Et oftendit,ꝙ complementũ eorum eft illud, quod nominant medici bonitatem eorum.

D *Et ex fignis,quæ fequuntur membra inftrumentalia,eft æqualitas inftrumentalis communis corporis totius, et bonitas eius,& virtus operationis,quæ funt per ea.*

Cõmen.11. Oftendit per hunc fermonem duas res,quarum vna eft,quæ cõfequitur ab ęqualitate compofitionis membrorum inftrumẽtalium corporis.Confequitur.n.eam,vt fit totum corpus æquale,pulchrę formę:& fignificant ifta figna meliorem formarum.Et altera eft perfectio operationum membrorum inftrumentalium, quam nominãt virtutem eorum & bonitatem:& illa fignificant meliorem formarum.

Ex corporibus autem,quæ iam diminuuntur à meliori formarum,fed funt adhuc in fua fanitate, funt illa,in quibus eft læfio in complexione membrorum fimilium partium, & eft cum hoc parua.Et ex eis eft, in quibus eft læfio in compofitione membrorum inftrumentalium,& illa læfio iterum eft parua.Et læfio quidẽ in complexione membrorum partium fimilium,aut in compofitione mẽbrorum inftrumentaliũ,eft aut in omnibus,aut in quibufdã eorũ.

Cõmen.12. Qu id fit læfio in complexione & compõne. Poftq̃ pofuit figna fignificantia meliorem formarum,incipit oftendere figna fignificãtia formã,quæ eft minor ea,pauca diminutione:& eft forma corporum fanorum ſm plures difpofitiones.Et lęfio in complexione eft,vt in complexione membrorum partium fimilium fit addita quędam quatuor qualitatum,aut minuatur eo,quod cõuenit ei.Et lęfio in compofitione membri inftrumentalis eft,aut in numero fuo,aut in q̃titate,aut forma, aut fitu fuo.Et cõditionauit,vt fit lęfio pauca,& cõfequatur ab illo,vt fit fanitas eius ſm plures difpofitiones.Et lęfio parua ſm

ua ꝭm sententiam eius est, quę non apparet sensui:& medici quidē nominant eam debilitatem membri. Attende ergo sermonem eius, & intelligas ipsum, ꝭm ꝙ oportet. E

Et genera læsionum sunt genera rerum, quibus completur virtus eorum. Et sunt in membris partium similium complexio: & etiam in membris instrumentalibus numerus, quantitas, forma, situs: & continuitas cōis inter eas.

Silentium Gal. de scientia signorum significantium corpus sanum in hora præsenti, significat, quia sunt intellecta virtute sui sermonis in signis corporum, quæ minuuntur à meliori formarū, diminutione parua. Et per sermonem suum genera lęsionum sunt genera rerum, quibus completur eorū virtus: & sunt in membris similium partium complexio: & in membris instrumentalibus numerus, q̄titas, forma, & situs, & continuitas communis inter vtraq;. Ex lęsione.n. complexionis aut compositionis lędūtur operationes membrorum similium, aut instrumētalium. Vult, ꝙ virtus membrorum partium similium est perfectio operationum eorum: & complementum operationum eorum non fit, nisi ab æqualitate complexionis eorum. Cum ergo nō est complexio eorū ęqualitas, tūc ingreditur super ea lęsio: & exponit, ꝙ hęc lęsio est malitia complexionis. Et virtus membrorum instrumētalium est perfectio operationum eorum: & perfectio operationum eorum non fit nisi ab ęqualitate compositionis eorū in vnoquoq; quatuor, quę noīauit, s. numero, q̄titatibus, forma, situ. Cū ergo compositio eorū nō est æqualis, tūc ingreditur super ea nocumentū. Deinde dixit, Et cōtinuitas cōis inter vtraq;. s. inter membra similium partiū, & membra instrumentalia: & læsio intrans in ea est solutio continuitatis. F (Cómen.13.)

Et in istis generibus eisdem est vitium infirmorum corporum secundum quamcūq; duarum intentionum, quas nomen illud continet: & intelligas esse vtriusq;. Et terminus, quo fit separatio corporum sanorum & infirmorum inter vtrasq;, est sensibilis operationum læsio.

Genera lesionis sunt tria, lęsio accidens in operatione membrorum similium partium: & lęsio, in cōpositione instrumentalium membrorum accidens: & læsio accidens in continuitate membrorum. Et vna duarum intentionum, quas continet nomen corporum infirmorum, est corpora ægrotatiua: & alia, corpora infirma. Et differentia inter vtraq; est, ꝙ nocumentum operationis in ægrotatiuis est insensibile occultum, & in corporibus infirmis est apparens sensibile. (Cómē.14. Genera læsionis tria.)

Supra corpora vero, quæ minuuntur parum à meliore formarum, ingreditur læsio ex modis aliquibus, verum illud est insensibile.

Vult scilicet, ꝙ super corpora sana diminuta à meliore formarū ingrediatur læsio aliquibus modis, scilicet aut in complexione membrorum similium partium: aut in compositione membrorum instrumentalium: verum illa læsio occulta est valde & insensibilis. (Cómē.15.)

Cognitio eorū est per cōparationē in operationibus, & in resistentia causis infirmantibus, propterea, quòd supra corpora ægrotantia, & ægra, & corpora diminuta parumper à meliore formarum omnino ingreditur læsio. G

Dedit Gal. in hoc sermone canones in cognitione istorum ab illis, & dixit. Illud, cuius est hæc intentio corporū ægrotatiuorum, operationes sunt magis diminutæ, & resistentia eorum causis infirmantibus est debilis: & corporum diminutorum parumper à meliore formarum operationes sunt perfectiores, & resistentia eorum causis infirmantibus est vehemens. Et ista corpora comparantur in sanitate secundum comparationē operationum eorū, & comparationem resistentiæ eorum causis infirmantibus. (Cómē.16.)

Corporum aūt, quæ dicuntur esse ægra, sermone absoluto, cognitio est per hoc, quòd causæ infirmantes conuertūt ea velocius, & dominantur eis facile: & propter hoc, quòd diminutio eorum in virtute operationū est multa.

Hęc est illa differētia inter ęgrotatiua corpora, & diminuta à meliore formarum parūper. Corpora.n. ęgrotatiua vincunt velociter causę infirmātes, & dn̄antur eis facile: & diminutio eorū in fortitudine operationū est multa apparens, sed non est illud corporibus diminutis parum à meliore formarum. (Cómē.17.)

Sunt ergo corpora, quæ non proportionantur ad sanitatem neque ad ægritudinem, media inter has duas species dispositionum, siue sint illa corpora ex illis, quæ vocantur taliter secundum veritatem: siue sint ex eis, quibus latitudo aliqua inest.

Vult, ꝙ latitudo cōsequatur ab eo, quod ostēdit, vt sint corpora, q̄ non proportionātur ad sanitatē neq; ad egritudinē, media inter corpora sana & ægra, siue sint corpora sana & ægra ex eis, q̄ vocantur taliter ꝭm veritatem: aut sint ex eis, quibus inest latitudo aliqua in sanitate aut ægritudine. (Cómē.18.) H

Sic ergo latitudo totius sanitatis diuiditur in tres partes, & vnicuiq; partium illarum est latitudo magna: Et prima illarum trium est corporum sanorum: secunda est illorum, quæ non proportionantur ad sanitatē neq; ad ægritudinem: tertia corporum ægrotatiuorum.

Vult, ꝙ latitudo sanitatis habeat ex longitudine illud, quod est inter sanitatem corporum, quæ sunt in meliore formarum, & illud, quod est inter corpora ęgrotatiua. Et iam ostendit in eo, quod præterijt, latitudinem corporū sanorum: & latitudinem corporum, quę non proportionantur ad sanitatem neq; ad ęgritudinem: & latitudinem corporum ægrotatiuorum. Latitudo ergo sanitatis est magna: quod est, quia corpora ægrotatiua non sunt ægra, sed eis est sanitas agitatiua: sunt ergo numerata in corporibus sanis. Similiter corpora, quæ non proportionantur neq; ad sanitatem neq; ad ęgritudinem, sunt in iudicio corporum sanorū. Declarauit ergo Gal. in hoc sermone, ꝙ sanitas & ægritudo sunt duę dispōnes cōtrariæ, inter quas nō est dispō aliqua, quę sit ꝭm veritatē ęqualis eis vtrisq; in veritate: quod est, quia nominantur corpora ista media in corporibus sanis. (Cómē.19.)

Et post ista, corpora sunt, quæ iam ceciderunt in ægritudinem, & completa sunt: & differētia inter illa et alia est per læsionem sensibilem operationum, quæ apparet in eis.

Vult,

Cōmē.20. Vult, ꝙ consequantur corpora egrotatiua corpora infirma: et sermo eius est intellectus.

A *Et corpora, quibus iam accidit dolor, & in quorum motibus iam est agitatio, aut motus eorum destruitur omnino, terminus est manifestus. Corporum autem, quorum operationes debilitantur, tunc, si illa debilitas elongatur lõgitudine multa valde à dispositione sanorum, discretio facilis est: &, si elongatur pauca longitudine, tūc in esse eorum est ambiguitas. Et propter illud fit, quòd dispositio, quæ non proportionatur ad aliquod duorum contrariorum, est vna tantum, s. corporum, quæ non proportionatur neq; ad sanitatem neq; ad ægritudinem: et non est nisi in hoc genere læsionis, i. neutrali.*

Cōmē. 21. Hoc genus lęsionis est læsio, in qua dubitatur, s. non apparens sensui, quia non est signum sanitatis neq; ægritudinis: & residuum sermonis intellectum est.

Istæ omnes res non discernuntur nisi per sensum, non per ipsam rerum naturam, quoniam, si ponitur eorū discretio secundum hunc modum, tunc non securantur, qui hac via procedunt, quin cadant in eius scientiam, cui videtur, quòd omnia corpora sunt in ægritudine semper.

Cōmē. 22. Omnium signorum significantium discretio est per sensum, non per naturam rerum: quod est, quia, cum aspiciatur in his fm naturam rerum, inuenitur omne corpus resolui occulta dissolutione, separata à sensu. Hec ergo lęsio est insensibilis, & facit cadere in scientiā eius, cui videtur, ꝙ corpora in ægritudine sunt semper. Docet ergo per hunc sermonem, ꝙ consideratio medicinalis semper fit fm sensum, & ꝙ de illo, quod à sensu egreditur, nõ est medicinæ consideratio. Quòd si dixeris, membra interiora, & eorum ægritudines sunt res non sensu perceptæ, & aspectus in eis est medicinalis, Respōdemus, ꝙ eis sunt signa sensibilia: & eorum læsiones sunt sensibiles, infirmus nanq; sentit, quod ei accidit ex istis, vel ex ipsis.

B — Considera-tio medicinalis est sp fm sēsum.

Inter signa, quæ significant corpora, quæ nunc sunt sana, veruntamen ægrotatiua sunt ægritudine occulta: aut sanatiua: aut nõ sana neq; infirma, non est differentia, nisi in quātitate lõgitudinis à duobus extremis.

Com. 23. Vult, ꝙ differentia inter signa cuiusq; corporū sciatur per longitudinē eius à signis corporū, quæ sunt à meliore formarum: & ab eis, quæ sunt à deteriore formarum: & ipse determinat hoc sermone absoluto.

Oportet, vt ponamus meliorem formarum, & ægritudinem, quæ iam accidit, duos terminos in duabus extremitatibus contrarijs, donec, quando volumus experiri corpus, & scimus, in quo termino est, consideramus, ad quā duarum extremitatum sit propinquius. Nam corpus, quod est ad meliorem formarum propinquius, est sanatiuum: & corpus, quod est à meliori formarum longinquius, et ad corpus, quod cecidit in ægritudinē, propinquius, ægrotatiuū: & corpus, quod est inter vtrunq;, & longitudo eius ab vtrisq; est longitudo æqualis, est id, quod nõ proportionatur ad sanitatem neq; ad ægritudinem. Et nos quidem iam nominauimus signum melioris formarum corporis. Corpora autem, quæ minuuntur ab ea, possibile est, vt diuidantur diuisionibus, quarum numerus non cõprehenditur per viā multitudinis & paucitatis: verūtamen nos aggregamus ea in tribus terminis habentibus latitudinem.

C

Com. 24. Iam diximus, ꝙ vult per dictionem sanatiuum, quod est exuberantis sanitatis, & durabilioris. Et posuit in hoc sermone sanatiuum, oppositum ægrotatiuo, vt intelligatur, ꝙ latitudo sanitatis est inter vtrūq;. Et est trium terminorum, vnus est sanatiuum: secundus est illud, quod nec proportionatur ad sanum nec ad egrum: tertius ægrotatiuum est. Et ipse quidem in eo, quod iam præterijt, nominauit meliorem formarum, corpus sanatiuum: & posuit ipsum hic diminutum à meliore formarum: & illud est manifeste contrarietatis. Et ego dico, ꝙ Galenus non fuit oblitus sui sermonis, verūtamen ipse posuit meliorem formarum vltimum finem æqualitatis: & hæc res fortasse non inuenitur, &, si inuenitur, occulta est à sensu. Postq̃ ergo sciuit, ꝙ medicina nõ cõsiderat in eo, quod est occultum à sensu, posuit sanatiuum, quod appropinquat ad meliorem formarum valde, vel ad terminū, qui non apprehenditur sensu: & non comprehenditur, nisi cognitione & ratione. Corpus ergo sanatiuum est melior formarum apud sensum: & manifestum est, ꝙ hoc minuitur à meliore formarū fm intellectum propter resolutionē occultā à sensu, & pp diuersitatem complexionis occultā à sensu, & pp diuersitatem occultam à sensu in etatibus. Et, quod remanet de sermone eius, intellectum est.

Si optia sanitas inuenitur, sensu apprehendi non potest.

D *Et nos sumus narrantes signa significantia corpus, de quo dicitur, quòd est infirmum, absoluto sermone, quoniā, quando narramus signa huius corporis, declarantur ex eis signa duorum terminorum reliquorum. Et nos iam narrauimus genera eorum ante, in sermone nostro, in meliore formarum: & nos sumus narrantes nūc eorum species, postq̃; diuisimus, & narrauimus in primis omnia membra.*

Com. 25. Iam ostendit signa corporum, quæ sunt in meliore formarum, & ostendit, ꝙ super corpora diminuta ab eis ingreditur vnum trium generum læsionum, aut duo ex eis, aut tria. Et, postq̃ compleuit illud, ostendit, ꝙ corpora diuiduntur diuisionibus, quarum numerus non cõprehenditur per viam diuisionis multitudinis & paucitatis: & ꝙ cognitio vniuscuiusq; eorum est propter propinquitatem signorum, & longitudinem eorum à duabus extremitatibus, quarum vna est melior formarum, & reliqua deterior formarū: &, quod est mediū inter illa, est illud, quod non proportionatur ad sanitatem nec ad ægritudinem. Et ostendit, ꝙ vnicuiq; corporum sanorum est latitudo: & infirmorum similiter. Postq̃ ergo compleuit cognitionem illius totius, consequens fuit illi, vt ostēderet signa corporum ægrorū, sicut ostendit signa sanorum corporum. Et, qm̃ ægritudinis tria sunt genera, quorū vnum est malitia complexionis, & sunt ei multæ species: alterū est malitia compositionis, & sunt ei multe species: tertiū est solutio cõtinuitatis, & sunt ei species multe: & vnaqueq; specierum horū trium generum diuersificatur fm diuersitatē membrorum, propter illud consecutum est ei, vt diuidat, & narret in primis membra omnia. Et ostendit dispositionem cuiuslibet eorum, & narrat.

Et species

Et species omnium membrorum sunt quatuor:quod est,quia ex eis sunt radices: & ex eis sunt rami,qui nascuntur ex radicibus illis.Et ex eis sunt,quæ non dominantur super regimen aliorum,neq; alia dominantur super regimen eorum,quoniam virtutes,quibus fit eorum regimē,innatæ in eis sunt:& ex eis sunt,quibus sunt virtutes innatæ,& virtutes currentes ad illa ex illis radicibus. E

Virtus est quædam causa,quæ dicitur efficiens:& in omni membro est virtus fixa in eo, qua facit suā operationem propriam.Et substantia huius virtutis secundū suam sententiam est complexio ei propria,s.forma cōplexionis:& secundū sententiam Arist.est complexio instrumentalis cordis,scilicet prima, qua operatur virtus:& virtus est natura membri,qua sustentatur.Et diuersitas hæc non nocet in aliqua operationum medicinæ:& iam perscrutati sumus de eo in libro nostro in medicatione.Et Aristoteli iterum videtur, ꝙ membrum principale est cor: & Galenus ponit ea quatuor,cor,cerebrum,hepar,& testiculos.Et hęc diuersitas iterum non nocet in aliqua operationum medicinæ:& iam determinauimus istud in libro nostro in medicatione.Et videbimus in expositione huius libri,vt taceamus de omni diuersitate,quę nō nocet in operationibus medicinæ in eo,quod futurum est:& rememoremur diuersitatis,quæ nocet in arte medicinæ tm̄:& moueamus in ea ad illud, quo fit iuuamentū in medicina tm̄.Dico ergo,ꝙ vnicuiq; membrorum aut inest virtus fixa in eo tm̄ : aut inest ei cum ea tm̄ virtus alia fixa à membro alio:aut plures virtutes fixæ à membris plurimis. Com.26. De virtute vnicuique mēbro propria. F

Radices ergo sunt cerebrum,cor,hepar,& testiculi.

Cerebrum quidem est radix sensus & motus voluntarij:& Cor quidem est fons vel radix vitæ, & caliditatis innatæ:Hepar quidem est radix operationum naturalium virtutū,& sunt attractio,retētio,digestio,& expulsio,nutrimentum,& augmentum,& similia istis:Testiculi sunt radix spermatis. Com.27.

Et rami,qui nascuntur ex his radicibus,& dantur ab eis,illi quidem, qui nascuntur ex cerebro, & dantur ab eo, sunt nerui & nucha : & illi, qui nascuntur à corde, & dantur ab eo, sunt venæ pulsatiles:& illi,qui nascūtur ab hepate,& dantur ab eo, sunt venæ non pulsatiles : qui autem oriuntur à testiculis, & dantur ab eis, sunt vasa spermatis.

Nucha oritur ex posteriori cerebro,sicut oritur crus arboris:& nerui oriuntur ex cerebro & nucha.Et fit cerebrum loco radicis arboris,ex qua oritur crus magnum,quod est nucha:& rami sunt nerui, qui nascuntur ex cerebro:& nascuntur ex nucha iterum nerui multi,sicut rami nascētes ex crure arboris:& illud dispergitur in toto corpore. Et venę pulsatiles oriūtur ex corde secundū illud exemplum:quod est,quia nascitur ex latere sinistro cordis arteria magna loco cruris arboris, & oriuntur ex hac arteria omnes arteriæ corporis.Fit ergo cor, sicut radix arboris:& arteria magna,sicut crus:&,quod oritur ex eo,sunt sicut rami. Et ſm hanc similitudinem est dispositio hepatis:ipsum.n.sicut radix est arboris,ex qua oritur crus,& est vena concaua:& oriuntur ex ea reliqua venæ. Et oritur ex corde altera vena vel arteria,& similiter ab hepate oritur alia vena. Et ex testiculis oriūtur vasa spermatis.Sunt ergo ipsi sicut radix arboris:& spermatis vasa sunt,sicut rami,qui nascuntur ex eis. Et, qn̄ tu considerās corpus,ſm ꝙ diximus,inuenis ea,quæ ramificantur ex radicibus,in modum retis misceri adinuicem, & pędere.Et inuenis ossa,sicut sustentamenta & scutum.Et inter istas res inuenis quædam implentia, quæ implent ea, & sunt membra composita instrumentalia,sicut lacerti, & pulmo, & stomachus:& membra similium partium, sicut caro glandosa.Et inuenis panniculos,qui separant ea abinuicem,& concauitates:& cutis est panniculus,quo continentur omnia deforis.Completur ergo ex omnibus istis,sicut visum est,corpus. Et illud,quod dant nerui & nucha à cerebro,est spiritus animalis ab anima,quo fit sensus & motus volūtarius. Virtutes.n.istæ sunt res,quę currunt in nucha & neruis à cerebro ad membra sensibilia & motiua voluntarie. Et illud, quod dat arteria magna,& quod oritur ex ea & ex arterijs à corde, est spiritus animalis vel vitalis, quo existūt vita & caliditas innata. Virtutes.n.istæ sunt res,quæ currunt à corde in arterijs ad reliqua membra corporis:&,quando abscinduntur ab eis,moriuntur,sicut,qn̄ abscindūtur virtutes sensus & motus voluntarij, destruuntur sensus & motus volūtarius. Com.28. G

Et illud,quod dant venę non pulsatiles ab hepate,est spiritus naturalis,quo existūt virtutes naturales.Istæ enim virtutes currunt ab hepate in venis ad reliqua membra:&,quando abscinduntur à membro, destruitur eius nutrimentum. Et illud,quod dant vasa spermatis à testiculis,est spiritus cōpositus ex tribus spiritibus,quo currit generatiua virtus in spermate.Hoc est ergo,quo fit iuuamentum in medicina. Arist.autem vult, ꝙ reliquæ virtutes influant à corde:verūtamen sensibilis & motiua voluntarie, existunt in corpore mediante cerebro, & naturales sunt in eo mediāte hepate,& generatiuæ mediantibus vasis spermatis. Et Hip.vult,ꝙ sperma à toto corpore veniat in hora motus coitus:verum non est hic aliquid huius diuersitatis, quod noceat in opere medicinæ, quādo credunt,ꝙ cerebrū est causa prima aut secunda, necessaria in motu & sensu : & ꝙ hepar est causa prima aut secūda necessaria in virtutibus naturalibus:& testiculi sunt causa prima aut secunda, necessaria in virtutibus generationis.Quando enim res est causa prima,aut secunda,necessaria,tunc mutantur aut destruūtur operationes per infirmitates eius,quod oritur ex ea,& dat ad ea.Et iam certificauimus illud totum in libro medicationis inter Arist.& Gal.Et conuenit nobis in operatione medicinæ,vt accipiamus sententiam Gal.cum non sit differētia in eo, quod est iuuamentum in medicina,inter istas sententias horum duorum virorum,sicut ostendimus in illo libro.Cuius exemplum est,quia,quando destruitur sensus membri,aut motus eius,aut vtraq; simul,secundum sentētiam quidem Gal.intenditur in curatione loci nerui aut nuchę,cui accidit læsio,à qua fuit illa destructio.Et secundum quidem sententiam Arist.intenditur curatio illius membri eiusdem,secundum ꝙ nos ostēdimus in lib.medicationis, qm̄ non cōpletur illa operatio,nisi per hunc modū nerui,aut nuchæ.Duę ergo curōnes sunt vna,inter quas nō est diuersitas, q̄uis Galenus videat dicere, ꝙ hęc est prima causa : & Aristoteli videt,ꝙ hęc est secūda,necessaria in illa operōne.Et pp illud melior est in arte medicinę sentētia Gal.q̄ Aristotelis,qm̄ sentētia Arist.facit errare medicos. H

Membra

A *Membra autem, quorum regimen est ex se ipsis, sunt chartilago, & os, ligamētum, & paniculus, & caro mollis, & pinguedo, & caro simplex.*

Cōmē. 29. Istis membris insunt virtutes, innatæ in eis, quibus existit eorum regimen in cibo, & est essentia eorum: quod est, quia non continuatur cum eis arteria, quæ det eis à corde: nec descendit eis vena, quæ det eis ab hepate: nec venit eis neruus, qui det eis à cerebro. Et in esse eorum est dubitatio, an perueniant ad ea ex istis radicibus res capillares, occultę à sensu, aut non veniat ad ea penitus ex eis aliquid. Et consideratio in hac dubitatione est opificis sciētiæ naturalis: medico vero non est consideratio in illa propterea, quia non videt sensu rem, quæ peruenit ad ea. Propter hoc ergo abscindit Gal. super hoc, quòd regimen eorum est ex se ipsis, vt doceat per illud, ꝙ consideratio medicinalis non pertransit sensum.

Reliqua vero omnia membra cōmunicant his membris, quæ diximus, in hoc, quòd regimen eorum est ex se ipsis, & sunt cum illo indigentia venis pulsatilibus, & non pulsantibus, & neruis.

Cōmē. 30. Lacertus quidem omnis & reliqua membra remanentia exceptis eis, quorum rememoratio prçterijt, sicut pulmo, stomachus, & renes, & splen, vel alia ex membris extrinsecis & intrinsecis, sunt in vnoquoq;, quorum est virtus innata fixa in eo: & veniunt eis ex tribus radicibus, quæ sunt cerebrum, cor, hepar, virtutes aliæ. Et nerui quidē

B lucrantur eis virtutē sensus, aut motus voluntarij, aut vtriusq; simul: arteria vero facit ea adipisci virtutē vitæ, & caliditatem innatam: sed vena facit ea acquirere virtutem nutritiuam.

Capillis autem & vnguibus non est regimen in ipsis corporibus suis, & non est eis, nisi generatio, & esse tantum.

Cōmē. 31. Capilli & vngues generantur à materijs, quas expellit natura ad corporis exteriora expulsione continua: & illud, quod generat eos, est natura: & non sunt eis ex ipsis virtutes innatæ, nec veniūt eis ex radicibus virtutes. Et manifestum est, quòd capilli & vngues sunt ingredientes in numero membrorum, sicut pili palpebrarum & supercili-

Quinq; species mēbrorum. liorum. Iam ergo fiunt membrorum quinq; species. Meliora ergo sunt radices: deinde, quæ nascuntur ex radicibus: deinde, in quibus sunt virtutes innatæ, & virtutes aliæ venientes ex radicibus: deinde illa, in quibus sunt virtutes innatę tm̄: deinde capilli & vngues, in quibus non sunt virtutes innatę, nec veniunt eis alię virtutes.

Istæ ergo sunt species membrorum: & nos sumus narrantes post illud signa, quæ significant complexionē vniuscuiusq; eorum.

Cōmē. 32. Postq̄ diuisit membra ꝭm virtutes eorum, quibus efficiunt operationes suas (& virtus naturalis ꝭm sententiam eius est substantia à complexione sumpta) promittit signa significātia complexionē cuiusq; eorum naturalē, & significantia complexionis eius mutationes.

De signis Cerebri.

C *Et incipiamus rememorari signorum significantium complexiones cerebri. Et genera quidem signorum innata sunt vniuersaliter quinq;. Vnum eorum est dispositio totius capitis. Secundum est rectificatio actionū, quibus fiunt operationes, & corruptio earum. Et tertium est rectificatio actionum eius sensibilium, & earum corruptio. Et quartum est rectificatio actionum, quibus fit regimen & earum corruptio. Quintum est rectificatio vniuersaliter actionum, quibus fit regimē eius, naturalium, & corruptio earū. Et hic est aliud genus ab istis omnibus, quæ narramus, & est, quod accidit cerebro de mutatione ex rebus, quæ mutant complexionem.*

Cōmē. 33. Cerebrum est capitis medulla: & signa significantia complexionem eius naturalem, & difficultatem passionis eius, & signantia complexionem eius, qua mutatur, sunt sex species. Quinq; earum sumptæ sunt ab eo, & sextum sumptum est ex velocitate passionis ipsius, & difficultate ipsius passionis à causis infirmantibus, extra scilicet, sicut aer. Et Gal. determinauit vnumquodq; istorum in eo, quod futurum est.

Dispositio autem capitis totius scitur ex quantitate eius, & figura eius, & eius, quod est in ipso ex capillis.

Cōmē. 34. Ex hoc primo dedit, quòd dispositio totius capitis scit ex tribus rebus, s. quantitate eius, & figura ipsius, & eius, quod est in ipso ex capillis.

Caput ergo paruum, est signum proprium malæ formæ cerebri.

D

Cōmē. 35. Cur paruitas capitis sit signū ꝓprium malę formę cerebri. Abscindendo dixit Gal. quòd paruum caput est signum proprium malæ formæ cerebri. Et causa illius est constrictio ventrium cerebri, & debilitas eius, quod generatur ex cerebro de neruis & nucha: quod est, quia, si radix est parua, tunc, quod nascitur ex ea, est paruum, & sequitur à paruitate eius constrictura ventrium eius, & meatuū ipsius, quia non est spiritui animali latitudo, in qua conuersetur. Et caput quidem paruum generatur à paruitate materiæ. Quòd si figura eius cum illo incōueniens est, est malitia in forma cerebri maior. Et manifestū est, ꝙ paruitas capitis comparatur formæ cerebri. Sequitur ergo ab illo, vt malitia formæ cerebri comparetur.

Et caput magnum non significat necessario bonitatem formæ cerebri: quod est, quia, si magnitudo eius non prouenit nisi ex virtute loci, & ex natura, & vsu eius in arte sua, qua operata est materiam multam bonam, tūc est signum bonum: &, si non prouenit nisi propter multitudinem materiæ tantum, tunc non est signum bonum. Oportet ergo, vt distinguatur inter ea per figuram, & per res, quæ nascuntur ex capite: Per figuram quidem, vt cōsideres, an sit formæ bonæ, an non, forma enim bona est bonum signū semper. Per ea vero, quæ nascuntur ex capite, est, vt consideres, an grossum sit collum, forte, & dispositio reliquorum ossium sit melior dispositionum, & omnes nerui grossi fortes, aut non. Et figura, quæ appropriatur capiti, est, quasi tu æstimes sphæram ceream sanæ rotunditatis, cuius duo latera sunt parum compressa. Nam, quando existit caput taliter, scis proculdubio, quòd necesse est, quòd sit

ex anteriori

ex anteriori parte capitis & poſteriori ipſius magis exiens ex termino rotunditatis ſphæræ, & duo latera eius ſint magis intrantia, & propinquiora ad planitiem. E

Com.36. Ex iſto ſermone intelliges, quòd ex ſignis bonitatis formæ cerebri eſt magnum caput, quando eſt cum figura, quam exemplificauit in forma cerea, & cum groſsitudine colli, & reliquorum neruorum & oſsium. Et magnum caput, quando eſt cum figura diuerſa, & cum ſubtilitate in neruis, & collo, & oſsibus, tunc eſt ſignum malitiæ formæ cerebri. Et manifeſtum eſt, quòd bonitas formæ cerebri, & malitia formæ eius comparatur, ſm quòd eſt in illo de additione vel diminutione: quod eſt, quia bonitas formæ cerebri fit à forti virtute, & multa materia obediẽte. Et malitia formę eius, qñ eſt cum magnitudine figuræ capitis, ſignificat, quòd fuit virtus debilis, aut quòd materia non fuit obediens. Sequitur ergo ab illo malitia in eius complexione.

A quo bõitas formæ cerebri fit.

Quòd ſi videris eminentiam, quæ eſt à poſteriore parte, minui, conſidera tunc cum illo in neruis, & oſsibus, & collo. Nam, ſi iſta ſunt ſecundum naturalem diſpoſitionem, tunc non prouenit illa diſpoſitio, niſi ex diminutione materiæ, non ex debilitate virtutis. Et, ſi iſtæ res, quas narrauimus, ſecũdum deteriorem diſpoſitionem diſpoſitione naturali inuenientur, tunc ſcias, quòd radix eſt debilis. Et in pluribus quidem diſpoſitionibus ſequitur diminutionem occipitij debilitas harum rerum, quas narrauimus: & non forſitan res eadem cadit cum diuerſitate illius, niſi raro. Et, quando inuenis iterum occipitium capitis vehementis eminentiæ, tunc conſidera in illo, quòd deterior eſt ſecundum conſiderationem & determinationem in capite toto, quando eſt magnum. Et inuenis in hoc etiam & in pluribus diſpoſitionibus poſteriorem partem cerebri, & quod continet ipſum ex capite, quando eſt cum figura bonæ formæ, quòd eſt ſignum bonum. Et quidam medicorum nominant hanc partem cerebri cerebrum poſterius: & eſt poſterius, ſicut nominauerunt ipſum, et determinauit ipſum commiſſura, quæ aſsimilatur laudæ literæ in libro Græcorum. Et hæc pars cerebri eſt radix, ex qua oritur nucha: &, quando eſt radix ei, tunc eſt radix omnibus neruis, quibus fit motus voluntarius in toto corpore animalis. Ex ipſa autem nõ oriuntur niſi pauci nerui numero, ad ſenſum, multi vero ad motum, ſicut ex altera parte, quæ eſt in anteriori, naſcuntur nerui multi valde numero ex neruis ſenſus, & nerui pauci in numero ex neruis motus. Cum ergo iſtæ duæ partes ſunt ſecundum diſpoſitionem bonã, ſunt res, quæ naſcuntur ex vnaquaq; earum, fortes. Et omnia, quæ abbreuiauimus & terminauimus ex eſſe poſterioris partis capitis, oportet, vt obſeruentur in anteriori parte capitis: quod eſt, quia oportet, vt conſideres in quantitate eius, & ipſius figura, & in ſenſibus, qui ſunt in anteriori parte capitis: & ſunt viſus, guſtus, & olfactus. Iſtæ enim res ſignificant ſuper ſe inuicem, & teſtificantur ſibi adinuicem, ſ. ex radice naſcentes res ſignificant & teſtificãtur radicis rectificationem, & corruptionem eius: & radix ipſa teſtificatur corruptionem rerum, quæ ex ipſa ramificantur, & rectificationem earum. F

G

Com.37. Si fueris memor eius, quod preterijt de expoſitione noſtra, tunc ſermo iſte totus eſt intellectus tibi ita, ꝙ nõ indigebis expoſitione in eo. Verum fac conſiderationem eius bonam teneri, & forma literę laudę eſt ſm hoc. Et manifeſtum eſt, ꝙ compleuit tres ſpecies ſignorum, quarum Vna eſt diſpoſitio totius capitis. Et ſecunda eſt rectificatio actionum, quibus fiunt operationes, & corruptio earum: & iſtę operationes ſunt, quæ fiunt per neruos. Qñ.n. oſſa & nerui groſsi ſunt & fortes, ſunt operationes fortes, & cutis capitis eſt vehemens: &, qñ ſunt ſubtiles, debiles ſunt operatiões, & cutis eſt vilis. Et tertia eſt, operationum ſenſibiliũ rectificatio, & corruptio earũ: & ego exponã iſta in eo, quod futurum eſt paulo poſt, expoſitione vltima magis, & meliore.

Rectificatio autem operationum, quibus fit regimen, & earum corruptio, ſunt ſigna radicis ſolius, ita, quòd non aliorum: & ſignificatio per actiones, quibus fit regimen, ſunt operationes ipſius radicis ſolius.

Com.38. Vult per radicem cerebrum, & eſt medulla capitis. Huic.n. medullę ſunt concauitates, ſ. ventres. Et in ea eſt rete ex arterijs mirabile, quaſi ſit numeratio retium ſe inuicem ingrediẽtium, & poſitum eſt ſuper eam: & repletum eſt, quod eſt intus, de medulla capitis. Et continent ipſum duo velamina mirabilia, ſ. dura mater, & pia mater. Et ſunt ei ab anteriori parte eius duo ventres, quibus fit imaginatio: & in medio eius võter, quo fit cogitatio: & in poſtremo eius venter, quo fit rememoratio. Et per ipſum totum ſunt virtutes, quibus fit regimen. Et iſtæ virtutes infixę ſunt in eo, & ſunt forma eius: quod eſt, quia vitalis ſpiritus vel ſpiritualis digeritur ĩ retibus ſuis ipſius cerebri, inuolutis ab arterijs, & generatur ab eo in cerebro animalis ſpiritus. Et per iſtum ſpiritum fit penetratio virtutis cerebri ad reliqua membra.

H
Qũo ex ſpiritu vit. generat.

Et præſentia ergo mentis & ſolertiæ ſignificant, quòd ſubſtantia cerebri eſt ſubſtantia ſubtilis: & tarditas mẽtis ſignificat, quòd ſubſtantia cerebri eſt groſſa. Quapropter fit, habens eam velocis diſciplinæ propter velocitatem ſigillationis formarum rerum.

Com.39. Intellige ſubtilem in hoc ſermone, peruiam & claram ſubſtantiam: & groſſam, turbidam ſubſtantiam. Quando enim ſubſtantia cerebri eſt peruia, penetrant in eam virtutes animę: &, quando eſt turbida, difficilis eſt penetratio earum in ipſam.

Et velocitas diſcendi ſignificat, quòd ſubſtantia eius eſt ſubſtantia, in qua velociter ſuſcipitur ſigillatio rerum: & bonitas ſeruationis, i. memoriæ ſignificat, quòd ſubſtantia eius eſt ſubſtantia, cui eſt firmitudo.

Com.40. Quando ſubſtantia cerebri eſt mollis, clara, peruia, feſtinat in eo ſigillatio formarum rerum: quapropter fit habens eam velocis diſciplinæ propter velocitatem ſigillationis formarum rerum. Et, quãdo nõ eſt mollis, & eſt turbida, fit difficilis ſigillatio in ea formarum rerum. Quando ſigillantur in ea formæ rerum, tunc, ſi retineat eas, & firmentur, nominatur fixa ſubſtantia eius: & eſt illud bonitas ſeruationis eius, qua ſeruatur illud, quod in ea ſigillatũ eſt. Et, ſi non ſeruat eas, nominatur ſubſtantia eius fluida: quare eſt illa malitia ſeruationis eius, ſ. ſi nõ ſigillatur

in ea

A in ea aliquid de formis. Et apparens est ex toto, quod præcesſit, ſ. ꝙ claritas ſubſtantiæ cerebri ſit ex æqualitate cō-plexionis eius proprię: & ꝙ turbulentia eius ſit ex mutatione complexionis eius ab eo, quod eſt neceſſarium ei na tura: & ꝙ retentio eius, qua retinet illud, quod ſigillatur in ea ex formis, ſignificat quandam ſiccitatem cerebri, & fluxibilitas, eius humiditatem.

Et ſimiliter etiam tarditas diſcendi ſignificat, quòd ſubſtantia eius eſt ſubſtātia, in qua difficile ſuſcipitur forma tio rerum. Et obliuio ſignificat, quòd ſubſtantia eius eſt ſubſtantia turbida fluida, cui non eſt firmitudo.

Cōmē. 41. Iam præterijt expoſitio eius ſermonis.

Et multitudo opinionum & permutationis in voluntatibus ſignificat, quòd ſubſtantia cerebri eſt ſubſtantia ca lida: & fixio in conſilijs ſignificat, quòd ſubſtantia cerebri eſt ſubſtantia frigida.

Cōmē. 42. Intellige ab eo ſermonem eius, calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccū, ſ. ꝙ in cōplexione eius cōpoſita ex quatuor qualitatibus vincit illud. Nam, ſi dicitur calidū, tunc caliditatis qualitas eſt augmētata in eo: &, ſi dici-mus frigidum, tunc qualitas frigiditatis eſt augmentata in eo.

Et, inquantum mihi videtur, iam remanēt duo genera ex generibus ſignorū, quæ promiſi me dicturum in prin- B *cipio mei ſermonis, quorum vnum eſt genus operationum naturalium: & alterum genus eſt eius, quod occurrit ca piti extrinſecus. Et ego ponens ſum ſermonem meum in vtriſq; ſermonem vnum communem.*

Cōmē. 43. Hic ſermo eſt intellectus.

Dico ergo, quòd, quando cerebrum eſt temperatum in qualitatibus quatuor, tunc omnes res, quas diximus, ſunt in eo ſecundū æqualitatem: & ſuperfluitates, quas expellit ad fauces, & ad aures, & ad nares, & oculos, ſunt ſecū-dum æqualitatem: & fortaſſe non venit ei nocumentum ex omnibus, quæ occurrunt capiti extrinſecus, ex eis, quæ calefaciunt ipſum, & infrigidant ipſum, & exiccant illud, & humectant.

Cōmē. 44. Complexio cerebri naturalis eſt, vt ſint caliditas & ſiccitas pauciores, q̄ frigiditas & humiditas, ſ. vt frigiditas & humiditas ſint in eo augmentatę parum. Et hæc quidem complexio nominatur æqualis comparatione ſui ad cere brum, quando eſt conueniens naturali ſubſtantiæ.

Et, cuius eſt hæc diſpoſitio, capilli, qui naſcuntur ſuper caput eius, dum eſt infans, declinant ad ruffedinem ſiue flauitatem, quæ trahit ad citrinitatem. Cum ergo ſit puer, tunc capilli declinant ad flauitatem, quæ trahit ad rubedi nem. Et, cum ipſe peruenit ad diſpoſitionem complementi, tunc capilli eius ſunt flaui, tendentes ad rubedinem, & ſunt cum illo medij inter illos, qui ſunt criſpi, & inter capillos planos. Et non fortaſſe ei, cuius eſt hæc diſpoſitio, ad-uenit caluitium.

Cōmē. 45. Diuiſit Gal. in hoc ſermone ætatem adoleſcentię ab ætate infantiæ, & ab ætate puerorum: & dedit ſigna pilo- C rum ſignificantium æqualitatem complexionis cerebri. Et manifeſtum eſt, quòd vult pilos capitis tantum: & ſer-mo eius eſt intellectus.

Et oportet, vt intelligas ea omnia, quæ narraui, & narrabo ex ſignis, ſecundum quòd ſermo noſter non eſt, niſi in eo, cuius habitatio eſt regio æqualis.

Cōmē. 46. De regiōe temperata. Af. gnti. Regio temperata eſt, quę eſt in fine climatis tertij, & quæ eſt in climate quarto. Et melior earum omniū regio-num eſt, quæ eſt à principio climatis quarti vſq; ad medium climatis † eiuſdem. Et melior earum omnium regio-num eſt, quæ eſt detecta, quam montes non cooperiunt: quo ſanguaria, i. montaneę & colles ampli ſunt, & nō eſt fabricæ in ea altitudo ſuperflua. Et ex eis, quæ ſunt decliuiores ad clima tertium, melioris qualitatis eſt, quæ eſt ſu-pra mare ſalſum. Et ſermone abſoluto regio temperata eſt, ſuper cuius aerem non vincit aliqua qualitatum qua-tuor. Et ſigna, quorum ſignificationes mutantur ſm mutationē complexionū regionis, ſunt ea, quibus manifeſte occurrunt, ſicut aer continens, & color pili. In interioribus autem, ex quibus non apparent niſi operationes earū, parum imprimit aer continens, niſi ſuperfluus.

Intellige ergo rem, ſecundum quòd ſermo noſter eſt in eis, quæ ex iſtis ſignis ſunt in capillis proprie, cum eo, quod D *narrauimus de diſpoſitione regionum, ſecūdum quòd complexio chymorū conueniens eſt cōplexioni cerebri.*

Cōmē. 47. Quō īdica-tio ſumpta capillis ſit certa. Capilli generantur ex vapore fumoſo reſoluto à chymis, quæ ſunt in corpore. Dicit ergo Galenus, ꝙ non certi ficatur eorum ſignificatio, niſi quādo chymi ſunt etiam ſm ſimilitudinem complexionis cerebri. Sequitur ergo, ꝙ ſignificatio capillorum non certificatur, niſi regio ſit equalis, & complexio chymorum ſit ſm ſimilitudinem cō plexionis cerebri, quia, ſi diuerſificetur illud, non erit ſignificatio eorum veridica. Cum ergo regio eſt æqualis, & complexio cerebri, et complexio chymorum eſt ęqualis, eſt vapor fumoſus, quę eſt materia pilorum, ęqualis inter illum, qui eſt aduſtus niger, & inter illum, qui eſt groſſus albus. Propter illud ergo capilli, qui declinant ad flauita tem, quę trahit ad citrinitatem, in ætate infantiæ, ſignificat æqualitatem complexionis cerebri. Et, quando infans ſit puer, augmentatur caliditas, & ſunt capilli decliues ad flauitatem, quę etiam declinat ad rubedinem. Cum ergo ſit fortis caliditas eius in ætate adoleſcentiæ, fiunt capilli decliues ad rubedinem: & ſunt propter æqualitatem ma-teriæ ſuę medij inter criſpos et planos. Iſtę ergo ſignificationes capillorum ſunt ſecundum æqualitatem capillorū, quando regio eſt ęqualis, & chymi ſunt ęquales. Si ergo mutantur ab illo, & regio eſt ęqualis, & chymi ſunt æqua-les, ſignificant mutationē complexionis cerebri, & declinationem eius ad partē, ad quam declināt capilli.

Quod ſi cerebrum calidius eſt temperato, & eſt in humiditate & ſiccitate temperatum, tunc, ſi ſuperfluitas ca liditatis eius ſuper æqualitatem eſt ſuperfluitas multa, ſunt iſta ſigna, quæ narrabo poſt, fortiora: &, ſi ſuperfluitas caliditatis eius ſuper æqualitatem eſt ſuperfluitas pauca, ſunt ſigna eius debilia. Et ſermo iſte eſt cōmunis ſermo in omnibus ſignis, quæ ego narrabo in omnibus ſpeciebus complexionis.

Poſtq̄

Postq̃ narrauit signa complexionis cerebri æqualis, & compleuit eā, incipit narrare signa complexionis cerebri, qñ egreditur ab equalitate sua propria multū. Dicit ergo, ꝙ, si egreditur ab equalitate sua propria multū, sunt signa qualitatis, ad quam egreditur, fortia: &, si exitus eius est paruus, sunt signa eius debilia. Com. 48. E

Et, si ex eo, quòd significatur caliditas cerebri, est cum eo, quod narrauimus quandoq;, oportet, quòd caput cum toto, quod in eo, vehementis rubedinis sit, & vehementioris caliditatis: & quòd venæ, quæ sunt in oculis, declarentur sensui. Et super caput eius, cuius est hæc dispositio, capilli nascuntur post natiuitatem velociter: &, si est calidius temperato multum, sunt capilli, qui nascũtur super caput eius, nigri, fortes, crispi. Et, quando non est calidius æquali multum, sunt capilli, qui nascuntur super caput eius, in primis, i. infantia, declines ad flauitatem, quæ trahit ad rubedinem: deinde nigrescunt. Et, quando extenditur cum eo ætas iuuentutis, accidit ei caluitium, præcipue quãdo est caliditas in cerebro eius multa. Et superfluitates in faucibus, & naribus, & oculis, & auribus in habente huiusmo di dispositionem sunt paucæ superfluitates, & digestæ, dum permanent etiam sani. Sequitur ergo quòd significatio capillorum non certificatur, donec regio æqualis sit, & complexio chymorum sit secundum similitudinem complexionis cerebri, & non habet infirmitatem. Cum ergo accidit ei in capite suo repletio (& multoties aduenit ei illud, & præcipue quando non seruatur in regimine suo) superfluitates in his locis maxime multiplicantur, veruntamen non sunt digestæ. Et accidit eis repletio et grauitas in capite ex omnibus rebus calefaciẽtibus, siue sint cibus, aut potus, aut odores, aut res, quæ occurrunt corpori exterius, in quorum numero est aer continens nos: & præcipue si res istæ cum caliditate sua sint humidæ. Et habenti hanc complexionem sufficit somnus paruus, & hoc est, quòd non submergit ipsum, & grauatur in eo. F

Ista sunt signa complexionis cerebri, quando egreditur ab æqualitate sua ad caliditatem tantum, & sunt chymi conuenientes ad illud, scilicet additę caliditatis, & est regio ęqualis. Et vult per pilos, qui nascuntur super caput, eius pilos, barbę, & grimonum, & generationum: & augmentum pilorum cranei: & natiuitatem pilorum superciliorum. Iam. n. vidi, ꝙ natus superciliorum pilos non habuit, deinde nati sunt pili post natiuitatẽ eius. Et sermone quidem absoluto omnes pili illi capitis nominantur. Intellige ergo illud. Et non est necesse, vt impleatur cerebrum velociter in hac complexione, nisi quoniam caliditas attrahit humiditates ex corpore ad ipsum. Cum ergo aggregantur in ipso, repletur ex eis caput, & redeunt effusę inferius, & multoties redeũt frigidę, sicut accidit in ascẽsione vaporis in balneo: accidit. n. calidus vapor, & aggregatur in cacumine balnei, & redit descendens frigidus. Propter illud ergo multiplicantur in istis mucilagines, & sputum. Et reliqua, quæ dicta sunt in hac complexione, sunt intellecta. Com. 49.

Signa autem cerebri, quod est frigidius, q̃; oportet, sunt, quoniam superfluitates in meatibus cerebri sunt plures: & quòd sunt pili plani, flaui, trahentes ad citrinitatem, fixi. Et non nascuntur pili super caput habentis hanc complexionem, nisi, postq̃; nascuntur, tempore magno: et primi quidem ex eis nascuntur subtiles debiles. Et properat ad ipsos læsio & nocumentum ex rebus frigidis: & in hora, qua aduenit illis illud nocumentum, accidit eis coriza, & catarrhus intrinsecus. Et, quando tangis caput suum non inuenis caliditatem eius. Et, quando aspicis ipsum, non inuenis colorem eius rubeum: & venæ, quæ sunt in oculis, non apparent visui: q̃;uis sit, habens hanc complexionem, dormiens parum. G

Cum egreditur cerebrum ab equalitate sua ad frigus, accidunt ista accidentia omnia: & sunt intellecta, secundũ quòd sermo præcessit. Com. 50.

Signa autem cerebri, quod temperato est siccius, sunt mundificatio cerebri à superfluitatibus, et claritas sensuũ. Et habens hanc complexionem vigilat multum. Et nascuntur super caput eius, postq̃; nascitur, capilli fortes valde, & sunt magis propinquiores crispitudini, q̃; planitiei: verũtamen accidit eis caluitium velociter. Signa vero cerebri, quod est humidius temperato, sunt, quando capilli sunt plani: & non accidit habenti, caluitium: & quòd sensus eius sunt turbidi: & quòd superfluitates in meatibus sunt multæ: & quòd somnus est eis grauis, & multus. Istæ ergo sunt complexionis cerebri simplices species. H

Species complexionis sunt nouem, vna ęqualis, & octo egredientes ab æqualitate. Egredientium ab æqualitate quatuor sunt simplices, & sunt illæ, in vnaquaq; quarum vincit vna quatuor qualitatum: & quatuor ex eis sunt cõpositę, & sunt illę, in vnaquaq; quarũ vincũt duę qualitates ex qualitatibus quatuor: & sunt istę, caliditas, & humiditas, frigiditas, & siccitas. Et caluitiũ quidẽ accidit abscisione generationis vaporis fumosi: & abscisio huius fit aut à caliditate, quæ cõburit ipsum, & destruitur eius generatio: aut ex siccitate exiccante ipsum, & destruitur generatio eius. Et oportet, vt intelligas in vnaquaq; specierum complexionis cerebri nouem secundum æqualitatem regionis, & declinationem chymorum versus declinationem complexionis cerebri. Et complexio quidem quandoq; est sine materia, & quandoq; vt sit cum materia. Sunt ergo complexionis egredientis ab æqualitate species sedecim, octo cum materia, & octo sine materia. Et accidit quandoq;, vt sit malitia complexionis in vno ventrium cerebri † absq; quibusdam, & in quibusdam retium eius, aut venarum eius. Cum ergo duplatur illud secũdum partem cerebri, eueniunt ex eo multæ species ex speciebus complexionis, egredientis ab æqualitate. Et secũdum hunc modum intellige in alijs membris, & in corpore toto: & sermo eius est intellectus in complexionibus cerebri egredientibus à cursu naturali. Et ipse quidem iam narrauit ex eis quinq;, vnam ęqualem, & quatuor simplices, quæ sunt, calidum, frigidum, siccum, humidum. Et ponit vnicuiq; harum quatuor, duas mansiones, exitus pauci, & exitus multi: & docuit signa cuiuslibet earum. Et ipse quidem nunc rememorat quatuor compositarũ, & facit scire quamlibet earum. Com. 51. Spẽs cõplexiõis nou. De caluit. Spẽs cõplexiõis æqualis decim. † Al. ita non in quibusdam

Compositarum

A *Compositarum ergo prima est calida & sicca. Quando vincit hæc complexio super cerebrum, sunt meatus eius mundi à superfluitatibus, & sunt sensus clari. Et habens hanc cõplexionem est plus vigilans, quàm alij homines: & accidit ei caluitium velociter. Natiuitas autem capillorum in primis in eis est velox valde, & sunt cum eis in illo spissitudo, & fortitudo, & nigredo, & crispitudo. Et, quando tangis caput eius, inuenis ipsum calidum. Et, quãdo aspicis colorem eius, inuenis eum rubeum: & hæc est dispositio eius vsq; ad horam status adolescentiæ eius.*

Cõmen. 52. De naturali cõplexione cerebri. Iam diximus in eo, quod præterijt, ꝙ æqualitas complexionis cerebri propria est, vt sit æqualitas diminutę qualitatis, seu caliditatis & siccitatis, & additæ frigiditatis & humiditatis. Arist. quidem vult, quòd istud ponitur, vt infrigidetur & humectetur superfluitas caliditatis & siccitatis arteriarum, ex quibus rete cerebri est contextum. Et Gal. quidem vult, quòd illud ponitur, vt infrigidetur & humectetur, quod facit accidere caliditas motus cerebri ex calore & siccitate. Sed, quæcunq; duarum sententiarum sit, illud, quo indiget medicus, est, vt sciat, quòd complexio cerebri naturalis est frigidior & humidior. Cum ergo est calidum & siccum, tunc iam egreditur exitu multo ab eo, quod ei natum est, & non potest remanere supra sanitatem quandam: aut superfluunt caliditas eius, & ipsius siccitas. Et propter hoc non ponit Gal. complexioni eius calidæ & siccæ mansionem, tamen additionem & diminutionem ponit.

B *Si autem calida est complexio cerebri & humida, & est superfluitas vtriusq; simul ab æqualitate, superfluitas parua, tunc ex signis habentis eã est, vt sit boni coloris. Et, quando tangis caput eius, inuenis calidum. Et, quando consideras oculos eius, inuenis in eis venas grossas. Et inuenis superfluitates in meatibus cerebri in eo, multas, ad digestionem, quæ est pauca. Et inuenis capillos planos flauos, qui trahunt ad rubedinem. Et non accidit habenti hanc dispositionem caluitium cito. Et accidit repletio & grauitas in capite eius ex rebus calefacientibus, & præcipue si accidit cũ hac calefactione humiditas: et multiplicantur superfluitates in meatibus cerebri apud illud. Et, quando superfluitas humiditatis cerebri & caliditatis eius ab æqualitate exiens est superfluitas multa ualde, est habens causam multarum infirmitatum in capite suo: & sunt superfluitates in eo multæ: & properãt ad eum læsio & nocumentum ex rebus humectantibus & calefacientibus. Et meridies est ex nocibilioribus rebus, & magis inimicis hanc dispositionem habentibus. Et melior dispositionum eius est, quando flat septentrio. Et non potest longo tempore manere vigilans: &, quando quærit somnum, accidit in eo ei subeth cũ uigilijs & imaginationibus in uisionibus. Et visus habentis hanc dispositionẽ est turbidus, et sensus eius non sunt clari. Et, si superfluitas calefactionis cerebri ab æqualitate est multũ superflua, et superfluitas humiditatis eius est ab ea parua, tunc signa calidi cerebri uincunt, et cooperiũt ea signa debilia ex signis humiditatis cerebri ab æqualitate exeuntibus. Et similiter etiã, si superfluitas humiditatis cerebri exeuntis ab æqualitate est superfluitas multa, & superfluitas caliditatis eius est superfluitas pauca, tunc signa humiditatis in habente ipsam manifesta sunt fortiora: & signa caliditatis, sunt debilia occulta,*

C *Et iste sermo est communis in omni complexione composita.*

Cõmen. 53. Quando complexio cerebri est exiens ab æqualitate sua ad caliditatem & humiditatem, tunc manifestũ est, ꝙ exitus eius ad caliditatem est multus, & exitus eius ad humiditatẽ paruus, verũtamen humiditas eius in eo est multa etiam, q̃m ipsum natura humidum. Et, humiditas q̃ est cum caliditate, toleratur diuersitas eius in additione & diminutione, & tolerantur ẽt additio caliditatis eius & diminutio eius. Propter illud posse est in cerebro, vt sint ei multę species & diuersę in additione & diminutione caliditatis & humiditatis: & iam docuit. Gal. canones eorum signorum in hoc sermone. Et, q̃m ventus meridiei est calidus & humidus, fit, ꝙ, q̃ flat, nocet cerebro, cuius est hęc dispositio, q̃m addit ei calorem & humiditatem. Et, q̃m ventus septentrionis frigidus est & siccus, fit, ꝙ, q̃ flat, cõferat cerebro, cuius est hæc dispositio, q̃m minuit ex calore eius frigiditate sua, & ex humiditate eius sua siccitate.

Et ẽm hoc exemplum conuenit tibi, vt intelligas iuuamenta & nocumenta omnium, quæ occurrunt cerebro extrinsecus in omnibus cõplexionibus eius: & hoc tm̃ est intrans in curatione, quando superfluit malitia complexionis: & in conseruatione sanitatis, quando non superfluit malitia complexionis.

D *Complexio autem frigida & sicca, quando vincit super cerebrum, tunc ipsa ponit caput frigidum, mali coloris, secundum quòd facit ei necessarium hæc complexio. Iam ergo oportet, vt hoc, quod ostendi & determinaui in principio sermonis mei, seruans semper sis, Et est, vt attendas consideratione tua, in complexione, quantum oportet mutari caput & quod est in eo, propter complexionem chymorum. Et in oculis quidem habentis hanc complexionem non apparent venæ. Et properant ad eum læsio & nocumentum ex frigidis causis, & propter hoc sanitas eius est instabilis sanitas diuersa, quoniam est leuis capitis valde, & meatus eius mundi à superfluitatibus, & quandoq; adueniunt ei corizæ, & catarrhus interior uelociter ex qualibet causa. Et sensus eius in adolescentia sunt clari, cum quibus non est infirmitas omnino: cum ergo protenditur cum eo ætas, extinguuntur & debilitantur velociter ex qualibet causa, et velociter senectus festinat ad ipsum in capite, cũ omnibus, quæ sunt in eo: & propter hoc cito adueniunt ei cani. Et tardatur natiuitas capillorum super caput eius, postquàm nascuntur, valde: & sunt subtiles, debiles, flaui, ad citrinitatem decliues. Cum ergo prolongatur cum eo tempus, tunc, si victoria frigiditatis est amplior, quàm victoria siccitatis, non accidit ei caluitium. Et, si accidat ei diuersum illius, donec sit victoria siccitatis multã valde, & victoria frigoris supra caliditatem pauca, accidit ei caluitium.*

Cõmẽ. 54. Cum ergo egreditur cerebrum ab æqualitate sua propria ad frigiditatem & siccitatem, tunc manifestum est, ꝙ frigus eius est additum ab eo, quod oportet, & siccitas eius est superflua. Si autem contingat, vt sit complexio chymorum secundum modum hunc, necessario proueniunt ab eis in illo omnia signa, quæ dixit Gal. Nam hæc com-

plexio est senectutis natura: & iterum difficultas motuū multoties accidit ab ea: &,quando superfluit,est mors. E
Et,ppter illud nō specificauit ei Gal. species diuersas istius corporis,sicut fecit in cōplexione calida & humida.

Complexio autem frigida & humida quando vincit super cerebrum, tunc vincit super habentem ipsum profunditas somni: & somnus eius, & sensus sunt mali. Et sunt superfluitaes in eo multæ: & properat ad caput frigus: et accidit in eo repletio uelociter: et cito adueniunt coriza, & catarrhus, Et non accidit etiam habenti hanc dispositionem caluitium.

Cum egreditur cerebrum ab æqualitate sua ad frigiditatem & humiditatem, tunc non fit multæ declinationis ab æqualitate vera & naturali: si autem additur exitus eius ad illud, cadit habens eam, in apoplexiam, & similia ei. Et propter hoc non est huic complexioni diuersitas cum additione & diminutione, quam necesse fuerit Gal. narrare, propter hoc, quòd, si additur frigus eius, aut ipsius humiditas, cadit habens eam in paralysim, aut in apoplexiam, aut in mortem. Cum igitur illud ita fit, tunc quantitas exitus eius ad frigus & ad humiditatem est parua tantum, & sequuntur eum omnia accidentia, quæ nominauit Gal. Et non sequitur illud, quod dixit, in complexionibus cerebri nouem, nisi quando cum eo fit comparatio: & vt complexio chymorum declinet, sicut est declinatio complexionis cerebri: & vt sit complexio æqualis regionis: quod est, quia non est, quod prohibeat, quin sit complexio chymorum decliuior ad caliditatem & siccitatem: & tunc non sequuntur illud accidentia cerebri humidi: Aut sit complexio chymorum ad calidum & siccum, & sit complexio cerebri decliuior ad frigidum & humidum: & non sequuntur illud accidentia frigidi cerebri & humidi. Et similiter est dispositio in speciebus complexionis, & dispositio aeris regionis in humiditate: & resistunt quædam harum rerum quibusdam. Et propter illud, quando vides complexionem cerebri decliuem ad malitiam complexionis, tunc intende, vt declines cōplexionem chymorum ad illud, quod est ei contrarium, nam tu expelles per illud, nocumentum descendens ad cerebrū, & attrahes per ipsum ad illud, quod facit iuuamentum magnum. Et ex rebus, quæ citius imprimunt in cerebro, est aer continens nos, & qđ continuatur ei ex vaporibus, vel quoniam aer peruenit ad ipsum absq; medio ex auribus, & naribus, & poris. Et iam declarauit illud Galenus in alio libro ab isto.

Cōmen. 55. F Citius cerebro iprimit aer.

Ista ergo sunt signa specierum complexionis cerebri.

Iste sermo duas habet expositiões, Vna quarum est, vt intelligas per ipsum omnia genera signorum complexionis cerebri nouem. Et tolerat, vt intelligas per illum signa sumpta ex rebus naturalibus cerebri, & signa sumpta ex eis, quæ occurrunt ei extrinsecus. Cōmē. 56.

Quando ergo vis scire complexionis species cuiusq; instrumentorum sensus, tunc incede hac semita, qua processisti in extractione signorum cerebri, & permuta ea ad ipsum: & sufficiat tibi, vt rememoretur tibi esse oculorum tantum.

Sensus sunt quinq;, & omnes inuenti sunt in capite. Et Gal. dicit in hoc sermone, quòd via cognitionis sermonis in signis complexionis cuiuslibet æqualis, & octo egredientium ab æqualitate, est via eadem, quam dixit in cōplexionibus cerebri. Et conditionem ponit in ea, æqualitatē complexionis, & regionis, & declinationem complexionis chymorum ad declinationem complexionis membri instrumentalis siue sensibilis. Et Gal. quidem non ponit exemplum in sensibus quinq;, qui sunt visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, nisi in visu: quod est, quia inter oculos & cerebrum est conuenientia plus, & vniuscuiusq; sensus instrumentum est cognitum ex isto instrumento, excepto instrumento tactus, ipse nanq; est cōmunis in toto corpore. Et tactus quidem non est res vna propter hoc, quia comprehendit diuersas contrarietates: quod est, quia ipse apprehendit calidum & frigidum, siccum & humidum, durum & molle, asperum & lene, sed vnusquisq; sensuum aliorum non apprehendit nisi vnam contrarietatem, & peruenit mediatione eius ad illud, quod est post ipsum. Visus enim apprehendit colorem album & nigrum, & qui sunt inter vtrosq;: & auditus apprehendit vocem acutam & grauem, & quæ sunt inter vtrasq;: olfactus apprehendit bonum odorem & fetidum, & qui est inter vtrosq;: & gustus apprehendit dulcē & amarum, & qui sunt inter vtrosq;: & significatur circa complexionem cuiusq; eorum per sex genera, quæ dixit in cerebro. Cōsidera ergo illud, & intellige illud, & non quæras à me expositionem cuiusq; dictionis, nam nos non exponimus, nisi quod clausum est ex sermone eius tantum.

Cōmē. 57. G

Dico ergo, quòd, quando oculi, dum tangis eos, calidi sunt, & motus eorum velox multum, & venæ in eis grossæ sunt & amplæ, tunc ipsi sunt calidi: &, quando sunt secundū diuersitatem illius, tunc sunt frigidi: &, quando sunt molles leni humiditate, tunc sunt humidi: &, quando sunt sicci duri, tunc sunt sicci. H

Sermo eius, s. Quando sunt secundum diuersitatem illius. significat, ꝙ, quando fiunt accidentia illius contraria accidentibus præcedentibus, tunc ipsi, s. complexio eorum, sunt frigidi. Et sermo eius totus intellectus est, & fuit semita translationis, vt enunciaret, Et, quando sunt secundum contrariū illius. vt esset sermo manifestior. Cōmē. 58.

Et properat ad eos læsio ex rebus, quarum complexio similis est complexioni eorum: & iuuantur ex rebus, contrarijs eis in complexione, quando vtuntur vsu temperato.

Quando complexio oculorū est declinans ad vnā qualitatem, festinat ad eos læsio ex conuenientibus rebus cōplexioni eorum: & res, quæ sunt contrariæ cōmplexioni eorum, sunt conferentes eis, quando administrantur eis vsu temperato. Et vsus quidem tēperati, duo sunt modi, vnus eorum est ille, qui est temperatus inter quatuor qualitates: & alter est, cuius declinatio ad partē contrariam est æqualis complexionis declinationi oculorum. Et illius exemplum est, ꝙ, quādo oculi calidi sunt, tunc aer calidus & chymi calidi addunt eis caliditatem: quare superfluit qualitas eorum, & fit illud ægritudo: et res temperatæ non nocent eis, sed conferunt eis iuuamentum minus. Res autem iuuatiuę sunt eis per hoc, ꝙ minuunt caliditatē eorum: nam, si caliditas est eis in primo gradu, & iuuamentum est eis, cuius frigus iterum est in primo gradu: quando vero superfluit frigus eis, tunc lædit & nocet. Cōmē. 59

Et oportet

A *Et oportet, vt considerando serues hoc, & accipias illud radicem communem in significatione eius super omnem complexionem in omni membro.*

Cômẽ. 60. Vult, q; oportet, vt presentem facias mentem tuam in omni complexione, in quocũq; membrorum est, in quo imprimunt causæ. Nam, si læditur à causis calidis, & iuuatur à causis frigidis, tunc est calidum: si econuerso, tunc est frigidum: & secundum hanc intentionem est in humidis & siccis, & in complexionibus compositis etiam. Et manifestum est, quòd iuuamentum, quod fit, aut est per causas contrarias æqualis complexionis, cõplexioni egredienti membri: aut per causas æquales: aut illarum, quarum declinatio est parua. Cuius exemplum est, vt sit hoc membrum, quod mutatur, calidum & siccum in primo gradu, tunc iuuamentum huic membro est aut æquale, aut decliue ab æqualitate ad frigus & humiditatem quantitate gradus vnius. Quòd si adduntur frigus eius & humiditas ipsius, extrahit mẽbrum à sua complexione, & facit peruenire ipsum ad malam complexionem. Et oportet, vt intelligas, quòd Gal. in sermone suo, V su æquali. dixit, vt administretur causa contraria secundum gradationem & ordinem, & non erraueris in ipsa vel prima vice, & administres eam, & non lędas membrum.

Magnitudo quidem oculorum, quando est cum proportione & bonitate suarum operationum, tunc significat, quòd materia, vnde creati sunt, fuit multa & æqualis. Et, si non est magnitudo oculorum ab his duabus proprietatibus, quas narrauimus, tunc significat, quòd materia fuit multa, sed non fuit æqualis. Paruitas vero, si est cum proportione & bonitate operationum, tunc significat, quòd materia, ex qua† causati sunt, fuit pauca, sed tamen æqualis. Et, si est cum malitia proportionis, & malitia operationum suarum, significat, quòd illa substantia, ex qua† causati sunt, fuit pauca & mala.

B

† al. creati.
† al. creati.

Cômen. 61. Quando magnitudo oculorum est cum proportione & bonitate visus, significat, q; materia, ex qua creati sunt oculi, multa fuit & æqualis, ex qua posibile fuit, vt virtus causatiua aut creatiua faceret oculos magnos, proportionales fortitudini visuum. Et, si est magnitudo oculorum absq; proportione, & non est virtus in visibus, tunc est significatio, quòd materia multa fuit & inæqualis. Non igitur proportionatum fuit virtuti, vt faceret ex ea, quod oportuit. In paruitate autem oculorum dixit, q, si est cum proportione & bonitate operationum eorum, tunc est significatio, quòd materia, ex qua sunt, fuit pauca, sed equalis: sed, si est cum malitia proportionis, & malitia operationum ipsorum, significat, quòd illa substantia, ex qua fuerunt creati, fuit pauca mala. Diuersitatem ergo fecit inter sermonem suum hunc, & illud, quod dixit in cerebro: quod est, quia vituperauit cerebrum paruum secundum quamcũq; formam fuerit factum, & non vituperauit oculos paruos secundum quamcũq; dispositionem. Et causam quidem in vituperatione sua, qua vituperauit paruitatem cerebri, iam præmisimus, & explanauimus illud, quod ipsum est radix nuchę & neruorum. Et istis quidem, oportet, vt sit magnitudo & virtus: oculi autem sunt rami, & non radix. Non ergo nocet paruitas eorum, quando est cum proportione & bonitate in visibus: quod est, quia virtus, cum inuenit materiam paruam æqualem, fecit ex ea oculos bonos paruos. Cum vero est paruitas eorum cum proportione mala, neq; bonitas est in visibus, tunc materia, ex qua fuerunt, fuit pauca mala, & propter hoc fuit necessario ab ea qualitas, siue debilitas virtutis causatiuæ: fecit ergo oculos malos.

C

Esse autem coloris oculorum hac via oportet te determinare. Dico ergo, quòd glaucedo vincit super oculos ex multitudine splendoris clari, qui profluit in humiditate clara, non multa: & quòd nigredo vincit super oculos econtrario illius: medius vero inter glaucedinem & nigredinem fit per causas medias.

Cômẽ. 62. Exponit sermonem suum istum per hunc sermonem.

Glaucedo autem vincit super oculos aut propter magnitudinem humiditatis grandineæ: aut propter claritatem eius: aut quoniam locus eius est locus eminens: aut propter paucitatem humiditatis subtilis aquosæ, quæ est in loco pupillæ, & claritatem eius. Et, quando aggregantur istæ causæ omnes, est oculus in vltimo glaucedinis. Et, si quædam earum sunt inuentæ, et quædam earum non, est augmentum & diminutio in glaucedine secundũ illud.

Cômen. 63. Intellectũ est ex hoc sermone, quòd splendor clarus est claritas humiditatis grandineæ, & magnitudo eius, & reliqua, quæ ipse dixit: & q splendor non clarus est ſm contrarium illius. Et Gal. quidem narrat causas fuscedinis, quas nominauit in eis, quæ præmissa sunt in nigredine oculorum.

Fuscedo autem vincit super oculum aut propter paruitatem humiditatis grandineæ: aut quando locus eius est locus profundus: aut quãdo non est clara neq; luminosa: aut quando humiditas est subtilis: aut est in pupilla plus, quàm oportet, & non est clara: aut propter aggregationem alicuius harum causarum. Et additio fuscedinis, & diminutio eius fit, secundum quòd diximus nuper in glaucedine.

D

Cômẽ. 64. Sermo iste est intellectus.

Et, humiditas subtilis, quæ est in pupilla, quando est subtilior, & amplior, quàm oportet, vides oculum humidiorem, quàm oportet: & similiter, si est illa humiditas grosior, & minor, quàm oportet, est oculus siccior.

Cômen. 65. Pupilla est foramen, quod videtur in oculo: & est foramen vueæ tunicæ. Et humiditas subtilis, quæ est in hoc foramine, vocatur albuginea propter similitudinem suam cum albugine oui subtilis. Hæc ergo humiditas si est subtilis & multa, est oculus humidior: &, si est pauca & grossa, est oculus siccior.

Humiditas autem grandinea, si est durior, quàm oportet, facit oculum sicciorem: &, si est mollior, quàm oportet, facit oculum humidiorem. Et similiter etiam, si superfluit super humiditatem subtilem, donec non æquetur ei, ponit oculum sicciorem: si minuitur ab ea, ponit oculum secundum contrarium illius.

Cômẽ. 66. Humiditas autem grandinea est, qua fit visus, quia in ea firmantur imagines colorum, eorum, quæ videntur: &

oĩa,quæ sunt in oculo ex tunicis & humoribus,aut sunt iuuantia in ea,aut seruientia ei. Propter hoc ergo, quando induratur,facit oculum sicciorem:&,quando mollificatur,facit oculum humidiorem,& humiditas albuginea rorat eam deforis. Cum ergo superfluit grandinea ab ea, † remouet ex ea, quod non rorat eam albuginea: quare fit durior:&,quando fit durior,fit oculus siccior. Et,si minuatur grandinea ab albuginea, alterat eam albuginea, quare facit eam molliorem: quapropter fit oculus humidior. Hoc est ergo vltimum, quod dixit Gal. in signis complexionis oculorum:& manifestum est ex eo,quòd aggregauit in eo sex genera signorum, quæ dixit in cerebro. Considera ergo illud, & inquire, vt extrahas signa cuiusq; sensuum reliquorum per hunc modum. Nam, quando tu exercitatus fueris cum visu in eo, quod diximus ex signis complexionis cerebri, & ex signis complexionis oculi,non occultabuntur tibi cætera signa complexionis auditus, neq; signa complexionis odoratus,neq; signa complexionis tactus,neq; signa complexionis gustus. Et intellige à me,quòd volo per auditum,instrumentum auditus:per odoratum,instrumentum odoratus: per gustum,instrumentum gustus:per tactum, instrumentum tactus. Exemplum illius in instrumento gustus est,quia,si lingua est magna cum proportione & virtute sensus gustus,& est cum eo difficile patiens à causis calefacientibus,& infrigidantibus,& exiccantibus,& humectantibus,tunc complexio eius est æqualis: & materia,ex qua generata est, multa & æqualis. Et secundum hunc modum stabis,si fueris rememoratus omnia,quæ dixit Gal. & extrahes omnes complexiones simplices, & compositas. Et Gal. quidem dimisit dicere in oculis quatuor complexiones compositas,& sunt calida & sicca,calida & humida,frigida & sicca,frigida & humida,quoniam sunt cognitæ ex illis simplicibus. Cuius exemplum est,q̃,si cōplexio oculorum sit calida & sicca,tunc aggregantur in ea signa complexionis calidę & signa complexionis siccę. Sunt ergo oculi calidi,& venæ eorum grossæ & amplæ:& oculi cum hoc sunt duri & sicci,& non est posibile, vt sit motus eorum velox,quoniam eorum siccitas prohibet ab illo. Et,si sunt calidi & humidi,tunc calidi sunt oculi & velocis motus,& venæ eorum sunt grossæ & amplæ:& videbis eos plenos humiditate. Et secundum hoc exēplum ratiocinare,& non expectes à Gal. nec à me,vt dicamus tibi omnia particularia.

E

† an potius remouet?

F

Tractatus secundus,qui est de Signis Cordis.

OPortet autem,vt dicamus nunc,esse specificum complexionum cordis. Et dicemus in primis,quia nos, quando dicimus in vnoquoq; horum membrorum,quòd est calidius,aut frigidius,aut humidius,aut siccius,quàm esse debet,nos non dicimus illud,comparantes illud ad aliud. Nam,cor si consequatur in frigore,quod est vltimum, quod est posibile ipsum consequi in humana natura, tunc complexio eius secundum dispositionem eius, est in vltimo calidior complexione cerebri. Et,si consequatur cerebrum vltimum,quod posibile est ipsum consequi ex caliditate hominis in natura,tunc complexio eius est multum frigidior complexione cordis.

G

IN HOC sermone ostendit Gal. q̃ complexio cuiuslibet membrorum naturalis est alia etiam à complexione alterius:& quòd æqualitas complexionis in vnoquoq; membrorum est propria illi membro. Et,quando dicitur in eo,quòd est calidius,aut frigidius,aut siccius,aut humidius,non dicitur illud,nisi per comparationem ad complexionem eius naturalem,non per comparationem ad complexionem alterius membri.

Cōmen. 1. Nō graduātur mēbra nisi p cōp. ad cōp. nat.

Signa ergo cordis,quod est calidius sua complexione æquali,quæ ei sunt inseparabilia & propria, sunt magnitudo respirationis,& velocitas pulsus, et frequentia eius,& virilitas,& festinantia ad actionē. Quod si fortis caliditas sit valde in corde,tunc ex signis eius,velocitas iræ,& audacia,& furor. Et pectus habentis hanc dispositionem est multorum pilorum, & præcipue anterior pars eius,& quod est in ventre,& lateribus, & locis propinquis cordi vel pectori. Et in pluribus dispositionibus eius totum corpus calefit calefactione cordis, si non resistat ei hepar resistentia vehementi. Et dicam post paululum signa totius corporis.

Magnitudo respirationis fit,vt sit,quod ingreditur de aere frigido,plus,quàm quod egreditur de vapore fumoso,generato à calore cordis. Et similiter est dispositio in frequentia & velocitate pulsus eius. Et sequitur,vt sit pulsus etiam maior:quod est,quia velocitatem & frequentiam eius præcedit pulsus magnitudo. Dicit ergo Gal. velocitatem pulsus & frequentiam eius tantum, & tacet de magnitudine eius, quoniam illud est res cōsequens, dum etiam in corpore non est ægritudo,quæ debilitet virtutem. Et,cum mores animæ sunt sequentes complexionem corporis, sequūtur ad caliditatem cordis virilitas, & festinantia, & reliqua,quæ dixit de moribus. Et posibile est quidem per philosophiam acquiri istos mores, & castigationes, & disciplinam legum: & propter hoc est intellectum ex sermone eius,quòd isti mores sunt sequentes à caliditate cordis,dum non prohibet aliquid ab eis. Et multitudo quidem pilorum est consequens multitudinem materiæ eorum: & est vapor fumosus, ex quo generantur pili.

Cōmen. 2.

H

Amplitudo pectoris etiam est ex significationibus calidi cordis, nisi resistat cordi in illo etiam cerebrum resistentia vehementi:quod est,quia quantitas nuchæ in pluribus dispositionibus est proportionalis cerebro,& quantitas spondilium est secundum quantitatem nuchæ. Oportet ergo,vt sit quantitas dorsi totius secundum illud. Et pectus quidem compositum est supra partem dorsi,& sunt duodecim spondiles ab eo,quod est sub ceruice, sicut componitur nauis super lignum, super quod est eius fabricatio. Ex illo ergo oportet necessario, vt longitudo pectoris sit proportionalis longitudini duodecim spondilium super quas est compositum. Amplitudo autem eius tunc est,quando est proportionalis compositio eius quantitati & spissitudini spondilium secundum spondiles. Et,quando vincit caliditas in corde,aperit pectus, & dilatat ipsum in principio generationis suæ. ergo secundum caliditatem cordis est amplitudo pectoris. Et similiter, quando est amplitudo pectoris cum paruitate capitis,tunc illud est ex maio-

ribus

A *vibus signis & magis significantibus caliditatem cordis. Et, quando est strictura pectoris cum magno capite, tunc illud est ex proprioribus signis frigiditatis cordis. Et, quando pectus est capiti proportionale, tunc pone determinationem tuam in complexione cordis ex alijs signis, propterea, quia tu non potes significare tunc ex quantitate pectoris super aliquid ex esse cordis.*

Cõmen.3. Quod autem caliditas aperiat membra, quando contingit inueniri ipsam additam in principio generationis, illud verum est, quoniam ipsa extendit membra & amplificat ea. Verum etiam, ꝙ magnitudo pectoris, & eius paruitas sint sequentes res duas, quarum vna est dispositio nuchę: & altera est dispositio cordis. Illud etiam est verum, ꝙ nucha quidem oritur in posteriori parte cerebri. Cum ergo cerebrũ est magnum, est illud, quod generatur ab eo, proportionale ei in magnitudine: & sequitur ab eo magnitudo spondilium, quæ sunt tutamen nuchæ. Et, quĩ magnificatum est, illud, quod ab eo fabricatur super eas, est magnum: & pectus quidẽ fabricatur super duodecim spondiles ex eis. Dispositio autem cordis est, quoniam pectus est creatum, vt sit tutamen cordis & defensio: ergo ẽm dispositionem cordis est dispositio pectoris. Oportet ergo, vt ab illo mutetur figura pectoris, vt in paruitate & magnitudine, & ẽm mutationem quantitatis capitis, & quantitatis cordis. Et manifestum est, ꝙ, quando cor est calidius, q̃ oportet, tunc est maioris quantitatis, ẽm ꝙ diximus, quia caliditas extendit membra mollia tenera, & dilatat ea in principio generationis: & est augmentatio eorum in sequentibus sequens motum eorum in principio rei. Intellige ergo à me istud, & intelliges per illud sermonem Gal. totum. Et quandoq; accidit, raro tamen, vt sit quantitas nuchæ non proportionalis quãtitati cerebri: & non est proportionalis cerebri quantitati, quando contingit in dispositione generationis, vt sit materia mala, & virtus debilis: & illud quidem parum & raro contingit. Et propter illud dixit Gal. ꝙ quantitas nuchæ in pluribus dispositionibus est proportionalis quantitati cerebri: & non dixit, ꝙ illud est sequens semper.

Magnitudo & paruitas pectoris sequũtur duas res.

B

Quantitas nuchæ non semp ꝓportionatẽ quãtitati cerebri.

Et quando cor est frigidius sua complexione æquali, est pulsus minor æquali: & non oportet proculdubio, vt sit tardior, aut vehementioris raritatis eo.

Cõmen.4. Paruitas quidem pulsus est, quando frigus cordis non indiget introitu aeris frigidi multum, neq; generatur ab eo vapor fumosus multus, cuius exitus sit necessarius cum festinatione & virtute. At vero, quia non oportet proculdubio, vt sit tardior & vehementior, rarus est, quoniam, si frigus cordis est paruum, tunc paruitas pulsus sufficit in eo, quo indiget calor innatus: &, si superfluit frigus cordis, non sufficit paruitas pulsus cum illo. Indiget ergo paruitas caloris innati, vt tardetur motus pulsus, & rarificetur quies eius.

Respiratio autem, si quantitas paruitatis pectoris est propter quantitatem additionis frigoris cordis, tunc est proportionalis pulsui. Et, si quantitas pectoris est maior quantitate additionis frigoris cordis, non est respiratio minor tantum, sed cum illo tardior & uehementioris raritatis.

Cõmen. 5. Quando cor est frigidæ complexionis natura, tunc quantitas eius est minor, & consequitur ab illo paruitas pectoris. Cum ergo pectus est paruum, sequitur, vt sit dispositio respirationis, sicut dispositio pulsus equaliter, s. vt sit respiratio parua, & non proculdubio sit tardior, & vehementius sit rara. Et, quando nucha est magna, & sequiẽ à magnitudine eius magnitudo pectoris, oportet, vt diuersẽ respiratio eius à pulsu, vt. s. sit respiratio parua rara.

C

Et habens hanc dispositionem, à natura sua est timidus, & non est ei furiositas, vel virilitas, vel animositas: & est habens tarditatem, & prolongationem: & anterior pars pectoris est nuda pilis. Quantitatem autem pectoris, oportet, vt determines, secundum quòd diximus ante. Et similiter est esse frigidioris corporis totius.

Cõmen. 6. Sequitur frigus cordis totum, quod dixit de moribus, dum non remouet eos philosophia, aut castigatio, aut aliquid ex consuetudinibus. Et dixit in sermone suo, in caliditate cordis & frigore eius esse corporis totius, vt intelligas ab eo per illud, quia, si cor est calidæ complexionis, sequitur ipsum caliditas totius corporis.

Dispõtoti corp. frig. & cali. sequiẽ dispõnẽ cordis.

Et, quando cor est siccius sua complexione æquali, facit duriorem pulsum. Et iste non est cum velocitate motus ad iram, verũtamen, quando excitatur, fit parua & fit difficilis sedatio motus eius. Et totum corpus eius apud illud totaliter in pluribus dispositionibus est siccius complexione sua æquali, nisi resistat hepar cordi. Et, quando cor est humidius sua complexione æquali, est mollis pulsus. Et motus habentis ipsum ad iram velox, verũtamen sedatio eius est velox. Et totum corpus erit humidius, nisi resistat hepar cordi.

D

Cõmen. 7. Non rememoratus est Gal. resistentiæ hepatis cordi in dispositione complexionis cordis calida, & in complexione eius frigida, propterea, quia cor est origo caloris innati. Nam, si est calidum, ponit calorem innatum in corpore ampliorem & maiorem. Propter hoc calefit ab eo totum corpus necessario: & non possibile est aliquid, quãuis consequatur in frigore, quod est vltimum (quod forsitan est possibile) vt cõsequatur ex eo, vt resistat calori innato, generato à complexione cordis calidi. Et secundum hoc exemplum, quãdo cor est frigidum, ponit calorem innatum in corpore minorem: quare infrigidatur totum corpus necessario, & non est possibile aliquid, quàuis cõsequatur in caliditate, quod est vltimum, vt consequatur ex eo, vt resistat paucitati caloris innati à complexione cordis frigidi generati. Et Gal. quidem dimisit signa extrinseca propter apparentiam eorum: quod est, quia, si causæ calidæ imprimunt in corpus caliditatem cum velocitate, tunc ipsæ significant caliditatem cordis, præcipue si febres properant ad corpus, & quæ currunt cursu earum. Et causæ frigidæ, quando imprimunt in corpus frigiditatem cum velocitate, tunc sunt significantes frigus cordis: & secundum hunc modum est dispositio in causis exiccatiuis, & causis humectatiuis. Et, quod ex sermone Galeni remanet, ĩtellectũ est ẽm sermones ꝑteritos.

Specierum autem complexionis cordis compositarum ex qualitatibus primis dispositio est hæc. Ex signis quidẽ complexionis calidæ & siccæ cordis est, vt sit pulsus durus, magnus, velox, frequẽs: & sit respiratio magna, velox,

frequens. Et dignus est, vt multiplicetur additio eius in uelocitate, & frequentia, quando non est superfluitas amplitudinis pectoris secundum superfluitatem caliditatis cordis. E

Cõmen. 8.

Iam diximus in eis, quæ sunt præmissa, ꝙ cor est in loco radicis arboris, & arteria eius magna nascens ex ventre eius sinistro, est similis cruri arboris. Et hoc crus, quando elongatur à corde, diuiditur in duas diuisiones magnas, quarum vna vadit ascendendo sursum, & altera descendit inferius. Et ramificantur ex vnaquaq; duarum diuisionum rami multi, sicut virgę, quorum vnusquisq; vadit ad membrum: & sic ramificantur ex vnoquoq; maiorum ramorum rami minores: & ex istis iterum rami magis parui: & non cessat taliter illud esse, donec perueniatur ad arterias capillares, sparsas in cute, & in alijs membris. Et, quando dilatatur cor, dilatantur omnes arterię corporis simul: &, quando constringitur, constringuntur omnes ipsæ simul: hoc quidem est, quando permanet corpus secundum dispositiones sanitatis, aut secundum dispositionem, in qua non mutat ægritudo dispositionem arteriarum. Et per dilatationem earum attrahitur aer frigidus ab exterioribus corporis ad interiora eius: & in constrictione earum exprimitur vapor fumosus, generatus in eis: & extrahit ipsum ad exteriora corporis: & illud est ex orificijs suis capillaribus, continuatis cum eo, quod apparet de cute. Et Galenus quidem vult, ꝙ calor innatus euenteť per illud, sicut euentatur ignis per flabellum: & stringiť, & figiť eius accensio per euentationē, & æquatur complexio eius. Et Aristo. vult, ꝙ sermo Gal. sit verax, † & ꝙ remansit super ipsum aliud residuum, quod est radix in eo, quod dixit Gal. Et hoc residuum est, ꝙ motus cordis & arteriarum generant per frictionem earum, calorem innatum, & euentant ipsum similiter: & per hunc motum generatur spiritus animalis deferens substantiā aīæ. Et propter illud, cum ex arterijs generatis ab eo, quod ascendit ad cerebrum ex duabus arterijs, quarum vna ascēdit, & altera descendit, texantnr retia, in se inuicem mirabiliter intrantia, & moueantur motu mirabili valde, generatur ab eis species spiritus deferentis ex partibus animæ partem eius rationalem. Et vtrisq; quidem videtur, ꝙ vita sit à motu cordis & arteriarum: & ꝙ virtutes motiuæ (& sunt viuificantes) sunt fixæ in corde, & currunt in arterijs advnamquāq; partem corporis, & acquirunt eis vitam sibi propriam, & caliditatem innatam propriam. Et dispositio pectoris in eo, quod ipsum trahit sua constrictione de vapore fumoso generato in corde, & quod attrahit de aere frigido ad cor, erit dispositio cordis & arteriarum in eo, quod attrahunt de aere frigido, & in eo, quod faciunt exire de vapore fumoso. Et differentia inter vtrasq; est, ꝙ pectus mouetur voluntarie, & facit exire, quod aggregatur in eo, ex eo, quod expellit ad ipsum cor: & facit intrare ad concauitates suas aerem frigidum, quem attrahit cor. Et ego quidem vidi in anatomia rem mirabilem, & est, ꝙ intromisi manum meam in animali decollato, adhuc se agitante, ad cor, ita, ꝙ secui pectus, & tetigi ipsum vehementis caliditatis & fortis flammę. Et, cum res sit, sicut dixi, tunc manifestum est, ꝙ respiratio & pulsus mutantur & figuntur secundum tres causas, Vna earum est necessitas: & est conseruatio caliditatis innatæ, & euentatio eius, & generatio spiritus animalis. Et secunda est, virtutes motiuæ: nam, si ipsæ sunt fortes, faciunt operationes suas absq; prohibitione: &, si sunt debiles, alterantur earum operationes. Et tertia est, instrumenti obedientia: nam pectus & arteriæ, quando sunt sana, obediunt virtutibus in operationibus suis: &, quando sunt infirma, non obediunt. Et manifestum est, ꝙ ipsæ virtutes sunt iuxta quatuor species, virtutes scilicet dilatantes, & istæ agunt cum specie villorum: & virtutes retinentes, & istæ agunt per speciem aliā villorū: & virtutes, quę retinent, & faciunt quietē post dilatationem: & virtutes retinentes, facientes duas quietes, operantur omnibus speciebus villorum membri in arterijs. Hoc quidem est manifestum in anatomia, ꝙ ipsæ habent duas tunicas, scilicet tunicam, cuius villi sunt longitudinales: & tunicam, cuius villi sunt latitudinales: & aggregant vtrosq; villi capientes exterius transuerse. In pectore vero istæ species in villis inueniuntur in lacertis pectoris. Et lacerti quidem pectoris mouentur per illud, quod aduenit eis ex neruis: & propter hoc est motus pectoris per voluntatem. Et sapientia quidem Creatoris sublimis in vnaquaq; harum rerum est mirabilis compositionis vade. Manifestum est ergo ex eo, quod narrauimus, ꝙ, quando cor est calidius & siccius natura, q̃ conuenit ei, tunc corpus eius, & corpus arteriarum est siccius & durius propter exiccationem: & respiratio, & pulsus sunt veloces, magni, & frequentes. Et magnitudo quidem est, vt ingrediatur per eā aer frigidus plus: sed per velocitatem intellige, vt tempus motus in dilatatione sit plus, & in constrictione minus: sed frequentia fit, quando duo tempora quietis sunt minora: quod est, quia, quando non sufficit magnitudo cum eo, quod necessarium est, vtitur natura velocitate: &, cum non sufficit cum illo, vtitur frequentia. Intellige ergo illud totum, quod dixi tibi, & scies per illud, totum, quo indiges ex esse significationis frigoris per inspirationē, & per pulsum simul. Et intellige per illud sermonem Gal. cuius exemplum est, ꝙ, si caliditas augmentatur, augmentatur magnitudo: & non cessat magnitudo addi additione eius, vsquequo consequatur natura finem suum, & tunc vtitur natura velocitate per additionem caliditatis. Cum ergo non sufficit velocitas, vtitur etiam frequentia: & econtrario, quādo minuitur caliditas, tunc primum, quod accidit, est diminutio frequentiæ, quia rarificatur quies: Et, cum additur diminutio eius, additur raritas, &, cum consequitur effectum suum, tardatur: & non cessat tarditas addi, donec consequatur statum suum: tunc ergo magnitudo incipit minui: minoratur ergo pulsus. Et non est tibi, vt prouideas per pulsum vermiculosum & formicalem, isti enim non sunt veloces, neq; magni, sed sunt spissi, frequentes propter debilitatem virtutis. Et nos nō ponimus tibi exemplum, nisi secundum necessitatem tantum: & est caliditas: nam alterantur respiratio, & pulsus secundum virtutem, & secundum instrumentum etiam. Et totum illud est intellectum per virtutem sermonis nostri: & tu stude in eo ex libris Gal. in respiratione & pulsu. Et non est malum, vt ponā tibi exemplum ēt ex dispositione virtutis, & exemplum in dispositione instrumenti. Virtus. n. qñ est salua fortis, efficit oīa, quę diximus in eo, quod p̄terijt: &, qñ debilitať, non pōt extendere venā, & extendere ipsam in oēs diametros eius: & ꝓpter hoc minuiť magnitudo, & cū diminutione magnitudinis adduntť frequētia & velocitas: & additť frequētia, vt cōpleatur per eā illud, quod deficit à cōplemento sui, ꝑ magnitudinem & velocitatem.

In dilatatione cordis dilatātur oēs arteriæ.

tať & quia. F

Respiratio & pulsꝰ mutanť & figūtur fm tres causas. G

Motꝰ pectoris ē volūtarius.

Quid sit magnitudo, velocitas, & frequentia ī pulsu. H

Instrumentū

A Instrumentum vero,& est corpus venæ,si est obediens, dilatat ipsum virtus: &,si non est obediens, minuitur magnitudo,& accidit in loco eius mutatio in motu & quiete.

Et habens hāc dispositionē ē plus pilosus,quàm alij homines,in anteriori parte pectoris,& quod sequitur pectus ex ventre,& lateribus,& curiosus, & paratus ad actiones, velox, fortis iræ:& mores eius sunt mores tyranni vincentis,quoniam ira eius mouetur velociter,& fit difficilis quies eius. Esse autem complexionis totius corporis, & esse amplitudinis pectoris,oportet,vt determines,secundum quòd ante diximus.

Cōmen.9. Totus iste sermo intellectus est,secundum ꝙ diximus nuper.

Et,quando vincit super cor humiditas cum caliditate, sunt pili in habente hanc dispositionem,minus,quàm in illo,quē diximus ante,verūtamen non minuuntur in curiositate ad actiones:& non fit parua ira eius,sed est uelox tantum. Pulsus vero est magnus,mollis,non velox, frequens. Verum respiratio eius,quando pectus est proportionale cordi,est secundum modum,secundum quem est pulsus. Et,quando pectus est minus,tunc respiratio additur in velocitate & frequentia ab eo,quod monstrauimus,secundum paruitatem quātitatis pectoris. Et,quando est respiratio in hac cōplexione,multa superflua,præcipue si accidit illud,vt sit illud in humiditate,tunc cum eo,quod narrauimus,accidunt ægritudines ex putrefactione,quoniā humores in habente hanc dispositionē corrūpuntur & putrefiunt:& fit exitus respirationis maior & velocior introitu eius:& est cum eo cōstrictio pulsus venarū velox.

Cōmē.10. Totus iste sermo est intellectus,s̄m ꝙ diximus in eo,quod præterijt. Etiam excitauit in eo sup hoc,totū, quod

B dixit de esse respirationis & pulsus:& canones,qbus sciunt particularia pulsus ex dispositionibus sanitatis & ægritudinis:Quod est,quia,qñ cordis cōplexio est calidior,q̄ oportet,& humidior,ponit totum corpus calidius & humidius,si non resistat ei hepar in humiditate sua. Et,quando adduntur caliditas & humiditas ipsius, & non resistit ei hepar in humiditate,fit complexio chymorum recipiens putrefactionem & corruptionē:& propter hoc accidunt ab eis febres putridę. Et proprius pulsus omnibus febribus putridis est, vt sit exitus respirationis per constrictionem pectoris,& per cōstrictionem arteriarum,maior & velocior introitu eius per dilatationem earum:quod est, quia generatur à putrefactione humorum vapor fumosus plus:quare est necessarium extrahere ipsum,& expellere ipsum à corpore plus,q̄ indigeat calor innatus introitu aeris frigidi. Calor enim innatus in dispositione febriū est minor per declinationem eorum:quod est,quia febris calor accidētalis:& calor innatus,est caliditas naturalis, quem debilitat calor extraneus. Propter debilitatem ergo caliditatis innatæ nō est necessarium,vt intret aer frigidus multus,quo euentetur:& propter putrefactionem humorū generatur vapor fumosus multus, in cuius egressione est necessaria magnitudo constrictionis,& velocitas eius. Et propter illud sequitur ab eo, quod diximus,res propria cum putrefactione,& est frequentia pulsus post dilatationem,s. vt sit requies post dilatationē,minoris tēporis,q̄ quies facta post constrictionem.

De natura pulsus oīu3 febriū putridarum.

Et,quando cor est frigidius & humidius sua complexione æquali, tunc pulsus est mollis. Et habens hanc complexionem,est priuatus virilitate,timidus, piger:et est anterior pars pectoris eius nuda pilis:et fortasse non retinet

C *odium,neq; properat ad ipsum ira. Dispositionem autem pectoris,& dispositionem totius corporis oportet te determinare secundum illud,quod præmissum est.*

Cōmen.11. Iam perduxit te in sermone,qui est ante istum,ad sciendum qualitatem mutationis pulsus à mutatione necessitatis,quæ est innata caliditas,& generationis fumosi vaporis. Et innuit illud tibi ad sciēdū qualitatem alterationis pulsus ab alteratione instrumenti:nam,quādo arteriæ sunt molles,aut duræ, alterantur pulsus. Mollities quidem earum consentit virtuti motiuæ: & per duritiem earum fit difficilis motus earum : & propter hoc indiget virtus, vt aggregetur vehementia eius. Et manifestum est ex hoc sermone, ꝙ oportet,vt pectus sit strictius & mollius. Et similiter cor minoratur:& arteriæ molliores,& strictiores fiunt: & sequitur ab illo, vt sit totum corpus decliuius ad frigiditatem & humiditatem. Et sequitur à frigiditate cordis,& humiditate ipsius totum,quod narrauit in hoc sermone,de timore,& pigritia,& paucitate generationis vaporis fumosi, ex quo generant pili.

Diuersificatur puls⁹ ex diuersitate arteriarū.

Complexio autem frigidi & sicci quando vincit super cor,tunc ipsa ponit pulsum paruum & durum: respirationem vero,si pectus est minus comparatione frigoris cordis,tunc ipsum ponit æqualem. Et, si pectus est minus additione frigoris cordis,est sicut dispositio pulsus: &,si est dispositio pectoris maioris,comparatione frigoris cordis, fit respiratio rara & tarda. Et habens hāc cōplexionē est minoris iræ,quàm homines alij,verūtamen, quando aliquo modo egreditur ad iram,seruat eius memoriam:& est minus alijs hominibus pilosus in anteriori parte pectoris.

D *Dispositionem vero in paruitate pectoris,& dispositionem in frigore corporis totius oportet te determinare secundum illud,quod præmissum est.*

Cōmen.12. Illud,quod sequitur à frigore cordis,est,vt sit cor minus, & pectus minus, nisi resistat ei cerebrum & nucha. Quòd si quātitas pectoris proportionalis quantitati cordis sit, fit respiratio æqualis: &,si quātitas pectoris est improportionalis quātitati cordis,alteratur respiratio. Et secundum hoc exemplum,si cor est frigidum,& pectus est magnum amplum,manifestū est,ꝙ frigus cordis non indiget introitu aeris plurimi,neq; egressione vaporis multi:propter illud ergo sequitur,vt rarificetur tēpus quietis pectoris,& tardetur motus eius. Pone ergo s̄m hoc exēplum vnāquāq; complexionem cordis:& pone in directo cuiusq; earum amplitudinem pectoris, & strictionem eius,& proportionem eius,& scies per illud,& intelliges totum,cuius intellectu indiges ex eo, quod sequitur ab illo de malitia respirationis. Et totum intellectum est,quod ipse dixit de immutatione respirationis, factæ ab alteratione complexionis cordis. Intellige ergo comparationem eius in motu arteriarum. Residuum autem sermonis intellectum est secundum hoc,quod præterijt de expositione nostra.

Et oportet, vt ſis rememorans rerum, quæ communicant eis, quæ narrauimus : & eſt, quòd per illud, quod diximus nunc, aut in ſermone alio ab iſto de eſſe morum, volentes per illud cognitionem complexionis, non ſignificamus mores, quos acquirit homo ex contemplatione & philoſophia, ſi boni ſunt mores aut mali, ſed non intelligimus per illud, niſi mores innatos, ſecundum quos vnuſquiſq; hominum natus eſt naturaliter. E

Com.13.

Morum alij ſunt innati, & ſunt, ſm ꝙ dixit Gal. ſequentes cōplexionem corporis: & ſm ꝙ dixit Ariſt. id, quod recipit complexio corporis ex præparatione ad quoſdam mores. Et alij ſunt acquiſiti per diſciplinas, & leges, & ꝑ philoſophiam. Et non conuenit medico, vt per aliquem ex moribus acquiſitis ſignificet ſuper complexionem.

Mores autem innati ſunt ſm præparationem, ad quos naſcitur homo: vel ſunt, ſm ꝙ oportet medicum ponere ſigna ſignificantia ſuper complexionem naturalem. Quapropter oportet eum, qui ſignificat per eos, vt caueat ab errore morum acquiſitorum. Et via cauendi iſtud, eſt, vt conſideret, ſi illud, quo morigeratur homo, eſt ex lege, ad quam intendit: ex quo morigeratus eſt: & ex cōſuetudinibus eorum, qui ſunt de doctrina ſua: & morum, qui ſunt de arte ſua: & præteritum ſuæ conſuetudinis. Verbi gratia, lex quandoq; præcipit vnū, aut prohibet, tunc iam morigeratur omnis, qui obedit ei, per illud. Et ſimiliter conſuetudines regionis : Occidentalibus enim ſunt mores eis cōmnnicantes: & Turcis ſunt mores cōmunicantes eis: & Arabibus ſunt mores cōmunicantes eis. Et ſimiliter opifices artium: nam mores Scriptorum ſunt alij à moribus Militum, & alij à moribus Mercatorum. Quòd ſi contingat, vt ſint leges & conſuetudines eorum de regione, & artes conueniāt, acquiret homo aliquos ex moribus: & ille homo natura inueniet ex ſe ipſo mores, ſeparatos ab alijs moribus. Et, quando mouet ipſum aliqua ex rebus, tunc dimittit mores ſuos acquiſitos, & apparent ex eo mores ſui īnati. Illi ergo mores ſunt ſeruantes ſignificationes ſuper complexionem eius. Et ego quidem iam vidi virum calidi cordis & ſicci natura, & fuerunt mores eius lupini natura ſuper ſeruos ſuos, & ſuper ſeruientes ſuos, & omnes, ſuper quos habebat dominium : & dilecta erant ei bona, & operationes pulchræ electæ ex lege, & commixtio eorum, quæ ſunt ex ea, & caſtitas, & religio, & indumenta iuſtorum ex comparibus, & induſtria iuſtorum ex operationibus ſuis, & inquiſitio queſtus liciti in lege, & omnia contraria: & morigeratus eſt cum religioſo & bono. Et cum hoc, qn̄ aliqua res mouebat iram eius, cōmouebatur ei ira, & properabat ei ira, & iraſcebatur, quāuis morigeratus eſſet ex religione. Et, poſtquā conſecutus eſt ętatem primæ ſenectutis, multiplicatū eſt illud, quod generat cōplexio eius calida & ſicca ex cholera nigra, & ſecuti ſunt illud humores melancholici, & apparuerunt in corpore eius puſtulæ multæ, etiam ex hoc humore, vſquequo præterijt humor: etiam perditum fuerat multum ex eo, quod acquiſitum fuit. Fuit ergo, quod apparuit de lupinoſitate eius, & ipſius duritie in diſpoſitione caſtitatis eius, & eius religione nimia, ſignificatio verax valde ſuper victoriam caliditatis, & ſic ſuper cōplexionem cordis eius. Et ſm hoc exēplum, age in ſignis ſumptis ex moribus. Hoc enim capitulum eſt magni lucri & iuuamēti in medicina, & philoſophia, in medicina quidem, quoniā ſcitur cōplexio vincens ex moribus vicentibus natura: ſed in philoſophia, qm̄ ſcitur cōplexio vincens cauſa malorum morum. Inclinetur ergo cōplexio ad contrarium eius, ſicut dicitur in regimine ſanitatis, & acquiret habens eam, mores acquiſitos, contrarios moribus naturalibus in eo aut per diſciplinam : aut per complexionem, & philoſophiam: aut per legem & caſtigationem. Et hoc quidem eſt magis iuuatiuum in nutritione infantium, ipſi nāq; velocius ſunt recipiētes illud, quod recipiūt ex diſciplinis, & fit cōſuetudo in eis id, quaſi res eſſet innata eis.

Rō diſcernēdi mores innatos ab acquiſitis.

F

De vtilitate iſtius capit̃.

G

Tractatus tertius, qui eſt de ſignis Hepatis.

Hepatis autem ſigna, quando eſt calidum, ſunt amplitudo venarum non pulſatilium: & quòd eſt cholera citrina plurima: & in hora ſtatus adoleſcentiæ multiplicatur cum ea cholera nigra : & quòd ſanguis eſt calidior, & propter hoc calet totum corpus, niſi reſiſtat cor hepati: & multiplicantur in eo pili, quod eſt in eo, quod eſt ſub hypochondrijs, & ventre.

Com.1.

IAM DIXIMVS, ꝙ caliditas, quoniam eſt magis vincēs natura à principio creationis in aliquo membrorū, tunc ipſa dilatat illud, & facit ipſum maius. Et propter illud ſequitur ab ea, quādo innata eſt & addita in hepate, vt hepar ſit maius: & fit etiam, ab eo quod naſcitur, proportio nale. Et naſcēs ex ipſo eſt ſicut crus, & eſt vena concaua profunda: & ex ea ramificantur omnes venæ non pulſatiles, & diuiduntur in membris corporis omnibus. Et, qm̄ ſunt hepar & venæ calidæ, calefit ſanguis plus, quare generatur in eo cholera citrina, plurima. Et, quando ſequitur adoleſcentia ſtatum ſuum, & declinat corpus ad humorem melancholicum, aduritur cholera citrina, & fit cholera nigra, qđ eſt, quia humores melancholici duo ſunt modi, quorum vnus eſt fęx ſanguinis & ſuperfluitas eius, & hic proprie eſt, qui humor melancholicus nominatur: & alter eſt, qui generatur ex aduſtione humorum. Et humores quidē, qui naſcuntur, ſunt multi: & ſunt phlegma ſalſum, & humor melancholicus, & ſanguis, & cholera citrina. Cum ergo aduritur cholera citrina, nominat̃, quod ex ea aduritur, cholera nigra: & generantur ab vnoquoq; horum humorum, quando aduruntur, ęgritudines multæ diuerſæ. Et manifeſtum eſt etiam, ꝙ, hepar quando eſt calidū, multiplicatur generatio vaporis, qui eſt materia pilorum: per illud ergo multiplicatur generatio pilorum in eo, quod eſt ſub hypochondrijs, & ventre. Et ſequitur à caliditate ſanguinis & inflammatione eius per caliditatē hepatis & venarum, ꝙ calefiat corpus totum, niſi reſiſtat ei cor: cor nanq;, quando eſt frigidius, ponit corpus frigidius. Et propter illud ſequitur, ꝙ, qn̄ quātitas frigoris cordis eſt, ſicut quātitas caliditatis hepatis, ſit cōplexio corporis æqualis inter caliditatem & frigiditatem, qm̄ frigus cordis & caliditas hepatis ſunt permixta.

H

Hūoris melancholici duo ſūt modi.

Et, quando hepar eſt frigidum, tunc ſigna eius ſunt ſtrictura venarum non pulſatilium: ut ſit plus phlegma, & ſanguis frigidior: & ſit totum corpus propinquius ad frigus, niſi calefaciat cor, ipſum: & vt ſit, quod eſt ſub hypochondrijs & ventre, nudum pilis.

Phlegma

Cōmen. 2. De generatiōe phlegmatis naturalis, & suarū ſpecierum.

Phlegma naturale eſt ſanguis diminutæ digeſtionis. Cum ergo hepar eſt frigidum, ſequitur à frigore eius paruitas eius, & quod generatur ex eo ex venis: & debilitas digeſtionis ſanguinis. Ergo generatur ab eo phlegma, & propter diminutionem caliditatis ipſius hepatis accidit phlegmati, vt infrigidetur. Generantur autem à phlegmate naturali, quod eſt phlegma dulce, ſpecies famoſę & multæ diuerſi phlegmatis. Acetoſum quidem eſt, quod ex eo eſt ſubtile, & frigus eius propinquum. Salſum vero ex eo eſt, cum accidit ei, vt dominetur caliditas ſuper ipſum, exiccãs humiditatem eius ſubtilem dulcem: quod eſt, quia ſubtile eius ſuffumigatur, & reſoluitur, & remanet ſalſum, quoniam accidit ei ſimile, quod accidit aquę maris. Vitreum vero generatur propter ſuperfluitatẽ frigoris ſuper ipſum. Et, ſanguis iterum quãdo in toto corpore eſt frigidior, ſequitur ab eo frigus corporis, niſi reſiſtat ei cor, nã cor, quando eſt calidius, calefacit totum corpus. Et, ſi eſt quantitas declinationis frigoris hepatis plus declinatione quantitatis caliditatis cordis, ſequitur ab illo, vt ſit corpus æquale inter caliditatem & frigiditatem. Et paucitas generationis pilorum apparens eſt, quoniam materiæ eorum generatio minoratur per frigus hepatis.

Et, quando hepar eſt ſiccum, tunc ex ſignis eius eſt, quòd ſanguis groſsior & paucior eſt: & quòd venæ non pulſatiles ſunt duræ: & corpus totum ſiccius eſt.

Cōmen. 3. Sermo iſte iam eſt intellectus. Et iam dimiſit ex eo rememorationem reſiſtẽtiæ cordis hepati: & cauſa illius eſt, quia origo humiditatis totius corporis eſt ex hepate, ſicut origo caliditatis totius corporis eſt ex corde. Cum ergo

B hepar eſt ſiccum, minoratur humiditas corporis, ſicut, quando eſt cor frigidum, infrigidatur corpus ſecundum omnem diſpoſitionem.

Et, quando hepar eſt humidius complexione ſua æquali, tunc ex ſignis eius eſt, quòd ſanguis eſt plurimus, & humidior: & quod venæ non pulſatiles ſunt molliores: & ſimiliter corpus totum, niſi reſiſtat ei cor.

Cōmen. 4. Iſte ſermo intellectus eſt: quod eſt, quia reſiſtentia cordis eſt in hac diſpoſitione ſm hoc, ꝙ cõplexio eius exiccat humiditatem hepatis: & Gal. quidem exponit illud poſt paululum.

Et, quando hepar eſt calidum & ſiccum, tunc ex ſignis eius eſt, quòd pili in eo, quod eſt ſub hypochondrijs, ſunt multi: & quòd ſanguis eſt paucior, & groſsior: & quòd cholera citrina eſt ſecundum plurimum, quod eſt: & in hora ſtatus adoleſcentiæ multiplicatur cholera nigra: & quòd venæ non pulſatiles, ſunt amplæ duræ, & ſimiliter eſt diſpoſitio totius corporis.

Cōmen. 5. Differētia inter chylum & chymū.

Cibus & potus aggregantur in ſtomacho, & comprehẽdit eos, & decoquit eos, donec fiat totum illud in eſſentia aquę hordei. Et Ariſt. quidem hoc chylum nominauit: & Gal. elegit hoc nomen etiam. Deinde hepar attrahit huius chyli ſubſtantiam à ſtomacho & ab inteſtino ieiuno per venas multas hepatis, quæ nominantur meſeraicę hepatis, ex porta hepatis ramificatæ: & eſt vena, quæ naſcitur ex concauitate hepatis. Et continuantur quędam earum cum corpore ſtomachi, & plurimæ earum continuantur cum inteſtino, quod nominatur ieiunum. Cũ ergo

C peruenit ſubſtantia chyli in hepar, decoquit ipſum iterum, & ſiunt ex eo quatuor humores: & Ari. quidem nominauit eos chymos: & Gal. quidem elegit hoc nomen. Ex eo igitur, quod eſt ex ipſo crudum, & quod non eſt perfectæ digeſtionis, generatur chymus phlegmatis: & ex eo, quod de ipſo digeſtum eſt, quod eſt perfectæ digeſtionis, generatur ſanguis purus: & ex eo, quod ex ipſo eſt ſupfluitas & fęx, generatur humor melãcholicus: & ex eo, quod de ipſo eſt ſpuma, generatur humor cholericus. Et Creator quidem ſublimis ordinauit ſplenem, vt attraheret humorem melancholicum, donec mundificetur chymus ſanguinis ex eo: & ordinauit fel, vt attraheret humorẽ cholericum, donec mundificetur ſanguis ex eo. Et non ordinauit humori phlegmatis membrum proprium, ex quo mundificetur ſanguis, imo poſuit ipſum permixtum in ſanguine, vt compleatur digeſtio in eo poſt tempus, & fiat ſanguis in venis, & humectet membra: & propter iuuamenta alia, & hic nõ eſt locus numerãdi omnia ea. Et qñq; in venis generantur etiam in cæteris membris iſti chymi quatuor: & generantur in vnoquoq; eorum modi diuerſi: quod eſt, quia aſſociatur eis omnibus ſanguis à principio generationis ſuæ in hepate: & currit cum eo ex eis, cuius attractio euadit ſplenem & fel. Et ordinauit Creator ſublimis duos renes, vt attrahant aquoſitatem ſanguinis. Cum ergo hepar eſt calidius & ſiccius, facit ſanguinem groſſum, decliuiorem ad caliditatẽ & ſiccitatem: & generãtur ab eo omnia, quæ nominauit Gal.

Phlegmati nõ eſt receptaculũ ꝓpriũ, ſicut alijs hũor.

Caliditas, quæ profluit ex corde, poteſt vincere frigiditatem, quæ profluit ab hepate, ſicut frigiditas cordis etiam

D *vincit caliditatem hepatis.*

Cōmen. 6. Cor eſt fons totius caloris, & ex eo procedit in membra totius corporis mediantibus arterijs: & in vnoquoque membrorum figitur caliditas, quæ eſt ei propria, ſm ꝙ acquiritur ex corde in principio generationis. Et ſequitur cor in caliditate hepar, qm̃ eſt creatum, vt decoquat ſubſtantiam chyli, & faciat eum chymũ. Sequitur ergo ab illo illud, quod dixit Gal. in hoc ſermone.

Siccitatem vero, quæ eſt propter hepar, non poteſt cor, quamuis ſit humidius, vincere eam, & conuertere ad contrarium.

Cōmen. 7. Hepar eſt fons humiditatis corporis: quod eſt, quia ipſum eſt illud, quod generat chymos. Cum ergo ipſum ſit fons vel radix humiditatis corporis, & ſit ſiccum, nõ poteſt aliud membrum conuertere corpus ad humiditatem, ſcilicet vt reſiſtat ſiccitati eius in primis, deinde addat ſuper illud, & conuertat corpus: & faciat ipſum, poſtq̃ fuerit ſiccum natura, humidum.

Humiditas vero, quæ eſt propter hepar, eſt media inter duas diſpoſitiões, quas diximus: quod eſt, quia ſiccitas cordis vincit eam plus, q; humiditas, quæ eſt propter cor, ſiccitatem, quæ eſt propter hepar.

Cōmen. 8. Non eſt facta hepatis humiditas media inter hæc, vt ſit vincens ſuper ſiccitatem cordis, & victa ſit à caliditate

hepatis,

hepatis, nisi propterea, ꝙ, quando cor est siccum, calefacit totum corpus, & exiccat ipsum: quod est, quia caliditas addita natura super caliditatem omnium membrorum, iuuat siccitatẽ in desiccando humiditates: quapropter sequitur, vt vincat humiditatem hepatis. Et, quoniã hepar est fons humiditatis, sequitur ab illo, vt sit humiditas eius media inter hoc, vt sit vincens & victa magis, q̃ caliditas hepatis. E

Et frigus quidem cordis vincit caliditatem hepatis plus, quàm vincat siccitas eius humiditatem ipsius: & caliditas cordis. frigus hepatis multo plus est vincẽs, q̃; siccitas cordis humiditatẽ hepatis, propterea, quòd frigus, quod est ex hepate, est velocius & propinquius ad vincendum, q̃;. omnes qualitates, quæ sunt ex eo.

Com.9.

Canon, quo intelligitur totũ illud, est, ꝙ plurimũ chymorum, qui generãtur in hepate, attrahit cor ex vena cõcaua submersa, & hepar effundit illud in vẽtrẽ cordis sinistrũ, & decoquit illud cor iterũ. Arist. vero vult, ꝙ cor est illud, quod decoquit & generat sanguinem purũ, mundum, quo nutriũtur memba nobilia: & Gal. cõuenit ei ẽm hoc, & diuersificatur in eo, qđ est post illud. Aristoteli q̃dẽ videtur, ꝙ cor partitur nutrimẽtũ, & influit virtutes nutritiuas ad reliqua membra, quæ sunt sub eo, mediãte hepate. At vero Gal. vult, ꝙ hepar partitur nutrimẽtũ, & influit virtutes nutritiuas ad reliqua mẽbra absq; medio. Et hæc quidẽ diuersitas nõ nocet in arte medicinę, propterea, ꝙ hepar ẽm sententiã Arist. etiã est membrũ nobile, ad quod influit cor virtutes suas nutritiuas, & figuntur in eo, & sustẽtãtur in eis: & influit eas cor ad reliqua mẽbra, q̃ sunt sub eo, mediãte hepate. Et Gal. vult, ꝙ hepar ĩfluit has virtutes mẽbris absq; medio, & influit eas ad mẽbra superiora mediãte corde. Sequitur ergo à duabus sententijs simul, ꝙ hepar est mẽbrum nobile, cuius alteratione alteratur corpus: & sunt qualitates eorũ, s. cordis & hepatis resistentes, & fit totum corpus, ẽm ꝙ dixit Galenus. F

Iam ergo manifestum est, quòd, quando aggregantur harum duarum radicum complexiones super rẽ vnam, tunc totius corporis secundum rectitudinem & veritatem complexio, fit vtriusq; cõplexio: & enunciabo post paululum signa, quæ significant ista.

Com.10.

Sermo iste est intellectus ex præterita expositione nostra.

Et, quando hepar est calidum & humidum, tunc ipsum facit pilos in eo, quod est sub hypochondrijs, minus, q̃; in habente hepar calidum & siccum: & facit sanguinem secundũ plurimum, quod est: & facit venas non pulsatiles magnas, & totum corpus humidum & calidum, si non resistat cor hepati. Et, si elõgetur complexio hepatis in duabus qualitatibus simul plus hoc, à naturali dispositione, festinant ad habentem ipsum ægritudines putridæ, quæ sunt ex additione chymorum, & præcipue si adduntur humiditates additione multa valde, & addatur caliditas additione parua. Et econtrario, s. vt sit additio humiditatis parua, & additio caliditatis magna valde, tunc forte non accidit habenti hanc dispositionem malitia chymorum. G

Com.11. De mõ generõnis putredinis & oppilatiõis

Totus iste sermo intellectus erit, quando intellexeris esse putrefactionis, quæ generatur ex additione chymorum: & intellectus eorum est secundum hunc modum. Quando multiplicantur chymi mali in corpore, aut multiplicatur vnus eorum, aut plures vno: Aut currunt in membris, aut resoluũtur à membris superfluitates eorum: Aut prohibet cursum earum, & resolutionem superfluitatum eorum res alia, & hæc res alia aut est debilitas virtutis, & est, vt pigra sit virtus à delatione earum, & ipsarum regimine, & vocatur repletio secundum virtutem: aut implentur vasa & extenduntur in diametris suis, & vocatur illud repletio secundum effusionem. Et accidit etiam, licet sit virtus fortis, vt prohibeant resolutionem superfluitatum eorum oppilationes generatæ ab eis, aut spissitudo pororum: quare coarctantur, & prohibetur eorum resolutio, & nõ resoluuntur. Et quandoq; refunduntur ad quædam membra, & inuiscantur in eis: & quandoque non effunduntur. Veruntamen, quando coarctantur, & prohibetur eorum resolutio, putrefiunt: &, quando putrefiunt, generatur à putredine earum calor extraneus: & à putredine earum generantur quidem pustulæ omnes, & apostemata, & corruptiones membrorum, & febres putridæ, & alię ægritudines. Et Gal. quidem totũ illud in hoc libro summatim tetigit, & tu videbis istud in eo, quod est post. Et ex eis, quæ generant oppilationes, sunt viscositas humorum, & grossities eorum. Et plurimum generationis illius est ab additione humiditatis: & ex eis, quæ resoluunt oppilationes, & prohibent coarctationem, & resoluunt viscositatem humorum, est additio caliditatis, quoniam ipsa liquat humorem, & subtiliat ipsum. Intellige ergo illud, & compara istud cum eo, quod præterijt de expositione nostra, & intelliges per illud sermonem Galeni. H

Et, quãdo hepar est frigidum & humidum, tunc, quod est sub hypochondrijs, est nudum pilis: et in sanguine vincit phlegma cum strictura venarum non pulsatiliũ: & est totum corpus secundũ propinquitatẽ dispositionis huius, nisi conuertat ipsum cor ad contrariũ. Et, quando est hepar frigidũ & siccum, tũc corpus eius est pauci sanguinis: strictura venarum: &, quod est sub hypochondrijs, nudum pilis, nisi vincat cor.

Com.12. Sanguis sumitur dupliciter.

Nomen sanguinis apud Hip. Et Gal. est commune, significat enim vnamquanque duarum intentionum, quarum Vna est aggregatio chymorum permixtorum in venis, sicut illud, quod videmus in phlebotomia egredi: iste enim sanguis non est purus, sed in eo sunt omnes chymi quatuor: &, quoniam sanguis purus tingit ipsum colore suo proprio propter multitudinem suam, & illud est, quòd ipse est plus alijs humoribus natura, tunc nominatur summa eorum nomine eius. Et secũda est sanguis purus, & hic parum fit singularis, et purificatur ita, quòd non associetur ei alius chymorum. Cum ergo est hepar siccum, exiccantur humores, & propter frigus eius est parum decoquens eos debiliter. Sequitur ergo ab illo paucitas chymorum, & sunt illi, de quibus enunciat Gal. in hoc sermone, scilicet sanguinis. Et residuum sermonis eius est intellectus, secundum quòd præterijt de expositione Galeni.

Tractatus quartus, qui est de signis testiculorum, & de signis dispositionis totius corporis.

QVando autem complexio testiculorum est calidior caliditate naturali, tunc habens eam est venereus, multæ generationis perficiens: & festinat in eo natiuitas pilorum in membris generatiuis, & continuatur cũ eo, quod est in eorum circuitu.

Cõmen. 1. GALENVS exponit in hoc sermone, & in hoc, quod cõtinuatur cũ eo ex sermone in testiculis, causam principatus testiculorum: quod est, quia ipsi alterant totum corpus, & virtutes animę sunt ſm mutationem cõplexionis eorum. Ex illo est, quod videmus de mutatione corporum hominum & animalium castratorum, quæ conuertuntur et declinant ad naturas mulierum per abscisionem testiculorum. Et ex eo est reliquum, quod narrauit Gal. in diuersitate complexionis eorum. Nam, quando complexio testiculorum est calida, fit homo desiderans coitũ, & fortis super eo, multæ generationis, proficiscens in eo: & multiplicatur in eo, quod sequitur eos generatio vaporis, qui est materia pilorum. Apparet ergo per hunc sermonem, ꝙ, quãdo complexio eorum est calida, calefaciũt totum corpus. Variæ de sp-mate opiniones. Iam ergo dixit Hippo. ꝙ sperma venit ex toto corpore in dispositione motus coitus: & generatur in testiculis, sicut spuma in orificijs equorum, quando stimulantur, sicut generatur à percussione vndarũ maris. Et Gal. quidem dixit, ꝙ testiculi sunt, in quibus generatur sperma. Aristo. quidem dixit, ꝙ sperma generatur in venis inuolutis, s. in vasis spermatis, & completur eius generatio in testiculis. At vero, qualitercũq; diuersificen- B tur dispositiones, virtus, quæ facit sperma, deferens ipsum in dispositione coitus, s. virtus generatiua, ex omnibus virtutibus corporis ad testiculos currit, & fit sperma comprehendens eam. Sequitur ergo vna duarum rerum, aut vt sit virtus generatiua fixa in testiculis: aut vt adueniat testiculis in dispositione coitus virtus generatiua, & figatur in spermate intra testiculos, & egrediatur spma deferẽs, donec generetur ex eo, & sanguine menstruo embryo. Et, quodcũq; illorum fuerit, manifestũ est ab eo, ꝙ testiculis est principatus sequẽs hepatis principatum.

Et, quando complexio eorum est frigida, fiunt tunc signa eius contraria istis, quæ narrauimus.

Cõmen. 2. Significauit, ꝙ ipsi infrigidant corpus: & habẽs eos tepescit à coitu, & est paucæ generationis, & nõ proficiẽs: & minorantur in eo, quod sequitur pectinem, & coxas, & partem vmbilici, & quod est sub eo, pili.

Et, quando complexio eorum est humida, tunc habens eos est exuberãtis spermatis. Quando aũt cõplexio eorum est sicca, tunc habens eam est pauci spermatis, & sperma eius est ad grossitiem parum declinans.

Cõmen. 3. Quando testiculi sunt humidæ complexionis, declinat corpus ad humiditatẽ, & exuberat illud in vtrisq;, quod generatur ex spermate, propter multitudinem materiæ: & propter illud est sperma multum subtile: & econtrario, quando sunt sicci. Et causa in multitudine spermatis, & paucitate eius, & ipsius subtilitate & grossitie, & proficuo C & non proficuo illius, est illud, ſm ꝙ est testiculorum complexio: quod est, quia continuãtur cum eis arterię multę, & venæ, & nerui magni multi, qui deferunt eis spiritum & sanguinem & reliquas virtutes. Decoquũt ergo ipsum sanguinem, & conuertunt ipsum in sperma, & figuntur in eo virtus generatiua & reliquæ virtutes. Arist. vero Arist. ponit i spmate intelligentiã. dicit, ꝙ in spermate est quædam intelligentia diuina, quæ est continens, i. circũdãs illud, quod generat embryonẽ. Sequitur ergo, qñ complexio eorũ est humida, vt multiplicetur in eis materia spermatis & sanguinis: qñ vero cõplexio eorum est sicca, sequitur, vt minoretur in eis materia spermatis, scilicet sanguis.

Et, quãdo cõplexio eorũ est calida & sicca, tunc sperma est grossum: & est habens eam multæ generõnis valde, & excitatur ad coitum valde velociter in principio pubertatis suæ. Et nascuntur eis pili in locis membrorum generatiuorum velociter, & in omnibus, quæ sunt in circuitu eorum, & continuantur desuper ad partes vmbilici, & inferius ad medium coxarum. Et habens hanc complexionem stimulatur ad inquirendum coitum cum virtute, veruntamen lassatur & abscinditur velociter: & si agat super se ipsum & multiplicet, aduenit ei inde nocumentum.

Cõmen. 4. Non fit, ꝙ stimulatur habens eam velociter valde ad coitum in principio iuuentutis suę, nisi quando calor stimulat eum, & sperma eius est medium, i. temperatum est, in principio pubertatis suę propter illud, quod remanet cum eo de humiditate infantiæ. Et manifestum est, quia est proficiens generationi in hac dispositione. Cũ igitur multiplicatur coitus, inflammatur materia spermatis per caliditatem testiculorum, & ipsorum siccitatem: quare D lassatur, & abscinditur velociter. Si autem multum fatiget se ipsum super additionem in eo, aduenit ei nocumentum ex illo, scilicet accidunt ei ægritudines, quæ generantur ex malitia complexionis calidæ & siccæ. Residuum sermonis eius intellectum est.

Et, quando aggregatur cum caliditate in testiculis humiditas, tunc pili sunt in habente eos in locis generationis minus, & sperma eius plus, veruntamen desiderium eius ad coitum non est plus, quàm desiderium alterius: & tolerat coitum multum, præter quòd eueniat ei nocumentum ex eo. Quòd si adduntur duæ qualitates simul additione multa, & caliditas, & humiditas, non potest habens hanc complexionem prohiberi à coitu, quin eueniat ei nocumentum.

Cõmen. 5. Hæc complexio facit exuberare sperma, & multiplicat ipsum, & stimulat ad coitum, sicut stimulat complexio calida: quod est, quia caliditas stimulat animam, & humiditas exuberat sperma. Sequuntur ergo omnia signa, quę dixit Gal. Quando ergo vides, eas scilicet significationes aggregatas, tunc scias, ꝙ complexio testiculorum, calida & humida sit natura.

Et, quando complexio testiculorum est frigida & humida, illud, quod est in circuitu eorum, est nudum pilis: &

habens

habens eam tardat in principio, cum ipse vtitur coitu, & nō fortiter desiderat ipsum: & sperma eius est aquosum, subtile, paucæ generationis, generans fœminas. E

Paucitas quidem pilorum est sequens paucitatem materiæ pilorum, ex qua generantur: & illud, quod generat hanc materiam, est caliditas: &, quando frigus testiculorum & humiditas eorum ponunt eos ita, ꝙ nō decoquitur sanguis, nec digerunt ipsum, nec faciunt ex eo sperma equale, tunc sequuntur ab illo oīa, que diximus. Et Gal. quidem inducit in hoc sermone questionem, & est sermo eius, Generans fœminas. nam putatur in eo, ꝙ sperma, quando est calidum & siccum, est generans masculos. Quare ergo tacuit Gal. in eo, quod preterijt de sermone suo? Com. 6.

Dico ergo, ꝙ Hip. ostēdit in libro de embryone, ꝙ causa in generatione masculorum est virtus spermatis, & in generatione fœminarum est debilitas spermatis. Virtus autem & debilitas sunt ꝑm sententiam Gal. hoc modo: virtus autem spermatis est sequens æqualitatem complexionis: & debilitas est sequēs exitum complexionis ab equalitate. Et Gal. quidem exponet hāc intentionem in eo, quod est post. Et, quando est, ꝑm quòd diximus, tunc complexio est calida & sicca, & debilitat etiam virtutem. Ergo generat fœminas, & generatio fœminarum est à debilitate virtutis spermatis, nisi occurrat ei ex viro, aut vxore eius aliquid, quo temperetur, & generet masculos. Apparet ergo per illud, quod diximus, ꝙ Gal. facit nos rememorari sermonis eius, ꝙ sperma frigidum & humidum generat fœminas: sed generatio fœminarum est à debilitate virtutis spermatis: & generatio masculorum est à virtute spermatis. Et ideo dixit Hip. Complexio calida generat masculos: & frigida fœminas: & Gal. dixit in expositione illius, ꝙ virtus spermatis ꝑm plurimum est sequens complexionem calidam, nisi superfluat hæc complexio, & redeat debilitans eam, & destruatur generatio: & ꝙ debilitas spermatis ꝑm plurimum est sequens complexionē frigidam, nisi minoretur hæc complexio, & non debilitet eam. Et, si non esset illud, nō esset poſsibile, vt generaretur masculus in latere sinistro matricis raro: & fœmina in latere dextro raro. Nā, si res essent sequentes sermonē Hip. hunc, esset semper masculus in latere dextro: & fœmina in latere sinistro matricis: & hoc per vitam meam est existens plurimum, & quādoq; fit diuersum raro, & ꝑm minorationem rerum. Intellige ergo illud, & fac illud. Cum ergo venit ad te quærens & rogans, vt tu facias ipsum generare masculos, tunc extrahe signa significantia æqualitatem complexionis spermatis: & da ei & vxori eius ex regimine, & cibis, & medicinis bibitis, & ex eis, quibus fit suppositio, i. pessarium, & emplastrum, & inunctio, aliquid, quia, quando aggregatur sperma vtriusq; in matrice, est complexio aggregati equalis. Cuius exemplum est, ꝙ, si sunt signa significantia, quòd sperma vnius eorum est frigidum & humidum, aggrega inter eum, & inter illum, cuius est sperma calidum & siccum, & da frigido & humido calida & sicca, q frigiditatē eius minorēt & ipsius humiditatē: & da calido & sicco frigida & humida, vt minorēt caliditatē eius & siccitatē ipsius: & administra ex exercitio, & frictione in balneatione, & cibo, totum, quod confortat, & præparat ad exercitium coitus.

De cā generatiōis masculorū & fœminarū. F

Ad generādū masculos.

Et, quando complexio testiculorum est frigida & sicca, tunc esse habentis eos est in cæteris dispositionibus suis, sicut dispositio eius, qui est ante ipsum, veruntamen sperma eius est groſsius, & est parum gathen, idest exiguum valde. G

Quòd autem calida complexio adiuuet ad generandum masculos, & frigida ad generādum fœminas, istud est, quoniam caliditas adiuuat super digestionē, quando est naturalis. Cum ergo digeritur sperma, virtus est in eo magis completa, quoniam frigiditas prohibet à digestione, siue naturalis, siue accidētalis sit: &, quādo est sperma crudum & indigestum, virtus eius est debilior. Et propter hoc fit, ꝙ latus dextrum adiuuat ad generandum masculos propter caliditatem suam: & latus sinistrum ad generandum fœminas propter frigiditatem suam. Et non est adiutorium caliditatis, & prohibitio frigiditatis, existens causa essentialis in illo, sed causa essentialis est illud, quod diximus nuper ex hoc, quòd æqualitas complexionis facit meliorem virtutem, & exitus ab equalitate facit eam debiliorem. Hoc est ergo, quod oportet te seruare & operari in eo. Et manifestum est, quòd frigus testiculorum facit sperma indigestum, & eorum siccitas minorat ipsum. Cum ergo aggregatur in eo, vt sit frigidū, grossum, paucum, nominatur gathen, i. exiguum. Intellige ergo illud & scies, quoniam non est generatiuū propter frigus suū, & suam groſsitiem, & paucitatē suam. Quòd si conueniat ei in matrice aliud sperma exuberantis caliditatis, poſsibile est, vt generet embryonem malum, aut fœdorum membrorum, aut diminutæ forme: quod est, quia fœtus est ꝑm illud, ꝑm quod est complexio spermatis masculi & fœmine, dum non accidit ei in hora impregnationis prohibens aut alterans intra matricem propter humores aggregatos in corpore matricis, vel propter causam aliam, que cunq; fit. Iam ergo declaratum est ex eo, quod dixit Gal. dispositio principatus cordis, & quòd est cor princeps primus: & sequitur ipsum in principatu cerebrum: & sequitur cerebrum hepar: & sequuntur hepar testiculi. Et sciuisti signa significantia dispositionem complexionum vniuscuiusque horum membrorum. Et sciuisti, quòd illud, quod sequitur, vel quod nascitur ex vnoquoq; horum, dispositio complexionis eius est, sicut est dispositio cō plexionis radicis, ex qua oritur. Com. 7. H

De Signis dispositionis totius Corporis.

In dispositionibus autem corporis totius iam ante diximus, quòd sunt similes cordi & hepati, veruntamen vincit in eo similitudo cuiusque eorum, cum quo est qualitas fortior, quæcunq; qualitatum fuerit ex primis, quæ nominantur actiuæ.

Res similis quandoq; est ꝑm veritatem, sicut similis ei: & quandoq; est non similis ei ꝑm veritatē in re, qua aſsimilatur ei, sed est similitudo propinquior aut longinquior. Dispositiones ergo corporis totius aſsimilantur cordi & hepati aut secundum veritatem, aut secundum propinquitatem eorum valde: & aſsimilantur cerebro & testiculis per similitudinem longinquiorem illa, sicut accidit, vt sit pectus proportionale cerebro & nuchæ per spōdiles, Com. 8.

super

De hominibus qui castrantur. super quas est fabricatum; Et sicut accidit, quãdo castratur homo, assimiletur corpus eius & mores ipsius corporibus mulierũ & moribus ipsarum. Intellige ergo illud à Galeno. Qualitates aũt primæ, q̃ nominãtur actiuæ, sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. Aristoteles autem nominauit eas actiuas, aut qm̃ faciũt aliquid in corpore: aut qm̃ corpus & anima patiuntur ab eis, s̃m ꝙ ostendit in libro prædicamẽtorum in tertia specie ex speciebus qualitatis. Et multoties quidem nominantur caliditas & frigiditas actiuę: & nominãtur humiditas & siccitas passiuæ; Caliditas enim, qm̃ ipsa calefacit & digerit: sed frigiditas, qm̃ ingrossat, & congelat, & aggregat: humiditas vero, qm̃ per eam fit passio rei facilis: sed siccitas, qm̃ per eam fit passio rei difficilis. Et Gal'. quidem nominat eas oẽs actiuas in hoc loco, sequendo sententias dialecticas: quod est, quia qualitates actiuę & passiuæ in vno terminorum siue capitulorum dialecticæ continentur.

A

Et, quando dispositionem totius corporis dicimus, tunc plurimum, quod significamus per illud ex membris, est illud, quod cadit in primis sub visu, & illud est musculi inuoluti super omnia ossa. Et musculus quidem est caro composita ex carne simplici prima, & ex villis, qui inuoluuntur, & super quos componitur caro. Et substãtia quidem musculi propria non est, nisi duæ istæ res. Venæ autem, quæ cotinuantur cum eis, non sunt eis, nisi sicut rami & riui aquarum: & non sunt complentes eorum substantiam, sed adiuuant ad hoc, vt remaneant.

Cõmen. 9.

B

Villi, qui inuoluuntur, & super quos componitur caro, sunt quidam nerui, qui continuantur cum carne musculi, & ponuntur in ea, & fiunt villi, quibus contexitur caro musculi. Cum ergo appropinquant fini eius, redeunt dispertiti, & aggregantur, & fit ex eis chorda, quæ continuatur cum membro. Cum ergo colligitur musculus versus radicem suam, attrahitur membrum, cum quo continuata est chorda, ad partem, in qua musculus est positus, & continuatur cum musculo. Item arteriæ, quæ dant ei caliditatem innatam, & spiritum animalem, cum eo continuantur: & continuantur cum eo venæ, quæ imbibunt ipsum, s. quæ dant ei nutrimẽtum. Cum ergo arteriæ dãt ei calorem innatum, & spiritum animalem, & sanguinem subtilem: & venæ non pulsatiles dant ei sanguinem, ex quo nutritur, nominauit Gal'. totum, quod dispertitur in partibus musculi ex venis nõ pulsatilibus, & arterijs, nomine communi vtrisq;, & est venæ. Et dixit, ꝙ illud non complet substantiam musculi. Et non dant ei, nisi sicut riui, s. venæ non pulsatiles: & adiuuant etiam ad hoc, vt remaneãt. s. venæ pulsatiles, i. arteriæ. Intellige ergo illud ab eo, & non obliuiscaris sermonis eius. Et, quando diximus dispositionem totius corporis, tũc plurimum, quod per illud significatur, est musculus. Sed iam remanserũt ex corpore res aliæ multæ, & sunt reliqua mẽbra, quę sunt prę ter radices quatuor, & quæ ex eis nascũtur: & quæ sunt præter musculos, sicut ossa, & ligamẽta, & panniculi, & reliqua mẽbra officialia, sicut stomachus, & pulmo, & renes, & vesica, & alia. Corpus. n. totum cõpositũ est ex omnibus membris, sicut ex musculis, & alijs.

Quæ musculorum substãtiã ingrediãtur, & quæ nõ.

C

Ego sum tibi narrans omnia signa complexionis musculorum in habitatione temperata. Habitationes. n. malæ complexionis mutant cutem, & inclinant eam ad illud, quod conuenit eis, & corrumpuntur quædam signa. Et similiter etiam, si aliquis exponat se in regione temperata Soli in hora æstatis, & corpus eius sit detectum, tunc permutat ex signis corporis eius, quæ sunt ex via coloris, & duritie eius & mollitie. Et, si regio est temperata, & intẽdit habens corpus in regione sua in intentione æqualitatis, & non exponit se corpore eius nudo Soli in omni die, longo tempore, donec Sol adurat eum, et non habitet in vmbra, sicut faciunt quidam more virginis puellæ, tunc signa complexionis eius declarantur omnia secundum virtutes suas. Intelligendum ergo illud à me, quod dico tibi, s. quòd sermo meus non est, nisi in eo, cuius est hæc dispositio.

Cõmẽ. 10.

Quæ musculorũ cõplexionem varient.

Istæ conditiones intellectæ sunt: rege ergo eas, et compara secundum eas signa complexionis membrorum, seu musculorum in omni regione, & in vnaquaq; consuetudine hominum. Quędam. n. regiones & cõsuetudines mutant signa musculorum ita, ꝙ inclinant ea ad caliditatem, & siccitatem, sicut faciunt regiones calidę & siccæ, sicut regio Æthiopum: & sicut faciunt artes calidæ & siccæ, sicut ferraria. Et quędam regiones & consuetudines mutãt signa complexionis musculorum ita, ꝙ inclinant eos ad frigus & humiditatem, sicut facit regio frigida & humida, sicut regio Sclauorum, & præcipue si sint ex eis, qui habitant ad latus fluminis: & sicut faciunt artes frigidæ, & humidæ, sicut ille, cuius consuetudo est balneari omni die. Cum ergo cauebis ab omnibus causis, quæ mutant cõplexionem musculorum, & extrahunt eam ab æqualitate, tunc signa musculorum, quæ dicit Gal'. certificantur, & verificantur: &, si non caueas ab illo, tunc non certificatur, neq; verificatur illud, quod narrabit in eo, quod sequitur de signo musculorum.

D

Ego quidem dico, quòd signa complexionis in corpore toto sunt, quòd color est compositus ex albedine & rubedine: capilli sunt flaui, ad rubedinem & crispitudinem temperati secundum plurimum: & quòd caro est temperata in qualitate sua, & quantitate sua, quoniam hoc corpus est medium inter omnes species superfluitatum, propterea, quia omnis superfluitas non dicitur nec intelligitur nisi comparatione ad ipsum: Quod est, quia corpus spissum nõ dicitur, quia spissum est, nisi per comparationem ad hoc corpus: & similiter extenuatum non dicitur, quia est extenuatum, nisi per comparationem ad ipsum. Et secundum hoc exemplum comparatur ad ipsum multam carnem habens & paucam carnem, & crassum & macrum, & molle & durum, & pilosum & nudum pilis. Et non est aliquod horum corporum æquale, sed æquale est, quod est secundum exemplum, quod præparauit Polycletus, & nominauit ipsum Canonem, qui consecutus est vltimum æqualitatis totius, donec fit, quando tangitur, vt non appareat, quia est molle, neque quia est durum, neque quia est calidum, neque quia est frigidum: &, quando aspicitur ad ipsum, non inuenitur pilosum neque nudum pilis, neque grossum neque gracile, neque vincit super eum aliquid superfluitatis.

Ista sunt signa corporis, quod est in meliori formarum. Et hoc corpus, quis non sit inuentum secundum veritatem, est tamen canon, ad quem comparatur totum, quod est in medicina, sicut fecit Polycletus. Iste.n.fecit statuã in vltimo, quod possibile est ab equalitate, & posuit eam canonem, per quem perueniatur in operatione statuarũ. Cum ergo dicit medicus in cibo, aut medicina, aut in signo, aut in causa, quòd est equale, aut calidum, aut frigidũ, aut humidum, aut siccum, & quanta sit summa gradus eius in caliditate sua, aut in frigiditate, aut in alio ab illo, tunc illud non est nisi secundum comparationem eius cum meliori formarum, quia melior formarum est canon medicorum secundũ intentionem logicorum. Cõsidera ergo ſm sermonẽ Gal. & itera locutionẽ eius multoties, & inuenies ipsum intellectũ, & scies per illud certificationem expositionis huius. Com.11. E

Ex corporibus autem, quæ sunt calidiora temperato, & non sunt humidiora eo, neq; sicciora ipso, & complexio eius, est hæc complexio in genere carnis. Sermo enim noster non est, nisi in hoc, quòd caliditas apparet sensui tactus magis addita caliditate temperata, & superfluitas caliditatis complexionis eorum super corpus temperatum: secundum caliditatem eorum multitudo pilorum, & paucitas adipis in eis: in colore autem sunt magis additæ rubedinis, & capilli in eis sunt nigri. Ista ergo sunt signa complexionis calidæ.

Iste sermo est intellectus, si memor fueris omnium, quæ præterierunt. Et causa nigredinis capillorum, & albedinis ipsorum, & flauitatis eorum, & mutationis coloris eorum est materia eorum, ex qua fuerunt. Et hęc quidem materia est vapor fumosus, per quem mũdificat natura caliditatem innatam: quod est, quia caliditas innata est vapor temperatus, quem generat cor & arteriæ semper: & vapor fumosus est superfluitas caliditatis innatæ. Quando ergo caliditas est fortior, facit hunc vaporem adustum nigrum. Et iste quidem vapor egreditur, & ex poris expellitur secundum continuitatem. Quoties ergo egreditur ex eo aliquid, coagulatur in capillum. Est ergo color capillorum secundum colorem huius vaporis: & propter hoc est calor capillorum signum caliditatis. Nam, si est niger significat superfluitates caliditatis: si est albus, significat frigus complexionis: &, si est flauus, significat equalitatem caliditatis. Et ego iam vidi regulam quęstionis, quę currit in capillis inter medicos Arabicos, & miratus sum ex ea. Et quæstio erat, quare fit, quòd, quando capilli liniuntur psilotro, abraduntur ex radicibus suis, & nõ adurit eos psilotrum. Et responsio huius quæstionis est, quia psilotrum caliditate sua liquefacit illud, quod est in poris cutis de fumoso & grosso vapore, quæ est materia capillorum, & resoluit illud: quare abscinditur continuitas capillorũ ex radicibus suis, & cadunt, & abraduntur, vsquequo redeat iterum exitus vaporis huius secundũ continuitatẽ, & coaguletur exiens, & generentur ex eo pili. Com.12. F Caliditas innata est vapor tẽperatus: fumosus autem, eius superfluitas. Propter qd psilotrum abradat capillos, & nõ adurat.

Signa autem complexionis frigidæ sunt, quòd habens eam non est pilosum, sed multæ pinguedinis: &, quando tã gis eum, inuenis ipsum frigidum: & vides colorem corporis eius, & capillorum ipsius ad flauitatem declinantem, quæ trahit ad citrinitatem: &, quando est frigiditas superflua, tunc color est quasi liuidus: & de consuetudine medicorum est, vt nominent hunc colorem, colorem plumbeum. G

Ista sunt signa frigidæ cõplexionis in genere carnis, s. in musculo. Quòd si generis carnis frigus est minus, sunt signa, secundum quòd narrauit in primis: &, si frigus eius est plus, est cum eis color corporis liuidus, plumbeus. Et capilli flaui significant super æqualitatẽ caliditatis. Cũ ergo fit, ꝙ trahũt ad citrinitatẽ, significant diminutionem equalitatis per additionem frigiditatis in carne. Com.13.

Signa complexionis siccæ sunt, quòd habens eam est gracilior & durior corpore temperato secũdum superfluitatem siccitatis suæ. Reliqua autem signa secundum exemplum primum.

Signa aũt complexionis siccæ in genere carnis, s. musculi, sunt, vt sit corpus gracilius & durius tãtũ, & nõ imprimit siccitas plus in illo, quando fit singularis, sola. Remanent ergo signa omnia alia secundum similitudinẽ, secũdum quam sunt in complexione temperata. Com.14.

Et similiter etiam reliqua signa habentia complexionem humidam currunt secundũ hoc exemplum, verũtamẽ caro eius est plus, & corpus eius mollius.

Humiditas etiam non imprimit, quando est singularis, in carnem, plus additione carnis, & mollitie eius tantũ: & propter hoc remanent reliqua signa altera secundum similitudinem, secundum quam sunt in complexione tẽperata. Etiam declaratur ex illo, quòd caliditas & frigiditas sunt actiuæ, quoniam ipsę mutant omnia signa æqualitatis: & siccitas & humiditas sunt passiuæ, qm̃ non mutãt ęqualitatem mutatione, de qua sit curãdũ. De siccitate quidem vult, vt ponat corpus difficilioris passionis cũ gracilitate & duritie: & humiditas quidẽ ponit ipsum facilioris passionis cum multitudine carnis & mollitie. Com.15. H

Et, quando componuntur qualitates primæ, & sunt ex eis complexiones inæquales, sunt signa, quæ significãt eas, composita: quod est, quia complexionem calidam & siccam habens, est plurimorum capillorum, & magis additæ calefactionis, & duritiei: & est priuatus pinguedine, & gracilis: & sunt capilli eius nigri. Quòd si addatur victoria caloris in eo, tunc est nigri coloris.

Non sis oblitus eius, quod exponit Gal. quòd ista signa omnia certificantur & verificantur in regione tẽperatę complexionis, & in regione æquali tantum. Com.16.

Complexionem autem calidam & humidam habens est mollioris corporis & calidioris, & plus carnis habens, q; habens meliorem formarum secundum superfluitatem additionis duarum qualitatum in ea super illud corpus. Et, quando superfluit hæc complexio in eo, properant ad ipsum ægritudines, quæ accidunt ex putrefactione, & sine chymi, qui sunt in eo, mali. Quòd si superfluitas humiditatis pauca sit in eo, & superfluitas caliditatis in eo sit multa, erit superfluitas mollitiei eius, & multitudo carnis eius super corpus temperatũ pauca: & est superfluitas additionis

tionis

A *tionis pilorum in eo ſuper illud & non pauca. Cum ergo tangis ipſum, inuenis ipſum calidius multum: & capilli eius ſunt nigri: & caro eius eſt nuda pinguedine. Quòd ſi ſuperfluitas caliditatis in eo eſt pauca, & ſuperfluitas humiditatis in eo eſt multa, eſt caro eius, caro mollis multa: & eſt color eius color permixtus ex rubedine & albedine. Et, quando tangis ipſum, inuenis ſuperfluitatem caliditatis eſſe paucam. Et vniuerſaliter quidem inuenis in omni cõplexione compoſita, ſigna magis vincentium qualitatum, magis dominantia & manifeſtiora.*

Cõmẽ. 17. Intellige ſermonem eius, Quando ſuperfluit hæc complexio in eo, properant ad ipſum ægritudines, quæ fiunt ex putrefactione, & fiunt chymi, qui ſunt in eo, mali. Quoniam, humiditas qñ multiplicatur, generatur in chymis craſſitudo & viſcoſitas, quę oppilant poros, & prohibent diſſolutionem ſuperfluitatum. Et, qñ multiplicatur humiditas, etiã properat ad eos putrefactio, præcipue qñ expirare prohibetur, quod reſoluitur, & expirat ab eis de ſuperfluitate. Et nomen quidem humiditatis eſt cõe: quandoq;. n. per eam nominatur complexio: & qñq; per eam nominantur chymi, omnia. n. iſta ſunt humiditates aquoſę: & qñq; volunt per eam omnia alia ab iſtis ex humiditatibus aquoſis, ſicut ſuccos, & genera lactis, & aquas. Et manifeſtum eſt, ꝙ, cum multiplicatur caro corporis, tunc illud fit à multitudine chymorum, ex quibus generatur caro, et nutritur: &, qñ multiplicantur chymi, & inuiſcantur, fiunt chymi mali. Quòd ſi accidit alicui horum, vt coarctetur, quod reſoluitur ab eo, & non expiret, & effundantur ad quędam membra, putrefiunt, & generatur ex putredine eorum genus ægritudinum. Et ægritudines putrefactionis ſunt multæ, quas inuenimus tibi in eo, quod præterijt de expoſitione noſtra. Quod autem remanet de ſermone Gal. intellectum eſt.

Nomẽ, humiditas, eſt commune.

B *Quando autem ſuperfluitas complexionis frigidæ & humidæ eſt in iſtis duabus qualitatibus ab æqualitate, ſuperfluitas pauca, tunc ipſa eſt nuda pilis, alba, mollis, groſſa, pinguis. Quòd ſi ſuperfluitas iſtarum duarum qualitatum ab æqualitate, eſt multa ſuperfluitas, tunc eius ſigna adduntur ſecundum additionem duarum qualitatum: & capillorum etiam color & cutis eſt flauus ad citrinitatem. Et, quando ſunt iſtæ duæ qualitates ſecundum plurimum, quod eſt, tunc color eſt liuidus. Si autem additio duarum qualitatum non eſt ſecundũ æqualitatem, tũc proprietates qualitatis, cuius additio eſt plus, ſunt magis vincentes.*

Cõmẽ. 18. Iſta ſunt ſigna complexionis frigidæ & humidæ, cum vincit ſuper carnem: & iam determinauit ea Gal. per minus & plus, & poſuit ſermonem ſuum intellectum in eis.

Quòd ſi vincit natura in corpore frigus cum ſiccitate ſecundum æqualitatem, tunc eſt durum, gracile, & nudũ pilis: &, quando tangitur, inuenitur frigidum. Et, hoc corpus q̃uis ſit gracile, tamen commiſcetur carnis eius pinguedo: capilli autem & color ſunt ſecundum frigus.

Cõmẽ. 19. Non permiſcetur pinguedo carni in hac complexione, niſi propter frigus: & frigus generat pinguedinẽ, ſ. adipem: & ſiccitas generat gracilitatẽ: & ſm victoriam cuiuſcũq;, ſ. frigoris, & ſiccitatis, apparet ſignũ proprium eis plus. Et, quod remanet de ſermone eius, eſt intellectum.

C *Cum ergo conuertitur complexio calida & ſicca in hora declinationis ætatis ad complexionem frigidam et ſiccam, tunc corpus eſt ex gracilitate & duritie ſecundum diſpoſitionem, quam narrauimus, veruntamen cholera nigra vincit ſuper ipſum: & ſimiliter vincit ſuper ipſum nigredo: & multiplicantur in eo pili. Cum ergo vna iſtarum duarum qualitatum vincit multum, & altera non excedit æqualitatem niſi parũ, tunc ſigna magis vincentis qualitatis ex duabus qualitatibus ſunt magis vincentia, & ſigna qualitatis alterius, ſunt magis debilia.*

Cõmẽ. 20. Rememorari nos fecit Gal. per hunc ſermonem rei cõis: & eſt, ꝙ omnis complexio cõuertitur in fine ætatis ad complexionem frigidam & ſiccam. Nam, ſi in inceptione eſt caliditas & ſiccitas, tunc manifeſtũ eſt, ꝙ cholera nigra dominatur in ea, & vincit aduſtio humorum: &, ſi non eſt caliditas, tunc nõ multiplicatur in ea cholera nigra, ſed mutatur ab eo, ſecundum ꝙ eſt, & declinat ad frigiditatem & ſiccitatem. Apparent ergo ſigna complexionis ſecundæ cõmixta ſignis cõplexionis primę. Sequitur ergo, vt ſit breuioris vitæ natura, q̃ alij homines, ille, cuius complexio eſt à principio ipſo frigida & ſicca: deinde ſequitur ipſum, cuius complexio eſt frigida tantum: deinde ſequitur ipſum, cuius complexio eſt ſicca tantum: deinde ſequitur ipſum, cuius complexio eſt frigida & humida: deinde ſequitur illum, cuius complexio eſt calida & ſicca: poſtea ſequitur illum, cuius complexio eſt humida tantum: poſtea ſequitur eum ille, cuius complexio eſt æqualis: deinde ſequitur eum, cuius complexio eſt calida & humida, & eſt longioris vitę inter homines diſtemperatarum cõplexionum, iſte enim, qñ conſeruatur eius complexio, & æquantur chymi ipſius, & euadit ab ægritudinibus putrefactionis, eſt longioris vitæ, q̃ alij homines natura. Et propter illud laudauit Philoſophus in longitudine vitę terram calidam vicinam mari propter humiditatem aeris eius, & caliditatem ipſius: & laudauit etiam cum illo complexionem calidam & humidam. Complexionis vero calidæ & humidæ duo ſunt modi, Alia enim eſt, quæ eſt naturalis in corpore, & eſt illa, quæ eſt ab ipſo initio ſuæ creationis in ventre matris ſuæ. Et alia eſt ſibi accidentalis, & hæc eſt vituperabilis, propterea, quia eſt velox ad putrefactionem.

Quæ cõplexio ſit breuioris vitę, & quę longioris.

D

Et dabo tibi ſignum commune cum omnibus, quæ narraui, & narrabo, quod ſignificabit tibi complexionem. Quia, ſi membrum infrigidatur velociter, tunc iſtud ſignificat frigus ex eo, aut raritatem: &, ſi non infrigidatur niſi cum difficultate, tunc illud ſignificat ex eo aut caliditatem, aut ſpiſſitudinem. Et, quando vides ex rebus exiccantibus membro accidere, vt aridum fiat, & exiccetur, & difficilis fiat motus eius, tunc illud ſignificat ex eo ſiccitatem. Et ſimiliter, quando vides membrum grauari à rebus humectantibus, tunc illud eſt ſignum ſuper humiditatem eius.

Cõmẽ. 21. Poſtq̃ fecit ſcire ſigna ſumpta ex ipſis membris, facit etiã ſcire ſigna ſumpta extrinſecus. Corpus. n. aut aliquod

membrorum

membrorum eius, quando velociter accipit complexionem rei extrinsecæ, tunc illud est signum, quod complexio est conueniens complexioni illius causæ: & si sit difficilis passio corporis, aut alicuius membrorum eius, tunc est signum illud, quod complexio eius est contraria complexioni illius causæ. Et quandoq; accidit, vt euanescat certificatio huius canonis, quando corpus est rarum aut spissum. Raritas quidem facit corpus velociter patiens à causis frigidis, quę proijciuntur super ipsum extrinsecus, sicut frigus aeris continentis, quoniam ingreditur ipsum absq; prohibitione, & infrigidat ipsum, quamuis sit natura calidum: & similiter facit ipsum pati à causis calidis extrinsecis, quamuis sit natura frigidum. Spissitudo autem facit corpus difficile patiens à causis extrinsecis: & ostendet Gal. illud in eis, quæ sunt post, declaratione meliore & perfectiore. E

Et oportet, vt consideres, an complexio omnium musculorum sit vna in naturis suis, aut non.

Iste canō alius est, quia possibile est, vt diuersificetur musculorū complexio, & sit in quibusdā membris aliqd, & sit in alijs membris alia res. Facit ergo illud errare eum, qui enunciat membra. Com. 22.

Et aspice cum consideratione tua in esse omnium musculorum in quantitatibus ossium, super quæ musculi positi sunt. Fortasse. n. putas, quòd membrum minutum sit, & non est minutum propter musculos, sed tu vides ipsum taliter propter minutionem ossis. Et similiter etiam multoties æstimatur, quòd membrum est grossum, & non venit grossitudo eius propter grossitudinem ossium, sed propter multitudinem carnis. F

Iste canon alius est, sumptus ex proportione carnis ad os: & plenarie est intellectus. Com. 23.

Et caro secundū additionem sui est, & sui diminutionem: & secundum additionem suam in duritie & mollitie ponit dispositionem membri, in quo est, in superfluitate siccitatis & in superfluitate humiditatis: quod est, quia caro pauca & dura ponit membrum siccius: & caro multa & mollis ponit membrum humidius.

Iste canon alius sumptus est ex dispositione carnis in seipsa: & est intellectus. Com. 24.

Et similiter etiam loca, quæ sunt inter membra similium partium, secundum multitudinem eius, quod continent de humiditate, & secundum paucitatem eius, & superfluitatem grossitudinis aut subtilitatis eius, ponunt dispositionem membri, in quo sunt, in superfluitate humiditatis eius et siccitatis ipsius: quod est, quia, ista humiditas quanto est tenuior & amplior, tāto plus ponit mēbrum humidū: &, quanto est grossior & minor, tāto plus ponit membrum siccum. Nam membra corporis fixa, quæ vere sunt dura, non est possibile aliquo modorum, vt ponat ea humidiora, quàm sunt, sed sufficit, vt custodiat ea, & prohibeat ea exiccari velociter. Loca autem, quæ sunt inter ea, possibile est cū humiditate implere: et sunt cum dispositione, & sunt absq; dispositione. Et hæc quidē humiditas est nutrimentum proprium membris similiū partium, quod trahunt per vicinitatem non ex venis. Et hic quidē sermo meus in eo est communis in omnibus, quæ dixi: & dicam ipsum etiam, cum dicam causas sanatiuas & ægrotatiuas. Nūc autem ego veniens sum super istud, quod continuatur in eo, in quo fui. G

Iste est canon alius, sumptus ab humiditate posita in spacijs, quę sunt inter partes membrorum similium partium, ex qua nutriuntur ista mēbra. Hæc. n. humiditas mutat complexionē membri secundum illud, secundum quod est eius cōplexio, & ipsius grossitudo, & eius tenuitas. Putatur ergo, quod membrū est humidius, & nō est humidius: aut quod est calidius, & non est calidius: aut quod est siccius, & nō est siccius: aut quod est frigidius, & nō est frigidius. Vnde illud accidit mēbro propter illud, super quod est humiditas posita in vacuitatibus corporū membrorum similiū partium. Et Gal. quidem facit te scire in hoc canone, quo docet dispositionē complexionis corporis, aut complexionis alicuius mēbrorum eius. Et canon est multi iuuamēti: & est, quia, quando vides complexionē corporis, aut cōplexionem alicuius membrorū declinare à natura ab æqualitate sua, & vis eam reducere ad æqualitatem aut diminutionē à declinatione sua, tunc imple spacia illa humiditate, cōplexio cuius sit cōtraria cōplexioni eius: quod est, quia membra similium partiū nutriuntur hac humiditate. Inclinat ergo hæc humiditas ad partē complexionis suæ secundum longitudinem temporis paulatim, sicut ostendit in libro de cōplexionibus, & in libro de virtutibus medicinarum simplicium, & in libro de cibis, & in libris alijs ab istis: quod est, quia vnūquodq; membrū attrahit ex venis, quæ veniūt ei, materiam nutrimenti sui, & reponit eam in locis vacuis, & digerit ipsam, & conuertit ipsam ad similitudinē suę substantiæ: & necesse est, vt imprimat hæc humiditas etiam in ipsum aliquid post aliquid, & secundum longitudinē temporis mutet ipsum, & permutet cōplexionem eius ad partē complexionis suæ. Iam ergo declaratum est per illud, quod dixit Gal. qualiter sciantur signa, quæ faciunt nos lucrari cognitionem cuiuslibet complexionis corporis, & complexionem cuiuslibet membrorum absq; errore & deceptione. Nam, cum tu scieris omnes canones, securus es, ne erres in aliquo ex illis. Com. 25. H

Tractatus quintus, qui est de Signis Ventris, Pulmonis, & partium quarundam patientium: & eorum, qui infirmantur.

Dico ergo, quòd signa ventris, qui in natura sua est siccior complexione sua æquali, sunt, vt sit habens eam sitiens velociter, & sufficiat ei ex potu parum: &, si bibat multum, grauatur super eum, & accidit ei ex eo fluctuatio in ventre, quādo natat superfluitas, & peruenit in superiori parte vētris: & accidit, vt desideret illud, quod ex cibis est siccius.

POSTQVAM compleuit nobis Gal. canones, quibus scitur complexio cuiusque membrorum, abbreuiat illud per sermonem in ventre & pulmone. Et necesse est, vt edoceat nos per istos canones, & faciat adipisci, qualiter operemur in eis, & extrahamus ex illo, quod ei, qui habet ventrem, qui in natura sua est siccior, accidit sitis velociter Com. 1.

propter

A propter ſiccitatem ventris ſui: &, quando bibit multum, grauatur ſuper eum,& natat in ſuperiori parte ventris, & accidit ab eo fluctuatio. Et de proprietate quidem omnis membri eſt, vt attrahat nutrimentum illud,quod eſt conueniens ei:& propter illam fit,vt ille,cuius ventris complexio eſt ſicca,deſideret cibos deſiccatiuos,& non deſideret bibere vinũ aut aquã,donec ꝓuocet ipſum ad illud ſitis:&,qñ bibit multũ,natat in vẽtre eius,& fluctuat.

Et ſigna ventris,qui eſt humidior cõplexione ſua æquali,ſunt,vt habens eam ſit paucæ ſitis:& non toleret multum ex receptione rei humidæ:& vt deſideret cibos,qui ſunt humidiores.

Cõmen. 2. Quando membrum attrahit ſibi ex cibo illud,quod conuenit ei,tunc manifeſtum eſt,ꝙ habens ventrem humidum,deſiderat cibos,qui ſunt humidiores,& potum humidum. Gal. enim non dixit,ꝙ non deſideret potũ:& non dicit,ꝙ eſt paucæ ſitis,ſed dixit,ꝙ non tolerat potum multum.

In ventre autem,qui eſt calidior in natura ſua,cõplexione ſua æquali, ſigna ſunt,vt ſit habens eam paucæ ſitis: & digeſtio eſt melior,quàm appetitus,et præcipue digeſtio durorum ciborum,quorum alteratio eſt diciffilis,quoniã cibi,quorum alteratio eſt velox,corrumpuntur in eo. Et deſiderat habens eam cibos & potus calidos:& non nocẽt ei in eo frigida,ſi vtitur illis ſecundum intentionem & æqualitatem.

Cõmen. 3. Quælibꝫ cõplexio ventris nõ lædĩ ꝯtrarijs.

Venter calidus poteſt caliditate ſua digerere cibos duros difficilis alterationis, & comburit cibos molles facilis alterationis. Et manifeſtum eſt,ꝙ habens eum deſiderat illud,quod conuenit complexioni eius,& non læditur ab eo,quod eſt contrarium ei. Et ſimiliter eſt diſpoſitio in vnaquaq; complexionum ventris. Illum enim,cuius complexio ventris eſt ſicca,non lædunt cibi humidi:& ei,cuius complexio ventris eſt humida,non nocent cibi exiccatiui:inter hoc nãq;,vt deſideret homo aliquid:& inter hoc,vt noceat ei res aliqua,eſt differentia apparens.

B *In ventre autem,qui in natura ſua eſt frigidior, appetitus eſt melior,quàm digeſtio: & præcipue digeſtio eius eſt deterior,qua digerit cibos frigidos,quorum mutatio eſt difficilis,propterea,quòd aceſcunt in eo velociter. Et propter hoc ille,cuius vẽter eſt cum diſpoſitione hac, acetoſam eructationem emittit, et deſiderat res frigidas,verũtamen feſtinat ad ipſum nocumentum eorum in ventre ſuo,etiam ſi ſuperfluit in eis ſuperfluitate pauca. Et ſimiliter etiam non tolerat ipſe,cuius diſpoſitio ventris eſt hæc,vt occurrant ei longo tempore res frigidæ. Et ſimiliter habẽs ventrem calidum non tolerat eius venter,vt obuient ei longo tempore res calidæ extrinſecus.*

Cõmen. 4. Iſtud,quod exponitur de ſermone hoc,eſt ſermo eius, Appetitus in eo eſt melior,q̃ digeſtio. Appetitus enim ciborum fit per os ventris,& hoc natura decliuius eſt ad frigus. Cum ergo complexio ventris eſt frigida,conueniens eſt ei natura. Et digeſtio fit per cõcauitatem ventris,& eius complexio eſt calida natura. Ergo,quando complexio C ventris frigida eſt,accidunt ei ex ea omnia,quæ dicit Gal. in ſermone ſuo iſto.

Inter complexionem malam accidentem in ventre ex ægritudine,& inter complexionem eius,quæ eſt natura, differentia eſt,quòd habens complexionem malam accidentalẽ deſiderat,quod eſt contrariũ cõplexioni ventris ſui, non quod eſt conueniens ei & ſimile ſibi,ſicut deſiderat habẽs cõplexionem malam frigidã in ventre natura.

Cõmen. 5. Mẽbrũ ſanũ attrahit, qđ ſibi ꝯuenit:ægrũ vero, ꝯtrariũ.

In iſto ſermone oſtendit differentiam Gal. inter complexionem malam natura, & malam per accidens. Complexio enim mala natura,ĩpoſsibile eſt,vt ſit egrediens à latitudine ſanitatis: & propter hoc deſiderat habens eam, quod conuenit ei,& aſsimilatur ſibi. Et complexio mala per accidens,poſsibile eſt,vt ſit egreſſa à latitudine ſanitatis,& fiat ægritudo. Et curatio malitiæ complexionis accidentalis fit per illud, quod eſt ei contrarium. Et iterum membrum,ſecundum ꝙ diximus,attrahit ſibi,ſecundum ꝙ eſt conueniens in diſpoſitione ſanitatis:& attrahit ad ipſum,quod eſt contrarium complexioni ſuæ,in ægritudinis diſpoſitione. Quod autem dixit in ventre, intellige illud etiam in alijs membris,ſecundum ꝙ diſpoſitio eorum eſt hæc eadem diſpoſitio,verũtamen illud non eſt ſenſatum,propterea,ꝙ appetitus naturalis in eis eſt tantum, & appetitus in ventre eſt compoſitus ex virtutibus naturalibus & ſenſibilibus ſimul.

H *Specierum autem compoſitarum complexionis malæ, factæ in ventre,cognitio eſt per compoſitionem ſimplicium ſpecierum.*

Cõmen. 6. In complexione calida & ſicca in ventre vincente aggregantur ſigna complexionis calidæ,& ſigna complexio-D nis ſiccæ:& in complexione quidem calida & humida aggregantur ſigna complexionis calidę permixta cũ ſignis complexionis humidæ:complexio autem frigida & humida,& complexio frigida & ſicca,ſunt ſecundum modũ, quem narrauimus.

† al. ſed pp iſtrã ẽt fit illud,q̃ ſunt ĩ pectore ſcꝫ cor & pulmonem.

Et oportet iam,vt multum adhibeas conſiderationem in eo,quod diximus,vt diſcernas inter iſtud et inter illud, quod ſumus dicentes:& eſt,quia non propter ventrem tantũ fit homo ſitiens,aut non ſitiens,aut deſiderans potum frigidum,aut deſiderans potum calidum,ſed † etiam fit illud propter inſtrumentum, quod eſt in pectore ſecundum cor & pulmonem.

Cõmen. 7. Appetit⁹ potus frig. aut ca. nõ ẽ propriũ ſignuꝫ cõpl,vẽtris.

Cum ex ſignis complexionis calidæ & ſiccę in ventre natura ſit ſitis:& ex ſignis cõplexionis hmõi in ventre per accidens ſit appetitus potus frigidi. Et ex ſignis cõplexionis frigidę & humidę natura in ventre ſit paucitas ſitis:& ex ſignis hmõi complexionis per accidens in ventre ſit appetitus potus calidi: & res iſtæ accidunt homini propter membra alia,ſicut propter membra,quę ſunt in pectore,ſ. cor & pulmonem, Dixit Gal. hunc ſermonem de natura ventris,donec non erres,& putes,ꝙ ſitis & appetitus potus frigidi aut potus calidi ſint ſigna propria complexionis ventris. Et Gal. exponit ſermonem ſuum iſtum,& dicit.

Verũtamen ille,cuius ſitis eſt propter caliditatem in iſtis inſtrumentis, ipſe attrahit de aere plus:& eſt in attractione,qua attrahit aerem, & in inſpiſſatione, ſpacium & longitudo. Et ſentit in pectore ſuo inflammationem, non in eo,quod eſt ſub hypochondrijs,ſicut ſentit ille,cuius ſitis eſt ex caliditate in ventre. Et,quando bibit,etiã non

sedatur eius sitis statim: et potus frigidus sedat eam plus, quàm sedet eam potus multum calidus. Et quandoq; sedat sitim eius, cuius est hæc complexio, aer frigidus etiam, quando attrahit eum, & non sedat sitim eius, causa cuius sitis est caliditas in ventre. Et similiter ille, qui est secundum contrarium huius dispositionis, sentit læsionem ab aere frigido, quando inspirat eum: & istud est ex maioribus significationis super frigus pulmonis. Et, sicut habens hanc dispositionem, quando attrahit aerem frigidum, sentit ex eo læsionem manifeste, ita frigidus similiter amat attractionem aeris calidi, & expuit superfluitates phlegmaticas, quando loquitur, & cum tussi. E

Differentiam ponit Gal. inter signa ventris calidi & frigidi. & inter signa pulmonis calidi & frigidi, assumpta propter sitim, donec non fiat error in aliquo eorum. Et sermo eius est intellectus: & ipse etiam complebit sermonem in signis complexionis pulmonis, sicut fecit in signis ventris. Cõm. 8.

Eius autem, cuius est pulmo siccus, non est superfluitas, quam expuat, & vox eius est clara. Illius autem, cuius pulmo est humidus, vox est non clara, rauca: &, quando vtitur ex voce, quæ est maior & acutior, currunt in cãna eius pulmoni superfluitates.

Ille, cuius pulmo est siccus natura, non expuit superfluitates phlegmaticas neq; cum sermone, neq; cum tussi, neq; cum vtroq; simul: & ille, cuius pulmo est humidus, expuit superfluitates phlegmaticas aut cum loquela, aut cum tussi, aut cum vtroq; simul. Et signum aliud illius, cuius pulmo est siccus, est vox clara: & illius, cuius est humidus, est vox rauca: &, quando vtitur etiam ex maiore voce & acutiore, currunt in cannam pulmonis eius superfluitates phlegmaticæ. Cõm. 9. F

Verũtamen magnitudo vocis non fit propter caliditatem, sed magnitudo uocis fit propter amplitudinem cannæ pulmonis & superfluitatem virtutis exitus aeris ex pectore subito: & paruitas vocis est sequens causas, quæ sunt contrariæ istis.

Propterea, quod dixerat ante, quod, qui vtitur ex voce, quod est maius & acutius, & concurrunt per illud in cannam pulmonis eius superfluitates, tunc signum est illud humiditatis pulmonis eius, Consequenter ponit hunc sermonem ita, & dicit, quod magnitudo vocis & paruitas eius nõ sunt signa alicuius complexionis, donec non erret aliquis per sermonem eius primum. Deinde dicit, quod magnitudo vocis est sequens amplitudinem cannæ pulmonis, & superfluitatem virtutis exitus aeris ex pectore subito: & paruitas vocis est sequens stricturam cannæ pulmonis, & debilitatem virtutis exitus aeris in pectore subito. Cõm. 10.

Non ergo oportet semper, vt sequatur magnitudo vocis & eius paruitas, caliditatem & frigiditatem: neq; etiã, quando cum magnitudine vocis eius sunt caliditas & frigiditas, est illud ex eis ipsis signum: verũtamen non est ex eis nisi per accidens, & sequitur illud complexio naturalis, non complexio accidentalis. G

Iam diximus, quod caliditas, quando est addita natura, dilatat membrũ: &, quando est frigiditas addita natura, constringit membrum. Propter hoc ergo accidit, vt mutetur vox in magnitudine & paruitate à complexione cannæ pulmonis, non per essentiam, sed per accidens, quoniam caliditas naturalis, quando est addita in hoc membro, dilatat ipsum: tunc, si est virtus pectoris fortis, extrahens aerem subito, fit vox magna: &, si non est fortis, non est vox magna. Et, si frigiditas naturalis constringit cannam pulmonis, tunc, si virtus pulmonis est fortis, expellens aerem vice vna, est ab illo vox acuta: &, si non expellit ipsum, sequitur ipsum vox parua. Non est ergo magnitudo eius neq; paruitas signum proprium alicuius caliditatis neq; frigiditatis, sed sunt signa per accidens. Complexio autem contingens, s. frigida per accidens, non imprimit omnino aliquid in magnitudine vocis neq; in paruitate eius, nisi assiduetur, & stet in membro vocali loco complexionis radicalis. Cõm. 11.

Quod est, quia, cum membra officialia non sunt secundum dispositionem, secundum quam sunt, nisi propter complexionem suam, & dispositio vocis fit sequens dispositionem membrorum officialium, oportet propter hoc, quòd compares ex voce secundum complexionem suam naturalem. Inde est, quòd vox lenis sequitur lenitatem cannæ pulmonis, & vox aspera sequitur asperitatem eius: & lenitas cannæ pulmonis sequitur æqualitatem complexionis suæ, & asperitas eius sequitur siccitatem ipsius: quod est, quia asperitas non est, nisi diuersitas in corpore duro. Et non fit canna pulmonis dura, nisi propter siccitatem membrorum similium partium, ex quibus est compositio eius: & non fit in ea diuersitas, nisi propter diminutionem humiditatis sparsæ in ea. Et similiter iterum, vox acuta natura, non est possibile, vt fiat, nisi cum constrictione cannæ pulmonis & epiglotti: et vox grauis non fit, nisi cũ amplitudine eius: & strictura eius generatur ex frigore eius innato: & amplitudo eius generatur ex caliditate ipsius innata. Et secundum comparationem specierum vocis naturalium sunt species, quæ accidunt propter ægritudines. Fiunt ergo & illa signa significantia causas facientes eas. Iam ergo determinauimus omnia illa determinatione sufficienti in libro nostro de voce. H

In hoc sermone ostendit Gal. quod lenitas vocis fit propter humiditatis multitudinem, sparsę in membro, nam ipsa rorat & humectat ipsum: &, quando minuitur, exiccatur membrum, & generatur in eo asperitas: quod est, quia partes eius remanent eleuatæ, quoniam loca, in quibus erat humiditas, euacuantur ab humiditate, quare diuersificatur situs partium eius: accidit ergo asperitas. Et, hæc humiditas quando additur ad eã, eleuantur loca eius: diuersificantur ergo partes cannæ pulmonis, & accidit ex hoc, vt asperetur vox. Et differentia inter illam & primã est, quia cum hac est raucedo & sputum superfluitatum phlegmaticarum. Et, quando res istæ sunt expositæ, tunc iam faciunt etiam ægritudines mutationis in voce ab eisdem causis. Et curatio cuiuslibet earum est per causas contrarias. Intellige ergo illud, & tunc est sermo eius intellectus. Cõm. 12. De lenitate et asp. vocis

Reliquorum membrorum complexionis signa super eam significantia, sunt occulta, verũtamen conuenit tibi,

vt inde

A *Vt inde coneris secundum dispositionem, vt significes super ea per ea, quæ iuuant ea, & nocent eis: & per operationes virtutum earum naturalium. Operationes autem virtutum naturalium iam dictæ sunt in tertio tractatu microtechni in causis, per quas complexionis fit rectificatio cuiusq; illarum virtutum. Et bonitas earum est, per quā complexionem etiam fit & corruptio earum, & ipsarum malitia. Et ego quidem iam compleui rememorationem signorum complexionis.*

Cōmen. 13. Iste sermo communis est, comprehendens canones signorum complexionum membrorū interiorum. Et sunt tres canones, Vnus eorum est, per illud, quod iuuat illa membra: nam, quando nos videmus aliquid conferre eis, extrahimus per illud complexionem eorum. Et secundus est per illud, quod nocet eis membris: nam, quando videmus aliquid nocere illis membris, per illud extrahimus complexionem eorum. Tertius est per operationes virtutum eorum naturalium: nam, quando mutantur, scimus ex mutatione eorum, ꝙ complexio eorum iam mutatur. Membra autem interiora, quæ non dixit Gal. nominibus suis, & signis complexionum suarum in eo, quod ꝑterijt, sunt intestina, & renes, & vesica, & matrix, & barbalon vrinæ, i. vritides pori, & diaphragma, & fel, & splen, & reliqua membra similium partium intrinseca, quorum esse non exposuit in eo, quod præterijt. In canone au B tem alio, sumpto ex operationibus virtutū naturalium, est necesse intelligere in tractatu tertio ex tractatibus suis, in causis: quod est, quia ostendit in hoc libro, ꝙ ex virtutibus naturalibus non est aliqua penitus, quę operetur per frigus: & ꝙ ipsę non operantur nisi per caliditatem, quando fit compar humiditas aut siccitas: & per eius additionem & diminutionem eius operatur vnaquæq; virtus. Verbi gratia, attractiuę complexio, quæ operatur, est caliditas, quæ est plus, & siccitas temperata: & retentiuę caliditas æqualis, & siccitas quæ est plus: digestiuæ vero caliditas addita, & humiditas temperata: & expulsiuę caliditas & humiditas temperatæ. Intellige ergo illud, & non errabis, sicut errauit Hybēmesange, & Isaac israelita, & qui tenent sentētias amborum, & putant, ꝙ retentiua operetur per frigus & siccitatem: & expulsiua per frigus & humiditatem. Hoc est ergo vltimum sermonis in signis cō plexionis membrorum. Et manifestum est, ꝙ, qui studet & exercetur in omnibus, quæ narraui, non occultabitur ei modus, neq; causa signorum omnis complexionis, siue sit naturalis in quibusdam membris, aut accidētalis, aut in dispositione, quæ non proportionatur neq; ad sanitatem neq; ad ægritudinem. Iam ergo compleuit signa generis primi, s. complexionis, & remanent duo alia genera, s. genus sumptum in membris officialibus: & genus commune in membris similium partium, & membris officialibus.

Per frigiditatē nō opā tur virtutes naturales.

Membrorum, quæ læsa sunt in magnitudine sua, aut in forma sua, aut in suo numero, aut in situ suo, quæcūq; sub sensibus cadunt, eorum cognitio est facilis. Eorum vero, quæ sub sensibus non cadunt, alia sunt, quorum cognitio est difficilis: alia, quorum cognitio omnino impossibilis.

C

Cōmen. 14. Postquam compleuit cognitionem canonum signorum omnium omnis complexiōis, siue sit in corpore, siue in aliquo membrorum, & est primum genus læsionis natura, incipit hic in cognitione canonum signorum generis secundi ex generibus læsionum natura (& est illud, quod fit in compositione membrorum officialium) & dicit, ꝙ signorum huius generis sunt tres species, quarum Vna est facilis cognitionis, & hęc est, quæ cadit sub sensu, hæc enim non indiget nisi studio per visum tantum. Et secunda indiget, vt extrahatur eius cognitio ex eo, quod continet & comprehendit: hæc est difficilis cognitionis, verūtamen est possibilis. Tertia autem cognitio est impossibilis oīo, & non est in ea possibile nisi æstimatione propinqua tm̄. Et ipse exponit has tres spēs in sequētibus.

Magnitudinis capitis, & figuræ eius, & magnitudinis cerebri cum illo, & figuræ eius, illud omne esse manifestum est: & iam nominauimus illud ante: & similiter est dispositio in pectore. Et secundum hoc exemplum non est difficilis cognitio esse spatularum, & humerorum, & adiutoriorum, & brachiorum, & volarum, & ancharum, & coxarum, & crurum, & pedum. Fit autem nocumentum in vnoquoq; horum, in forma, aut in quantitate, aut numero, aut in compositione partium, quæ sunt in vnoquoq; eorum, ex quibus ipsum est compositum: & nocumentum cuiuslibet horum operationis est manifestum.

Cōmen. 15. In hoc loco ostendit Galenus, ꝙ signa eius, quod accidit ex nocumento in compositione cuiuslibet membrorū D apparentium sensu, sciuntur per sensum: & signa eius, quod accidit ex nocumento in compositione cuiuslibet mē brorum interiorum, quæ continent & comprehendunt membra apparentia, sciuntur ex membris consimilibus sensatis, quæ continent ipsum. Cuius exemplum est cerebrum: ipsum enim est membrum interius, & continetur, & comprehendunt illud ossa capitis: ergo secundum illud, secundum quod sunt figuræ horum ossium, sequitur illud etiam cerebrum: & similiter etiam pectus. Magnitudo autem eius, & ipsius paruitas, qn̄ sunt non sequentes illud, secundum quod sunt spondiles dorsi, tunc ipsa sunt duo signa quātitatis pulmonis & cordis.

In membris autem interioribus omnibus non est possibile cognoscere eorum esse.

Cōmen. 16. Postquam euigilare fecit nos super signa nocumenti in compositionibus membrorum apparentium, & super signa nocumenti in compositione eius, quod est ex membris interioribus, verūtamen continent illud, & comprehendunt super ipsum membra apparentia: & proportionauit etiā hoc ad illud, quod cadit sub sensu, dicit hunc sermonem, vt faciat scire per ipsum, esse signorum membrorum interiorum, quia etiam ipsa diuersificantur diuersitate alia.

Stomachum quidem iam vidi in quodam homine paruum rotundum, eminentem in locis, quæ sub hypochondrio sunt, donec declararetur aspicienti ipsum & tangenti terminus eius proprius secundum rotunditatem declaratione sufficienti. Et similiter vidi vesicam eminentem, paruam ita, quòd, quando habens eam tardaret parum ab vrina, apparebat in loco eius inflatio determinata termino manifesto. De reliquis autem membris interioribus nō scio, quòd aliquod apparuerit mihi ex eis apparitione manifesta, veruntamen oportet, vt conemur, inquantum possumus,

mus, ut sciamus salutem eorum et eorum corruptionem: et, si non est possibilis eorum cognitio cognitione uera, tunc saltem est per æstimationem propinquam. E

Distinxit in hoc sermone Gal. inter signa nocumentorum compositionis interiorum membrorum, & euigilare fecit super vnumquodq; eorum, & dixit, quòd ex eis sunt, quorum cognitio est possibilis in quibusdam corporibus, & sunt membra, in quibus est possibile, vt emineat, & eleuetur super ea, illud, quod continet ea extrinsecus, & illis similia. Et ex eis sunt, quorum cognitio penitus est impossibilis per signa manifesta, & sunt mēbra, in quibus impossibile est, vt emineat & eleuetur, quod est super ea. Ita vt non sit possibile in eis cognoscere signa eorum, quando non eminet, neq; eleuatur, quod est super ea. Redit ergo esse eorum ad hoc, vt fiat cognitio signorum eorum per æstimationem propinquam. Et illius exemplum sunt stomachus, & vesica: cum enim quibusdam hominibus emineat & eleuetur, quod super eos est de musculis, possibilis est cognitio signorum eorum ex figura musculorum, qui sunt supra ea: †tunc non est cognitio signorum eorum possibilis nisi per æstimationem propinquā. Et illud est causa, quare nos inquisiuimus cognitionē signorum vtriusq;, sicut inquirimus cognitionem aliorum signorum ab vtrisq; ex membris interioribus, quorum nihil cadit sub sensu. Non enim est via ad cognitionem signorum horum membrorum, significantium super nocumenta eorum, natura secundum veritatem, & non cognoscuntur signa eorum nisi per æstimationem propinquam veritati. Et Gal. vigilare facit super hanc æstimationem propinquam, & dicit. Com.17. Videt̃ dec̃. †At, ĩ quib⁹ non eminet nec eleuatur, qđ sup ea est,

Et ego pono tibi exemplum in hepate. Iam enim quosdam uidi, quorum numerus est multus, quorum uenæ erant strictæ, & colores eorum in toto corpore erant fœdi: &, si sumebant de cibo superfluitatem, præcipue si cibus erat inflatiuus, grossus, viscosus, sentiebant quidam eorum in latere dextro ab eo, quod est sub hypochondrijs, quasi in profundo esset res grauis posita super aliquid, & suspensa cum aliquo: & sentiebant quidam eorum tensionem dolorosam. Aestimaui ergo super istum cuius est hæc dispositio, quòd hepar eius paruum est, strictorum meatuum. F

Aestimauit Gal. æstimatione propinqua veritati, s. quòd hepar est paruum, strictorum meatuum, ex tribus rebus. Vna earum est strictura venarum: nam, cum venæ nascantur ex hepate, significat strictura earum paruitatem eius: &, quando hepar est paruum, meatus eius sunt stricti. Et secunda est ex colore fœdo: hoc enim significat frigus complexionis hepatis. Et tertia est ex eo, quod facit cibus inflatiuus, grossus, & viscosus: hoc enim significat stricturam meatuum hepatis. Significat etiam paruitatem eius & stricturam meatuum hepatis: quod est, quia facit in eo oppilationes accidere, & grossitudines. Quare sequitur oppilationes tensio eorum: & facit grossitudo eorum dolorem grauem. Et non faceret iste cibus illud accidere in hepate, nisi essent meatus eius stricti: & non esset, vt meatus hepatis essent stricti, si non esset paruitas eius. Com.28. De signis paruitatis hepatis.

Et vidi virum, in cuius toto corpore erant testimonia victoriæ phlegmatis, & cum illo vomebat omni die choleram citrinam. Vidi ergo, quòd oportebat me aspicere & considerare dispositionem egestionis eius, & vidi choleram in egestione paruam valde. Iudicaui ergo in hoc viro, quòd ex meatibus, in quibus expellitur cholera, procedit pars magna ad inferiorem partem stomachi: & est locus, quem dicunt medici portanarium, sicut iam vidimus in quibusdam animalibus illud. G

Aestimauit Gal. secundo æstimatione propinqua veritati, quòd ex meatibus, ex quibus expellitur cholera, procedit pars magna in inferiorem partem stomachi ex tribus rebus, Vna earum est, quòd vidit testimonia phlegmatis vincentis in corpore viri: & hoc non significat, quòd corpus sit cholericum. Et secunda significatio est ex vomitu choleræ citrinæ in omni die: hoc enim significat choleram, quæ aggregata est in stomacho. Et tertia est, ex consideratione egestionis: hæc enim exigit, vt sit effusio choleræ citrinæ, & eius exitus cum ea omni die, & illud iam priuatum erat. Postquam ergo aggregatæ sunt istæ tres res, & iam viderat hoc in quibusdam animalibus per anatomiam, iam conuenit, vt sit pars meatuum choleræ ampla, effundens choleram in stomacho. Aestimauit ergo, ꝙ ex istis meatibus amplis in illo viro venit pars maior ad inferiorem partem stomachi, & fudit in eo choleram, & euomuit ille omni die. Sciuit ergo per hāc æstimationem, ꝙ erat phlegmatici corporis, & ꝙ illud, quod veniebat ex eo omni die, non significauit in eo victoriam choleræ naturalis, sed amplitudinem eius, quod continuatur cum stomacho ex poro Kistis fellis. Com.19. De signis effusiōis choleræ ad inferiorē partē stomachi.

Res autem istæ significant, quòd cognitio eius, quod apparet in anatomia, & inuentio operationum membrorum, & vtilitatum & iuuamentorum eorum est magni iuuamenti in cognitione eius, quod occultatur à sensu. Qui ergo vult, vt fortis fiat super significationem in corporibus, in quibus sunt similia istis nocumentis, conuenit ei, vt exerceatur in anatomia, et in inuentione operationum membrorum et iuuamentorum eorū. Et ego quidem iam scripsi in omni specie ex istis speciebus librum singularem, & rememorabor librorum aliorum in fine sermonis in isto libro, vt sciat diligens disciplinam, in quo libro inueniat scientiam cuiuslibet rei ex eo, cuius necessaria est sciā. H

Per sermonem suum istum, Et istę res significant. vult, quòd strictura venarum significet, quòd in paruitate hepatis est læsio & strictura meatuum eius, propterea, quòd venæ sunt natæ ex hepate, & oportet, quòd quantitates earum sint secundum quantitatem hepatis: & hæc est res, quæ apparet in anatomia: Et quòd etiam inuenitur, ꝙ vomitus choleræ in omni die cum apparitione signorum phlegmatis significat, ꝙ in poris fellis est læsio, quoniam venit ex eis ad stomachum, qui est maior & amplior, quàm oportet. Et istud est res, quæ raro apparet in anatomia, & videtur in quibusdam animalibus secundum contrarium illius, quod oportet extrahi: & illud, quod oportet, est, ꝙ illud, quod conuenit ex eo ad stomachum sit maius & amplius. Postquam ergo euigilare fecit nos super hoc, quòd iste extrahit istas res per anatomiam, dedit canonem cōmunem in cognitione iuuamentorum & nocumentorum signorum compositionis membrorum interiorum natura, & dixit, ꝙ illud scitur ex cognitione Com.20.

A gnitione membrorum interiorum per anatomiam,& ex cognitione operationum membrorum,& ex cognitione iuuamentorum eorum. Ergo,cum ista tria perueniunt nobis, æstimamus ex eis æstimatione propinqua super nocumenta membrorum interiorum facta in eis natura. Et iam quidem Gal. ædidit in vnoquoq;,f.ex anatomia, & ex operationibus,& iuuamentis librum,faciens adipisci totum,cuius scientia est necessaria : ex quibus docetur, qui vult studere super ea,per præsentiam & visum: & rememoratur ex impreſsione cognitionis eorum eius,quod oblitus est ex eis. Qui ergo vult habere cognitionem dispositionis compositionis cuiuslibet membrorum interiorum,incedat via Gal.& extrahat illud de anatomia,& operationibus,& iuuamentis,sicut extrahit Gal.paruitatem hepatis,& stricturam meatuum & venarum eius ex paruitate venarum,& ex colore malo. Nam color malus significatur ex mutatione iuuamenti hepatis,& ex oppilatione ciborum inflatiuorum,grossorum,viscosorum,& ex dolore,& ex tensione in parte dextra.

Et in eo,quod diximus de hoc capitulo,est sufficientia.

Cómen.21. Significat per hoc capitulum , capitulum nocumentorum factorum natura in membris, quod est eis in complexione,& quod est ex eis in compositione. Et ex istis nocumentis non est aliquid,quod fit ægritudo , verũtamen nocumentum in ipsa natura mẽbri accidit ei aut ex ipso principio generationis suæ,aut post illud:demum sequitur ipsum,& fit ei sicut naturalis dispositio in eo.

B *Corpora autem,quæ sunt infirma nunc, f.corpora, quæ iam infirmata sunt,oportet,vt significes super ea,si sint cadentia sub sensu,permutationem eius,quod habent in suis naturis de quantitate magnitudinis,& coloris,& figuræ,& numeri,& situs:& diuersitate in duritie,& mollitie,& caliditate,& frigiditate.*

Cõmẽ. 22. De diuisiõe nocumẽtorũ,& de differẽtia inter ea. Permutatur Galenus,postq̃ euacuatus est à dictione canonum signorum nocumentorum membrorum naturalium,ad dandos canones signorum nocumentorum membrorum ægrorum.Et,quando verificatur nomen nocumentorum naturalium , sunt secundum sententiam eius quædam nocumenta non naturalia : & quædam non exeuntia à natura.Non naturalia autem sunt propter exitum eorum ab æqualitate naturali:non exeuntia autem à natura sunt, quoniam non nocent operationi nocumento sensato.Nocumenta vero ægra sunt,quorum vnumquodq; nocet operationi membrorum nocumento sensibili : & propter illud nominantur nocumenta exeuntia à natura.Et genera nocumentorum eorum sunt eadem,quæ & genera nocumentorum priorum sunt,sed differẽtia inter vtraq; est,q̃ ista nocent operationibus nocumento sensibili,& illa non.Et diuidit ipse hæc nocumenta,& dicit,q̃ nocumenta membrorum,quæ cadunt sub sensu,sunt facilis cognitiõis,quoniam sunt sumpta ex eo,quod videtur in istis membris ex mutatione quantitatum eorum,& coloris ipsorum,& figurarum eorum,& situs ipsorum:& diuersitate ipsorum in duritie,& mollitie,& caliditate,& frigiditate. Discipulus enim,quãdo exercetur in

C operatione plagarum , & collyriorum , non occultantur ei ex istis rebus signa cuiusq; ægritudinis membrorum apparentium.

Et,si sunt ex eis,quæ non apparent sensui,tunc oportet,vt significetur super ea vniuersaliter aut per operationum corruptionem:aut per ea,quæ procedunt ex eis:aut per dolorem,aut per groſsitudinem,aut per minorationem eorum,aut per ea omnia.

Cõmẽ. 23. Propterea,quia nocumentũ operationis factum à læsione accidente à natura,est insensibile(& dedit in eis,quæ præmissa sunt, canonem in signis eius)& nocumentum operationis factum à læsione ægra est sensibile,dat in signis eius canonem alium,qui est præter primum.Primus quidem sumptus est ex tribus,f.ex anatomia , & operationibus , & iuuamentis. Hic autem est sumptus ex quatuor rebus,Vna earum est operationum mutatio, & earum corruptio.Et operationum quidem aliæ sunt cõmunes,aliæ sunt propriẹ.Cõmunes autem sunt operationes trium radicum,f.pulsus,ipse autem mutatur mutatione cuiuslibet membrorum:& sicut est sensus & motus volũtarius,ipsi etiam mutantur per dispositiones ægras : & sicut cibatio: operationes enim eorum mutantur mutatione membrorum.Et iam ostendit Hippo.in lib.prognosti.plures harum rerum:& perscrutatus est exquisite Gal. aliam cognitionem rei pulsus totius corporis.Propriæ autem sunt operationes, quæ appropriantur vnicuiq; mẽbro,sicut renes,qui attrahunt aquositatem humorum , & est vrina:& fel attrahit choleram:& splen melancholicum humorem:& intestinum expellit illud,quod aggregatur in eo ex egestione,& attrahit sibi à superioribus aliquid aliud.

Opationes sunt cões & ꝓpriẹ.

D Et secunda est illud,quod procedit à superfluitate,quam expellunt membra interiora ab interioribus ad exteriora,sicut vrina,& quod egreditur cũ ea:& egestio,& quod egreditur cum ea:& sputum,& quod egreditur cum eo:& mucus,& sudor,& sordities aurium,& lachrymæ,& reliqua,quæ sequuntur has superfluitates:& quæ currũt cursu earum ex coloribus,& odoribus,& substãtijs. Et tertia est ex doloribus,cum omni membro appropriata sit species doloris. Doloris autem species multæ sunt. Ex eis enim est dolor pulsatiuus,& est ille, qui vicinatur arterijs:& dolor stimulatiuus,& est ille,qui factus est in panniculo:& dolor grauatiuus,& est ille,qui factus est in membro pauci sensus,aut cui penitus non est sensus:& dolor pungitiuus,& est ille, qui factus est in mẽbris,super quæ vincit natura panniculorum:& dolor apostemosus,& dolor mordicatiuus,& dolor extensiuus,& dolor stupefactiuus. Et quarta est groſsitudo pertransiens rem naturalẽ. Figura enim huius groſsitudinis multoties figurat illud,quod est sub illo membro:cuius exemplum est , quòd videtur in apostemate gibbositatis hepatis,musculus,qui est super ipsum,lunaris figuræ. Quandoq; etiam diuersificatur ægritudo vel groſsitudo secundum materiam,quæ generat ipsum : ex ea enim est sanguinea , & cholerica,& phlegmatica , & melancholica. Ex istis enim quatuor rebus extrahitur canon cõmunis in cognitione ægritudinis interiorum membrorum,aut per vnam earum,aut per plures,q̃ vna earum,aut per omnes eas.

Doloris mſtę species.

Oportet autem,vt super vnumquodq; membrorum secundum hoc exemplum significetur. Super ægritudines quidem,quæ sunt in cerebro,oportet,vt significetur aut per species permixtionis mentis:aut per species imaginationis

ris eius, quod imaginatur ex rebus sensibilibus: aut in nocumentis motuum voluntariorum: aut per illud, quod procedit ex palato, aut ex auribus, & naribus: aut per species dolorum, quæ accidunt in eo. E

Postq̃ dedit Gal. canonem cõmunem in cognitione ægritudinum membrorum interiorum (& omnes res cõmunes sunt sufficientes in doctrina, donec expandantur ad particularia) incipit particulariter in cognitione signorum ægritudinum cuiusq; membrorum, & incipit à cerebro, sicut incepit ab eo in cognitione signorum dispositionum naturalium. Numerauit ergo species signorum ægritudinum eius, & dixit, quod sunt quinq;. Vna earum est species permixtionis mentis, i. desipientiæ. Nam, quãdo cũ ista sunt voces, & saltus, significat victoriam choleræ citrinæ, aut choleræ nigræ adustæ. Et, quando cum ea sunt quies & taciturnitas, significat victoriam humoris melancholici aut phlegmatici. Et, quando cum ea sunt vigiliæ, significat victoriam siccitatis. Et, quando cum ea est subeth & stupor, significat victoriam humiditatis. Et secunda est species imaginationis eius, quod imaginatur ex rebus sensatis. In hac enim quando imagines sunt conuenientes rebus sensatis, tunc duo ventres anteriores ex ventribus cerebri sunt salui. Et, quando sunt inconuenientes, & sunt non ordinatæ ordine bono, significant ægritudinem ventris medii, & corruptionem cogitationis. Et, quando obliuiscitur & non recordatur, significat ægritudinem ventris posterioris. Et, quando sunt non conuenientes, significant ægritudinem duorum ventrium anteriorum. Quandoq; autem corrumpitur imaginatio, & remanet memoria, sicut contigit de viro, de quo dicit Gal. quia putabat, quod in domo eius essent quidam tubicines, & præcepit eos expelli. Postq̃ ergo conualuit, recordatus est istius, & non est oblitus eius. Et quandoq; corrumpitur cognitio, & remanet memoria & imaginatio, sicut accidit in alguesgues, i. mentis alienatione, quando homo solus loquitur secum. Et tertia est nocumenta motuum voluntariorum: & oportet tibi, vt intelligas cum his etiam nocumenta sensuum. Nam, quãdo isti, s. motus & sensus, destruuntur ex toto in corpore, significant aut apoplexiam, aut paralysim vniuersalem, aut congelationẽ, aut præfocationem matricis. Et, quando destruuntur ex vna duarum partium corporis, significant paralysim. Sed apoplexia & paralysis accidunt vniuersaliter ex oppilatione in cerebro accidente. Apoplexia quidem fit ab oppilatione, quæ implet cerebrum, & prohibet cursum spiritus animalis: & Paralysis quidem fit ab oppilatione, quæ implet vnam duarum partium cerebri. Et quandoq; destruitur sensus & motus aliquorum membrorum sine alijs, & significat illud oppilationem in nucha, aut in neruis venientibus ad illa. Et ego iam vidi virum, cuius sensus pedum omnino destructus fuit à coxis vsq; ad pedes, donec incideret aliquis aut secaret cum spada aliqua membra pedum eius, & non sentiret illud: & motus eius fuerunt remanentes: & moratus est, donec factus est hydropicus, & mortuus est. Iudicaui ergo super illum, quòd euenit extremæ parti nuchæ nocumentum non completum, & destructus est sensus pedum eius, & non destructus est motus eorum: &, si nocumentum esset completum, destrueretur etiam motus eorum. Et, quia peruenit ex hoc nocumento vapor ad hepar eius, corrupit complexionem eius, & secutus est illud hydropisis. Et multoties quidem apostematur cerebrum aut nucha: aut nerui abscinduntur, & sequitur illud destructio sensus & motuum voluntariorum, qui procedunt ad membra, quæ sunt sub loco nocumenti illorum membrorum. Et quandoq; accidit, vt apostemetur cerebrum, aut quidam panniculorum eius, quare permiscetur intellectus: & declaratio horum membrorum, quòd hoc membrum sit apostematum, extrahitur ex doloribus. Quarta est species eius, quod procedit ex palato, & auribus, & naribus, & ex superfluitatibus. Substantiæ enim harum superfluitatum, & colores earum, & odores earum humorem nocentem in cerebro significant, sicut accidit mihi in præsenti tẽpore. Descendit enim ex cerebro meo & ex palato, muchus, & cum mucho humiditas salsa calida vehementis putredinis: & ante illud perrexerã itinere longo in sole æstatis, & fatigaueram mentem meam multum valde, & repletus fueram cibo: accidit ergo mihi hæc ægritudo timorosa. Et est quinta species, dolorum, qui accidunt in eo. Isti enim dolores sunt diuersi, & ipsi omnes nominantur nomine cõmuni soda: quod est, quia ex eis est quidam pulsatiuus: & alius est, quẽ sentit homo cum stimulatione & mordicatione vehementi: & alius est, quem sentit cum extensione vehementi à circuitu: & alius est, quẽ sentit cum reuolutione aut tinnitu. Et loca sodæ sunt diuersa: alius est enim, qui comprehendit caput totum, & nominatur dolor oualis: alius, qui comprehendit vnam duarum partium cerebri, & nominatur hemicranea: & alius est, qui sentitur extra craneum: & alius est, qui sequitur intra craneum in profundo. Et istæ quinq; species sunt expositæ in libro cognitionis ægritudinum membrorum interiorum. Et tu quidem inuenis multos medicorũ specificantes vnamquãq; earum: & dicunt, quod signum tale significat ægritudinem talem, quæ accidit à causa tali, sicut epilepsia, & melancholia, & scothomia, & spasmus, & tetanus, & mater infantium, & incubus. Et tu quidem stabis super vnumquodq; signorum ægritudinum cerebri propriarum ei: similiter etiam accidentium ei per cõmunitatem, quas ipse non nominauit: & ægritudinum, quæ accidunt à nocumento, quod sequitur illud, quod nascitur ex cerebro, scilicet nocumentum, quod sequitur nucham, aut quosdam neruos. Aut considerabis ægritudinem, quæ accidit cerebro ex nocumento, quod ascendit ad ipsum ex quibusdam membris, vt à stomacho, aut ex renibus, & ex eo, quod non numeraui, cuius quidem est ægritudo, & cuius quidem est accidens sequens ægritudinem, sicut epilepsia, & spasmus, & stupor, & tremor, & saltus, ex libris Galeni, in quibus ipse exquisite perscrutatus est doctrinã harum rerũ, sicut liber eius in morbis & accidentibus, & liber eius in cognitione passionum interiorum membrorum scies.

Cõmẽ. 24.

F

Apoplexia. Paralysis.

Destruit sẽsus remanẽ te motu.

G

De spẽbus sodæ.

H

Super ægritudines autem, quæ accidunt in corde, oportet, vt significetur ex speciebus mutationis inspirationis: & ex tremore accidente in ipso ex pulsu eius, & pulsu venarum: & ex velocitate iræ & tarditate eius: & febre & frigore corporis: & speciebus coloris, & doloribus accidentibus in eo.

Non est posibile, vt apostemetur cor, aut accidat oppilatio in eo, implens ventres eius, sicut posibile est illud in cerebro, nam mors antecedit ad illum, cuius est, ante illud. Plurimi enim, qui moriũtur subito, non accidit eis, nisi Cõmẽ. 25.

A nisi ꝙ effunditur humor ad corda eorum subito:aut apostemant panniculi eorum,& quiescunt cordis motus per illud,& moritur statim homo sine causa manifesta. Qui aũt moritur ex timore terribili,aut gaudio magno,facto subito,tunc illud est propter resolutionem spiritus à corde. In gaudio quidem egreditur spiritus & sanguis subito simul ad exteriora:quare extinguitur caliditas innata,sicut extinguitur ignis ex vehementia euentationis. In timore vero redit spiritus & sanguis ad interiora, & extinguitur ẽt caliditas innata subito, sicut extinguitur ignis, qui cooperitur cũ re aliqua prohibente eius expirationẽ. Et signa quidem significãtia ægritudines cordis sunt octo specierum, Vna earũ est inspirationis malitia. Inspiratio nãq; magna,& velox,& frequens significat caliditatẽ additam in corde:& earum cõtraria significant frigus additũ in corde: & sermone absoluto vnicuiq; modorũ malitię inspirationis est significatio propria. Et Gal. q̃dem exquisite perscrutatus est determinationẽ illius in libro suo, qui est de malitia inspirationis. Et secunda est,tremor cordis,accidens in eo. Hoc.n.significat effusionẽ materię ad cor,aut panniculos eius:quod est aut vapor melancholicus,aut humiditas,& facit malitiã cõplexionis in ipso.

De his qui moriunt subito, aut ex gaudio, aut ex timore.

Et tertia est,mutatio pulsus in generibus suis decem. Vnaqueq;.n.specierum pulsus,& particularia eius,habẽt significationẽ propriam super illud,quod accidit cordi ex nocumẽtis proprijs sibi,aut quod accidit sibi per cõmunitatem deforis. Et quarta est ex velocitate iræ & tarditate eius. Velocitas.n.eius significat caliditatẽ,& tarditas ipsius significat frigiditatem:& necesse est tibi,vt cõpares oẽs istas res per res naturales. Et quinta est,species febrium. Et Gal. quidem exquisite perscrutatus est sermonẽ in eis in libro febris.& in libro crisis,& in libro de ingenio sanitatis. Et sexta est ex frigore corporis. Et sermo in eo est contrarius sermoni in febre:&,qñ scitur vnũ cõtrariorum,scitur & reliquum,nam causæ frigoris corporis oẽs sunt contrariæ causis febris, propterea,ꝙ febris est calor ĩ toto corpore. Et septima est ex colore corporis. Color enim corporis mutatur & alteratur mutatione dispositionis cordis,& alteratione eius. Et octaua est ex doloribus accidentibus in eo. Et horum dolorum plures sunt accidentia animæ,sicut tristitia,& anguistia,& furor. Quòd aũt accidat ei dolor in se ipso,illud minus vel parũ moratur & prolongatur,propterea,ꝙ animal moritur ante confirmationem doloris in corde.

B

Dolor ĩ corde nõ ꝓlongatur, quin interimat.

Super ægritudines autem,quæ accidunt in hepate,oportet,vt significetur ex diminutione chymorum,ex additione eorum: & mutatione eorum à dispositionibus suis naturalibus ad dispositionem egredientem à natura: & ex malitia coloris:et ex mutatione,quæ accidit ex sparsione nutrimenti in corpore, aut in assimilatione sui cum membris: aut in expulsione eius,quod expellitur ex eo ex superfluitatibus: & ex grauitate etiam,quæ sentitur in eo, & apostematibus, & doloribus, quorum quidam fiunt in loco hepatis ipsius, & quidam eorum per cõmunitatem, & per speciem quandam mutationis etiam, & inspirationis, & tussis.

Cõmẽ. 26.

C Species signorum ægritudinũ hepatis sunt quinq; species. Prima est sumpta ex operationibus eius, & est mutatio eius,qua mutat chymos in quantitate & qualitate. In quantitate quidẽ est diminutio chymorum & additio eorũ. In qualitate vero est mutatio humorum à dispositionibus suis naturalibus ad dispositionẽ exeuntẽ à natura. Et sermo in hac specie est longus,& sufficit in eo in hoc loco rememoratio summæ vnius significationis super residuũ eius. Et hęc summa est,ꝙ hepar à stomacho & ab intestino ieiuno sugendo ex cibis & potibus attrahit cibum,& decoquit ipsum, & facit ex eo chymos quatuor,s.sanguinem,choleram, phlegma,& melancholiã. Cum ergo accidit in eo ægritudo,prohibet ipsum ab hoc,vt faciat chymos istos quatuor,s̃m ꝙ oportet. Quòd si ægritudo est malitia cõplexionis frigidæ,addit in generatione phlegmatis,& minuit reliquos eorum:&,si est malitia cõplexionis calidæ,addit in generatione choleræ,& minuit reliquos eorũ. Et multoties quidem apostematur hepar a pate calido:aut accidit in eo malitia cõplexionis calidæ,& adurit humores,& generant modi cholerę diuersarum specierũ. Species aũt choleræ citrinæ sunt rubea,clara,citrina subtilis,& citrina similis vitello oui,& prasina,& quæ habet colorẽ indicum,& quæ est vt ziniar,i.viride æris. Phlegmatis aũt species sunt dulce,acetosum, & insipidũ,& salsum,& vitreũ. Et species humoris melancholici sunt duobus modis: vnus eorum est eius,quod attrahit splen,& est fex sanguinis,& superfluitas eius:& alter est,qui aduritur ex humoribus. Humores aũt,qui adurunt, & conuertunt in cholerã nigram,sunt species choleræ citrinæ,phlegma salsum,& humor melancholicus,& sanguis. Istæ ergo sunt species nouem choleræ nigræ:sex ex adustione cuiuslibet specierum choleræ citrinæ,& vna ex phlegmate salso,& vna ex humore melancholico,& vna ex sanguine. Et sanguinis ipsius sunt duo modi,purus,& impurus:purus est materia nutrimẽti mẽbrorũ:impurus est,qui effusus est in venis,cũ alijs humoribus ꝑmixtus: iste nãq; est similis oĩbus humoribus reliquis,ꝑpter iuuamenta,quæ rememorari non est in hac hora. Qñq; autẽ declinat sanguis & vnusquisq; humorũ à cõplexione sua æquali per ægritudines hepatis,& fit aut minus aut plus: aut magis additæ caliditatis,aut magis additæ frigiditatis:aut magis additæ humiditatis,aut magis additæ siccitatis:&,qñ mutatur significat ægritudinẽ in hepate. Et species secũda est sumpta ex malitia coloris. Color.n.mutatur ad malitiã aut ꝑpter cor,aut ꝑpter hepar. Cum ergo cor est saluũ,tunc mutatio eius, ꝑpter hepar est solũ. Et scitur,ꝙ mutatio eius est à corde aut ab hepate per illud,quod est cum eo de corporibus alijs,s.ex signis:nam,qñ tñ propter hepar fit,signum aliud appropriatur ei. Exemplum illius ẽ color plumbeus,quod significat frigus in hepate,qñ inspiratio & pulsus sunt s̃m dispositiones suas. Et species tertia ẽ sumpta ex mutatione sua,quæ accidit in sparsione nutrimenti,& assimilatione eius cum membris:& in eo quidem expellitur de ipso ex superfluitatibus,s.ex vrina. Hepar enim,quando infirmatur,generat humores,quos abhorrent membra:quare accidunt ab illo ægritudines diuersæ, sicut scabies,& impetigo,& albaras,& verrucæ, & morphea,& lepra,& alopecia,& alia ex eis,quarum proprietas est,vt generetur in eo,quod apparet de corpore ex ægritudinibus. Et est illud, quia mẽbra expellunt istas superfluitates ad cutem, & coarctantur in ea propter grossitudinem suam, & debilitatem eius ad hoc, vt faciat eas vaporem, qui resoluatur ex poris eius. Et multoties diligunt eas membra, & non expellunt eas ad partem cutis,sed remanentes in membris refudant ad hepar:quare generatur ab eis species hydropisis, aut species

Oẽs cuiusq; humoris multiplices.

D

Mutatio coloris,aut ꝑpter cor,aut ꝑpter hepar.

ſpecies fluxus ventris hepatici,aut ſpecies vomitus,aut ſpecies prouocationis vrinę , aut prouocationis menſtruo- E
rum,ſicut ſcies ex verbis Hip.& Gal. Et ſpecies quarta eſt ſumpta ex ſenſibilitate hepatis,& per illud,quod ac-
cidit in eo ex oppilationibus,& apoſtematibus,Hepar enim quandoq; ſentit malitiam complexionis in ſe diuer-
ſæ,& mordicationem, & tenſionem. Et ſpecies quinta eſt ſumpta ex ſenſibilitate membrorum , initer quæ &
ipſum eſt cōmunitas.Nam,quando hepar apoſtematur,trahit furcula ipſius inferius,& ſentitur grauitas ipſius in
furcula,& coarctatur velamen,quare mutatur inſpiratio,& accidit tuſsis.

*Et ſimiliter etiam oportet, vt ſignificetur ſuper ægritudines , quæ fiunt in ventre per nocumenta,quæ accidunt
ei in digeſtione,& in appetitu eius,quod recipit de humido & ſicco:& in expulſione ſuperfluitatum generatarū in
eo.Et ſimiliter ſignificatur ſuper eas per ſingultum,eructationem,& nauſeam,& vomitum , & per ſpecies eius,
quod egreditur cum vomitu:& per dolores,& apoſtemata,& mutationem inſpirationis.*

Species ſignorum ęgritudinum ventris ſunt decem. Prima earum eſt nocumenta accidentia in digeſtione,& Cōm.27.
ſunt ſm viam vlem tria,ſ.corruptio digeſtionis,& digeſtionis minoratio,& deſtructio digeſtionis. Vnaquæq; aūt
harū ſignificat malitiā cōplexionis in ventre; & ſpecies malitiæ cōplexionis ſunt nouē,aut decē & ſeptē. Aut ſigni
ficant ægritudinē officialem in eo,& qñ corrumpitur ex eis digeſtio ,aut fit minor,aut deſtruit & nō generatur ex
eo chylus,ex quo hepar generet chymos.Et apparet corruptio digeſtionis in grauitate nutrimēti.Egeſtio.n.qñq;
egreditur mollita:qñq; egreditur groſſa,non mollita : & qñq; egreditur mutati odoris : & egreditur cum ea aliqd F
aliud ex eo,in quo iam exquiſite perſcrutati ſunt Hip.& Gal.ſermonem in libro prognoſti.& in libro de mor.&
accidentibus. Et ſecunda eſt ſumpta ex appetitu humidi & ſicci. Iam enim declaratum eſt in eo,quod preterijt,
ꝙ differentia eſt inter cōplexionem malam factā à natura in ventre,& factam per accidens,quia habens naturalē,
appetit,quod eſt conueniens & ſimile eius cōplexioni:& habens accidentalē,appetit contrarium cōplexioni eius,
quod eſt in ventre. Appetitus ergo humidi ſignificat aut caliditatē,aut ſiccitatem in ventre,aut vtrūq; ſimul:& ap
petitus ſicci ſignificat aut humiditatem in ventre dominari,aut frigus,aut vtrūq; ſimul:& propter hoc tacuit Gal.
de appetitu calidi & frigidi. Et tertia eſt ſumpta ex expulſione ſuperfluitatum generatarū oīum in eo.Et venter
quidem expellit illas ſuperfluitates aut ad meri , & egrediuntur cum ſputo,aut cum vomitu,& cum ſaliua:aut ad
inteſtina,& egrediuntur cum egeſtione. Et quarta eſt ſumpta ex ſingultu. Singultus.n.accidit,ſicut accidit ſpaſ
mus.Et cauſę facientes ipſum aut ſunt repletio,aut ſiccitas. Venter vero qñq; replet humiditate,aut humore mor-
dicatiuo.Et,ſiccitas faciens ſingultum ſi appropriatur ventri ſoli,tunc poſsibilis eſt ſanatio eius : &,ſi eſt corporis
totius,tunc iam finita eſt humiditas eius per aliquam ægritudinem,& non eſt poſsibilis curatio eius. Et quinta
eſt ſumpta ex eructatione,ipſa enim ſignificat per ordinem ſuum illud,quod eſt infuſum in ventre , & diſpoſitio-
nem cōplexionis ventris. Eructatio quidem fumoſa aut ſignificat caliditatem,aut humorē cholericū:acetoſa qui-
dem ſignificat aut frigus,aut humorem melancholicū,aut phlegma acetoſum : fetida vero ſignificat humorē pu- G
tridum,effuſum in ventre in animali:ſalſa vero ſignificat humorem malæ qualitatis in eo infuſum , cū iam finita
eſt humiditas per aliquā ęgritudinem,& non eſt poſsibilis eius curatio. Et ſexta eſt ſumpta ex nauſea. Nauſea.n.
& ſubuerſio aīæ ſignificāt humorem malū,quem ebibit venter,& factus eſt viſcoſus in eo , quod eſt inter tunicas
eius. Quòd ſi accidat cum eo vomitus,& quieſcat per ipſum nauſea,tunc ille malus humor infuſus in vētre etiam
iam penetrauerat & virtus eius ad tunicas illius:qui qñ egreditur per vomitum,deſtruitur qualitas eius mordica-
tiua.Et humor quidem effuſus in ventre aut attrahitur ad ipſum ex toto:aut ita eſt,vt extrahat ipſum,ſicut accidit
in fame vehementi,qm̄ tunc ipſe redit & attrahit ex membris circūſtantibus,& effunduntur ad ipſum ſpecies ve-
neni diuerſę:aut ita,ꝙ membra ipſa expellunt ad ipſum illud,quod aggregatur in eis de veneno. Et multoties qui
dem generantur in ventre ipſo ex ſuperfluitatibus ciborum & potuum humores mali , aut phlegma , aut chole-
ra porralis,aut melancholia,aut quæ eſt,ſicut indicum. Et ſeptima eſt ſumpta ex vomitu. Egrediuntur enim cū
vomitu ſpecies multæ humorum phlegmaticorum , aut cholericorum,aut melancholicorum. Et ſpecies veneni
ſunt diuerſæ.Et venenū quidem eſt humiditas aquoſa,ſubtilis, horribilis qualitatis.Et qualitas veneni eſt diuerſa:
quod eſt,quia aliud eſt longinquum:& aliud,quod eſt propinquum humoribus conuenientibus corpori:& aliud
eſt,quod habet qualitatem malam venenoſam valde. Et octaua eſt ſumpta ex doloribus:quod eſt,quia veniunt
ad ventrem multi nerui,& præcipue ad os eius,ſ.ad illud,quod ē ſuperius eius:quapropter ſentit ſenſibilitate forti
nocumentum,quod ē in eo,& fiunt ex eo dolores horribiles praui valde ,donec multi eorū faciunt ſyncopim.Et H
Gal. quidem loquitur in doloribus,& dicit,ꝙ cauſæ eorum aut ſunt ſolutio continuitatis,aut malitia complexio-
nis diuerſæ.Et illud,quod accidit eis in ventre,ſignificat ægritudinem:& eſt generatio eius aut ab humore mordi
catiuo,& iſte humor aut eſt cholericus,aut acetoſus,aut ſalſus:aut eſt à malitia complexionis diuerſę in ſtomacho.
Et eſt malitia complexionis diuerſæ,vt aggregentur in eo,quod calefacit calefactione forti,& quod infrigidat in-
frigidatione forti ſimul,aut humectet,aut ſiccet. Et nona eſt ſumpta ex apoſtematibus accidentibus in ventre.
Apoſtemata vero ſunt quatuor,ſ.ſanguinea,phlegmatica,cholerica,& melancholica:& ex eis etiam eſt,quod eſt
compoſitum.Et multoties quidem oſtenduntur iſta apoſtemata ſenſui per hoc,ꝙ impellunt lacertos,qui ſunt ſu-
pra ventrem. Et decima eſt ex mutatione inſpirationis. Venter enim,quando in eo eſt apā,aut humor infuſus,
aut membrum tenditur tenſione multa,& coarctat velamen,& extendit ipſum,mutatur per illud inſpiratio.

*Super ægritudines autem,quæ accidunt in pectore,oportet, vt ſignificetur per ſpecies immutationis inſpiratio-
nis,& tuſsim,& dolores accidentes in eo,& per ſpecies eius,quod expuitur ex eo.*

Species ſignorum ægritudinū pectoris ſunt quatuor. Vna earū eſt mutatio inſpiſſationis.Nam,cum p dilatatio Cōm.28.
nem pectoris ingrediatur aer,& per conſtrictionem eius egrediatur vapor fumoſus,ſequitur,quando infirmatur,
vt mutentur motus eius:ergo per illud immutatur eius inſpiratio. Et ſecunda ſumpta ex tuſsi,quādo peruenit

A in pectore res dolorosa, mouetur virtus naturalis, vt expellat cum tussi. Et tussis quidem accidit ex causis multis valde, sed hic non est hora numerãdi eas. Sed tertia est sumpta ex doloribus, accidẽtibus in pectore. Et isti quidẽ dolores sunt diuersi. Ex eis.n.sunt, qui fiunt ab ęgritudine in lacertis costarum: & ex eis sunt, qui fiunt ab ægritudine in panniculis pectoris: & ex eis, qui fiunt in pulmone. Et quarta est sumpta ex speciebus eius, quod expuitur ex pectore cum tussi. Et species eius, quod expuitur, sunt multę. Ex eis.n. est sputum sanguinis, & significat solutionem continuitatis venę: & ex eis est sputum screationis, & hoc est ex eo, quod significat victoriam phlegmatis: & ex eo est, quod significat victoriam sanguinis: & ex eo est, quod significat victoriã cholerę: & ex eo est, quod significat victoriam melancholię: & ex eis est sputũ saniei, & eius etiã sunt species multæ: & ex eis est, quod significat sputum ventosi humoris aut in pectore, aut quia attrahitur ad pectus.

Super ægritudines autem accidẽtes in canna pulmonis significant mutatio inspirationis, & tussis, & dolor accidens in illo loco eius, & quod expuitur ex eo, & nocumenta accidentia voci.

Cõmẽ. 29. Species signorum ægritudinum cannę pulmonis sunt quinq;, Mutatio inspirationis, & tussis, & dolor accidens in loco eius, & quod expuitur ex panniculis eius & cannis eius, & nocumenta accidentia voci. Et Gal. quidem tacuit de numeratione specierum signorum ægritudinis pulmonis, qm̃ ipse est intra pectus. Et species signorum B ægritudinum eius sunt compositæ ex signis canalium eius & ex signis ægritudinis pectoris. Et quandoq; quidem accidit ex apostematibus pulmonis mutatio coloris maxillæ faciei: & cum dolore accidente in eo sentitur grauitas in eo, quod est inter spatulas: & sequitur eum malitia inspirationis, & tussis. Et sputum spumosum est propriũ ei: quod est, quia ex eo, quod expuitur ex pectore, aut ex canalibus eius, non est aliquod spumosum. Et tacuit Gal. etiam de numeratione specierum signorum ægritudinum renum: & specierum signorum ægritudinum intestinorum, propter duas res. Breuiter, vna est asimilatio harum specierum in principio rei: & altera est, quia sunt intellectæ ex operationibus eorum, & ex eo, quod procedit ex eis, & locis doloris, & apostematibus, & alijs. Vrina enim, & quod egreditur cum ea, appropriatur renibus & vesicæ: & egestio, & quod egreditur cum ea, significat super intestinã. Et Gal. quidem colligit signa ægritudinum eius, quod remansit ex membris interioribus in summa vna.

Sputũ spumosum est ꝓpriũ pulmoni.

Et secundum hanc proportionem sunt significationes super ægritudines reliquorum membrorum ex grossitudine & dolore accidentibus in eis, & ex nocumentis accidentibus operationibus eorum, & speciebus eorum, quæ procedunt ex eis.

Cõmẽ. 30. Iste canon communis est in significatione & cognitione ęgritudinum membrorum interiorum: &, quodcũq; est ex eis, est species signorum ægritudinis: cuius causam iam narrauit, & enumerauit de quibuscũq; est, ex eis est, de quo tacuit. Et iste canon sumptus est ex quatuor speciebus, quarum prima est grossitudo: & secũda dolor: & ter C tia, nocumenta accidentia operationi membri: & quarta est ex eis, quę procedunt ex eis. Et manifestum est ex istis quatuor, ꝙ in eis est necessaria scientia triũ rerum, quarũ prima est scientia membrorũ per anatomiam, & secunda est scientia operationum eorum, & tertia est cognitio iuuamentorum eorum. Per cognitionem autem mẽbrorum per anatomiam sciuntur scientię eorum, & quæ continuantur cum eis, & communicant cum eis, & quæ veniunt ad ea ab alijs: & sermone absoluto vniuersali sciuntur per anatomiam formę; & situs eorum, & quantitates ipsorum, & numerus eorum: & ingreditur in numero eorũ illud, quod venit ad ea ex venis, & etiã arterijs, & neruis, & reliqua, quę sunt in eis. Cognitio autem operationum membrorum & iuuamentorum eorum est necessaria, qm̃ vnumquodq; eorum est creatum propter operationem suam propriam: & operationum eius sunt iuuamenta, quæ currunt cursu arboris illius operationis. Cum ergo mutatur iuuamentum, significat mutationẽ mẽbri: & similiter, qñ mutatur operatio, significatur mutatio membri. Et multoties quidem sunt vni membro iuuamenta multa, quorum quædam sunt propria, quędam cõiora: & quędam anteriora, & quędam posteriora: & non est possibile, vt sit membro vni numero plus operatione vna numero. Cerebrum.n. q̃uis sit membrum vnum, & sint ei operationes multę diuersę, tamen partes eius non sunt vnę numero, & quantitas numeri earum est ꝯm quãtitatem numeri partium operationum earum. Et similiter cor & arterię dilatantur per speciem villorum, & quiescunt per speciem aliam villorum: quod est, quia vnaqueq; arteriarum habet duas tunicas, & inueniũtur in ea per D anatomiam villi per longitudinem, & villi per latitudinem, & villi positi ꝯm transuersum: & corpus cordis totius est compositum ex istis speciebus villorum. Vnamquãq; ergo operationũ singularium numero efficit membrũ singulare numero. Intellige ergo totum illud, & scies ex eo locum nocumẽti ipsius. Et Gal. quidem determinauit partes huius canonis, & dicit.

Nõ ẽ poss vni mẽbro plures opeˀrões esse.

Et, vbicũq; in corpore est grossitudo pertransiens quantitatem naturalem, oportet, vt inquiramus, an sit ex apostemate calido, aut ex apostemate graui duro, aut ex molli inflante.

Cõmẽ. 31. Apostema calidum, aliud est simplex, sicut apostema factum de sanguine, nominatum phlegmon: & apostema calidum, nominatum erysipila. Et aliud est compositum, sicut species carbunculi, & ingrediuntur in eo omnes pustulæ calidæ, ipsę.n. sunt intrantes sub intentione apostematis calidi. Et istis quidem pustulis sunt nomina multa, sicut ignis persicus, & variola, & formica, & furunculi, & aliæ ex pustulis. Et variolę, & morbillis est proprietas aliqua: quod est, quia ipsi currunt cursu crisium malarum, qm̃ antecedit eos febris putrida & conclusa, i. synocha continua: & natura quidem expellit totam superfluitatem ad superficiem corporis, & generantur ex ea variola, & morbillus. In phlegmone autem, & erysipila, & carbunculo, & quæ currunt cursu eorum, febris sequitur, donec completur digestio superfluitatis in eis. Et Ægyptij quidem nominant carbunculum sicafen. Apostema graue durum, aliud est, cuius generatio est ab humore melancholico, & nominatur sclirosis. Et aliud est, cuius generatio est à cholera nigra, & nominatur cancer. Et aliud est, cuius generatio est à phlegmate viscoso caseato, sicut nodus,

Variolæ & morbilli differũt ab alijs pustulis in febre.

chus,

chus,& ſcrophulæ : & Ægyptij nominant ſcrophulas, ventum alteguiam,i.caſeatum. Apoſtema autem molle,i. inflatiuum,eſt duobus modis,vnum eorum nominatur inflatio : & alterum nominatur atheleigi : & ſunt eis ſpecies multæ diuerſæ,ſicut puſtulæ nominatæ aſſen,& filię noctis:& iſta generantur ex phlegmate ſubtili calido,aut ſalſo,aut alterius ſpeciei, cui commiſcetur cholera parua:& ex ſpeciebus eius ſunt reliquæ inflatiões, cum quibus aliter non eſt pulſatio. Et tu quidem potes cognoſcere naturam apoſtematis ex colore eius,& dolore,et febre cõcomitante ipſum,& ex velocitate motus eius,& tarditate eius,& tactu eius,& ex compreſsione ſuper ipſum cũ digitis, & poſitione volę ſuper ipſum. Et iſta quidem apoſtemata quandoq; componuntur adinuicem, quare generantur in corpore ſpecies multę apoſtematum,quorum aliud compoſitum eſt ex ſanguine & cholera : & aliud ex ſanguine & melancholia:& aliud ex ſanguine & phlegmate:& aliud ex phlegmate & cholera. Et ex iſtis apoſtematibus compoſitis eſt,cui nomen eſt,ſicut adubellati & exitura:& ex eis eſt,cui non eſt nomen:& ſm hanc ſimilitudinem eſt ſermo in reliquis eorum. Et manifeſtum eſt,ꝙ generatur in membris interioribus ex iſtis apoſtematibus ſimile ei,quod generatur in membris apparentibus,verũtamen quoddam eorum facit accelerare mortẽ patientibus ipſum propter nobilitatem membrorum interiorum & vehementiam febris, & doloris : & quoddã eorum fit ſpacioſum,& pręparatur eius curatio. Et diuerſificantur nomina apoſtematum propter nomina membrorum. Quoddam nãq; nominatur pannaritium,& eſt illud,quod egreditur ſub vngue:& quoddam eorum nominatur perip neumonia,& pleureſis,& hepaticum,& ſpleneticum,& apoſtema renum. Et quibuſdam eorũ ſunt noĩa propria,ſicut nominatur apoſtema cerebri,aut apoſtema panniculorũ eius,carabitus,aut ſyrſen,i.phreneſis: & ſicut nominatur pleureſis aſoſati : & ſicut nominatur apoſtema velaminis,i.diaphragmatis, birſen:& ſicut nominatur apoſtema carnis mollis thahanri:& ſm hoc exemplum in reliquis eorum.

E

Diuerſę cõpõnes apoſtematum.

Apoſtemata gñanur ĩ mẽbris intrinſecis ſicut in ext.

Noĩa apãtũ qñq; diuerſificant ſm mẽbr. diuerſitatem.

F

Dolores autem, vbicunq; ſint in corpore fixi, aut ſignificant ſolutionem continuitatis, aut mutationem multam accidentem ſubito. Continuitas vero ſoluitur inciſione, corroſione, & tenſione, & ſciſſura: & ſubſtãtia mẽbri mutatur caliditate, frigiditate, ſiccitate, & humiditate.

Com.32.

Iſte ſermo facit fidem expoſitionis partis ſecundæ canonis,communis in extractione ęgritudinum membrorũ interiorum,& eſt intellectus ex expoſitione noſtra præterita:quod eſt,quia ſciſſura eſt ſpecies rupturæ : & algae,i. obtuſio eſt ſpecies attritionis:& attritio eſt ex ſpeciebus ſolutionis continuitatis, cõpoſita ex inciſione imperfecta, & ex tenſione & ſciſſura:& nominantur omnes † gabaen,& accidunt aut ex obtuſione & caſu, aut percuſsione cũ ligno, aut lapide, aut quod currit hoc curſu. Soluuntur ergo in eis partes villorum membri † algaben ſolutione non apparente ſenſui:& mutatio ſubſtantię membri per calorem,& frigus,& ſiccitatem,& humiditatem eſt malitia complexionis diuerſę.

† al.guahẽ

† al.alguahen.

Et nocumentum accidens in operatione eſt ſecundum vnum trium modorum, aut ita, vt debilitetur: aut ita, vt mutetur à parte ſua: aut ita, vt deſtruatur.

G

Com.33.

De triplici op.læſiõe.

Debilitas operationis eſt,ſicut malitia digeſtionis abſq; corruptione ciborum. Sed,ſi ita eſt, vt mutetur à parte ſua,eſt,ſicut cum reſoluit ſtomachus illud,quod peruenit ad ipſum de cibis,& facit ipſum aut acetoſum, aut † chicatum,i.illius odoris,cuius ſunt piſces,aut fumoſum. Sed,ſi ita eſt,vt deſtruatur, eſt,ſicut ſi egrediantur cibi crudi ſm diſpoſitionem ſuam,in quibus ſtomachus non operatus eſt parũ neq; multũ:& ſm hanc ſimilitudinẽ eſt ſermo in operatiõe cuiuſq; membrorum interiorum & apparentiũ. Et Gal.quidem exquiſite perſcrutatus eſt doctrinam illius in libro ſuo de morbo & accidente.

† Al. ſchicatium.

Res autem, quæ effluunt, & procedunt ex eis, aliæ ſunt, quæ ſunt partes membrorum, in quibus ſunt læſiones: & aliæ ſunt, quæ ſunt ſuperfluitates : & aliæ ſunt res comprehenſæ in eis natura.

Com.34.

Procedunt de membris & effluunt res multæ diuerſæ,ex quibus ſunt,quę ſunt natura : & ex eis ſunt, quæ ſunt accidens. Illæ autem,quæ ſunt natura,ſunt ſicut egeſtio,& vrina,& vapor egrediens ex poris corporis, & per inſpirationem:illa autem,quæ ſunt per accidens,ſunt ea,quæ egrediuntur ex iſtis. Iſte.n.vapor ſignificat ꝑ odores ſuos illud,quod eſt in corpore,qa aliud eſt,cui eſt odor bonus:& aliud eſt,cui eſt odor fœtidus:& aliud eſt, cui eſt odor horribilis,ſicut eſt ille,qui apparet ex titillicis,i.ſubaſcellis:& apparitio horum odorum in ſudore eſt manifeſtior.

Odores vaporis ſignificãt nobis id,quod eſt ĩ corpore.

Et Gal.quidem diuiſit illud,quod procedit in corpore,in tres partes. Prima earum eſt illud, quod eſt partes mẽbrorum:& nos quidem vidimus illud in multis ægritudinibus,ſicut ꝙ egreditur cum ſputo & tuſsi aliquod ex pãniculis cannalis pulmonis in vlcere pulmonis,& vlcere cannalis eius:& ſicut ꝙ egreditur ex partibus inteſtini in vlceribus inteſtinorum cum egeſtione. Secunda eſt illud,quod eſt ſuperfluitas in membris, ſicut vrina in renibus & veſica,& egeſtio in inteſtinis. Et manifeſtum eſt,ꝙ non eſt poſsibile in ægritudinibus horum membrorum, vt ſuperfluitates iſtæ ſaluæ egrediantur,verũtamen aſſociatur eis,quod ſignificat eorum ægritudines, ſicut lapis,& ſanies,& achorti,i.mucilago,& ſpecies ſuperfluitatis & putredinis, & ſpecies vermium. Et egrediuntur in ægritudinibus factis in pectore ſpecies ſputi,& in ęgritudinibus factis in cerebro:& in ægritudinibus factis in hepate,ſicut deſcenſiones ſimiles loturæ aquę carnis,& reliquę ſpecies ſolutionis hepaticę. Et tertia eſt,quod eſt cõprehẽſum in mẽbris natura,ſicut ſanguis cõprehenſus natura in venis:nam,qñ ipſe egreditur,ſignificat ſolutionẽ continuitatis in vena:& ſm hoc exemplum eſt ſermo in vnoquoq; eorum.

H

Nõ ẽ poſſe ĩ ęgrit. mẽbrorũ ſuas ſuperfluitates eſſe ſaluas.

Et vnaquæq; harum ſpecierum ſignificat rem propriam.

Com.35.

Significantur per iſtas ſpecies res quatuor, quæ ſunt ſpecies canonis, & ſunt illæ, quarum determinationem compleuit. Vnumquodque enim particularium eorum ſignificat ægritudinem propriam, aut aliquam partium ægritudinis.

Et iam locuti ſumus in omnibus iſtis rebus ſermonem ampliorem iſto, in libro meo in locis dolentibus. Sed nõ præceſsit nos aliquis ad incedendum in illa intentione per viam bonam, compendioſam, propriam, neq; cõſecutus eſt in

A *illa finem, ſicut non eſt conſecutus etiam in aliqua intentionum aliquis antiquorum, verum inceperunt eas, & non compleuerunt ipſas.*

Cōmē. 36. Locutus eſt Gal. in libro cognitionis ægritudinum membrorum patientium, in ægritudinibus cuiuſq; mēbrorum interiorum ſermonem latiorem, in quo libro ſubtiliter perſcrutatus eſt doctrinam ſignorum cuiuſq; ægritudinis ex ægritudinibus membrorum: & perſcrutatus eſt in reſiduo eius doctrinam canonis in ſignis cuiuſq; ægritudinis membrorū. Et, quia non intellexit Raſis illud, putauit, ꝙ Gal. abbreuiauerit, & dimiſerit ægritudines, quarum ſigna non docuit: & dixit in determinatione ſua, qua determinauit æſtimationem ſuam, quam habuit de intentionibus li. Gal. in membris paſsibilibus, ꝙ Gal. dimiſit, & nō docuit omnia ſigna: & ꝙ oportet, vt nominetur liber eius cognitio ægritudinis quorumcūq; membrorum patientium: & non percepit, ꝙ Gal. fuerit contentus in eo, quod dimiſit in canonibus ſuis, quos docuit in eis, vt excitetur diſcipulus in inueniēdo illud per illos canones. Significauit ergo in ſe ipſo artē, & non indiguit intentione cōſiderationis in libro hoc. Et hoc eſt lucrū magnū, ꝙ meretur Gal. maximam laudē, & conſequitur Raſim in vituperatione per hoc, ꝙ ſuo malo intellectu tetigit Gal. Et manifeſtū eſt ex ſermone Gal. ꝙ ipſe eſt cōplens doctrinam artis medicinæ: & nos iam explanauimus illud in libro noſtro, quem nominauimus in doctrina artis medicinę.

B *Etiam conuenit tibi, vt accipias ſigna corporum, quæ iam ſunt ægra ex illo libro: ſed ſigna corporum, quæ iā proxima ſunt, vt infirmentur, aut vt ſanentur, oportet ſumere ex iſto libro.*

Cōmē. 37. Cum in ægritudinibus manifeſtis cadentibus ſub viſu & tactu non ſit neceſſarium ędere librum, quo ſciantur ſigna earum, abſcindit Gal. ſermonem, & finiendo dicit, ꝙ liber eius in cognitione paſſionum membrorum interiorum ſufficit in cognitione ſignorum ægritudinum: quod eſt, quia, qui ſtudet in eo, ſcit etiam ſigna ægritudinum membrorum apparentium. Et reſiduum ſermonis eius eſt intellectum: & ipſe complebit expoſitionem eius in eo, quod futurum eſt.

Et ſigna corporum, quæ appropinquant ad hoc, vt infirmētur, ſunt media inter illud, quod accidit ſanis, & illud, quod accidit infirmis. Omnia enim, quæ inueniuntur in ſanis, currunt ſecundum rem naturalē: & omnia, quæ inueniuntur in infirmis ex via, qua ſunt infirmi, ſunt ſecundum contrarium rei naturalis.

Cōmē. 38. Poſtq̄ proceſsit Gal. & docuit ſigna, quę accidunt ſanis ex nocumentis currentibus ſm rem naturalē: & docuit ſigna, quæ accidunt infirmis ex nocumentis currētibus ſm contrariū rei naturalis, docet in hoc ſermone, ꝙ ſigna, quę ſignificāt, ꝙ corpus, quod appropinquat ad hoc, vt infirmetur, ſunt media inter illa, ſ. permixta ſunt ex ſignis ſanorum, & ex ſignis ægrorum.

C *Signa autem corporum, quæ approximant ægritudini, ſunt ſecundum terminos in eo, quod eſt inter illa & iſta. Ex ijs. n. ſunt, quæ ſunt ex genere rerum naturalium, verūtamen permutantur in quantitatibus ſuis, aut in ſuis diſpoſitionibus, aut in horis ſuis. Et ex eis ſunt, quæ ſunt ex genere rerum, quæ egrediuntur à natura, verūtamen ſunt minora & magis diminuta, q̄; ea, quæ accidunt in infirmitatibus.*

Cōmē. 39. al. diſpō. Hæc eſt † expoſitio ſignorum corporum, quæ appropinquāt infirmitati: quod eſt, quia ſunt permixta ex ſignis ſanitatis, & ex ſignis ægritudinis. Et ex ſignis quidem ſanitatis tunc, quando permutātur ſigna iſta ab eo, ſm quod ſunt aut in quantitatibus ſuis, ita ꝙ adduntur aut minuuntur: aut in qualitatibus ſuis, ita ꝙ permutantur eorū diſpoſitiones naturales ad illud, quod egrediens eſt à natura: aut in horis ſuis, ita vt permutentur horæ ſigni vnius: cuius exemplum eſt, vt antecedat appetitus cibi, aut tardetur. Ex ſignis autem ægritudinis, quando ex iſtis ſignis apparet aliquid in corpore ſano, tunc in principio apparitionis eius quantitas eſt parua, & virtus eius eſt debilis, deinde additur, & ſignificat propinquitatem caſus corporis in ægritudinem: &, quando completur, cadit corpus in ægritudinem.

Et ſimiliter eſt diſpoſitio corporum, quæ appropinquant ægritudini ipſi ex diſpoſitionibus, quæ non proportionātur ad ſanitatem neq; ad ægritudinem. Et ſigna etiam ſignificantia ipſum, non ſignificant in primis niſi illam diſpoſitionem, deinde ſignificant modo ſecūdo ægritudines. Fit ergo vnum ſignum in comparatione ad aliquod ex ſignis præter aliquid ex ſignis, quæ non ſignificant ſanitatem nec ægritudinem.

D

Cōmē. 40. Iam quidem fuit diſpoſitio, quæ nō proportionatur neq; ad ſanitatem neq; ad ægritudinem trium ſpecierum: & ſigna corporum, quæ appropinquant ægritudini, ſunt ſigna huius diſpoſitionis. Neceſſe eſt ergo, vt ſint etiā ſpecies ſignorum corporum, quę appropinquant ægritudini, tres. Et hæc quidem ſigna ſunt aut permutatio ſignorū ſanitatis, aut diminutio ſignorum ægritudinis, & debilitas eorum. Ergo ſignificatio horum ſignorum diuerſificatur ſecundum comparationem eorum: ipſa nanq;, quando comparantur ad ſanitatem, ſignificant eam: &, quando comparantur ad diſpoſitionem mediam, ſignificant ipſam modo alio: &, quando comparantur ad ægritudinem, ſignificant eam.

Et ex ſignis, quæ ſignificant ægritudinem, ex via quidem, qua ſignificant diſpoſitionem, quæ eſt in corpore, non ſignificant ſanitatem neque ægritudinem: & ex via quidem, qua ſignificant diſpoſitionem, quæ fiet poſt, ſignificant ægritudinem.

Cōmē. 41. Signa, quæ ſignificant corpus eſſe propinquum ægritudini, ipſa quidem in primis ſignificant diſpoſitionē pręſentem in corpore: quare eſt ſignificatio eorum pręſens ſupra diſpoſitionem mediam: & ſignificatio eorum futura ſuper ęgritudinem, quæ erit.

Et ſecundum hanc ratiocinationem etiam ſigna, quæ apparent in infirmis, & ſignificant euaſionem, dicitur, quòd ſigna ſunt ſalutis, quoniam ipſa indicāt ſanitatem, quæ fiet in eo, quod eſt poſt. Et dicitur etiam, quòd ipſa ſunt

ſigna

signa ægritudinis, propterea, quòd significant ægritudinem præsentem. Et, quando significant duas dispositiones, tũc E
sunt ex signis, quæ non proportionantur ad sanitatem proprie, neq; ad ægritudinem proprie secundũ aliquem modo-
rum, quos significat hæc dictio, s. sermo noster, nec sanitas nec ægritudo.

Signa, quę apparent in infirmis, & significant euasionem, sicut signa digestionis, & vehementiæ virtutis, & to- Com. 42.
lerantię eius, significant duas dispositiones. Vna earum est, ꝙ significatio earum presens, est super ęgritudinem: &
significatio earum futura, est super sanitatem. Quando ergo significãt super infirmitatem & super sanitatẽ simul,
tunc sunt ex signis vnius modorum dispositionis, quæ non est sanitas neq; ægritudo.

Et nõ est mirum, si signum vnum proportionetur ad istos tres modos per cõparationes diuersas, & dicatur, quòd
est signum sanitatis, & signum ægritudinis, & signum neq; sanitatis proprie neq; ægritudinis proprie.

In signis digestionis completæ sunt significationes tres. Vna earum est, ꝙ ipsa significant ægritudinem prę̨sen- Com. 43.
tem: & secunda est, quia significant sanitatem, quæ fiet in proximo: & tertia est, quia significãt dispositionem, quæ
neque est sanitas neq; ægritudo. Et secundum hoc exemplum est ratiocinatio omnis significantis significationes
diuersas, & proportiones diuersas: quod est, quia non est mirum, si signum vnum significet per comparationes di-
uersas, res diuersas.

Et dicimus secundum intentionem aliam præter hãc intentionẽ, quòd signa, quæ inueniuntur in corpore, quæ mo F
rantur ab ægritudine, sunt ex signis, quæ non significant sanitatem neq; ægritudinem: & similiter signa, quæ inue-
niuntur in corporibus senum: & omnia signa ista proportionantur diuersis proportionibus.

Intentio illa est intentio, in qua non sunt signa significantia ægritudinem prę̨sentem, sed significant aut ęgritu Com. 44.
dinẽ prę̨teritam, sicut signa inuenta in corporibus conualescentium: aut dispositionem aliã, sicut signa, quę inue-
niuntur in corporibus senum, significantia debilitatem caliditatis innatæ, & victoriam frigoris & siccitatis super
membra radicalia.

Signa autem, quæ inueniuntur in corporibus sanis, in quibus non est ægritudo, non proportionantur nisi ad
sanitatem.

Hoc intellectum est supra. Com. 45.

Et signa, quæ inueniuntur in infirmis, & non indicant sanitatem futuram, ipsa etiam non proportionantur nisi
ad ægritudinem tantum.

Hoc est intellectum, & expositum. Com. 46.

Et dicentur alia signa in eis, quæ sunt post.

Quia ipse reiterabit rememorationem signorum ęgritudinis in eo, quod futurum est. Com. 47.

Et dicamus in primis signa, quæ indicant ægritudinẽ futurã: & istorũ (sicut diximus) sunt duæ species. G

Scilicet signorum species sanitatis, quando permutatur: & species signorum ægritudinis, quando est magis di- Com. 48.
minuta & debilior.

Et dicamus in primis illud signum, quod ex his non est permutans rem naturalem, nisi in quantitatibus, & di-
spositionibus, & in horis, non in ipsis generibus eius.

Vult signa sanitatis. Ipsa nãq; in generibus suis fiunt significantia sanitatem: & permutatio eorum in quãtitati- Com. 49.
bus suis, aut in suis dispositionibus, aut in horis suis, significant ægritudinem, quę accidet. Et Galenus quidẽ nume
rat ea ſm semitam exempli, & dicit.

Si sit cibi appetitus additus, aut diminutus: aut pertranseat horam, in qua currit consuetudo, vt moueatur: aut
declinet ad cibos, cum quibus non currit consuetudo.

Declinatio eius ad cibos, cum quibus non currit consuetudo, est mutatio eius in dispositionibus suis: & reliquũ Com. 50.
sermonis eius est intellectum.

Et vt sint superfluitates cibi, quæ procedunt, pauciores quãtitate, aut plures ea, aut leuiores, aut duriores.

Diminutio earum, aut ipsarum multitudo, est earum permutatio in quantitate: & earum lenitas, aut durities Com. 51.
ipsarum, est earum permutatio in qualitate. Et dimisit sermonem suum in horis suis, qm̃ est manifestũ: quod est,
quia egrediuntur ante horam consuetudinis, quando sunt plures & leniores: & tardatur earum exitus, quãdo sunt H
pauciores aut duriores.

Et similiter etiam est in diminutione superfluitatum humidarum, & additione earum, mutantium rem natura
lem: aut mutatione colorum earum, aut essentiarum earum, aut horarum euacuationis earum.

Superfluitates humidę, quæ sunt natura, sunt vrina, & aliqua, quę descendunt cum ea. Vrina enim permutatur Com. 52.
in quantitate sua, & minuitur, aut additur: & permutatur in qualitate sua: & mutantur colores eius, & essentiæ
eius: & permutantur in horis suis: & egreditur in horis suis diuersis. Et vnumquodque istorum, quando non cur-
rit secundum consuetudinem, indicat ægritudinem, quoniam significat causam in corpore, facientem necessa-
riam mutationem eius.

Et vigiliæ aut somnus additi, aut facti in hora, in qua non currit consuetudo. Et secundum ratiocinationem etiã
illius currit esse appetitus potus pluris, aut paucioris, aut calidi aut frigidi, contra consuetudinem. Et vsus coitus su-
perfluus, & factus in hora non sua. Et sudor, quãdo est plus, q̃; oportet, aut minus, q̃; oportet. Et pigritia à motibus,
& grauitas, quando conatur homo, vt moueatur. Et mollificatio, & debilitas vehemens. Et retentio mẽstruorum,
& euacuatio eorum plus, q̃; oportet, aut minus, q̃; oportet. Et similiter etiam euacuatio sanguinis ex orificijs vena-
rum, quæ sunt in ano & vulua. Et defectio etiam delectationis eius, quod comeditur & bibitur, quando est diuersa

ab eo,

A *ab eo, secundum quod currit esse eius, ipsa nanq; indicat ægritudinem futuram. Et similiter etiam hebetudo mentis, quando habens eam non est aptus natus super illud. Et obliuio accidens ei, qui non sciuit illud ex se ipso. Et somnus, quando in eo est ex imaginatione & visionibus plus, q̃ fuit antea. Et auditus, & odoratus, et visus, quando vnusquisq; eorum augmentatur aut debilitatur. Et vniuersaliter omnes res naturales, quando adduntur, aut minuũtur, aut mutantur ab horis suis, aut à dispositionibus suis. Ex eo est tumor vel magnitudo corporis, quando minuitur aut additur, aut declinat ad rubedinem, aut ad albedinem, aut ad liuiditatem, aut nigredinem. Et eructatio, & sternutatio, & ventositas, quæ egreditur inferius, quando adduntur, aut minuuntur à quantitate naturali. Et similiter etiam quod descendit ex naso, aut ex palato, aut egreditur ex naribus ex eo, quo mundificatur cerebrum, quando mutatur quantitas eius, aut dispositio eius, aut ipsius hora. Et omnes istæ res, quas diximus, sunt ex genere rerum naturalium.*

Cõmẽ. 53. Canon in istis omnibus signis est res vna: & hæc res vna est, vt consideres vnumquodq; operum, & iuuamentũ ipsorum membrorum naturalium, & ratiocineris ipsum. Cum ergo inueneris illud iam additum, aut diminutũ, aut permutatum in qualitate sua, aut in hora sua, tũc illud accidit à causa in corpore, quę, si dimittatur, faciet egritudinem. Et hæc causa quandoq; est debilis, & sufficit natura ad sanandum eam: & qñq; est fortis, & proprie facit ægritudinem: & quandoque est media, & non facit ægritudinem ex propinquo. Et Gal. quidem determinabit B vnamquanq; causarum facientium hæc signa in eo, quod futurum est post cessationem eius à numeratione specierum omnium signorum.

Mordicatio autem accidens in ventre, aut in mery, aut in aliquo intestinorum, aut apud egestionem, aut vomitum, aut vrinam, & dolor paruus, sunt de genere rerum egredientium à natura, veruntamen, cui accidit illud, nondum infirmatur.

Cõmẽ. 54. Postq̃ cessauit à numeratione eius, quod significat ægritudinem futuram ex signis sanitatis, permutatur ad numerationem eorum, quæ significant ægritudinem futuram ex signis ægritudinis, & dicit ex eis in primis mordicationem, quę accidit in ventre, aut in mery, aut in aliquo intestinorum: aut accidit apud egestionem, aut vomitum, aut vrinam. Deinde dicit dolorem paruum, qui accidit in hepate. Dolor enim, qñ incipit, postq̃ non fuit, dũ permanet paruus, non significat ægritudinem præsentem, sed significat ægritudinem futuram, quoniã significat causam nociuam in hepate.

De indicatione sumpta à dolore.

Et similiter est dispositio eius, qui sentit in capite suo grauitatem, aut dolorem, dum perseuerat illud non prohibens illum ab operationibus, cum quibus cucurrit consuetudo eius. Et iste quidem est terminus ægritudinis in huiusmodi dispositionibus.

Cõmẽ. 55. Non vult in hoc sermone terminum ẽm diffinitionem ęgritudinis, substantiam ægritudinis significantem, sed C vult descriptionem, quæ distinguit inter ægritudinem & alia ex dispositionibus corporis. Dolor. n. & vnũquodq; signorum ægritudinis, quando accidunt in corpore sano, dum prohibent ipsum à conuersione in actionibus suis, cum quibus cucurrit consuetudo eius, sunt signa significantia ægritudinem futuram: &, quando prohibet ipsum conuersari in actionibus suis, cum quibus cucurrit consuetudo eius, tunc sunt signa significantia ægritudinẽ præsentem. Et ipse quidem ostendit in libro crisis, ꝙ primus dierum ægritudinis est hora, in qua apparet nocumentum operationis sensibile. Et primum, quod computatur ex diebus ægritudinis, est hora, in qua incipit ex nocumento operationis, quod prohibet conuersari infirmum in occupationibus suis, aut conuersari membrum in operatione sua propria.

Et propter illud nominatur dispositio vna, per comparationem ad aliquid sine alio, quandoq; ægritudo, & quandoq; neque sanitas neq; ægritudo: quod est, quia vnaquæq; harum dispositionum, quas narrauimus, secundum quantitatem virtutis & tolerantiæ, qua tolerat eas, & fugæ eius ab eis, est aut ægritudo, aut dispositio, quæ non est sanitas neque ægritudo.

Cõmẽ. 56. Postq̃ dixit signa significantia ægritudinem, & fuit intellectum ex sermone eius, ꝙ dolorem, & vnumquodque signorum egrorum efficit causa in corpore, dicit, quid sit illud, quod facit accidere illam causam in corpore, & di- D cit, ꝙ accidit dispositio, quæ est per comparationem ad aliquid sine aliquo, qm̃ dicitur ęgritudo, qñ prohibet conuersationem in occupationibus. Deinde ostẽdit causam in hoc, & dicit, ꝙ illud nõ est nisi ẽm quãtitatẽ virtutis, & tolerantiam eius, qua tolerat eam: & fugam eius, qua fugit ab ea. Nã, si ipsa tolerat eam, nõ est illa dispositio ęgritudo, sed dispositio media: &, si vincitur ab ea, est dispositio illa ægritudo.

Et similiter omnia nocumenta, quæ fiunt in sensibus, sunt diuersa adinuicem non in multitudine & paucitate, sed in genere toto etiam sunt exeuntia à natura. Ipsa. n. etiam sunt ex signis ægritudinis, dum permanẽt parua, & non prohibent illum, cui accidunt, ex operationibus, quibus currit consuetudo eius.

Cõmẽ. 57. Sermo eius est intellectus, Sed in genere toto. vult. n. genus nocumentorũ, quę mutãt sensus in multitudine, & paucitate, & quãtitate, quam cõprehẽdit sensus. Species. n. huius generis sunt multę, & ex eis sunt, quę mutãt sensus in qualitate & similibus. Hinc etiam exponit Gal. species huius generis, & dicit.

In gustu quidem, quando sentit homo saporem omnium, quæ comedit & bibit, salsum aut amarum, aut in eo aliquid ex reliquis saporibus: aut sentit, præter quòd recipiat saliua sua, aliquem horum saporum.

Cõmẽ. 58. Iam ostendit Hipp. in libro de humoribus, ꝙ sensus gustus mutatur ẽm illud, quod miscetur humiditati naturali, positæ in lingua ex humoribus, & sentit saporem humoris vincentis in corpore.

Et in odoratu quandoq; sentit homo odorem vnũ, & non est in præsentia eius aliquid, quod odoretur. Aut appli-

cantur

centur ei res multæ diuersæ,& sentit ex omnibus eis odorem vnum. Et quandoq; non sentit homo ex odore aliquid penitus: aut sentit odorem fœtidum,& non est in præsentia eius aliquid fœtidum. E

Mutatio instrumenti odoratus est ẜm modũ mutationis instrumenti gustus. Ergo ẜm illud, quod resoluitur ex humoribus corporis, vapor fit, qui etiã mouet sensum odoratus. Qñ ergo in corpore humor malus est, resoluitur ex eo vapor,& comprehendit odorem eius sensus odoratus. Com.59.

In auditu autem tinnitus & sonitus sunt ex genere rerum egredientium à cursu naturali.

Sẽsus auditus mutatur etiã ẜm id, quod resoluitur ex vapore humorũ vincentiũ in corpore. Isti.n. humores, qñ mutãtur, imprimũt in sensum auditus aliquid, sicut imprimũt in sensum gustus,& in sensum odoratus:&, qñ sunt secundum rem naturalem, non imprimunt in eo aliquid. Com.60.

In visu autem, si quando imaginatur homo, quia videt ex rebus nigris, aut tenebrosis, aut similibus indico,& citrinis,& rubeis: quasdam rotundas,& quasdam longas,& quasdam minutas paruas,& quasdam grossas: & imaginantur ei omnia quasi volantia.

Isti colores significant chymos corporis vincentes:& sumitur ex vnoquoq; eorũ significatio propria, sicut sumitur ex vaporibus,& odoribus,& vocibus. Com.61.

In sensu autem tactus, quando sentit homo diuersitatem,& agitationem, aut spißitudinem, aut grauitatem, aut tensionem, aut alterationem in corpore suo toto. F

Iam determinauit Galenus istas dispositiones in libro multitudinis, & ego itero determinationẽ sermonis eius in signis sumptis ex mutatione sensuum modo altero. Dico ergo in sensu gustus, quando non comedit cibum aliquem,& sentit saporem, tunc ille sapor significat chymum malum, qui mouetur in corpore eius. Tunc, si est ille, quem inuenit, amarus, significat choleram:&, si est acetosus, significat melancholiam, aut phlegma acetosum. Et differentia inter vtraq; est, ꝙ cum phlegmate acetoso est superfluitas humiditatis in lingua: & cum melancholia siccitas:&, si est salsus, significat phlegma salsum:&, si est dulcis, significat sanguinem: &, si est acutus significat choleram adustam:&, si est ponticus, significat melancholiam. In sensu vero odoratus, qñ non est præsens homini aliquid, cui sit odor,& aeris continentis odor non mutatur,& inuenit hunc odorem, tunc ipse significat chymum malum, qui mouetur in corpore suo. Odores ergo fœtidi significant chymum putridum, & acuti significãt acutum, boni significant chymum laudabilem. Verũetiam in sensu auditus, quando nõ fit præsens vox extrinsecus, neq; sonitus,& sentit homo vocem, aut strepitum, aut sonitum, tunc illud est significatio vaporis chymi mali in capite suo. In sensu autem visus colores nigri & tenebrosi significãt chymum nigrum: & similes indico significant chymum similem:& citrini chymum cholericum:& rubei sanguineum. Et imagines, quæ videntur in oculo,& diuersificantur earum figuræ secũdum illud, quod formatur in humiditate grandinea de vapore, q aggregatur in foramine vueæ, & videntur quædam earum rotũdæ,& quædam earum longæ,& fortasse fiunt figuræ quorundam animalium, sicut muscarum, & cimicum, & sermone absoluto imagines subtiles significant chymum subtilem: & grossæ significant chymum grossum. In sensu autem tactus accidunt omnes species lassitudinis, factæ ex se ipsis,& sunt lassitudo vlcerosa, & lassitudo extensiua, & lassitudo apostemosa. Et vnaquæq; specierum etiam lassitudinis accidit à multitudine in corpore. Et hæc multitudo grauat virtutẽ sensibilem, & cõprehendit eã tactus: aut aggrauat virtutẽ animalẽ,& cognoscitur per pulsum:& aggrauat virtutẽ naturalẽ,& accidit ex conuersione cibi in corpore. Et multitudo etiam est genus ad illud, quod secundũ chymũ effusum est in vasis. Et Gal. quidem narrat omnes istas res, quando intendit in doctrinam causarum.

Com.62. De differẽtijs in sensu gustus. In sẽsu odoratus. In sẽsu auditus. In sensu visus. G In sensu tactus.

Et similiter etiam, quando est in aliquo membrorum, quodcunq; membrum fuerit, extensio, aut coarctatio, aut mordicatio, aut grauitas. Et, quando vnaquæq; harum est parua, aut non est fixa, tũc significat, quòd dispositio corporis non est dispositio sanitatis neq; ægritudinis,& indicat ægritudinem futuram.

Sermo iste intellectus est, quando præsentes fiunt in mente tua conditiones, quas cõditionaui in sermone eius, Quando vnumquodq; eorum est paruum. scilicet ex istis accidentibus, quæ numerauit:& dicit, quòd sunt tensio, aut coarctatio, aut mordicatio, aut grauitas. Et iam enunciauit, quòd grauitas est per comparationem ad illud, quod tolerat virtus. Com.63.

Signorum autem, quæ apparent in eo, qui iam infirmatur, quædam significant sanitatem, et quædam eorũ mortem. Et prima eorum proportionantur ad sanitatem:& secunda proportionantur ad ægritudinem in genere,& ad ægritudinem mortiferam in specie. Et hæc quidem signa sumuntur vniuersaliter ex bonitate operationum,& malitia earum: secundum specificationem vero sumuntur ex operationibus particularibus. H

Accidunt in egris signa diuersa. Ex eis.n. sunt, quæ significant super salutem, & sunt signa digestionis completæ, sumpta ex vehementia virtutis naturalis:& signa vehementiæ virtutis animalis. Et ex eis sunt, quæ significant perditionem, sicut signa crisis, quando apparent ante digestionem. Ex signis.n. crisis duæ sunt significationes, s. significatio ante digestionem,& significatio post digestionem. Cum apparent ante digestionem, significãt perditionem:&, cum apparent post digestionem, significant euasionem. Et ex signis, quæ apparent in egritudine etiã priuatæ digestionis, tunc, ipsa quando apparent, si cum eis participet debilitas in virtute, æger moritur proculdubio. Et manifestum est, ꝙ signa, quæ apparent in ægrotis, sunt sumpta ex bonitate operationum,& malitia earum. Bonitas ergo operationum significat sanitatem, et earum malitia significat perditionem. Et omnia ista signa aut sunt in dispositione præsenti,& significant ægritudinem: aut in dispositione futura, & significant aut euasionem, aut longitudinem ægritudinis, aut perditionem. Et comparantur ista signa: ex eis enim significationibus sunt signa, quorum virtus est magna valde,& sunt signa sumpta ex bonitate operationum membrorum principaliũ & malitia

Com.64. Signorum crisis duę significationes.

A litia eorum:& ex eis sunt signa, quorum virtus est debilis, & sunt sumpta ex bonitate operationum membrorum ignobilium,& malitia eorum.

Et iam determinauimus genera eorum ante. Et primum eorum est genus membrorum, quæ sunt radices. Secũdum genus, membrorum, quæ sunt rami, ab illis radicibus nati. Et tertium est genus membrorum, quibus ex se ipsis est regimen proprium: & adueniunt eis ex radicibus rami quidam. Et quartum est genus membrorum, quorum regimen est ex se ipsis: & non sunt radices alijs, nec alia sunt radices eis, neq; alicui horum, quæ sunt in eis. Et per hoc genus quartum ex se ipso non fit iuuamentum in prognosticatione: per accidens vero quandoq; sumitur prognosticatio ex illo genere, sicut sumitur ex superfluitatibus. Veruntamen prognosticatio, quæ sumitur ex istis membris, non sumitur nisi secundum semitam communitatis in læsionibus: prognosticatio vero, quæ sumitur ex superfluitatibus, sumitur semper, quoniam in eis sunt signa digestionis, & contrarij eius. Est ergo necesse ne à significatione vacuẽtur semper, secundum quòd natura est vincens materiam, aut materia naturam, aut non est aliqua earum vincens alteram. Et, quando significant, quòd natura est vincens, proportionantur ad sanitatem: &, quando significant, quòd natura est victa, proportionantur ad ægritudinem: &, quando significant, quòd pugna inter materiã ægritudinis & naturam est alternata, non proportionantur neq; ad sanitatem neq; ad ægritudinem.

B

Cõmẽ. 65.

Signa ab op̃ationib⁹ membrorũ principaliũ

Docuit Galenus in hoc sermone quantitatem virtutis signorum, sumptorum ex bonitate operationum membrorum, & malitia eorum, & posuit ea quatuor genera. Sub genere primo sunt quatuor species. Vna est sumpta ex bonitate operationum cerebri,& malitia earum: cuius exemplũ est, ꝙ facilitas motus in resupinatione & sessione est ex signis bonitatis operationum lacerti:& operatio lacerti est ab eo, quod influit cerebrum ei. Et secunda est sumpta ex bonitate operationum cordis,& malitia earum: & hoc scitur ex pulsu. Et tertia est sumpta ex bonitate operationum hepatis & malitia earũ:& cognoscitur ex digestione, quod declaratur in vrina. Et quarta est sumpta ex bonitate & malitia operationum testiculorum: & hoc scitur ex virtute in venere & debilitate. Et non est huic speciei virtus, quæ decise dicatur neq; in sanitate & euasione ab ægritudine, neq; in perditione, sed est in eis significatio super longitudinem ægritudinis & breuitatem eius. Et hoc genus totum est genus signorum sumptorum ex bonitate operationum membrorum, quæ sunt radices corporis,& malitia earum. Et manifestum est, ꝙ, quãdo radix est debilis, tunc illud, cui est radix, est etiam debile:& similiter, quando est fortis, tũc illud, cui est radix, est etiã forte:& secundum hunc modum currit sermo in vnoquoq; signorum, sumptorum ex operationibus radicum.

C

Ab operat. mẽb. q̃ sũt rami prĩc.

Ab operat. mẽb. q̃ nec prĩc. nec rami.

Ab operat. mẽb. habẽtium ex se ipsis regimen & c.

Et genus secundum est signa sumpta ex bonitate operationum membrorum, quæ sunt rami illarum radicum, & malitia earum. Et iam ostensum est, ꝙ cerebri rami sunt nerui, nucha:& rami cordis, arteriæ:& rami hepatis, venę non pulsatiles:& rami testiculorum, vasa spermatis. Et genus tertium est signa sumpta ex bonitate & malitia operationum membrorum, quibus ex se ipsis est regimen proprium,& adueniũt eis ex radicibus virtutes aliæ. Et iam ostensum est, ꝙ membra ista sunt multa, sicut venter, & splen,& intestina, & renes, & reliqua membra, & omne, cui est virtus ex se ipso,& virtutes veniẽtes eis ex illis radicibus. Et genus quartum est signum sumptum ex bonitate & malitia operationum membrorum, quorum regimen est ex se ipsis tantum,& non sunt ipsa radices alijs, neq; alia radices eis, sicut caro simplex, & pinguedo,& panniculi. Fortiora ergo signa, & certioris significationis, sunt genus primum: deinde sequitur ea in virtute & sanitate genus secundum: deinde sequitur hoc genus tertium: & debilioris significationis eis omnibus est genus quartum. Et iam exposuit Galenus esse eius, & sermo eius in eo est intellectus.

Et signa, quæ significant sanitatem, manifesta sunt ex signis sanitatis.

Cõmẽ. 66.

Quoniam significant, ꝙ virtutes naturales iam vicerunt materiam ægritudinis, & digesserũt eam. Et ista signa sunt sicut vrina rufa,& citrina:& ęqualitas substantię vrinæ:& nubes rubea,& alba:& sedimen album, lene, planum:& quę sunt, sicut ista.

Et signa, quæ significant priuationem digestionis sunt ex signis ægritudinis.

Cõmẽ. 67.

Sicut vrina aquosa,& alba, nigra,& substantiæ subtilis,& grossitudo eius: & nubes nigra, & sedimen nigrũ,&

D arena:& similiter furfurea,& crimnois,& petalois.

Et signa, quæ non significant penitus neq; digestionem neq; priuationem digestionis, sunt signa, quæ non proportionantur ad sanitatem neq; ad ægritudinem. Et ex signis etiam, quæ non proportionantur neq; ad sanitatem neq; ad ægritudinem, sunt signa, quæ significant quandoq; aliquid, quandoq; contrarium eius, sicut nigredo digitorum, et similiter accidentia, quæ sunt ante crisim.

Cõmẽ. 68.

Signa, quæ sunt ante crisim, sunt multa,& non est ex eis aliquod, quod significet significationem omnimodam neq; super sanitatem neq; super ægritudinem:& non significant nisi super luctam inter naturam & materiã morbi. Quòd si apparuerint ante digestionem, significant magnitudinem ægritudinis, & prauitatem eius. Et, si apparent post digestionẽ, significant naturam superasse materiam ægritudinis, & victoriã eius super ipsam. Et, si apparent in dispositione digestionis non completæ, significant virtutem naturæ, & virtutem ægritudinis simul. Quapropter non proportionãtur ista signa neq; ad sanitatẽ, neq; ad ægritudinem, sed quandoque proportionantur ad sanitatem, quando apparent post digestionem completam: quandoq; etiam proportionantur ad ægritudinẽ, quãdo apparent ante digestionem:& quandoq; non proportionantur ad aliquid, quando apparent in dispositione digestionis non completæ.

Et iam locuti sumus in omnibus illis accidentibus & signis in libro de crisi: & locuti sumus etiam in accidentibus, quæ fiunt in vnaquaq; operationum, in tractatibus, in quibus narrauimus causas ægritudinum.

Perscrutatus

Perſcrutatus eſt Galenus exquiſite omnia accidentia:& ſunt illa,quæ nominãtur etiam ſigna, in duobus libris, quorum vnus eſt liber eius in criſi:& alter tres tractatus primi libri,qui nominatus eſt liber morborum & accidẽtium.In libro.n.criſis ipſe exquiſite perſcrutatur ſermonem in ſignis ſumptis ex ſuperfluitatibus, ſed in tribus tractatibus poſtremi libri morborum & accidentium perſcrutatus eſt ſermonẽ in ſignis operationum mẽbrorum, & ſignis ſignificantibus eſſe cuiuſq; eorum. Com.69. E

Ego autem cauendo à prolongatione ſum abſcindens in hoc loco ſermonem meum in ſignis, & ſum veniens ſuper ſermonem meum in cauſis.

Poſtquam euigilauit ſuper libros, in quibus perſcrutatus eſt eſſe omnium ſignorum, ponit diſcipulo inuentionem partium ex ſignis ex illis libris, & abſcindit in hoc loco huius libri ſermonem in eis, quia iam compleuit omnia ſigna eorum, & poſuit hunc ſermonem ſigillationem ſermonum in cauſis, & dicet in eo omnes ſummas earum. Com.70.

LIBER TERTIVS, QVI EST DE CAVSIS.

ET cauſarum quædam ſunt cauſæ ſanitatis, quædam cauſæ ægritudinis, & quædam neq; cauſæ ſanitatis nec ægritudinis: & ego ſum narrans in primis cauſas, quæ ſunt ſanitatis. F

Ex isto sermone intellectum eſt,ꝙ cauſæ ſunt tres. Com.1.

Et cauſarum ſanitatis duæ ſunt ſpecies:ex eis enim ſunt, quæ onſeruant ſanitatẽ: & ex eis ſunt,quæ efficiunt eam.Sed cauſæ,quæ ſanitatem conſeruant,ſunt priores in tempore,& nobiliores,cauſis,quæ eam efficiunt.

Iam oſtendimus in expoſitione noſtra,qua expoſuimus librum in regimine, ꝙ cauſę conſeruantes ſanitatem ſunt,quibus vtimur ex cibis,& regimine,cum exercitio, & cum frictione, & balneatione: & ꝙ cauſæ efficientes ſanitatem ſunt,quæ adminiſtrãtur in ægritudine ex cibis,& medicinis,& ſpeciebus curationis. Ergo ars medicinę per ſe,i.eſſentialiter quidem,eſt ſcientia cauſarum ſanitatis tantum,ſed per accidẽs cũ ea eſt neceſſaria ſcientia cauſarum ægritudinis,& cauſarum diſpoſitionis tertiæ, vt caueantur iſtæ cauſæ. Et,quoniã ægritudo & diſpoſitio tertia ſunt intrantes ſuper ſanitatem, tunc factę ſunt cauſę conſeruantes ſanitatem priores cauſis, quæ faciunt eam redire. Com.2. Med. cuius ꝑ ſe ſit, cuius per acc.

Et ego ſum incipiens in primis rememorationem cauſarum ſanitatem conſeruantium.

Compleuit Gal. cauſas conſeruantes ſanitatem in libro ſuo de regimine ſanitatis. Com.3.

Dico ergo,quòd,cum corpus ſanum non ſit vnum,ſed ſint ſpecies multæ,ſicut determinauimus ante, tunc oportet,vt vnicuiq; ſpecierum eius ſit cauſa conſeruatiua propria,quoniam omnis cauſa non eſt cauſa niſi per ſemitam comparationis ad aliquid. G

Oſtendit Gal. in initio huius libri,ꝙ ſanitati ineſt latitudo,cuius quãtitas eſt id, quod eſt inter comparationem corporis ſanatiui,vel eucratici,quod eſt in meliori diſpoſitionum, & quod eſt inter corpus ægrotatiuũ.Et iam dixit,ꝙ numerus ſanorum corporum eſt in quatuor modis,ſ.corpus, quod eſt in meliori diſpoſitionum, & corpus ſanum ſecundum plurimum,& corpus ſanum in hora præſenti,& corpus ægrotatiuum.Et inter vnũquodq; iſtorum quatuor,& inter illud,quod ſequitur ipſum in ſanitate,ſunt corpora multa ſecundum comparationem complexionis membrorum ſimilium partium,& comparationem complexionis membrorum officialiũ.Et, qm̃ corpora iſta ſunt diuerſa,tunc vnũquodq; eorum indiget cauſis conſeruãtibus ipſum ſ̃m illud,ſ̃m ꝙ eſt.Et iſtę cauſæ ſunt due,ſ.cauſę,quę ſunt ei ſimiles,& quę conſeruãt ſuper ipſum cõplexionem eius, & illius compoſitionẽ,ex cibis,& exercitio,& frictione,& balneatione. Com.4.

Et oportet,vt ponam principium ſermonis mei in meliori diſpoſitionum corporis, & inquiram cauſas, quæ ſunt conſeruantes ſanitatem illius corporis,ſed inuentio illarum cauſarum eſt ex ipſa re quæſita. H

Per ſermonem ſuum, Ex ipſa re quęſita.voluit æqualitatem ſecundum veritatem,per hoc,ꝙ res quæſita in meliori formarum eſt conſeruatio ſanitatis.Eſt ergo neceſſe,vt ſint cauſæ conſeruantes hanc diſpoſitionem, cibi exiſtentes temperati in quantitate ſua, & ſua qualitate, & hora ſuſcipiendi eos, & ſimiliter exercitium, frictio, & balneatio,quorum vnumquodque ſit temperatum in quantitate ſua, & qualitate ſua, & hora vtendi eo, & parte vſus illius. Com.5.

Quod eſt,quia,ſi corpus non reſolueretur, & non doleret,ſed maneret corpus, cui eſt melior formarum, ſemper ſecundum diſpoſitionem ſuam,non indigeret arte regimis.Verum,cum reſoluatur, & mutetur,non ſeruans diſpoſitionem,ſecundum quam natum eſt à principio ſui eſſe,indiget adiuuantibus per qualitatem iſtius, & per quantitatem numeri modorum,ex quibus mutatur.Eſt ergo neceſſe,vt ſit numerus modorum adiuuantium ipſum æqualis alterationi.Intelligitur per illud numerus cauſarum conſeruantium ipſum.

Cauſæ,quæ mutant corpus,quod eſt in meliori formarum natura,quod oſtendit Gal. in tractatu primo de regimine ſanitatis,aut ſunt intrinſecę in eo,quod aggregatur ex ſuperfluitatibus ciborum, & potuum, cum additione ſiccitatis,& diminutione caliditatis innatæ:aut extrinſecæ,ſicut aer continens,& reliqua, quæ reſoluunt ipſum ſpiritum,animalem,vitalem,& naturalem.Et,quando applicantur omnia ea,indiget vnumquodque eorum Com.6.

A causis prohibētibus mutationem melioris formarum. Ergo per quantitatem numeri modorum,qui mutant hāc formam,est quantitas numeri causarum conseruantium eam à mutatione.

Et manifestū est ex eo,quod diximus,quòd illæ causæ sunt ex genere causarū,quæ rectificāt corruptionem.Verū ipsæ nō rectificant nisi paulatim,antequā accidat læsio:multoties subito,propterea,quia multoties accidit nocumentum subito. Nam non numerant eas medici in numero causarū,quæ antecedunt,& conseruant corpus à malo,quod vult superuenire ei,sed medici numerant eas in numero causarū,quæ conseruant dispositionē eius præsentem.

Cōmē.7. Causæ,quæ rectificant corruptionem,sunt duobus modis. Aliæ.n.sunt,quæ administrantur in curatione ęgritudinis ex cibis,& medicinis,& regimine,& speciebus medicationis:& aliæ,quæ administrātur in parte medicinę, nominata præuisione cum conseruatione. Et istæ quidem proprię sunt,quæ conseruant corpus à malo,quod vult accidere super ipsum. Et corpus quidem,quod est in meliori formarum,non indiget aliqua istarum penitus,& nō indiget nisi illis,quæ conseruant in omni hora dispositionem præsentem eius,donec non mutetur.

Et corpora mutantur à causis quibusdam necessario,& à causis quibusdam non necessario. Intellige per causas, quæ mutant corpus necessario,quibus nō est excusatio,quin corpori occurrant. Et intellige per causas,quæ non mutant corpus necessario,alias causas : quod est,quia non est excusatio, quin corpori occurrat aer : quod est,quia comestione et potu,et somno & vigilia,& motu & quiete,& constrictione & euacuatione,& accidētibus animæ B *necesse est eum vti:Gladij vero,& lupi,& venenosa animalia nō sunt ex eis,quæ necesse est occurrere corpori.Et per illud nō est operatio medicinæ,nisi in genere primo cārū:in genere uero cārū secūdo nō est medicinæ operatio.*

Cōmē.8. Genus primum eorum est,ex quo nō est excusatio corpori necessario:& ars medicinæ mensurat vnāquāq; causarū,quæ sunt sub eo,in quātitate,& qualitate,& parte vsus. Et genus scdm est,quod non mutat corpus necessario: quod est,quia est pōle,vt euadat ab eo corpus vita sua tota,sicut percussio cū ensibus,& punctio cū lanceis,& morsus luporum,& habentiū venenum,& reliqua,quæ accidunt corpori extrinsecus ex eis, de quorū ꝓprietate est,vt contingāt aut fortuitu,aut accidenti aliquo,aut extra corpus. Et non est arti medicinæ operatio in causis,quæ sunt sub hoc genere operationū in cōseruatione eius,sed ei est opatio in curatione eius, quod imprimit in corpore hoc genus, sicut curatio morsus canis rabiosi,& viperæ : & curatio attritionis factæ ex percussione,& casu : & curatio fracturę & dislocationis:& sutura plagarū,& his silia. Intellige ergo à Galeno,ꝙ nō est in eo medicinæ operatio,s. operatio in conseruatione sanitatis ab eo,quod imprimunt istæ causæ extrinsecę tantum,sicut possibile est vti arte medicinæ,vt conseruet sanitatē à genere primo, sed in curatione ægritudinis est ei operatio. Nec est sermo Galeni C in aliquo ex curatione ægritudinum,sed loquitur in illo parum post.

Quando nos determinauimus,quot sunt causæ,quæ mutant corpus necessario,inueniemus in vnoquoq; generum causarum genus proprium causarum conseruantium sanitatem.

Cōmē.9. Vult,ꝙ vnaquæq; harum causarum necessariarum corpori,mutet ipsum speciebus mutationis multis: & conseruantium sanitatem ex speciebus suis est propria formæ corporis. Nam,si est melior formarum,tunc propria est ei ęqualitas:&,si est infra formam optimam,tunc propria est,quæ assimilatur illi formæ.

Et primum generum causarum,quæ mutant corpus necessario, est ex obuiatione aeris continentis corpora nostra. Et secundum genus est ex motu & quiete in toto corpore,& in vnoquoq; membrorum eius. Et tertium est ex somno & vigilijs. Et quartum est ex eis,quæ sumuntur. Et quintum est ex eis,quæ fluunt ex corpore,& constringuntur in eo. Et sextum est ex accidentibus animæ.

Cōmē.10. Intellexit ab eo sermonē eius sex. Ipse.n.vult,ꝙ vnaqueq; conseruātiū ex illis sex sint res vna ꝓpria,& reliquæ, quæ sunt in circuitu illius vnius,mutāt corpus à forma sua ꝓpria:& exponit totum illud,& dicit.

Quod est,quia necesse est corpori,vt alteretur & mutetur ab omnibus istis causis,donec fiat cū dispositione aliqua,ex aere quidem,quoniam calefit,aut infrigidatur,aut humectatur,aut siccatur:aut accidunt ei aliquæ ex istis rebus secundum compositionem:aut mutatur substantia eius tota,donec conuertatur,idest corrumpatur.

Cōmē.11. Aer continens mutatur,& fit qñq; calidus,& alia vice frigidus:& qñq; siccus,& alia vice humidus:& ſm cōpo- D sitionē ēt fit calidus & siccus,calidus & humidus,frigidus & siccus,frigidus & humidus. Et qñq; cōuertitur ēt substantia eius,& putrescit aut à vapore corporū mortuorū,q̄ eleuatur ad spaciū,& descendit ad aliquā partiū,& putrescit aer illius partis:aut coarctatur in vno loco,& non mouetur,& putrescit etiam.

Ex motu autem & quiete,tunc,quando vnusquisq; eorum est exiens ab æqualitate sua.

Cōmē.12. De diuersitate modorū mot⁹ & quietis. Motus modi sunt diuersi,& multi. Ex eis.n.est,q̄ est exercitiū tm̄:& ex eis ē,q̄ est exercitiū & labor simul:quod est,qa oēs opationes,& itinera,& labor sunt intrātia sub motu. Et qetis ēt sunt modi multi,diuersi. Alia.n.est,quę est qes à lassitudine,quam fecit motus:& alia est,quę est trāquillitas,& requies,& pigritia à motibus. Motus.n.& quies,qñ vnūquodq; eorū ptransit qualitatē intensionis,pmutat corpus. Motus.n. facit accidere in corpore caliditatem:&,qñ supfluit,cōuertit ipsum ad frigus. Et quies facit accidere in corpore frigiditatē,&,qñ superfluit,extinguit caliditatem innatam. Et conseruans sanitatem est,quod ex eis est cum æqualitate.

Et similiter etiam non est excusatio,quin mutetur corpus ex somno & vigilijs.

Cōmē.13. Vigiliæ calefaciūt corpus,&,qñ supfluūt,exiccāt ipsum. Et somnus infrigidat corpus in primis,&,qñ supfluit, infrigidat ipsum infrigidatione forti. Et conseruās sanitatē in vtrisq; est quantitas,quæ intenditur.

Et secundum hanc similitudinē est necesse,vt mutetur corpus ex eis,quæ recipit ex cibis & potibus.

Cōmē.14. Cibus & potus mutāt corpus ſm suas quantitates,& qualitates suas,& horas etiam vsus eorū,speciebus multis mutationis:& conseruans sanitatem est,quod est ex eis configuratum corpori tantum.

Ex ex eis,quæ procedunt ex ipſo,& conſtringuntur in eo,& paſsionibus animæ. B

Supfluitates corporis,quę,pcedunt à natura,ſunt ſicut vrina,& egeſtio,& mẽſtrua in horis ſuis: quę,qñ mutantur ita,vt addat̃ egreſsio,aut cõſtringant̃ intra corpus,mutãt corpus:& cõſeruãs ſanitatẽ ex eis eſt quãtitas intẽtionis.Et nõ ſunt,q̃,pcedunt,& conſtringunt̃,cauſę ſanitatis aut ęgritudinis,niſi,ppterea,quia,qñ addit̃ earũ,pceſsio, accidit malitia diſpoſitionis in corpore:Cuius exẽplum eſt illud,quod videmus de eſſe vrinę:nos.n.multoties retinemus eam,pꝑter occupationẽ, quæ accidit nobis.Cum ergo ceſſamus ab illa occupatione,& volumus mingere, fortaſſe fit difficile nobis emittere vrinã,aut accidit nobis ex ea mordicatio aut aduſtio : & ſm hãc ratiocinationẽ eſt ſermo in reliquis,quæ fluunt ex corpore natura,aut cõſtringunt̃ in eo. Et ex accidẽtibus,quę accidũt in aĩa, quędam eorũ accidentiũ mouẽt ſpũm ab interioribus ad exteriora,ſicut ira & gaudiũ,Ira qdem mouet ſpũm motu forti:et Gaudium qdem mouet ſpũm paulatim.Et quædã eorũ monent eum ab exterioribus ad interiora,ſicut anguſtia,& triſtitia,& timor.Et quædã eorum qdem mouẽt eũ ab exterioribus ad interiora, & ab interioribus ad exteriora ſimul,ſicut helẽ dolor. Et manifeſtũ eſt,ꝙ,qñ ſpũs mouet̃,cum eo caliditas innata mouet̃, & multoties mouetur ſanguis: qđ eſt,qa ſpũs,& caliditas innata ſunt duo vapores in corpore,ſ.corpora quædã aerea,& quædã ſubtilia.Et differẽtia inter vtraq; eſt,ꝙ ſpũs eſt ſubtilior calore innato:& calor innatus eſt groſsior,& pluris humiditatis.Et per motũ harum rerũ accidit corpori,vt calefiat plus,q̃ oportet,aut infrigidetur,aut deſiccetur,aut humectetur:aut ſm cõpoſitionem harum qualitatum,ſ.vt calefiat & exiccetur ſimul,aut calefiat & humectetur,aut infrigidetur & deſiccetur,aut infrigidetur & humectetur. F

Cõm.15.

De accẽtibus aiæ.

Spũs ſubtilior calore innato.

Omnes enim res, quas narrauimus, neceſſario mutant corpus,quædam ex eis per ſe ipſas:& quædam ex eis per cauſas alias medias.

Sex cauſę ſunt,ex qbus nõ eſt excuſatio corpori à mutatione corporis neceſſaria. Quando ſunt nõ ſm ęqualitatem aut intentionẽ,tũc quædã earũ mutãt corpus ſine dubio,ſicut facit aer:nã ipſe ingreditur corpus cũ inſpiratione p pectus & arterias,& fiũt ſpũs corporis ſm ſĩitudinẽ diſpoſitionis eius:Quod eſt,qa corpus expirat & expellit vaporẽ fumoſum,& attrahit aerẽ ex duobus locis,& duobus modis,quorũ vnus eſt per apertionẽ pectoris,& alter p apertionẽ arteriarũ ex poris cutis.Et,ſi nõ eẽt velocitas alteratiõis aeris,appareret ĩpreſsio eius ĩ corpore in oĩ diſpoſitione,in qua mutatur aer:verũ aer decoqtur,& alteratur in corpore:quare nõ apparet impreſsio eius in ipſo, donec ſupfluat.Et p hãc cãm nõ infirmãtur oẽs hoĩes apud mutationẽ ſubſtãtię aeris:nã corpus,cuius chymus nõ eſt p̃paratus,mutat aerẽ,& reſoluit eũ ante,q̃ alteretur ab eo.Et quędã cauſarũ mutãt corpus mediãte diſpoſitione aliarũ ĩ corpore,& ſunt p̃paratiões chymorũ,& cõplõnis: quod ẽ,qa cõplõ qñ mala ẽ natura,,pperat ad ipſam corruptio ex cãis additis ĩ ea.Et ſiľr ad chymos malos,pperat corruptio ex cauſis cõformibus malitię eorũ. Aer enim, qñ occurrit in corpore cũ corpore rei recipiẽtis imp̃ſsionẽ eius,mutat corpus mediatione illius rei.

Cõm. 16.

Et,ſi perſeueret & multiplicetur illa mutatio,corrumpit ſanitatem.

Vult,ꝙ impreſsio cuiuſq; cauſarum ſex,qñ perſeuerat & multiplicatur,ſanitatem corrumpit,& facit accidere ægritudinem.Et,ſi non perſeueret & multiplicetur,non facit accidere ægritudinem , ſed mutat ſanitatẽ mutatione quædam,aut ita,ꝙ ſufficit natura in eius ſanatione:aut ita,vt procedat cum præceſsione conſeruationis: & deſtruitur ante,q̃ faciat ægritudinem accidere,ſed mutat ſanitatem mutatione quadam.

Cõm.17. G

Et iam locuti ſumus in omnibus iſtis cauſis in libro noſtro de regimine ſanitatis.

Docuit in libro de regimine ſanitatis in tractatibus primis eius , regulas conſeruationis ſanitatis corporũ,quæ ſunt in meliore formarũ,& corporum,quæ declinant ab ea elongatione parua.Et docet in tractatibus poſtremis eius,canones conuerſationis ſanitatis corporum elongatorum à meliore formarum,elongatione,in qua non peruenit ad terminum ægritudinis:& canones anteceſsionis conſeruationis corporum,quæ iam exoptata ſunt ſuper ægritudinem adeo,donec euaſerint,& ſaluata ſunt ab ægritudine ante caſum eius.

Cõm. 18.

Et iſta omnia,quæ narrauimus ex generibus cauſarũ, ſunt tolerantia conuerſionẽ. Et,quando adminiſtrantur, ſecundũ quod oportet,fiunt tũc conſeruãtes ſanitatẽ: &,quãdo pertrãſeũt in ea æqualitatẽ,fiũt cauſæ ægritudinis.

Iſte eſt canon cõis in eo,quod ĩprimunt cauſæ ſex. Nam ipſæ,qñ adminiſtrantur,ſm ꝙ figuratur complexioni corporis,ſ.vt mẽſuretur in quãtitatibus ſuis,& ſuis qualitatibus,& partibus vſus earũ,ſm ꝙ oportet,conſeruãt ſanitatẽ.Et,qñ adminiſtrãtur,nõ ſm ꝙ oportet,& ptranſeunt in illo,faciũt accidere ęgritudines,qñ pſeuerat tranſitus,& multiplicatur.Serua ergo has cõditiones,ſm ꝙ vnaquæq; cauſarũ ſex nõ corrũpit ſanitatẽ,& facit accidere ęgritudinẽ,donec ptrãſitur in ea illud,quod oportet,& pſeuerat illa trãſitio,& multiplicatur:Cuius exẽplũ ẽ,qa,ſi cõtinuat aliquis ſanorũ comeſtionẽ ciborũ calidorũ,& ptranſit in eis illud,quod oportet,& multiplicatur ex eis, pmutãt ſm tranſitũ duarũ cõplexionũ eius.Nã,ſi natura eſt frigidæ cõplexiõis,reducũt eã in primis ad æqualitatem,deinde conuertũt eã ab æqualitate ad malitiã cõplexionis calidæ:& ,ppter illud eſt ægritudo praua magis & groſsior,ppter vehemẽtiã longitudinis eius à re naturali.Et,ſi ſit natura calidæ cõplõnis,infirmãt ipſum cũ facilitate:& eſt ęgritudo eius minor,& ,ppinquioris acceptiõis,ppter ,ppinquitatẽ longitudinis eius à re naturali.

Cõm. 19. H

Iam ergo manifeſtum eſt ex hoc,quòd non oportet,vt æſtimetur,quòd ſubſtantiæ rerum,quæ ſunt extra corpus ex eis,quæ conſeruant ſanitatem eius aut faciunt eam redire,quando ſeparantur,ſint aliæ à ſubſtantijs rerum,quæ faciunt ægritudinem , & conſeruant eam, Verum ipſæ eædem ſunt quandoq; cauſæ ſanitatis , & quandoq; cauſæ ægritudinis,& per comparationem ad aliquid ſine aliquo.

Cauſæ ſex faciunt ſanitatem & cõſeruant eam,& faciunt ægritudinem & conſeruant eam.Faciunt qdem ſanitatem,qñ ægritudo eſt p̃ſens,aut adminiſtrant̃ adminiſtratione,quæ eſt cõtraria ægritudini, ſicut,ſi infrigidet̃ aer in ęgritudine calida,& ſumant̃ cibi infrigidãtes,faciũt ſanitatẽ,& deſtruunt ægritudinẽ: Sanitatẽ vero cõſeruant,qm ipſę,qñ adminiſtrant̃ ſm configurationẽ,conſeruant ſanitatem.Aegritudinem autem faciunt,qm,quando ſanitas eſt

Cõm.20.

A est præsens,& administrantur,nō secundum q̄ oportet,& pertransеunt in ea,& continuatur pertransitio in eo,& multiplicatur,faciunt ægritudinem. Conseruant vero,qm̄,quando ipsę administrantur,s̄m q̄ configurantur ęgritudini,conseruant eam. Et propter hoc dixerunt antiqui,q̄ ista genera sex,sunt ex causis continentibus sanitatem & ægritudinem. Et Gal. exponit hanc intentionem,& dicit.

Quod est,quia,quando corpus indiget motu,tunc exercitium est ei causa sanitatis,et quies causa ægritudinis:& quando corpus indiget ocio,tunc quies est ei causa sanitatis,& exercitium causa ægritudinis. Et similiter est dispositio in cibis,& potibus,& reliquis rebus alijs: nam vnaquæq; earum causarum,quando occurrit corpori, secundū quòd indiget ea, & est quantitas eius cum quantitate necessitatis, est causa sanitatis: &,quando occurrit corpori non indigenti ea,aut in plus est cum quantitate necessitatis,fit causa ægritudinis.

Cōmē.21. Iste sermo intellectus est,& sufficit,vt rememoret ex eo dispositionis ciborū & potuum. Nam,qñ corpus est indigens eis,& vtitur ex eis quātitate necessitatis,sunt causę sanitatis aut cōseruantes,aut efficiētes. Cōseruantes ergo sunt,qñ administrant in dispositiōe sanitatis in hora,qua corpus indiget eis, & cū quātitate necessitatis eius:& spēs cōplexionis causarū configurata est speciei cōplexionis eius. Et faciētes sanitatē sunt,quę administrant in dispositione ęgritudinis in hora,qua corpus indiget eis,& cū quātitate necessitatis eius:& spēs cōplexionis earū contraria est speciei cōplexionis ęgritudinis. Iam ergo ostēdit Gal. in tractatu 10 libri de ingenio sanitatis,q̄ oportet,vt dent

B infirmis qbusdam cibi eorū,&si sint in principio paroxysmi, nedū ab eo,quod est post illud. Cibi.n.& potus,qñ administrant īfirmis in hora necessitatis eorū,& cū quātitate necessitatis,& cū specie,quę cōuenit, faciūt sanitatē. Et s̄m hanc sīlitudinem regit medicus esse aeris cōtinentis,& somni & vigilię, & constrictionis,& euacuationis,& motus & qetis,& accidentiū aīæ. Nam qdam medicorū intrabāt ad virū ex ducibus militū,& corpus eius iam infrigidatū erat à debilitate caliditatis innatę,& fecerāt eā redire ad īteriora corporis eius, donec extincta erat. Dixit ergo Medicus Regi,Præcipe auferre arma huius ducis seruientibus qbusdā de circuitu eius,& p̄cipe eis,vt faciant illud,qd dicā. Dixit ergo Rex qbusdā seruiētibus,Facite,quod p̄cipiet vobis Medicus. Dixit ergo medicus,Tenete hunc ducem,ducētes,& facientes,donec cadat ei hoc,aut hoc. Excitata est ergo ei p illud,quod fuit ex eo,fortitudo iræ:quare saliuit dux,vt acciperet arma sua:quęsiuit,& nō inuenit ea:& nō cessauit medicus excitare naturam,donec sciuit,q̄ iam cōsecutus erat necessitatis quātitatē. Quieuit ergo p illud ęgritudo ducis,& redijt per illud sanitas eius. Et comparia huiusmodi operationis medicinæ sunt multa valde : & de proprietate eius, qui meretur nomen huius artis ex medicis,est,vt faciat ea. Et Gal. iam edidit librum de hac intentione s̄m hanc similitudinem singularem,quam nominauit,neguai prognosticationis:& narrauit ex ea in libris suis,& in expositionibus librorū Hippocra. narrationes multas.

C *Et ista duo sunt intentiones duæ in vnaquaq; causarum sanitatis & ægritudinis,scilicet species rei,quæ occurrit corpori,& quantitas eius.*

Cōmē.22. Sermo eius,Ista duo sunt,est dictio comprehendens quātitatem & qualitatem cuiusq; causarum sex:& iam nominata est in hoc sermone species qualitatis rei,& quantitatis.

Et non oportet,vt nominetur hora necessitatis intentio tertia cum istis duabus,quasi sit res alia ab istis duabus, cum sit comprehensa in his vtrisq;.

Cōmē.23. Ista duo,sunt quātitas eius,& qualitas,quo īdiget corpus ex vnaquaq; causarū sex. Et pp hoc nō noīat hora necessitatis intētio tertia,quę sit p̄ter quātitatē & qualitatē: & Gal. qdem determinat,hoc in sermone.

Quod est,quia,si corpus indiget obuiatione alicuius specierū cum alia quātitate,tūc manifestū est,quòd obuiatio eius,quod occurrit ei,est in hora,in qua indiget. Et nō est facta hora necessitatis ex eo,quod oportet,ut consideretur in eo ad locum,nisi quia corpus,quod mouetur, & resoluitur,& mutatur velociter, indiget secundū quantitatem speciei mutatiōis eius in horis diuersis,ut sint res,quibus intēditur ad iuuamentū eius,specierum diuersarū. Iam ergo manifestum est ex hoc,quòd hora necessitatis nō est intentio tertia,quæ sit absq; genere primarū duarum intentionum, verūtamen nos vtimur ea iam secundū viam doctrinæ multoties propter causam,quam narrauimus.

D Cōmē.24. Causa,quam narrauit,est,q̄ corpus,cum mutetur & alteretur,indiget in horis diuersis,diuersis rebus:sicut indiget in æstate eo,quod infrigidat:in hyeme eo,quod calefacit. Fit ergo horæ iudicium faciens necessario mutationem qualitatis & quātitatis cuiusq; causarum sex. Et residuum sermonis eius intellectum est.

Et,cum essentiæ causarum sanitatis, in quibus locuti sumus,& reliquarum causarum sanitatis,de quibus non sumus locuti,& non necessario adueniunt corpori, sint per istas intentiones duas,tunc oportet,vt intendamus ad illas causas,& inueniamus eas in eis.

Cōmē.25. Duarum intentionū vna est,qua itur ad partē quātitatis causę:& altera,qua itur versus qualitatē & quantitatē: & illę causę sunt genera causarū sex,quæ cōseruāt sanitatē & ægritudinē. Qñ ergo aliqs vult conseruare sanitatē, intendat ad ista sex genera causarū,& inquirat ex vnaquaq; earum id,quo fit iuuamentū in sanitate tantum,& administret illud corpori s̄m illum modum. Et Gal. determinat hunc modum,& dicit.

Dico ergo,quòd,si corpus est secūdum meliorem formarum,deinde aer,qui occurit ei,est æqualis,tunc illud,quod cōuenit ei,est æqualitas sana ex quiete et motu,et somno et vigilijs,et eo,quod procedit,et reliquis,q̄ diximus ante.

Cōmē.26. Dixit aūt sex genera causarū,& numerauit hic ex eis quinq;. Vna earū est cōtinens:secunda est motus & quies: tertia est somnus & vigiliæ:quarta est cibus & potus,& noīauit hanc id,quod suscipit: quinta est constrictio & p̄cessio,& noīauit eā illud,quod p̄cedit:& tacuit de gn̄e sexto,& est accidētia aīalia. Et nō tacuit de hoc,nisi qm̄ rectificās & medicās accn̄tia aīalia nō est ars medicinę,verū rectificat ea,& curat ea ars alia,q̄ ē aut phia,aut leges. Et, qñ mēsurat ea medicus,tūc mēsuratio illius est spēs,q̄ est p̄ter medicinā:& ē alia spēs phiæ,aut legū species,

Nō medici ē accn̄tia aī moderari s̄ philosophi.

Et, quando corpus eſt ſecundum illam formam, & aer eſt inæqualis, tunc oportet, vt conſideretur, quantum receſſit aer ab æqualitate, deinde inclinentur cauſæ illæ aliæ ab æqualitate ad diuerſitatem partis, ad quam declinat aer, per quantitatem, qua receſſit aer ab æqualitate. E

Iam docuit in capitulo, quod eſt ante illud, vt inquirat in conſeruatione ſanitatis, quę eſt in meliori formarum, ęqualitas in vnaquaq; cauſarũ. Quare infrigidet aer calidus: & ſiccus humectet cũ effuſione aquarũ, & flabellis, & roratione aquarũ ab alto, & ramis arborum, & herbis, & odoriferis fructibus infrigidãtibus & humectantibus: & ſeſsio ſit in palatijs, & domibus ſubterraneis: & apertio portarũ aeris ſeptentrionalis. Et calefiat aer frigidus cũ accenſione ignium, & coopertura, & apertione portarũ, ex quibus intrant radij Solis, & clauſione portarum aeris: & ceſsione ſuper illud, quod calefacit corpus, & coopertura: & vniuerſaliter ingenietur, donec aer fiat ęqualis. Et ſimiliter inquiratur, vt ſit illud, quod comedit & bibitur, in qualitate ſua æquale & quantitate: & ſimile huius inquiratur in vnaquaq; cauſarum ſex. Et docuit in hoc capitulo canonem ſuum, qui eſt, Si declinet aliqua cauſarum ſex ab æqualitate, ſciatur, quanta eſt quantitas declinationis eius, & ſumma quantitatis eius: deinde inquiratur rectificatio illius declinationis, & deſtruatur illud, quod fecit eam accidere in corpore, & inclinetur reſiduum cauſarum ad partem contrariam parti declinationis illius, donec fiat per illud in corpore impreſsio rectificans impreſſionem illius: & ſint contrarię duę impreſsiones, & deſtruat vnaquęq; cauſarũ alteram, & remanet ęqualitas, quæ eſt in meliore formarũ ſeruata ſm illud, quod fuit. Et poſuit aerẽ exemplũ huius canonis: & ſermo eius in eo eſt intellectus. Et Gal. quidem aggregauit canonem primum, in quo dixit, Inquiratur vnaquęq; cauſarum, vt inueniat in ſanitate eius æqualitas in quantitate eius, & in ipſius qualitate. & canonem ſecundũ, in quo docuit illud, quod oportet facere, quando declinat aliqua cauſarũ ab æqualitate, & dixit in vtriſq; ſimul hunc ſermonem. Com.27. F

Et oportet, vt ponatur æqualitas in qualitate aeris, vt non horripiletur corpus propter frigus ſuum; & non ſudet propter calorem eius.

Quod eſt, quia inter iſta duo eſt æqualitas in quantitate aeris. Com.28.

Et in exercitio, vt præcipiat corpus quieſcere, quando incipit in corpore laſsitudo.

Iſte eſt terminus ęq̃litatis in motu, q̃ eſt exercitiũ: & ĩtelligit ex eo æq̃litas, q̃ eſt in qete, & eſt, vt p̃cipias motum, quãdo contentũ eſt corpus cũ quiete, & indiget exercitio, qđ expirare facit ex muſculis ſupfluitates cõtentas in eis. Com.29.

In cibis vero eſt ſanitas digeſtionis, & æqualitas egeſtionis in qualitate ſua & diſpoſitione ſua.

Dum ex cibis bonis, qñ nõ digeruntur, chymus gñetur malus: & ex cibis malis gñetur chymus laudabilis, dicit Gal. digeſtione tm̃, qñ per eã gñatur chymus laudabilis. Aequalitatis vero digeſtionis, oportet, vt ſit quantitas ſm cõparationẽ ſupfluitatis eius, quod ſumit ex cibis: & vt ſit in eſſentia lene, cõtinuũ, cui nõ ſit odor horribilis valde: & color eius trahat ad citrinitatẽ: & egrediat in hora cõſuetudinis. Et oportet, vt intelligas cõpar eius in æqualitate eius, quod bibitur, ita, vt conſideres ẽt in vrina, qm̃ ipſa ſignificat diſpoſitionem digeſtionis in venis. Cõm.30. Signa bonę digõnis. G

Et, quando corpus eſt ſecundum meliorem formarum, tunc quantitas appetitus in eo eſt æqualis quãtitati digeſtionis. Non ergo indiget menſuratore, qui menſuret quantitatem eius, quod ſuſcipit: quod eſt, quia corpus, quando eſt ſecundum meliorẽ formarũ, tunc quãtitas, quam appetit ex eo, quod ſuſcipit, eſt quãtitas, quam poteſt digerere.

Nam oſtenſum eſt in eo, quod præterijt, ꝙ, qñ ſtomachus eſt ſm rẽ naturalẽ, tunc appetit illud, quod eſt conueniens cõplexioni eius. Quapropter excepit in hoc ſermone eſſe appetitus, ſequitur. n. in eo, qñ ſanitas eſt inuẽta in ſtõ ſm meliorẽ formarũ, vt hõ appetat illud, qđ cõuenit ei, & nõ appetit in eo additionẽ nec diminutionẽ. Ergo eſt natura eius mẽſurans qualitatẽ ciborũ, & potuũ, & qualitatẽ eorũ, & nõ ĩdiget adiutorio medicinę extrinſecus. Com.31. Optĩa natura appetit, quãtum digerit.

Et ſimiliter diſpoſitio in quãtitate ſomni. Natura. n. menſurat quãtitatem eius, qua indiget ex ſomno in corpore, quod eſt ſecundũ meliorẽ formarũ: & non recedit ab eo ſomnus, niſi quãdo cũ eo remanet neceſsitas eius.

Intellige ſimile huic eidem in vigilia. Natura enim ſufficit menſurare illud, & facere ipſum currere ſm quãtitatem neceſsitatis abſq; adiutorio medicinæ. Etiam & ſermo eius intellectus eſt. Cõm.32.

Et, quando eſt regimen eius hoc regimine, non accidit ei læſio penitus in proceſsione eius, quod procedit ex eo cũ egeſtione, & vrina, & reſolutione corporis totius, quoniam æqualitas eius, quod ſumitur ex cibo & potu, exigit, vt ſint egeſtio & vrina ſecundum diſpoſitionem, ſecundum quod ſunt in ſanitate. Et æqualitas exercitij indiget, vt ſit, quod reſoluitur in corpore toto, ſecundum diſpoſitionem eius, quod reſoluitur ex ſanis. H

Dixit Galenus in regimine ſanitatis corporis, quod eſt ſm meliorẽ formarũ, æqualitatẽ aeris, & æqualitatẽ motus & quietis, & æqualitatẽ ciborũ & potuũ, & ęqualitatẽ ſomni & vigilię: & remanſit ſuper eum ex eo, ꝙ nõ dixit ęqualitatẽ eius, quod ꝓcedit & cõſtringit. Docet ergo in hoc ſermone, ꝙ regimen qñq; eſt ſm hoc, quod dixit ex æqualitate: & tunc ſequitur ipſum, vt ſit illud, quod ꝓcedit, & conſtringit, ẽt ſm æqualitatem: & vt egeſtio quidẽ & vrina ſint ęquales ꝓpter ęqualitatẽ ciborũ & potuũ in quãtitatibus eorũ, & qualitatibus ipſorũ, & ꝓpter bonitatẽ digõnis, & ſanitatẽ opationũ naturaliũ. Sed & illud, qđ reſoluit ex toto corpore, eſt ſm ęqualitatẽ ꝓpter ſanitatẽ opationũ naturaliũ, & pp exercitiũ tẽperatũ, qđ expirare facit, & reſoluit ſupfluitates lacertorũ cũ ęqualitate. Com.33.

Et conuenit habenti hoc corpus, vt prohibeatur à ſuperfluitate in omnibus accidentibus animæ. Et ſignifico per accidentia animæ noſtræ, iram, triſtitiam, gaudium, & furorem, & inuidiam: nam iſta omnia accidentia animæ immutant corpus, & extrahunt ipſum à diſpoſitione naturali.

Intellige ſermonem Gal. Et iam oportet habenti hoc corpus, vt prohibeatur à ſuperfluitate in aliquo accidentium animæ. Nam, cum ſit ſpeculatio in hoc genere, & eſt ſextum, & ex generibus cauſarũ conſequens corpus phyſici, dixit Gal. quia oportet habenti corpus ſecundum meliorem formarũ, vt prohibeat per philoſophiam, aut per leges poſitas, à ſuperfluitate in aliquo accidentiũ animæ: quod eſt, quia medicina non cõtẽplatur in illo, neq; men Com.34.

A ſurat illud,& non vtitur eo niſi in diſpoſitione ægritudinis tm̄ ẜm ſemitam medicationis. Et philoſophia quidem nominat æqualitatem accidentiũ aïæ ẜm ſanitatẽ eius. Et oportet,vt intelligas à Gal.differentiam inter furorẽ & iram.Ira quidem eſt,vt deſideret homo vindictã.Furor aũt eſt,vt excitetur ira,& non eſt poſe cum eo ex vindicta.

dñia īter irã & furorẽ.

Et accidentia qdem aïæ ſunt multa:& illud,quod numerauit Gal.ex eis,eſt exemplificatio eius,quod remanſit ex eis.Et quedam eorum faciunt accidere caliditatẽ ſuperfluam,ſicut ira,& furor.Et quædam eorum faciunt accidere caliditatem æqualem,vt gaudiũ,& lętitia.Et quædam eorum faciunt accidere frigus additum,ſicut timor,& pauor.Et quædã eorum faciunt accidere frigus tẽperatum,ſicut triſtitia,& inuidia:& quędam ſiccitatẽ, ſicut anguſtia.Et totum,quod faciunt iſta accidentia,non faciunt, niſi mediatione motus ſpiritus. Et illud,quod cõuenit cũ meliori formarum ex eis,eſt illud,quod eſt temperatum:aut illud ex eis,quod non eſt ſuperfluum.

Videtur autem Epicuro,quòd ex vſu coitus non eſt aliquid penitus, quod ſit cauſa ſanitatis. Veritas autem eſt, quoniam ex vſu eius eſt aliquid in numeris cauſarum ſanitatis: & eſt,vt ſit inter horas vſus eius ex longitudine illud,cum quo non ſentiat vtens eo,quando vtitur ipſo,mollificationem & debilitationem,imo ſentiat,quod corpus eius,poſtquam vſus eſt eo,ſit leuius,quàm erat ante,quàm vteretur eo,et anima etiam melior,quàm erat ante.

Cõmen.35. Nota hic de coitu.

Coitus eſt ex accidentibus aïę.Et Gal.quidem in hoc loco fecit ei capitulum ſuũ ſingulare,in quo docuit illud, quod conuenit ſanitati ex eo.Et ſententia qdem Epicurorum eſt deſtructa propterea,ꝙ aggregať in corpore ſuper fluitas ex ſpermate.Si ergo non egreditur per coitum,coarctatur in corpore,& generantur ex ea ægritudines ma-

B læ:quod eſt,quia ex coarctatione eius generantur ex eo vapores mali,qui aſcendunt ad cor,& cerebrum,& ſtomachum,& corrumpunt ſanitatem illorum mẽbrorum,& generant ęgritudinẽ.Et fortaſſe ex eo eſt aliquid ſimile in potentia veneno viperino,ſicut accidit ei,qui conſueuit coitum,& dimittit eum longo tempore ex debilitate appetitus cibi,& pigritia à motibus,& gñatione humoris melancholici.Et fortaſſe corrũpitur,& exiccatur ex eo,quod eſt ſimile virtuti veneni,ſicut illud,quod accidit viduis ex præfocatione matricis:& multis virorũ,qui moriuntur ex eo ſubito.Et propter hoc,qui euadit ex ægritudine coarctationis ſpermatis,eſt ille,ex cuius corpore reſoluitur hmõi ſuperfluitas aut per exercitium,& hæmorrhoidas,vt in viris:aut per purgationem menſtruorũ,vt in mulieribus:aut per aliam partẽ ex eo,de proprietate cuius eſt carminare ſuperfluitates, & ſoluere eas à corpore. Coitus igitur eſt cauſa ſanitatis,qñ egreditur ſperma,quod iam coarctatum erat:& eſt cauſa corruptionis ſanitatis, qñ eſt in corpore ſperma coarctatum:quapropter oportet,vt ſit eius vſus æqualis.Et Gal.quidem iam docuit eius ęqualitatem,& dixit,Vt ſit inter horas vſus eius ex ſpacio illud,cum quo non ſentiat vtens eo,qñ ipſo vtitur,mollificationem & debilitationem,ſed ſentiat poſt vſum eius leuitatem in corpore eius,& fiat anima eius melior,q̃ fuit. & Gal.quidem determinat horas vſus eius,qñ eſt indigentia eius,& dicit.

C *Hora autem vſus eius eſt,quando corpus eſt vere medium inter omnes diſpoſitiones accidentes extrinſecus,donec non ſit plenũ valde neq; vacuum,neq; infrigidatum ualde neq; calefactũ ualde,neq; pertranſiens ualde æqualitatem in ſiccitate & humiditate. Et, ſi errat vtens eo in vſu eius, oportet,vt ſit error ille paruus. Et,vt vtatur coitu,dum eſt calefactus,eſt melius,quàm vt vtatur eo,cum eſt infrigidatus:& vtatur eo,cum eſt plenus,melius, quàm vtatur eo,cum eſt vacuus:& vtatur eo,cum eſt humidus,eſt melius,quàm cum eſt ſiccus.*

Cõmen.36.

Iam oſtendit Galenus totum quidem,quod neceſſarium eſt ſcire in regimine ſanitatis de eſſe coitus in hoc ſermone,& in illo,qui eſt ante eum:& docuit,quãdo erratur in vſu eius,& ꝙ oportet,vt ſit error ille paruus. Et ipſe, quando ſuperfluit,mutat ſanitatem.Et docuit,in quibus diſpoſitionibus oportet,vt vtatur.Et non factus eſt error multus in coitu nocitiuus, niſi quia propter multitudinem eius accidit in corpore ſenectus feſtine ante horã ſuã, præcipue illi,cuius cõplexio teſticulorum eſt frigida & ſicca. Et iam oſtendit in principio huius libri,ꝙ ex hominibus fortior ſuper coitum eſt ille,cuius complexio teſticulorum eſt calida & humida.Qui ergo vult regere ſanitatem,oportet,vt cõparet illud,quod eſt in hoc ſermone,cum diſpoſitione complexionis teſticulorum.Verũtamen Gal.cum ſermo eius ſit in conſeruatione ſanitatis melioris formarum,& manifeſtum eſt,ꝙ complexio teſticulorum eſt ęqualis in hac forma,non conditionauit in ſermone ſuo in coitu eſſe cõplexionis teſticulorum.Cum ergo

D tu contrahis conſeruationem ſanitatis declinatam à meliore formarum, tunc fac comparationem cum ſermone Galeni in vſu coitus,ẜm eſſe complexionis teſticulorum,& reliqui corporis.

Species autem,quam oportet eligere ex vnaquaq; harum cauſarum corpori,quod eſt ſecundum meliorem formarum,eſt illud,quod narro.Ex exercitio quidem oportet,vt eligatur ſpecies,in qua mouentur membra omnia corporis ſecundum proportionem,& non laborat aliquod eorum plus,& aliquod eorum minus.

Cõmen.37. De exercitio pilę.

Exercitium,in quo mouenť oïa membra ẜm proportionẽ,& nõ laborat aliquod eorũ plus,& aliquod minus, eſt illud,quod fit cũ pila parua,& quod currit curſu eius.Et Gal.qdem iam exqſite perſcrutatus eſt eſſe exercitij & frictionis in lib.de regimine ſanitatis:& ędidit in exercitio de parua pila tractatum ſingularem.

Ex eis vero,quæ comeduntur & bibuntur,oportet,vt eligantur ea,quæ ſunt in vltimo æqualitatis,quoniam iſta, quæ ſunt ita,ſunt conuenientiores res naturis,quæ ſunt in vltimo æqualitatis.

Cõmen.38.

Habens meliorem formarum indiget in conſeruatione huius formæ ſuper ſe,vt ſit regimen eius,& reliquę diſpoſitiones ſimiles ei.Sicut ergo ipſa eſt æqualis,ſic oportet,ꝙ totum,quod continetur ex cauſis ſex,ſit æquale. Et cibi,qui ſunt ita, ſunt cibus & potus decenter facti,& decocti, & panis decenter factus & decoctus,& ex decoctis allesfidabegi & adenubagi, & ex potibus vinum clarum, & reliqua,quæ dicuntur in libro chymorum generare chymum laudabilem.

Et ſimiliter eſt diſpoſitio in reliquis rebus.

Cõmen.39.

Hoc eſt vltimum,quod dixit Galenus in conſeruatione ſanitatis melioris formarum.Ipſe enim dedit intelligi

in eo canonem communem , & eſt,vt ſint omnes res,quibus regitur, ſecundum æqualitatem in quantitatibus,& E
qualitatibus,& in horis neceſsitatis vſus,& partibus earum.

Et,quando corpus eſt diminutũ à meliore formarum diſpoſitione ſua,deinde non eſt diminutio eius multa ab ea,
tunc cauſæ,quæ conſeruant ſanitatem eius,ſunt remotæ ab æqualitate per quãtitatem remotionis eius ab ea.

Iſte canon eſt cõmunis in conſeruatione ſanitatis corporis decliuis à meliori formarum:& ſermo in eo ſm intẽ Cõm. 40.
tionem Gal. eſt manifeſtus,agitatus valde,quoniam dicit in hoc libro,quia oportet,vt ſit decliuis ad partem decli-
nationis eius:quoniam dicit in lib. eius de regimine ſanitatis,& in lib. ciborum,& in alijs,quia oportet,vt ſit de-
cliuis ad contrarium partis declinationis eius.

Et ſpecies corporum,quæ ſunt ſecundum hunc modum, ſunt multæ. Oportet ergo, vt in omni ſpecie ex eis loqua-
mur ſingulariter ſecundum ſingularitatem eius.

Vult,ꝙ oportet,vt ſingulare fiat vnumquodq; corporum declinatum à meliore formarum,& ſingulare fiat ad Cõm. 41.
conſeruationem ſanitatis eius,& ad reductionem ipſius ad formam optimã,capitulum,in quo doceatur,quomo-
do conſeruetur ſanitas eius,aut quomodo redeat ad meliorem formarum.

Dico ergo,quòd cauſæ ſanitatis corporis,quod iam pertranſiuit æqualitatem in cõplexione ſua,& non permuta-
uit æqualitatem in compoſitione membrorum officialium , ſunt duobus modis. Vnus eorum ſeruat complexionem F
eius,ſecundum quòd eſt: alter permutat complexionem eius à meliori formarum.

Iſte ſermo eſt intellectus. Cõm. 42.

Et cauſæ,quæ conſeruant complexionem eius,ſunt reflexæ à cauſis,quæ conſeruant complexionem eius,quæ eſt
in vltimo æqualitatis per quantitatem reflexionis complexionis illius corporis,quod conſeruant,à complexione,quæ
eſt in vltimo æqualitatis.

Iſte canon eſt in conſeruatione ſanitatis eius,cuius cõplexio vel corpus declinat à meliori formarũ,ſ. vt menſu- Cõm. 43.
rentur cauſę ſex mẽſuratiõe reflexionis ab ęqualitate ꝑ quãtitatẽ declinationis corporis à meliori formarũ.

Quod eſt,quia corpora,quæ ſunt calidiora eo,indigent regimine,quod eſt calidius regimine,quo indiget habens il
lam primam complexionem. Et corpora,quæ ſunt frigidiora eo,indigent regimine,quod eſt frigidius. Et corpora,
quæ ſunt ſicciora eo,indigent regimine ſimiliter,quod ſiccius eſt. Et ſimiliter corpora,quæ ſunt humidiora, indigent
regimine,quod eſt humidius. Et ſecundum hoc eſt compoſitio:nam corpora,quæ ſunt calidiora & ſicciora,indigent
regimine,quod eſt calidius et ſiccius:& ſecundũ ratiocinationẽ huius currit res triũ ſpecierũ aliarũ cõpoſitarũ.

Iſte eſt ſermo in hoc libro,& eſt contrarius ſermoni eius in alijs libris ſuis,qm̃ ipſe dicit in lib. de regimine ſani- Cõm. 44.
tatis,& in lib. ciborũ,ꝙ corpora,quæ ſunt calidiora , indigent ex regimine eis,quæ ſunt frigidiora:& ſm hanc ra- Dubitat in
tiocinationem in reliquis. Et per illud obſcurauit ſermonem ſuũ , præcipue quia ipſe non diſtinxit inter regimen dictis Gal.
conſeruatiuum,& inter regimen permutatiuum. Et dixit in regimine permutatiuo,ꝙ oportet,vt regantur corpo- G
ra calidiora rebus frigidis,donec redeant ad æqualitatem:& ſm hanc ratiocinationẽ eſt in reliquis corporibus de-
clinatis à meliori formarum. Et ego dico,ꝙ Gal. nõ oblitus eſt ſermonis ſui,neq; contrarietatem opponit:& ꝙ nõ Solutio.
intellexit per regimen conſeruatiuum hic , niſi vt dentur habenti cõplexionem calidã,cibi,qui conſeruent cõple-
xionem eius calidã ſuper ipſum:& ſermone abſoluto,regat ipſum regimine,quod facit remanere ſuper ipſum cõ-
plexionem ſuam calidã,ſm diſpoſitionem ſuam,abſq; additione & ſine diminutione: Quòd ſi vult permutare cõ-
plexionem eius ad æqualitatem,tunc addat in frigore illud,cum quo regatur,vſquequo minuatur eius caliditas,&
perueniat ad æqualitatem. Cuius exẽplum eſt,vt ſit conſeruatio corporis ſeparati ab æqualitate ad caliditatẽ duo-
bus gradibus,cum regimine,quod infrigidat in gradu primo:& permutatio eius ad æqualitatem,cum regimine, Regimẽ cõ
quod infrigidat in ſecundo gradu. Et manifeſtum eſt ꝙ regimen conſeruatiuũ eſt minoris infrigidationis,q̃ regi- ſeruatiuum
men permutatiuum,quia regimen conſeruatiuum eſt in primo gradu:& tibi ineſt,vt nomines id,quod eſt paruæ ẽ mĩoris al-
infrigidationis,minus calefaciẽs. Et,qm̃ ſermo eius in hoc libro eſt ſummæ,quæ ſunt ſicut cõcluſiones,dicit iſtud, teratiõis,q̃
vt tu ſis intelligens ab eo voluntatẽ eius,& eius intentionẽ. Propter hoc ergo manifeſtũ eſt,ꝙ voluntas Galeni per ꝑmutatiuũ.
ſermonẽ ſuum,ſ. ꝙ corpora , quæ ſunt calidiora,indigent regimine ex eo, quod eſt calidius regimine,quo indiget
habens formam optimã,eſt,vt ſit conſeruatio eius per illud,quod facit remanere ſuper ipſum caliditatẽ eius,decli- H
natam ab æqualitate. Et,ſi vellet,vt regeretur cũ cibis calidis,ſicut ſi adderetur in exercitio eius,& calefieret aer cõ-
tinens eum,& darentur calefacientes cibi,ſequeretur neceſſario,ꝙ adderetur eius declinatio ab æqualitate ad cali-
ditatem plus,& generarentur in eo ſuperfluitates cholericæ,& facerent eũ cadere in ægritudines cholericas. Et hu-
iuſmodi menſurę ſimiliter non occultantur à Gal. & iam determinauit illud in libro de regimine ſanitatis,& in li-
bro de cibis. Res ergo,ſm ꝙ dixi,eſt,quia vult,vt regatur totum corpus cum eo,quod facit remanere ſuper ipſum
complexionem eius primam,qñ vult cõſeruationem ſanitatis eius: Et,qñ vult permutationem eius ad meliorem
formarum,addantur in regimine eius additiones permutãtes eam. Intellige ergo illud,quia non eſt locus paruus,
& multi hominum ignorant,& putant,ꝙ ſit contrarietas.

Et non poteſt his cauſis,quas nuper diximus, vti,quando permutantur taliter,quòd fiant cauſa ſanitatis,ſecundũ
quòd oportet,niſi qui ſcit virtutes earum,ſecundum quas aptæ natæ ſunt.

Iſte ſermo certificat illud , ad quod intendimus de expoſitione ſermonis eius. Conſidera ergo eum,& ſtabis ex Cõm. 45.
eo ſuper illud,quod diximus,& ſcies voluntatem eius:quod eſt,quia vult per ſermonem ſuum, Virtutes earũ,ſm
quas aptæ natę ſunt. illud,quod facit vnuſquiſq; ciborũ,& aliorum ex cauſis ſex,in corpore. Quod ergo conſeruat
ipſum ſm illud,ſm quod eſt,eſt conſeruans ſanitatem:&,quod addit in declinatione eius à meliore formarum,eſt
infirmans ipſum:&,quod permutat ipſum ad meliorem formarũ,eſt permutans ipſum.

A *Cuius exemplum est, quòd motus & minoratio cibi & potus, & vigiliæ, & euacuatio, & omnia animæ accidentia alia exiccant corpus humidum.*

Cōmē. 46. Quoniam ista euacuant humores eius, & minuunt ex eis, propter illud ergo addunt in sicco corpore siccitatē. Et, quod parum est ex eis, conseruat corpus humidum, quando administratur, secundum ꝙ oportet: & permutat ipsum ex eis illud, quod opponitur ei secundum æqualitatem.

Et contraria eorum humectant corpus.

Cōmē. 47. Hoc iudicium eius est simile iudicio, quod est ante ipsum in conseruatione, & mutatione simul.

Et similiter est dispositio in rebus, quæ calefaciunt & infrigidant ex operationibus, & cibis, & potibus.

Cōmē. 48. Iste sermo intellectus est secundum eandem rationem, quam dixit in eo, quod præterijt.

Et vniuersaliter, qui scit species omnium rerum, quæ agunt in corpus, & virtutes earum, tunc, si vult ponere eas causas sanitatis, eligat corpori illud ex eis, quod figuratur ei, & assimilatur ipsi, quando vult conseruationem complexionis vel compositionis eius, secundum dispositionem, secundum quam inuenit eam.

Cōmē. 49. Vult per sermonem suum vniuersaliter absolutū, ꝙ, qui vult conseruationē sanitatis corporis decliuis ab æqualitate, ſm illud, quod est, administret ei ex regimine, quod conseruat super ipsum cōplexionē eius absq; additione, & sine diminutione, ita, ꝙ eligat ei ex virtutibus ciborum, & potuū, & aliorum, quod conseruet super ipsum configurationem complexionis eius. Iste est canon primus, quem ipsemet determinauit per dictionē aliam, vt figat ipsum in anima discipuli: & sermo eius est intellectus. B

Et, quando vult permutare eam, & conuertere ipsam ad complexionem, quæ est melior complexione eius, tunc sunt ei alia genera causarum sanitatis, contrariarum causis, quas diximus: & longitudo earum à causis æqualibus medijs, quas diximus, quæ conueniunt habenti complexionem æqualem optimam ad contrarium partis, ad quam declinat illud corpus, est longitudo æqualis.

Cōmē. 50. Iste est canon permutans sanitatē malā ad sanitatem æqualem & bonam. Et eius intentio est, vt sit sciens virtutē partium cuiusq; causarum sex, & consideret, quanta sit quātitas recessionis sanitatis ab equalitate, & eligat ex partibus cuiusq; causarum sex, ex eo, quod est contrarium isti sanitati, quantitates equales quantitati recessionis eius, & regat cum eis corpus: & Gal. determinat illud, & dicit.

Quod est, quia, corpus quādo ē calidius et siccius, tunc regimen calefaciens et exiccans nō reducit ipsum ad æqualitatem sanam, sed regimen, quod est frigidius & humidius complexione æquali per quantitatem superfluitatis calefactionis illius complexionis, & siccitatis eius, super complexionem æqualem. C

Cōmē. 51. Iste sermo est intellectus: ostendit enim Galenus in eo canonem permutantem sanitatem malam ad sanitatem bonam. Considera ergo eum.

Et hoc quidem genus causarum rectificat complexionem malam natura: & genus aliud, quod diximus ante, conseruat complexionem malam natura, secundum dispositionem suam.

Cōmen. 52. Nominauit regimen permutans complexionem malam, genus: ergo & similiter nominauit conseruans eam, genus, vt intelligatur ab eo, ꝙ ipsa sunt duo genera ex generibus medijs sub parte medicinæ, quod nominatur regimen sanitatis: & vt intelligatur per illud, ꝙ sub vtrisq; sunt species aliæ.

Et medicus indiget vtrisq; simul in horis diuersis: quod est, quia, quando habenti complexionem malam est euacuatio longa, cum qua est possibile ei, vt rectificet complexionem malam, tunc medicus intendit in ea ad illud genus occasionum, & permutat corpus paulatim à complexione sua ad complexionem, quæ est melior, quoniam natura non tolerat alterationem subito. Et, quoniam habens complexionem malam natura, est occupatus in occupationibus necessarijs, tunc maius, quod potest medicus, est, vt conseruet eam secundū complexionē suā naturalem.

Cōmē. 53. Natura nō tolerat repētinas mutationes. Vult per occupationes necessarias, causas sex ad sciendū virtutes particularium: quare docet modū necessitatis medici. Et nō factæ sunt naturę tolerātes pmutationē subito, nisi qm̄ ista pmutatio mutat eas mutatiōe forti, quæ facit accidere naturę motū superfluū, s. alterationē sufluam. Multoties. n. dissoluit per eā virtus, aut debilitat ex ea natura, aut resoluit p eā spūs: quare fit id causa pmutationis sanitatis. Et residuū sermonis eius est intellectū.

Si autem dixeris, Quomodo nominauimus hoc genus causarum conseruatiuum, cum esset dignius, vt nominaretur permutatiuum, & sanatiuum, & rectificatiuum nocumentorum naturalium? Dicimus, quòd nos non adiungimus has causas nisi ad genus sanitatis, non ad species eius. Et nominamus omnes istas causas, quæ conseruant corpus secundum sanitatem suam, conseruatiuas, siue sint conseruatiuæ: aut sint ex eis, quæ conseruatione sua permutant complexionem totam ad id, quod est melius: aut sint ex eis, quæ conseruant complexionem secundum dispositionem suam primam. Et nominamus eas, quæ permutant complexionē ad id, quod est deterius, causas infirmatiuas. D

Cōmē. 54. Totū gen⁹ regimis sanitatis ꝯtie tur sub gñe ꝯseruatiuo. Isto sermone destruitur dubitatio in genere regiminis permanētis, propterea, ꝙ nominauit ipsum cōseruatiuū sanitatis. Et destructio dubitationis est, quia rem nominauimus nomine sui generis. Cum ergo sit cadens sub regimine sanitatis, & genus regiminis sanitatis totum nominetur in arte medicinæ conseruatio sanitatis, nominamus permutatiuum etiam nomine sui generis, s. conseruatiuum, quāuis sit permutatiuum, & sanatiuum, & rectificatiuum nocumentorum. Et secundum hanc similitudinem nominantur omnes causæ, quæ permutant complexionem ad id, quod est deterius, causæ infirmatiuæ, quāuis sint permutatiuæ ad infirmitatem, & corrumpentes sanitatem, propterea, quia sunt sub genere causarum infirmantium toto.

Et, quando cōplexio, quæ est in omnibus membris, est vna, tunc medicatio eius est vna. Et, quando complexio mala non est in omnibus membris vna, tunc non est medicatio illius corporis vna.

Postquam docuit regimen sanitatis separatæ à meliore formarum, conseruans eam,& permutans eam simul, quando est eius separatio in complexione tantum,rememoratur eius,quod docuit de illo in hoc sermone,& dicit, Quando est declinatio sanitatis à meliore formarum,deinde est illud in omnibus membris,tunc medicatio eius,s. conseruatio eius,& ipsius permutatio est, s̄m q̄ exposuimus. Et,si eius recessio est in quibusdam membris, & in quibusdam non,tunc medicatio eius,s.eius conseruatio,& permutatio ipsius indiget canonibus alijs,qui fidem faciunt generis alterius regiminis,& ipse facit scire hoc genus per exempla,& dicit. Com.55. E

Quod est,quia est possibile,vt sit venter alicuius frigidior,quàm oportet, & caput etiam calidius, quàm oportet,& indiget vnumquodq; eorum,quod conuenit ei.Et similiter est dispositio in vnoquoq; mēbrorum reliquorum, quando est humidius complexione sua æquali,aut siccius ea,aut frigidius,aut calidius:nam indiget ex regimine eo, secundum quòd conuenit complexioni eius.Ergo est necesse,quando complexio membrorū corporis est diuersa,ut nō sit membrorum corporis omnium regimen æquale,& non sit humectatio eorum,aut eorundem exiccatio,aut aliud ex eis,quæ fiunt eis,secundum similitudinem vnam.Et nos quidem exponemus istud in expositione ampliori hac,in libro nostro de regimine sanitatis.

Vult,q̄ canon in conseruatione sanitatis corporum recedentium ab æqualitate in quibusdam membris, & in quibusdam non,est compositus ex particularibus canonibus in conseruatione sanitatis corporum recedētium ab æqualitate in complexione corporis totius,Cuius exēplum est,quia,quando venter est frigidior,& caput calidius, vtimur in conseruatione sanitatis ventris eo,quod conseruat super ipsum,quod est simile complexioni eius: & in conseruatione sanitatis capitis eo,quod conseruat super ipsum,quod est simile complexioni eius, siue sint emplastra,siue embrocæ,vel aliqua ex causis sex.Et,quando volumus permutare complexionem ventris ad æqualitatē, & complexionem capitis permutare ad æqualitatem,vtimur in ventre rebus calidis:& in capite,rebus frigidis:& s̄m hanc similitudinem faciemus in regimine reliquorum membrorum. Et propter hoc est necesse, vt ponamus exercitium,quod conseruet membrum s̄m dispositionem suam, aut permutet ipsum ad dispositionem aliam in vnoquoq; membrorum,diuersum ab eo,quod est in alio:& similiter vnumquodq; particularium causarum sex. Nam,quando volumus infrigidare membrum, emplastramus cum rebus infrigidantibus: &,quando volumus ipsum calefacere,emplastramus ipsum cum rebus calidis. Com.56. F

Causæ autem sanitatis membrorum officialium,quæ habent nocumentum,secundum illud nocumentum sunt diuersæ à causis sanitatis corporis,quod est secundum meliorem formarum:quod est,quia causæ sanitatis membrorū, quæ habent nocumentum in plasmatione,aliæ sunt à causis sanitatis membrorū,quæ habent nocumentum in quantitate sua,aut in situ suo,aut in numero suo.

G

Iam docuit Gal̄.q̄ species compositionis lapsuum sunt quatuor,quorum vnus est lapsus in plasmatione,& secundus est lapsus in quātitate, & tertius est lapsus in numero,& quartus lapsus in situ. Et docuit,q̄ isti lapsus quatuor,quando prohibēt membrum ab operatione sua,s.nocent operationi eius, sunt ægritudo:&,quādo non prohibent operationem,non sunt ægritudo,sed forma mala ex formis sanitatis.Et,postq̄ compleuit dictionem canonis regiminis sanitatis,recedentis ab æqualitate in compositione,tunc ante illud explanauit hūc sermonem,à quo recessimus,deinde exposuit cum hoc sermone. Com.57. De spēbus cōpōnis lapsuum.

Et accidunt in plasmatione lapsus multi:quod est,quia,si mutetur figura membri ab æqualitate sua,aut sit in eo profunditas multa natura,et mutetur,vt accidat ei lapsus in meatu,qui est in eo,aut in orificio meatus,aut in asperitate,aut in lenitate,deinde sit lapsus paruus,tunc habens illud corpus,dicitur,quòd est sanus. Si autem lapsus est plus illo,dicitur ægrotatiuus.Quòd si consequitur lapsus in ipso ad hoc,vt noceat operationi,tunc est æger.

Enunciat,q̄ lapsus in plasmatione est vna quinq; rerum.Prima earum est mutatio figuræ:& secunda est mutatio profunditatum,s.gibbositas,& cōcauitas:& tertia,oppilatio in meatu,aut in orificio meatus: & quarta est asperitas:& quinta est lenitas. Vnusquisq; ergo lapsuum si est paruus,tunc habēs ipsum exercitatur in occupationibus suis cum illo membro,& dicitur propter illud lapsus sanus.Et,si est multus,& non prohibet membrum ab operatione penitus,nisi in aliquo,dicitur,q̄ est ægrotatiuus.Et,si est multus,& prohibet membrum ab exercitatione,dicitur,q̄ est infirmus. Com.58. Spēs lapsus ī plasmatione. H

In quantitate vero multum & paruum faciunt peruenire corpus ad species,quas narrauimus.

Species,quas narrauit,sunt tres. Vna earum est,quia,si quātitas membri magnificetur ab eo,quod oportet,aut minuat̄,tunc, si magnitudo eius,aut eius diminutio est parua,dicitur,q̄ est sanū.Et,si est magna,& non puenit ad hoc,vt noceat operationi, dicitur,q̄ est ægrotatiuū.Et,si est multa,& peruenit ad hoc,vt noceat operationi,dicitur,q̄ est infirmum. Com.59. Spēs lapsus ī natura q̄titatis.

In numero autem additio aut diminutio partis vnius ex partibus multis,& res,quæ in corpore generantur contra naturam,sunt huiusmodi generis.

Vult,q̄ additio numeri & partium membri,aut diminutio earum facit etiam illos lapsus tres, quorum vnus dicitur sanus, alter dicit̄ ægrotatiuus,& tertius dicitur infirmus. Sanus quidem,qn̄ additio aut diminutio est parua: ægrotatiuus vero,quando est multa,nō perueniens ad hoc,vt noceat operationi.Et sermo eius,Et res,quæ generātur in corpore præter naturam,sunt huiusmodi generis. vult illud,quod generatur in corpore,& facit vnam harū trium specierum. Vidi enim multos,in intestinis quorum erant vermes.Et ex eis sunt,quorum intestina proportionantur ad sanitatem:& ex eis sunt,quorū proportionantur ad ęgritudinem: & ex eis sunt,quorum intestina ex illo iam infirmata sunt ægritudine completa. Cōm.60. Spēs lapsus ī natura numeri.

Etiam

A *Et iam remanet genus aliud,quod est in situ cuiuslibet membrorum consimilium in organo,& in ipso sunt quatuor species. Prima earum est corpus,quod est secundum meliorem formarum in hoc capitulo. Et secūda est corpus, quod est remotum ab eo in ipso parumper. Et tertia est corpus,quod est in eo ægrotatiuum,& est illud,in quo est mutatus situs membrorum mutatione non multa. Et quarta est corpus,quod iam ægrotat,& integre recessit à sanitate,& est illud,in quo est mutatus situs membrorum mutatione multa.*

Cōmē.61. De nocumētis in situ partium mēbrorū. Nocumētum in situ partium membri aut est paruum,& proportionatur ad hoc, quod est sanum: aut est multum,& proportionatur ad hoc,quod est egrotatiuum: aut est multum nocens operationi, & est proportionatum ad hoc,quod est infirmum. Currit ergo esse situs cursu cuiusq; generum nocumentorum in compositione. Verū Galenus dixit in hoc sermone modum primum situs, qui est secundum meliorem formarum, vt faceret nos rememorari comparium eius in plasmatione, & quantitate, & numero. Intellige ergo illud. Et, postquam cessauit à numeratione specierum nocumentorum compositionis membrorum, incipit determinare canonem cuiusque eorum.

Et membra,quæ nocumentum habent in figura sua,sicut sunt pedes conuersi ad exteriora, aut ad interiora, & caput planū quidem in infantibus,quando nascuntur,dum membra eorū permanent mollia,possibile est,vt redeant ad dispositionem naturalem cum æquatione,& tensione,& strictura. In corporibus autem, quæ sunt exiccata,& aruerunt,& indurata sunt,non est possibile,vt rectificentur.

B Cōmē.62. Enunciat in hoc sermone,ꝙ possibile est,vt figura membri rectificetur & redeat ad dispositionem suam naturalem tunc,quando nascitur homo. Si autem indurantur membra eius,non est possibile,vt reducantur. Et exēplificauit illud per pedes cōnuersos,& per caput planū: & est,vt rectificetur membrum,& extendatur, & constringatur,ſm ꝙ oportet,vt remaneat ei figura rectificata.

Et membra,quæ habent nocumentum similiter in concauitate & profunditate, quæ sunt in eis, possibile est,vt rectificetur illud nocumentum,dum permanent in augmento: si autem iam completa sunt non est possibilis eorum rectificatio. Et illud,quod minorat concauitatem & profunditatem,quando est maior,q̄; oportet, est quies & strictura. Et illud,quod magnificat concauitatem membrorum,et eorum profunditatem,quando est minor, q̄; oportet, est motus illorum membrorum,& retentio spiritus. Et intentio retentionis spiritus est, vt attrahatur spiritus, & impellatur ad interiora impulsione vehementi. Et secundum hanc similitudinem etiam dilatantur & constringūtur meatus,& orificia eorum.

Cōmē.63. Enunciat,quæ membra,dum permaneant in augmento, possibile est,vt rectificetur nocumentum parum accidens in concauitate eorum,& ipsorum profunditate,& eorum gibbositate. Et augmentum quidem, ex quo nascitur homo, vsquequo consequatur statum adolescentię,est finis vigintiquinq; annorū. Et docet,quid sit illud,quod minorat concauitatem,& stringit profunditatem: & dixit, ꝙ illud fit cum motu & compresꝭsione anhelitus. Facit ergo rememorari in compresꝭsione spiritus,quomodo exercentur membra,quæ sunt in pectore,donec resoluatur id,quod est in eis de superfluitatibus congregatis in lacertis eorum. Et coarctatio spiritus est,vt trahatur aer ad interiora pectoris attractione forti,deinde ipsum teneat,quantū potest. Ex ea etiam sunt operationes, quæ generant altas voces, & voces, quæ fiunt cum fistula,& eleuatio sermonis,& voces vehementes,& similia his,quæ exigit dispositio præsens.

C

Et membra etiam,quæ sunt maiora,q̄; oportet,quies & strictura conueniens minorat ea. Et membra, quæ sunt minora,q̄; oportet,motus naturalis eorum,& frictio temperata,& reliquæ res,quæ trahunt sanguinem plurimum ad ipsa,adiuuant ad magnificandum ea.

Cōmē. 64. De spēbus frictionis. Iste sermo est intellectus. Et species quidem frictionis sunt multæ. Ex ea.n. est leuis,vel mollis: & ex ea est dura, & ex ea est parua,& ex ea est multa,& ex ea est æqualis. Et iam exquisite perscrutatus est Galenus sermonem in ea in regimine sanitatis. Elige ergo ex speciebus frictionis in oī membro illud,quod conuenit ei,& cū quātitate,quæ necessaria est in eo. Qui ergo vult scire illud,quo indiget de esse frictionis,accipiat illud ex libro illo.

D *Membra autem,quorum numerus est diminutus,tunc, quorumcunq; ex eis generatio est ex sanguine, possibile est,vt compleantur: &, quorumcunq; ex eis generatio est ex spermate, forsitan complementum est impossibile. Veruntamen possibile est membris multis,vt permutetur loco eius, quod diminuitur, aliquid,quod stet loco eius,et compleat illud.*

Cōmē.65. Membra,quorum generatio est ex sanguine,sunt caro,& quæ currunt cursu eius. Et nobis quidē possibile est, vt faciamus nasci carnem in vlcere profundo,cum perijt,vel diminuta est pars carnis,& recētem carnem cum medicinis,quæ calefaciunt calefactione parua,& abstringunt & abstergunt sorditiem, sicut aristolochia, orobus, & olibanum,& pix,& mel. Membra vero,quorum generatio est ex spermate,sunt ossa,& nerui, & reliqua membra alia radicalia. Et nobis quidem possibile est, vt cambiamus loco ossis deubacum vel thessabadā,i. porum: & secundum similitudinem est sermo in reliquis. Et Gal. quidem ostendit,ꝙ faciens complementum eius,quod diminutum est,& cambium eius,est natura,& dicit.

Et faciens totum,quod ex istis rebus generatur,non est nisi natura: medicus vero non est nisi minister.

Cōmē.66. Iste sermo tolerat duas expositiones, Vna earum,ꝙ natura est,quę facit conseruationem sanitatis,& redire eam facit,s. conseruat sanitatem,& sanat infirmitatem: & medicus est minister eius,s. præparat ei totum,quo indiget in illo: & iste sermo est verus. Et expositio alia est,ꝙ natura est, quæ complet diminutionem in mēbris factis ex sanguine,& cambiat loco membrorum factorum ex spermate aliquid,quod stet loco eorum, & medicus minister ei

ad hoc

ad hoc neceſſarius:& iſte ſermo eſt verus,& eſt pars eius,quod dicitur in expoſitione prima.Et Galenus quidẽ vult per naturam hic,virtutem regentẽ corpus:quod eſt,quia natura eſt nomen commune in arte medicinæ, quia dicitur ſm quatuor modos,Vnus eorum eſt virtus regens corpus:& ſecundus eſt complexio : & tertius forma corporis:& quartus eſt perſona,ideſt natura indiuidualis. E Natura q̄drupl̄r.

In membris autem,quorum numerus eſt additus,cauſa ſanitatis eorum,eſt diminutio eius,quod in eis eſt additũ. Et oportet,vt conſideres,in quibus membris poſsibile eſt illud.Quòd ſi vides,quòd non eſt tibi poſsibile, vt auferas illam rem additam,tunc inquire,vt permutes eam.

Præcepit Galenus in additione partium membri,vt contempleris & cõſideres membrum.Si ergo poſsibile eſt tibi abſcindere illam additionem,& eradicare eam,ſicut ſi eſt digitus additus,aut verruca,tunc abſcinde eam:Et,ſi non eſt tibi poſsibile,tunc perquire,vt permutes eã à loco.Et in hoc ſermone non abſcindendo dicit Galenus permutandam eſſe additionẽ.Sed dixit,inquire,ſ.prepara te in permutatione eius,ſicut facimus in lapide.Nos enim, q̄ñ non poſſumus extrahere ipſum, inquirimus remotionem eius à meatu vrinæ cũ inſtrumento nominato alcathatir,i.ſyringa,& quæ ſunt,ſicut hæc. Com.67.

Et membrorũ etiam,quæ in ſitu ſuo lapſa ſunt,non eſt rectificatio,niſi per cõmutationem eorũ ad loca ſua.

Sicut diſlocato:eius.n.rectificatio eſt permutatio iuncturæ ad locũ ſuum.Et ego quidem iam vidi adoleſcentẽ, iunctura humeri cuius lubricabat ſemper propter humorẽ mucoſum,qui aggregatus erat in pixide eius,& cõſeruabatur in occupatione ſua.Cum ergo accidebat ei diſlocatio,tenebat brachium ſuum,& præcipiebat, q̄ reducerent id in locum ſuum,deinde redibat ad occupationem ſuam. Com.68. F

Et manifeſtum eſt,quòd poſsibile eſt,vt accidant membro vni duo vel tria ex iſtis nocumentis.

Significat,q̄ eſt poſsibile,vt componantur iſta nocumenta, quæ numerauit in compoſitione membrorum,ſ. quibus egreditur compoſitio membrorũ ab eo, quod oportet adinuicẽ. Indiget ergo illud compoſitione curationis,ſ.vt ponantur partes curationis ſm partes nocumentorum.Et iam feſtinat eſſe,vt ſit vnum nocumentũ fortioris nocumenti:& tunc intendimus cum curatione ad illud,donec,q̄ñ rectificas illud,redeas ad illud, quod componitur cum eo,& rectificat illud etiam. Com.69.

Ex illo eſt,quòd ego vidi virum,cuius venter erat paruus & rotũdus,poſitus ſuper diaphragma eius.Fuit ergo lapſus in eo in quantitate ſua,& in ſua figura,& in ſitu ſuo.Et erat complexio eius frigidior, q̄; oportebat. Et non fuit poſsibile reducere hunc ventrem ad diſpoſitionem naturalem.Quod autem poſsibile in eo fuit,eſt, quia poſui illud,quo lædebatur habens ipſum, minus:quod eſt,quia, quando implebatur venter eius, grauis fiebat ſuper eum reſpiratio eius.Poſui ergo cibum eius, cibum paucum, multi nutrimenti, qui non eſſet tarde deſcenſionis, tribus vicibus in die.

Oſtendit Galenus,q̄ lapſus in hoc ventre erat compoſitus ex quatuor lapſibus,Vnus eorum in quãtitate, & eſt paruitas eius.Et ſecundus in figura,& eſt rotunditas eius,& oportebat,vt eſſet oblõgus, & inferius eius magis amplũ,q̄ ſuperius eius.Et tertius in ſitu,q̄m oportebat,vt eſſet poſitus ſub diaphragmate tangẽs ipſum.Et quartus in complexione,q̄m erat frigidior.Et cibus paucus multi nutrimenti eſt,ſicut aqua carnis,q̄ñ fit cum vino citrino,& teritur cum eo medulla panis recenter facti. G Com.70. Cibus m̄lti nutr.

Et vidi virum alium,cui acciderant in hepate ſuo oppilationes multæ propter ſtricturam meatuum eius.Ingeniaui ergo ita,quòd poſui eius regimen ſubtile.Fuit ergo cauſa ſanitatis eius.

Hoc hepar habebat duos lapſus,Vnus eorum erat ſtrictura meatuũ eius:alter erat oppilatio in eo. Vtile ergo fuit ei regimen ſubtilians.Regimẽ ſubtiliatiuum eſt acceptio ciborũ ſubtiliatiuorum,ſicut cibi, in quibus eſt ſynapis,aut piper,aut muripſia,& acetum,& capparis,& reliqua,quæ currunt hoc curſu. Com.71. Regimen ſubtil.

Et iam remanſit vnum genus nocumenti communicans membris ſimilium partium,& membris inſtrumentalibus,& eſt ſolutio continuitatis.

Hoc genus tertium eſt de generibus nocumentorum. Com.72.

Fortaſſe quidam homines non conueniunt nobiſcum ſuper hoc,quòd id nocumentum ſit ei,qui eſt ſanus, qui ægritudinem non habet,ſed,quando ipſum eſt,tũc eſt ægritudo.Et huiuſmodi quidem ſermonis author neſcit, quia illud, quod ſequitur in hoc,ſequitur in reliquis generibus nocumentorum: Quod eſt,quia,ſi non ponimus nocumentum operationis ſenſibile eſſe differentiam inter ægritudinem & ſanitatem, & æſtimamus, quòd ægritudo non eſt niſi inæqualitate compoſitionis corporis tantum,tunc cogimur dicere ſermonem illius,qui dicit,quòd corpus non ceſſat ab ægritudine,quoniam non inuenitur aliquis hominum,cui ſaluentur omnes operationes membrorum eius ſecundum meliores diſpoſitiones eorum.Et inquiſitio ſuper hoc ſimilior eſt cum dialectica, q̄; cum medicina.Oportet ergo, vt ei faciamus ſermonem ſingularem ſecundum ſingularitatem ſuam. H

Solutio continuitatis eſt multis modis. Aliqua.n.eſt,quę eſt parua,ſicut diruptio cum ferro,aut vulnus paruũ, quod non elongatur à ſpiſsitudine cutis:& obuiatio leuis,ex qua accidit † gualie parua ab attritione,aut falleri, & ſicut phlebotomia,aut eruptio grauis,aut puſtulæ paruę,aut furunculi,aut quod eſt ſimile illis.Nam omnes modi iſti ſolutionis continuitatis non prohibent hominem ab occupationibus,in quibus conuerſatur:quod eſt,quia nocumentum operationis in eis non forſitan eſt ſenſibile.Et alia eſt,quæ eſt multa,ſed nõ peruenit ad hoc, vt accidat in conuerſatione nocumentum operationis ſenſibile ex ea:& iſti duo modi numerantur in ſanitate. Tertia eſt ſolutio continuitatis,cuius multitudo iam peruenit ad hoc,vt accidat in ea nocumentum operationis ſenſibile ab operationibus.Fiunt ergo ſpecies nocumentorum operationis in ſolutione continuitatis compares ſpeciebus nocumenti Com.73. Solõ cont. tripliciter. † Al.guabe ti parua attritiõe,aut fas.

cumenti

A cumenti operationis in complexione,& compares speciebus nocumenti operationis in compositione.Et iam fuerunt duæ species primi nocumenti operationis in cõplexione & compositione numeratæ in sanitate,s.species parua,& species multa,cuius multitudo non peruenit ad hoc,vt abscindat à conuersatione in occupationibus.Sequitur ergo,vt sint duæ species primę solutionis continuitatis numeratæ in sanitate.Quòd si illud non est ita,s.vt apponatur differentia inter ægritudinem & sanitatem,nocumentum operationis sensibile,& mutatio sensibilis,hoc est illud,cum quo natura iã peruenit ad hoc,vt abscindat à conuersatione in occupationibus,tunc sequitur, vt corpora prorsus non separentur ab ægritudine,propterea,quia ipsa sunt in fluxu sempiterno,quem restaurant secundum assimilationem cibi & potus,& reliquas species regiminis,quo reguntur sani. Et,si consideret aliquis hominum vnumquẽq; sanorum, nõ inueniet eum ita,s.vt ponatur differentia inter ægritudinem et sanitatem,nocumẽtum operationis sensibile, & saluentur ei semper omnes operationes membrorum eius secũdum meliorem dispositionem eorum.Et esset hæc consideratio & inquisitio in arte topica dignior & similior ei,q̃ sit cõsideratio inquisitionis medicinalis.Consideratio.n.totius medicinæ non pertransit sensum,& propter id oportet, vt singulariter imponamus huic inquisitioni topicali sermonem,secundum singularitatem sui,egredientem ab arte medicinę,& ingredientem in arte dialecticæ in parte topicali:hæc.n.pars nominatur nomine generis sui,s.dialectica: consideratio vero medicinæ non pertransit sensibile omnino.Quodcũq; ergo ex corporibus est tale, ꝙ habenti ipsum est possibile,ꝙ satagat in operationibus suis,quas consueuit,est proportionatio ad sanitatem, siue sit in meliore formarum,aut recedens ab ea in complexione sua,aut in compositione membrorum suorum, aut in solutione continuitatis.Et,quod ex eis est,cuius sensus iam consecutus est nocumentum operationis, vt prohibeatur ab aliqua operationum suarum,quas cõsueuit,est proportionatum ad ægritudinem.Et certificat illud,quod diximus,illud, ſm quod inuentio est corporum.Homines.n.sani non vident oculis suis visionem vnam,neq; festinant in operatione manibus suis festinatione vna,neq; ambulant pedibus suis ambulatione vna.Et similiter est dispositio in inuẽtione cuiusq; operationum membrorũ eorum:ex eis.n.sunt fortes,& ex eis sunt medij,& ex eis sunt debiles:& species diuersitatis earum sunt species multæ valde ſm illud,ſm quod est inuentio.Et oẽs homines dicunt in illis, ꝙ ipsi sunt sani,dum permanent ita,ꝙ nõ sequitur eos nocumentũ operationis ad hoc,vt abscindantur ab occupationibus eorum,quas faciunt cum illo membro læso.

Totiꝰ medicinę cõsideratio non ꝑtransit sensum.

B

Et oportet, vt nunc narremus causas sanitatis corporum, de quibus nõ est dubitatio, quin sint ægra: & ponamus principium sermonis nostri in genere cõplexionis malæ. Et oportet, vt determinemus in primis in hoc loco rem, quã multi medicorum dimiserunt: & est, quòd causæ sanitatis corporis, in quo iã accidit cõplexio mala, & cõpleta est iam, aliæ sunt, q̃; causæ sanitatis corporis, quod propinquum est, vt accidat in eo complexio mala.

Com.74. C Istæ causæ sunt species medicationis,i.medicationis ægritudinum:& sunt partes curationis,& partes ciborum, & partes medicinarum,ſm ꝙ dicam in eo,quod futurum:& etiam species præcessionis cum defensione:& dicam illud etiam.Et istę res omnes dicuntur causę facientes sanitatem.Et Gal.dixit, ꝙ pleriq; medici dimiserunt differẽtiam inter species causarum curationis ægritudinis,& inter species causarum præcessionis cum defensione, & explanat,ꝙ species causarum præcessionis cum defensione sunt duobus modis,Quorum vnus modus est species causarum sanitatis corporis,cuius complexio est mala in dispositione eius, quod accidit: & alter est species causarum corporis sanitatis,quod iam appropinquat,vt accidat in eo complexio mala.Et non est sermo Gal.ꝙ pleriq; medici dimittunt istas differentias,faciens necessitatem,ꝙ ipsi iã dimittant ista capitula medicinę,sed tolerat,ꝙ ipsi iam dimiserunt ea:& etiam tolerat,ꝙ ipsi iam dixerunt ea permixta in regimine sanorum,& in regimine ęgrorum,& non discreuerunt ea,sicut discernit ipse.

Quód est, quia causæ sanitatis corporis eius, quod dixi postremo, aliæ sunt intrantes in capitulo præcessionis in defensione: aliæ intrantes in capitulo conseruationis sanitatis.

Com.75. Vult,ꝙ causę conseruationis sanitatis corporis,quod appropinquat ad hoc,vt accidat in eo cõplexio mala,sunt duobus modis,Vnus eorum est sumptus ex parte medicinę,nominata pręcessio in defensione:et alter est sumptus ex parte medicinę,nominata conseruatio sanitatis.

D

Causæ autem sanitatis corporis, quas diximus, in primis sunt intrantes in capitulo medicationis tantum.

Com.76. Vult,quòd causæ sanitatis corporum egrorum,s.causę facientes sanitatem in eis,sunt pars medicinę,nominata ægrorum tantum medicatio.

Causæ autem sanitatis corporis, quas diximus inter vtrasq;, ingrediũtur in capitulum præcessionis in defensione, & in capitulo medicationis tantum.

Com.77. Vult,ꝙ causæ sanitatis corporũ,quorum cõplexio mala est in dispositione,in qua fit,sunt duobus modis,Vnus quorum sumptus est ex parte medicinę,nominata præcessio in defensione:& alter est sumptus ex parte medicinę, nominata medicatio ægrorum.

Quod est, quia, ægritudo quando iam facta est completa, oportet, vt intendatur ad sanitatem eius.

Com.78. Huius exemplum est febris:intentio.n.in ea est sanatio eius cum eo,cum quo curatur simile eius.

Et, quando ægritudo non dum facta est, sed est parata, vt fiat propter causam in corpore, tunc oportet, vt tollatur, & prohibeatur fieri.

Com.79. Hoc est illud,quod iam appropinquat ęgritudini,& exẽplum eius ex dispõnibus corporis est lassitudo facta ex se ipsa,vt sunt signa propinquitatis corporis ad ęgritudinẽ,s.corpus,quod ꝑparatũ est,vt fiat in eo ægritudo à causa faciente lassitudinẽ.Et propter illud oportet,vt auferatur hęc causa,& prohibeatur ęgritudo fieri in ea aut cum exercitio iterato in eo,sicut dicitur in regimine sanitatis:aut cũ medicina solutiua,aut permutãte complexionem: aut cum abstinentia à cibo:aut cum phlebotomia venæ.

Ægritudo

Aegritudo autem, quæ eſt in diſpoſitione, in qua fit, & ex ea eſt quoddam factum & completum, & oportet, vt intendatur ad ſanationem eius: & ex ea eſt aliquid paratum, vt fiat, & oportet, vt abſcindatur, & prohibeatur fieri. E

Hoc eſt, corpus, cuius complexio mala eſt in diſpoſitione, in qua fit. Et Gal. quidem docet, quod complexio mala, quæ eſt in diſpoſitione, in qua fit, eſt compoſita ex ægritudine, quæ iam eſt, & cōpleta eſt: & ex ægritudine alia præparata, vt fiat. Et propter illud eſt curatio partis eius primæ, quę iam eſt, & completa eſt, ex capitulo curationum ægritudinis: & curatio partis eius ſecundæ, quę non dum eſt, ſed præparata eſt, vt fiat, eſt ex capitulo præceſsionis in defenſione. Et exemplum in illo eſt febris ephemera oppilatiua: nam in corpore in hac febre eſt quædam ægritudo, & completa eſt, & eſt febris ephemera: & eſt præparatum, vt fiat in eo ægritudo alia, ſicut febris putrida. Et eſt poſsibile, vt ſit illud in ægritudine vna, ſicut apoſtema calidum, quod generatur in quibuſdam membris: corpus enim per ipſum eſt pręparatū, vt aſcendat caliditas ad cor, & effluat ex ipſo ad totū corpus, & generetur ab apoſtemate febris. Et curatio eius eſt per ablationem cauſæ, ex qua eſt eius euentus. Com.80.

Et abſciſio eius, quod eſt præparatum, vt fiat, & prohibitio eius ad hoc, vt non fiat, eſt per ablationem cauſæ, ex qua eſt eius aduentus.

Sicut ſi aperiantur oppilationes, aut prohibeatur putredo, aut prohibeatur aſcenſio caliditatis ad cor. Com.81.

Et ſanatio ægritudinis, quæ iam facta eſt & completa, fit permutatione diſpoſitionis, à qua proprie fit nocumētum operationis: & illa diſpoſitio eſt præter ægritudinem. F

Iſte ſermo eſt diminutus in litera vna, aut in duabus, & ſignificat diminutionē eius illud, quod docuit nos Gal. de curatione ęgritudinis. Curatio.n. ægritudinis fit aut cum tribus rebus, aut cum duabus ex eis, aut cum vna. Et vna quidem trium eſt permutatio cauſæ antecedentis, & deſtructio eius ſicut euacuatio humoris. Et ſecūda eſt mutatio cauſæ coniunctę, & permutationis eius, ſ. deſtructio eius, ſicut deſtructio putredinis. Et tertia eſt mutatio cōplexionis, ſicut humectatio corporis, & infrigidatio eius in diſpoſitiōe febris, propterea, quia eſt calida & ſicca. Et nocumentum operationis fit ab ægritudine ſine medio, ſicut nocet febris caliditati innatę, & operationibus naturæ abſq; medio, & fit à cauſa ęgritudinis mediante ægritudine. Diſpoſitio igitur, à qua accidit nocumentum ægritudinis, eſt duobus modis: vnus eorum eſt abſq; medio, & eſt ęgritudo: & alter per mediū, & eſt cauſa ægritudinis. Et quidem Gal. poſuit diſpoſitionem, quæ facit permutationē eius in hoc ſermone, aliam ab ægritudine: ſequitur ergo, quod voluit cauſam ægritudinis. Non eſt ergo hæc diſpoſitio ipſa, à qua fit proprie nocumentum operationis. Oportet itaq;, vt addatur in ſermone Gal. litera vna, aut literę duę, & dicatur, diſpoſitio, ideſt cauſa, à qua accidit diſpoſitio, ſcilicet morbus, à qua proprie fit nocumētum operationis. Et liquet, quòd iſta additio cecidit à ſcriptore, & dimiſit eam. Com.82. Curō ęgritudinis tribus modis fit. Diſpoſitio, vnde nocumēta ęgritudinū, duplex.

Et medicationis, qua fit ſanatio, intentio prima communis eſt contrarietas rei, ad cuius ſolutionem & expulſionem intenditur: & omnes cauſæ facientes ſanitatem ſunt huiuſmodi generis. G

Iſte eſt canon cōis in curatione ęgritudinū: & Hip. enunciat de eo ſic, Quęcūq; ęgritudo eſt ex repletione, ſanatio eius fit per euacuationem: &, quæcūq; earum ex euacuatione, ſanatio eius eſt per repletionē: & ſanatio reliquarum ægritudinum per contrarietatem fit. Com. 83.

Intentiones vero particulares ſumuntur ex contrarietate cuiuſcunq; ægritudinum.

Sed appropriatur canon communis ſm regulas particularium ægritudinum, & fit compar materia cum materia: & Gal. exemplificat illud, & dicit. Com. 84.

Contraria ergo ægritudini calidæ eſt cauſa infrigidans: & contraria ægritudini frigidæ eſt cauſa calefaciēs: & ſimiliter eſt diſpoſitio in reliquis ægritudinibus, & cauſis.

Vult cauſas ægritudinum antecedentes & coniunctas: & cauſę curationum harum cauſarum ſunt per mutationem earum, aut per euacuationem antecedentium, aut per mutationem continuatarum, i. coniunctarum. Et tolleratur, vt velit cauſas permutationis ſeu medicationis. Nam cauſę curationis ægritudinis calidę, ſunt, quę ſunt ex illis generibus ſex, infrigidantes, ſicut aer frigidus, cibus & potus, & medicinę infrigidantes, & quies, & trāquillitas, & patientia vitę, & ſomnus. Et cauſæ curationis ægritudinis frigidæ, ſunt, quæ ſunt ex generibus ſex calefacientes, ſicut aer calidus, & cibus, & potus, & medicinę calefaciētes, & motus, & vigiliæ, & accidētia animę: & vnicuiq; duarum expoſitionū eſt modus ſuus. Et rectius quidē eſt aggregare duas expōnes ſimul, donec ſit, quod ipſe velit per cauſas ægritudinis & cauſas medicationis ſimul, cum quædam earum ſint cōtrariæ quibuſdam. Et Gal. dat cauſam in canone medicationis, & dicit. Com.85. H

Quod eſt, quia, cum ſit omne, quod eſt egrediens à natura, inæquale: & omne, quod eſt naturale, æquale ſit, oportet neceſſario, quòd res egredientes ab æqualitate non redeant ad æqualitatem, niſi ex re alia egrediente ab æqualitate ei contraria.

Hæc eſt demonſtratio canonis communis in medicatione per contraria. Et iam oſtenſum eſt ex ea, quòd oportet, vt ſit cauſarum medicationis longitudo ab æqualitate, ſicut longitudo ægritudinis ab æqualitate, æqualiter, & ſit vnaquæq; earum decliuis ad contrarium: Cuius exemplum eſt ægritudo frigida, & lōgitudo eius ab ęqualitate gradus tres ſint: oportet ergo, vt ſit cauſa ſanans eam calida, & longitudo eius ab æqualitate gradus tres. Com.86.

Et manifeſtum eſt, quòd nō oportet, vt ſumatur aliquid, quod calefaciat, aut infrigidet, aut faciat aliquid ex eis, quæ ſunt ſimilia ei, ex operationibus, niſi cum virtute ſua, nō aliquid, quod æſtimatur in eo, quod apparet de eſſe ſuo. Et, quia eſt ita, ſignifico per ſermonem meum, quòd res operatur virtute ſua, vt faciat illam operationem, de qua dicitur, quòd efficit eam, cum certitudine et veritate. Et ſignifico per ſermonem meū, quòd æſtimatur de re, quia efficit illud,

A *cit illud, de quo dicitur, quia facit illud, quod in manifesto sentitur, vt de eo videatur, quasi faciat illam operationē, & non est cum veritate, secundum quod putatur de eo. Et iam narraui in libro meo de virtutibus medicinarū simplicium, qualiter oportet, vt experiantur istæ res, & sciantur.*

Cōmē. 87. Hæc castigatio, iuuatiua est valde in capitulo ciborum & medicinarum: quod est, quia sunt multi, & est eorū vehementis cooperturę propter illud, quod cadit de falsitate & permutatione nominum & assimilatione. Putatur ergo, ꝙ cuidam eorum sit virtus cuiusdam. Cum ergo vtitur ex eis aliquis eo, quod non scit, & cuius virtutem non est expertus, possibile est, vt sit contrarium, & perueniat ad nocumentum infirmi: quare hesitat medicus, & nō scit causam attrahentem illud nocumentum. Et contingit in medicinis etiam, vt appareat alicui earum operatio per accidens, & æstimetur, ꝙ operatio eius est per essentiam, sicut calefactio aquę frigidæ, & infrigidatio piperis hora, qua ponitur supra corpus. Gal. vero castigat te in hoc sermone, vt non gratuleris per aliquam operationum virtutum ciborum & medicinarum, donec scias ipsam, & experiaris ipsam, & scias ex ea secundum certitudinem & veritatem operationes eius essentiales, & vtaris eis per operationes accidentales, & non gratuleris cum eis. Et, qm̄ multæ sunt plantæ, & species multæ, & similiter mineralia, & diuersificātur etiam ista propter aquas & loca generationis earum, & similiter est dispositio in animalibus, Necesse est medico, vt experiatur illud, quod inuenit de istis rebus, cum ratiocinatione: & sciat certitudinem eius cum experimento: & sit contētus in eo, cum quo medicatur ille, cuius experientiam continuauit per semetipsum: & sciat certitudinem, & eius veritatem, & vniuersalitatem, & nō finiat vitam suā in inquisitione cuiusq; eorum, particularia. n. eorū sunt infinita. Et propter illud exponit Gal. in libro de medicinis simplicibus canones, qbus scias illud, quod tibi sit prǽsens ex eo, quo indiges ex medicinis, & sis contentus eis, & proijce reliqua.

Medic° debet vti rōcinatione & expimēto.

B *Et oportet, vt vtamur inuentione causarum faciētium sanitatem cum destructione ægritudinis, quæ iam facta est & completa, via, cum qua fit differentia inter rem, quæ æstimatur, quòd est secundum dispositionem, secundum quam narratur, & inter rem, quæ est in virtute sua, secundum quòd narratur.*

Cōmē. 88. Inuētio causarum faciētium sanitatem cum destructione ægritudinis est inuentio ciborum & medicinarū conferentium in illo. Et inuentio ciborum & medicinarum conferentium in illo est duobus modis. Vnus eorum est enunciatio, in quibus confidendum est in eis, sicut illud, quod est in libro Dioscoridis, & in lib. Gal. de cibis in sex tractatibus postremis libri sui in medicinis simplicibus. Et possibile est, vt cadat dubitatio in istis propter antiquitatem temporis, in quo accidit, vt permutentur istæ medicinę, & cadant nomina quarūdam earum super quasdā: & propter illud, cum quo falsificantur ex obliuione hominum in multis ex eis. Et alter est experientia earum visibiliter, & est, vt scias per ratiocinationem virtutes earum, & probes illud cum experimento. Ergo certificatur tibi veritas rei in eis. Et via, qua experitur, est illud, quod præcipit tibi Gal. in hoc sermone: & iam docuit illud in lib. suo de medicinis simplicibus, & est quintus tractatus primi lib. eius. Et fecit te scire qualitatē cōpositionis earū in medicinis cōpositis, & sunt decē & nouē tractatus: septē noīantur cata geni, & decē nominātur medicinæ cōpositę secundū mēbra patientia, & duo tractatus in cōfectionibus. Et fecit cauere Gal. in hac castigatione, à gratulatione cum medicinis, quibus æstimantur inesse virtutes tales, & tales, et non sunt in eis illę, imo possibile est, vt insint eis virtutes contrariæ ei, quod æstimatur in eis. Et ista æstimatio accidit, aut propterea, ꝙ credimus enūciationi in eis: aut propter virtutes accidentales, quæ accidunt eis. Ergo facient estimari diuersum ab eo, quod inest eis essentialiter. Et videtur Galeno, vt nō curetur cū medicina, neq; detur cibus, donec pcedat ei cognitio cū experiētia, cum videatur ei, ꝙ recipiat castigatio Hip. quę est ita, Oportet, vt detur medicina ad hoc, vt cōferat: si aūt non cōferat, tūc nō oportet, vt noceat. Gal. vero dicit, ꝙ conuenit tibi, vt certificeris in medicina, ꝙ non noceat aliquo modorū, & inquiras post hanc certificationem, vt sit iuuatiua. Et propter hoc non recipit sermonem eorum, qui præcesserūt ipsum, in medicinis, donec pbauit eas, & scripsit illud, quod expertus est ex eis in libro suo in eis, & applicauit ante illud canones, quibus experiuntur, & fecit scire veritatem rei in vnaquaque earum, & operatus est cum eis, cum sit possibile, vt permutētur nomina earum, & sumatur loco vnius earum alia. Et manifestum est, ꝙ sufficit perfectus in arte medicinæ famosus ex eis in regione sua, & præmittit experientiam earum, & experitur meliorem, & meliorem ex eis, deinde facit curationem infirmorum cum eo, qđ elegit. Et, si presentat ei aliquis hominum ex eis medicinam, cuius experientia præcessit ei, incipit cum experientia sua, si non est ei excusatio ex ipsa, deinde curat cum ea. Et non est necessitas ex ea, nisi quando æstimat in ea, quia est medicina nobilis antecedens in suis cōparibus ex medicinis, in quibus sunt virtutes conseruantes virtutes membrorum interiorum, & exteriorum, & stringūtur ex eis, sicut medicinæ stipticæ aromaticæ, præcipue quibus ex eis est virtus pura à virtutibus malis fraudulentis, sicut est virtus venenorum: &, quæ ex eis sunt etiā velocioris valitudinis in operōne sua, sunt magis vltimę.

Inuētio ciborū & medicinarū faciētiū sanitatē duob° modis fit.

C

Nota qđ dicat de vsu medicinaꝝ in Gal.

D *Et vtimur in inuentione causarum faciētium sanitatem in corpore, cuius ægritudo est in dispositione, quæ fit, cū via, quā dixi: vel etiam via, qua extrahuntur causæ ægritudinum.*

Cōmē. 89. Inuentio causarum facientium sanitatem in corpore, cuius ęgritudo est in dispositione, quę fit, indiget duabus vijs, Vna earum, est via, qua curatur ægritudo, donec sanatur, cum hac. n. via medicatur illud, quod accidit de ęgritudine in corpore: Et secunda est via, cum qua destruuntur causæ efficientes ęgritudinem. Et manifestum est, ꝙ necessaria est in hac via scientia causarū faciētium ęgritudines, donec caueantur, & destruantur aut cū medicina solutiua, aut cum medicina permutatiua, aut cum exercitio et frictione, aut cū ieiuno, aut cum phlebotomia: aut significes ex illa, quod necessarium est tibi.

Et nos exemplificamus tibi exemplum in illo, vt intelligas illud. Pone ergo, vt humores putrefiant, & generetur ex eis febris: dico ergo, quòd conuenit tibi, vt significes ex illo, quod necesse est tibi, vt facias alterationē & euacuationem,

cuationem, Alterationem quidem, vt facias quiescere putrefactionem: & substantia, quæ fuit ante putrefactionẽ, fit remanens in corpore: Euacuationẽ vero, quādo euacuas substantiā, quæ fuit ante putrefactionem totam. E

Humor, quando coarctatur, & non respirat, putrescit: &, quando putrescit, inflammatur in eo caliditas extranea, ex qua generatur febris: & febris est mala discrasia calida & sicca. Iam ergo apparet per illud, quod diximus, ꝙ putredo est causa retinens febrem: &, si vis, vt ipsa dicatur causa coniuncta, dic, non. n. est differentia in illo. Et, quādo illud est ita, tunc indiges tribus intentionibus, quarum duas dicit Gal. & tacet de tertia, & propter declarationẽ eius, & quoniam sermo eius est in conseruatione sanitatis. Duarum autem, quas dixit, Vna est mutatio humoris, donec quiescat putrefactio: & ista mutatio est dare illud, quod adiuuat naturā super digestionem, & vti medicinis digerentibus: digestio. n. non est aliquid plus, q̃ vt dominetur natura, vt vincat humorem malum, quicunq; fit: Et altera est euacuatio humoris putridi, & extractio eius à corpore totaliter. Tertia autem, de qua tacuit Gal. est curatio febris ipsius: nam, inquantum est malitia complexionis calidæ & siccæ, indiget eo, quod infrigidat & humectat: & plurimum, quod infrigidat & humectat, prohibet digestionem, præter quàm in materijs calidis & siccis, scilicet cholera citrina sola.

Com. 90.

Putredo ẽ causa cōiūcta febris.

Digō quid.

Frig. & hu. prohi. dig.

Et hæc species mutationis, quam narraui, est digestio. Cum ergo extrahimus, & scimus, ex quibus est possibile, vt fit digestio, adipiscemur scientiam causarum facientium sanitatem hoc modo. F

Vult, ꝙ, quando apud nos est scientia causarum digerētium vnumquēq; chymorum, prohibemus putrefactionem: &, quando prohibemus putrefactionem, non generatur ex ea febris. Causarum autem digerētium aliæ sunt cibus & potus, aliæ sunt medicinę, aliæ sunt exercitium. Cibi quidem & potus, quicunq; sunt ex eis, ex quibus generatur chymus laudabilis: & quantitates eorum æquales. Medicinæ vero sunt, sicut crocus, & spica, & cinnamomum, & piper album, & zingiber, & macropiper. Exercitium autem est, sicut frictio æqualis, & motus, & balneatio. Et sermone absoluto, si humor est grossus, indiget eo, quod subtiliet eum: &, si est viscosus, indiget eo, quod incidat eum: &, si est calidus, indiget eo, quod infrigidet eum: &, si est frigidus, indiget eo, quod calefaciat eum. Quod est, quia intentio in digestione est, vt præparetur humor ita, quòd possibile sit, vt natura vincat eum, & dominetur super eum.

Com. 91.

Causę digerentes.

Intentio in digestione.

Euacuatio autem per phlebotomiam venarum, & per clystere, & per vrinam, & per resolutionem ex cute, et per attractionem ad loca contraria, & per mutationem ad loca propinqua fit. Et ingrediuntur in hoc genere prouocatio menstruorum, & apertio orificiorum venarum, quæ sunt in ano, & vulua: & mundificatio per nares & palatum.

Postq̃ narrauit causas digestionis, incipit narrare causas euacuationis multitudinis humoris. Chymus enim nō putrefit, donec prohibetur eius expiratio: & non prohibetur eius expiratio, donec multiplicatur, & non tolerat eū virtus, & cessat à regimine eius: &, quando cessat ab eius regimine, putrefit. Et curatio quidem multitudinis est per euacuationem. Quicunq; ergo ex chymis est, cum quo adduntur ipsi omnes, donec implentur venæ & vasa, tūc cu ratio eius est phlebotomia. Quod si non est possibile propter ætatem & horam præsentem, tunc per ventosas: &, quanto sunt ventosæ propinquiores calcaneis, est magis vtile. Et, quicūq; eorum est, qui solus additur tantū, oportet, vt euacuetur per medicinam, quę appropriatur ei attractione eius, & clysteri: aut attrahamus ipsum per prouocationem vrinę, aut per resolutionem ex cute, aut per attractionem eius ad loca contraria. Et residuum sermonis eius est manifestum & apparens. In eo etiam est vsus medicinarum resolutiuarum. Nos enim, quando euacuamus chymum, quod remanet ex eo, expirat, quando virtus tolerat illud, quod remanet ex chymo, & incipit regere ipsum. Quòd si febris incipit ante illud totum, tunc Hip. docet esse cauendum ab euacuatione humoris ante digestionem, nisi humor sit furiosus. Et Gal. declarat, ꝙ illud est propter duos modos, quorum Vnus est debilitas virtutis, & cessatio eius à regimine: cum ergo bibitur in hac dispositione medicina solutiua, non securatur nocumētum eius. Et secundus est, qm̃ plures medicinæ solutiuę sunt calidę & siccæ: quare addunt & inflammant caliditatem febris. Et non accidit illud, quando digeritur humor, natura. n. potest supra ipsum, & regit medicinam solutiuam, & extrahit humorem malum totum. Quando ergo cogeris euacuare chymum in principio ægritudinis, vt alleuetur residuum eius super naturam, & fiat eius facilis digestio, tunc conuenit tibi, vt vtaris ex medicinis ea, cuius est virtus in permutatione complexionis malę, & lenificatione naturę, & minuatur per illud ex materia ęgritudinis. Et propter illud minuitur ex humore per phlebotomiam venarum, & per clystere leue, quod extrahit superfluos humores, & per prouocationem vrinæ, & per resolutionẽ ex cute cum frictione & medicinis resolutiuis.

Com. 92.

G

Vētosis vtimur, vbi non potest fieri phleb.

In feb. cauenda eūo ante dige.

Quib° euacuandū añ digestionē.

H

Et, quando vides humorem nocentem, decliuem ad membrum nobile, trahe ipsum ab eo, aut permuta ipsum ab ipso ad aliud: & secundum hunc modum fac de vnoquoq; eorum membrorum quæ numerauit Gal. Verūtamen non cōuenit tibi, vt euacues cum attractione forti, nisi in phlebotomia sola: ipsa. n. euacuat euacuatione forti ex venis. Et manifestum est, ꝙ vsus phlebomię est necessarius, quando causa ægritudinis est intra vasa, s. vt sit dispositio in corpore, quę nominatur repletio: & ætas, virtusq;, & horę adiuuant. Et Hip. quidem iam dedit signum certū euacuationis, & est, vt inueniat infirmus ei leuitatē, aut sit tolerans eam cū facilitate. Et iterū euacuatio per mūdificationem nariū fit, aut per emūctionē, aut per sternutationē: & per palatum fit per screatū, & per gargarismū, & per collutionem oris. Cum ergo digeritur humor, euacua eum medicinis fortibus.

Diuertēdū à membro nobili.

Phleb. euacuatio fortis, & quādo dbet fieri.

Et, quando nos extrahimus in capitulo etiam species, quibus fit euacuatio, deinde vtimur eis in hora, qua conuenit: & cum quantitate, quæ necessaria est: & via eius vsus ad rectitudinem, iam tunc extrahemus causas sanitatis in hoc capitulo.

Et docuit nos in hoc sermone Gal. quia sunt necessariæ in euacuatione humoris mali quatuor conditiones, Vna earum est species medicinarum, quibus humor euacuatur: oportet enim, vt eligatur ex eis illud, quod conuenit ei.

Com. 93.

A nit ei. Et secunda est hora, in qua oportet, vt dētur medicinæ, aut in qua euacuatur corpus, sicut vt euacuetur in horis temporis paroxysmorum cum rebus leuibus, aut post digestionē cum medicinis fortibus. Et tertia, est q̄titas, quam oportet euacuare post digestionem ex humore. Et quarta, est pars vsus euacuationis. Hæc.n. pars fit diuersa, qm̄, si humor est decliuis ad ventrem, tunc conuenit ei euacuatio per vomitum. Et, si est decliuis ad intestina, tunc oportet, vt eius euacuatio fiat aut per clystere, aut per illud, quod facit fluxibilem egestionē, & emittit ipsam. Et, si est decliuis ad partes hepatis aut renum, tunc oportet, vt fiat eius euacuatio per prouocationē vrinæ. Et, si est decliuis ad cutem, tunc per solutionem. Et, si est decliuis ad pectus, tunc per illud, quod facit facile sputum. Et, si est decliuis ad caput, tunc per nares & palatum. Et, si in venis, tunc per phlebotomiam: & secundum hanc similitudinem in vnoquoq;. Cum ergo compleueris has quatuor conditiones, iam extraxisti causas sanitatis in capitulo euacuationis. Et, qn̄ tu facis compar cum eis illud, quod mutat putredinem, & adiuuat super digestionē, comples causas, quibus prohibetur fieri febris sequens putredinem humoris.

Per quas regiones fiat ūo declinā e materia d eas.

Et iam locuti sumus inuentionem causarum omnium in libro de ingenio sanitatis, & secundum hanc similitudinem inueniuntur causæ sanitatis in tribus alijs speciebus in complexione mala.

Com. 94. Significat, quòd destruitur vnaquæque specierum malitiei complexionis trium, quarum vna est complexio frigida, & secunda complexio humida, & tertia complexio sicca, per destructionē causarū facientium eas, Sicut cū

B destruitur malitia complexionis calidę, & est febris putrida, per destructionem causæ eius, & est putredo.

Et intendimus in eis intentionem vnam communem, & est, vt auferamus in primis causam ægram, deinde perueniamus ad ægritudinem, quæ facta est ab ea.

Com. 95. Canon in omni ęgritudine est iste, & est, Si est causa eius remanens, intenditur in primis ad auferēdam causam eius: deinde intendimus ad illud, quod impressit illa causa ex ægritudine, & aufertur. Et, si non est causa eius remanens in corpore, intendimus ad ipsam ægritudinem, & auferimus ipsam: & hoc quidē non est proprie, nisi in ægritudinibus, quæ sunt primitiuę tantum.

Canō cōis n quacūq; grit.

Complexionis autem compositæ, malæ, compositio est ex rebus simplicibus. Et significat tibi causas facientes sanitatem, vt sit intētio, ad quā intenditur in hoc capitulo, & vt ponas quantitatem rei, cum qua intenditur sanitas, cum quantitate complexionis malæ, quam curas cum ea.

Com. 96. Complexio mala simplex vna est, ex quatuor qualitatibus primis, calida, frigida, sicca, & humida: & cōplexio mala composita est vna ex quatuor, calida & sicca, calida & humida, frigida & sicca, frigida & humida. Cum ergo accidit aliqua ægritudinum malitiæ complexionis, considera malitiam ægritudinis. Si ergo est simplex, & est in dispositione, vt fiat, cura eam post detractionem causæ facientis eam, s̄m q̄ intellexisti ab eo: &, si iam facta est, & de-

C structa est causa eius, cura eam per contrarium ipsius. Et si est composita, significant tibi res, ex quibus est composita, illud, quod facias in ea, aut destructionem causę facietis eam, quando præsens est: aut resistentiam ægritudinis ipsius, cum eo, quod est ei contrarium. Calida ergo & sicca curatur per frigida & humida: & secundum hanc similitudinē est in reliquis earum. Et ponatur quantitas contrarij eius, æqualis quantitati eius: & Gal. determinat illud cum exemplo, & dicit.

Et exemplum illius est, vt ponas, quòd membrum aliquod mutatur à complexione sua naturali, et declinat ad caliditatem decem gradibus, & ad siccitatem septem: Oportet ergo, vt sint in causa sanante hoc membrum, ex frigore decem gradus, & in ea ex humiditate septem gradus.

Com. 97. Quæritur hic, quare dicit Gal. decem gradus, & septem gradus, cum gradus omnes sint quatuor, s̄m q̄ ipse ponit in libro de simplicibus medicinis. Huic vero quæstioni duæ sunt responsiones, vna earum est, quia exemplum huiusmodi non est verū: & altera est, quia vnusquisq; quatuor graduū diuiditur in tres māsiones, s. primam, secūdam, & tertiam. Fiunt ergo quatuor gradus duodecim māsiones. Gal. ergo enumerat decē gradus, volēs † primam mansionem quarti, & septem, volens primam mansionem gradus tertij.

Gradus cuiusq; mans. res. vel meli⁹ secūdā.

Et, si medicina occurrit ipsi membro, in quo est ægritudo, tūc oportet, vt sit cum ea ex frigore & humiditate per quantitatem causæ, quam significat ipsa ægritudo.

Com. 98. Hæc ægritudo in hoc sermone est malitia complexionis calidę & siccę.

D *Et, si membrum, in quo est ægritudo, est longinquum, submersum in profundo, tūc oportet, vt ingenietur in hoc, vt sit cum causa ipsum sanante superfluitas virtutis alicuius, cū qua fiat securitas, ne debilitetur virtus eius in via, anteq; perueniat ad membrum, in quo est ægritudo.*

Com. 99. Vult, vt consideres, quantæ longitudinis sit membrum infirmum, & æstimes s̄m quantitatē, quę necessaria est, vt addatur in virtute eius medicinæ, donec perueniat ad mēbrum, & remaneat in ea virtus, æqualis virtuti ægritudinis: Quod est, quia virtus medicinę minuitur & debilitatur in via, & propter illud necesse est, vt addatur in virtute eius per quantitatem eius, quod minuitur ex ea in via.

Et similiter, si membrum est longinquū, & indiget, vt sit causa sanans ipsum calidior æquali, tunc non oportet, vt caliditas eius sit cum quantitate, qua indiget ægritudo tantum, sed oportet, vt addatur in virtute eius secundum illud, quod necessarium est ex additione in ea, propter locum longitudinis loci membri.

Com. 100. Ægritudo in hoc sermone est ægritudo frigida: & ponamus, quòd est in renibus, & quòd est frigida in gradu secundo: & peruenit medicina, quæ bibitur, ad renes, postquam transit per os, deinde per œsophagum, postea per ventrem, deinde per intestinum ieiunum, & per vias hepatis, quæ nominantur meseraicæ, & per hepar, & venam concauam. Nam, quia caliditas eius minuitur in hac via duobus gradibus, oportet, vt sit caliditas eius intensa per quatuor gradus.

Et, si

Et,ſi indiget membrum,vt ſit cauſa ſanãs ipſum frigidior æquali,tunc non oportet,vt intendatur ad hoc,vt ſit frigidior per illam quantitatem tantum,ſed oportet,vt conſideretur in primis in ſubſtantia eius. Nam,ſi eſt groſſa,non eſt poßibile,vt ſubmergatur in profundo vſq; ad ſpacium multum:veruntamen & multoties efficit contrarium illius per hoc,quod conſtringit ſuperficiem corporis.Si autem eſt ſubtilis,tunc poßibile eſt,vt ſubmergatur,et perueniat ad profundum,vſq; ad ſpacium longinquum. E

Poſtq̃ docuit,ꝙ in medicinis calidis oportet,vt addatur ex caliditate per quantitatem, quæ perueniat ad membrum,& remaneat in ea,quod ſit æquale frigiditati eius:& quare in medicinis frigidis non eſt poſsibile illud, ideo tunc dedit in medicinis frigidis hunc canonem : & eſt,vt conſideres in ſubſtantia earum.Subſtantia.n.groſſa non penetrat, & nõ ſubmergitur,ſed multoties inſpiſſat membrum in primis,cui occurrit, & coarctat caliditatem intus : quare duplatur in ægritudine, & additur in quantitate eius:† fit ergo plus,q̃ fuit, materiæ ægritudinis cauſa. Subſtantia vero ſubtilis,poſsibile eſt,ꝙ ſubmergatur, & perueniat ad profundum vſq; ad ſpacium longinquum: Cuius exemplum eſt,vt ſit in hepate ægritudo,& ex malitia cõplexionis calida in ſecũdo gradu:oportet,vt emplaſtretur hepar emplaſtro infrigidante.Quòd ſi ſubſtantia medicinę,cum qua fit emplaſtrum,fuerit groſſa,inſpiſſat cutem,& coarctat caliditatem intus:quare inflammatur cum hoc emplaſtro.Si aũt ſubſtantia medicinę eſt ſubtilis,poſsibile eſt,vt ſubmergatur & penetret in lacertis, vſquequò perueniat virtus eius ad hepar, & reſiſtat ægritudini eius.Et oportet,vt addas in frigore eius & ſubtilitate tantum,ꝙ non debilitetur virtus eius in via. Com.101.

† Al.fit ergo poſt,qđ fuit medicina, cã ægritudinis.

Et ſecundum hanc ſimilitudinem oportet,vt conſideres in rebus humectantibus, & deſiccantibus,in groſsitudine ſubſtantiæ earum,& ſubtilitate eius. F

Per hoc exemplum intelligitGal.canonem medicinarum calefacientium,& canonem medicinarum infrigidãtium.Sed conſidera,quę earum eſt poſsibilis,vt ſubmergatur,& penetret,& elige eam ſuper ipſam:& quę nõ ſubmergatur & non penetret:& menſura vnamquanq; earum,ſ.ꝙ perueniat ad membrum infirmum, & cum ea ſit virtus reſiſtens ægritudini.Et in hac menſuratione eſt neceſſarium, vt experiaris medicinas, & ſcias per rationem & experimentum quantitates virtutum earum, & quantitates groſsitudinis ſubſtantiarum earum, & ſubtilitatem earum. Com. 102.

Et ſecundum hanc ſimilitudinem ſignificatur ex loco membri cauſa attrahens ſanitatem.

Vult,ꝙ locus membri ſignificet tibi quantitatẽ medicinæ,cũ qua occurrat ægritudini eius aut ſm ſemitã medicinę,quæ bibitur,aut ſm ſemitam caputpurgij,aut clyſteris,aut ſyringę. Com. 103.

Ex forma autem & communitate eius ad illud,quod ſequitur ipſum,tunc aut eſt ei meatus ſenſibilis apertus ad membra alia,aut non eſt meatus ei:quod eſt,quia,ſi membro eſt meatus, in quo currũt ſuperfluitates eius ad membra,quæ ſunt nobiliora eo,prohibemus illas ſuperfluitates currere ad illa membra.Et,quando membro ſunt meatus, in quibus currunt eius ſuperfluitates ad membra, quæ ſunt viliora eo, ſtimulamus illas ſuperfluitates, vt currant ad illa membra. G

Iſte canon eſt ſumptus in medicatione ex forma membrorum,& communitate eorum, cuius partem exponit Gal.& dimittit partem eius.Illud autẽ, quod de eo explanat,eſt,ꝙ,ſi membro eſt meatus apertus ad quædã membra communicantia,conſideremus tunc,ſi membrum,ad quod eſt os apertum,ſit nobilius, & tunc prohibeamus ſuperfluitates currere ad ipſum:ſi eſt vilius,ſtimulemus eas,vt currant ad ipſum.Quod autem dimiſit,explanandũ eſt.Quòd ſi eſt meatus ei apertus,in quo peruenit medicina ad ipſum,ingeniamus ĩ hoc, vt perueniat medicina in illo meatu ad membrum,ſicut facimus in cerebro,cum caputpurgio:& in ventre,cum clyſteri. Com.104.

Et manifeſtum eſt,quòd medicatio per euacuationem non eſt,niſi cauſarum facientium complexionem malam: ipſa vero complexio mala non medicatur,niſi per mutationem.

Hæc eſt concluſio eius,quod præceſsit in curatione malitiei complexionis. Malitiã autem complexionis quandoq; eſt cum materia,quæ eſt cauſa eius,& intendimus ad euacuationem illius materiæ, facientis complexionem malam:& quandoq; eſt malitia complexionis ſine materia,& intẽdimus ad hoc,vt permutemus eam cũ eo, quod eſt ei contrarium tantum.Hoc eſt vltimum,quod dedit ex canonibus in curatione vnius generis ægritudinum, & eſt genus nominatum,malitia complexionis. Com.105.

Continuitas autem, quando dirumpitur, tunc inuentio in medicatione eius eſt continuitas : & non eſt poßibile,vt ſit illud in membris officialibus. In membris vero ſimilium partium non eſt impoßibile ſemper hoc, ſed poßibile eſt in quibuſdam eorum : cuius exemplum eſt, quia in membris carnoſis ſanatio huius ægritudinis eſt conglutinatio. H

Non eſt poſsibile,vt cõtinuetur illud,quod dirumpitur ex membris officialibus, niſi quando ipſa ſunt compoſita ex membris ſimilium partium.Dirumpũtur ergo membra in eis diuerſarum ſubſtãtiarum, quorum vnumquodq; indiget medicinis,quæ ſunt alię à medicinis,quibus indiget aliud.Et multa iſtorum membrorum ſimiliũ partium impoſsibile eſt ſolidari,& ſunt illa,quorum generatio eſt ex ſpermate,ſicut os,& neruus:verum poſsibile eſt,vt continuentur per rem aliquam,quæ continuat quaſdam partes eorum cum quibuſdã,ſicut eſt aldebuduch, ideſt porus. Membra autem carnoſa poſsibile eſt,vt continuentur,qm̃ generatio eorum eſt ex ſanguine,& ſanguinis intentio eſt remanens in corpore. Et exurgit hic quæſtio,quę eſt,quare ſit,ꝙ multæ ex plantis,quando ſit,ꝙ ex eis abſcinduntur rami,naſcuntur loco eius alij rami:& in multis ex animalibus,quando abſcindıtur ex eis mẽbrum,aliud naſcitur loco eius,ſicut cauda ſerpentum,& ſtellionis:in homine vero, & quod perfectum eſt ex animalibus,non eſt poſsibile illud. Perſcrutatio autem de hac quæſtione eſt phyſica,& non eſt lucrum de ea medicis in perſcrutatione,nec in aliquo curationis infirmorum,nec in aliqua re conſeruationis ſanorum:et nos abbreuiamus Com.106

Propter [illegible] rami in [illegible] tis abſc[illegible] regñentu[illegible] & ſimilit[illegible] cauda in [illegible] buſdã aia[illegible]

A uiamus responsionem de ea, vt non desideret aliquis scientiam illius. Dico ergo, ꝙ plantæ quidem materia sunt elementa, præcipue terra, & aqua, & est ei iuncta, & radices eius ex ea semper trahunt nutrimentum. Quia autem in animalibus nascuntur membra, illud est propter duas res: vna earum est, ꝙ illa membra sunt superflua, quibus natura fecit ea bona, sicut cauda. Et hæc superfluitas est ex superfluitate nutrimenti eorum, & non est ex materia mēbrorum eius radicalium, secundum similitudinem eius, secundum quod currit dispositio in pennis, & pilis, & cornibus, & vngulis, quoniam earum generatio est secundum viam accidētis, sicut dicit Galenus in libro suo. Et quędam eorum generātur ex superfluitatibus, quæ aggregant in corporibus suis, & igniuntur, & crescit in eis caliditas temperata, exiens à caliditate corporis, & generat ex eis natura membra loco membrorum, quæ ceciderunt, sicut accidit, vt nascantur dentes senibus, qui sunt in fine, & denigrantur pili eorum. Ex membris autem hominum & animalium completorum sunt, quorum generatio est ex spermate: &, quando ista dirumpuntur, non est possibilis eorum reductio propter inuentionem materiæ post siccitatem eorum, propterea, quia sperma, ex quo generata sunt, finitum est totum in eis, & non remansit ex eo aliquid. Et ex eis sunt, quorum generatio est ex sanguine. Quando ergo ista dirumpuntur, possibilis est earum reductio propter inuentionem materiæ, ex qua generantur. Reditus autem dentium infantium in natiuitate post casum eorum est, quia materia, ex qua generātur dentes primi, est superflua debilis: generantur ergo ex ea in primis dentes debiles. Cum ergo confortatur natura, vilipendit eos, & proijcit eos, & facit nasci illos, qui sunt meliores eis.

Mēbra aīaliū pfectoꝝ abscisa non regnant. Cur dētes ī īfantiū regenerentur.

B *Et non est differentia inter hoc, ut dicam conglutinationem, aut consolidationem.*

Com. 107. Scilicet illa duo nomina synonyma, significantia continuationem eius, quod diruptum est.

Ante consolidationem partium, quando vulnus est magnum, est aggregatio partium, quæ dirupta sunt: et illud est ex genere æquationis formæ.

Cōm. 108. Scilicet, anteq̄ consolidetur membrum separatum, indiget vulnus, quando est magnum, vt aggregentur partes eius diruptæ in primis, & ęquentur secundum figuram suam primam: & hoc est intrans in capitulum æquationis figuræ membri, & est ex genere curationis ægritudinum formæ.

Et, vt firmentur illæ partes, super aggregationem indigent ligamento, quod partes coniungit diruptas, & plumaceolis duplatis, quorum figura & situs exigunt illud, & suturis.

Com. 109. Ligamento quidem indiget, vt conseruet figurā eorum secundum illud, secundum quod sunt aggregatę: & plumaceolis quidem duplatis, vt sit possibile, vt impellant partes diruptas, & stringant eas, vt per eos sit possibile ligamento conseruare partes, quas aggregasti: suturis vero, vt retineantur partes adinuicem.

C *Et natura quidem est, quæ conglutinat partes, quæ sunt diruptæ, & reducit eas ad illud, secundum quod fuerunt ex continuatione. Operatio autem, quam efficit medicus, alia est, sicut dixi, vt aggreget partes, quæ diruptæ sunt, & complicet eas adinuicem. Et alia est, quæ conseruat eas super aggregationem earum. Et tertia est, vt caueat, ne cadat inter labia vulneris aliquid. Et quarta est, vt conseruet substantiam membri secundū sanitatē suam.*

Com. 110. Vult hic per naturam, virtutem regentem corpus. Et ars medicinæ non recipit in operationibus suis, nisi hanc virtutem: & seruit ei medicus ita, ꝙ præparat ei materias, & causas, quibus efficit operatiōes suas in corpore: & melior operatio medicinæ est, quæ surgit cum ministratione sua, secundum ꝙ oportet. Et Gal. numerat hic in curatione solutionis continuitatis simplicis, factę in carne, quatuor canones. Quorum vnus est aggregatio partium, quæ sunt dirupte, & complicatio earum adinuicem, donec figura earum similis fiat figuræ suæ naturali: & hoc quidem fit cum tensione & æquatione. Et secundus est illud, quod conseruat figuram, quam coæquauit, & æquauit, donec remaneat super aggregationem suam: & hoc fit cum sutura, & positione plumaceolorum duplicatorum, & ligamentorum. Et tertius est, vt caueatur, ne cadat inter labia vulneris aliquid, prohibens naturam, vt continuet carnem diruptam adinuicem. Et quartus est, vt conseruetur substantia membri secundum sanitatem suam, s. vt cō seruetur complexio eius naturalis cum medicinis, & cibis, quorum complexio complexioni eius est similis: & addatur super eam parum in exiccatione.

Quatuor canōes sol. ɔtinuitatis in carne.

D *Et iam ostendi, quomodo operatio prima et secunda fiat. Operatio quidem tertia fit in hora, in qua aggregantur partes diruptæ, quando non dimittitur, vt cadat aliquid deforis inter eas: quod est, quia, quando cadit in eo, quod est inter partes diruptas, de quibus vis, vt consolides eas, pilus, aut oleum, aut aliud ex humiditatibus, prohibet illas partes continuari. In eo autem, quod est post, conseruatio cum hac intentione tertia est, quando ingeniatur vulneri, vt, quod aggregatur in eo, currat ex inferiori. Et oportet, vt sit aut per additionē in apertione orificij vulneris, donec amplificetur: aut ita, vt ponatur vulneri orificium aliud inferius, & cum figura conueniente ad illud. Substantia vero membri conseruatur secundum sanitatem suam medicinis, quæ exiccant exiccatione æquali. Hæc est ergo curatio solutionis continuitatis, quando est in membro carnoso, deinde est sola, & non est cum ea aliud.*

Com. 111. Iste sermo manifestus est. Et illud, qnod indiget ex eo expositione, est, ꝙ vulnus, quando est magnum, indiget, vt conseruet medicus in hora, qua fuit ipsum, & sustentet ipsum, & liget illud, & caueat, ne cadat in eo, quod est inter partes eius, aliquid, quod prohibeat à consolidatione earum. Quandoq; enim generatur in eo virus & sorditięs, quæ indigent, vt fiat eis orificium, ex quo currat totum, quod aggregatur in eo ex veneno & sorditie. Et hoc orificium aut est inferius apertum, donec currat illud, quod aggregatur in eo: quod est, vt dimittatur ex labijs vulneris, quod fiat orificium, vt currat ex eo & egrediatur, quod aggregatur ex eo in illo: Aut vt fit orificium vulneris superius, & figuretur membrum figura, qua fiet orificium vulneris inferius, donec currat ex eo, quod aggrega-

tur in ipso. Et per sermonem suum, Sed substantia membri conseruetur secundum sanitatem suã cũ medicinis, quæ exiccant exiccatione æquali. vult ipsum locum vulneris ex illo membro. Et oportet, vt sint medicinæ exiccantes complexionis æqualis complexioni membri, & addas super eam in siccatione per quantitatem principij primi gradus ex gradu exiccationis. Quòd si membrum fuerit siccum in primo gradu, tunc oportet, vt sit medicina exiccans in principio secundi gradus. Et per sermonem suum, Et hæc est curatio solutionis continuitatis, quã est in membro carnoso, dum est sola, & non est cum ea aliud. vult, vt vulnus sit simplex, s. non perierit ex membro aliquid plus, q̃ solutio continuitatis tantum. Si autem perijt caro, aut aliud, componitur vlcus, & indiget intentionibus alijs, quas omnes dicam in eo, quod futurum est. E Medicinæ exiccantes debẽt excedere mẽbrũ exiccãdũ.

Cum ergo componitur cum ægritudine alia, sunt intentiones, quæ significant eius curationem, plures: & dicam eas in eo, quod erit post, quando dicemus ægritudines compositionis.

Significat, ꝙ vulnus quandoq; est simplex, & est illud, in quo dirumpuntur partes carnis tantum. Quãdoq; est compositum, & compositio eius est multa, & diuersa: quod est, quia quandoq; perit ex carne aliquid, aut accidit cum eo fractura in osse, aut inciditur neruus, aut contusio, aut aliud: & quandoq; componitur ex duabus harum rerum, aut ex tribus, aut ex quatuor. Et promittit, ꝙ docebit curationem eius dando canones curationis eius, quãdo componitur. Com. 112. Vulneris cõpositio multiplex.

Nunc autem veniamus ad reliquas species solutionis continuitatis.

Vult, vt doceat in primis canones curationis solutionis continuitatis cuiusq; membri, quando est simplex, nec est cum ea aliud, donec, quando cessauerit ab illa, redeat, & ostendat canones curationis solutionis continuitatis simplicis singularis in carne: & ipse consequitur illud cum curatione solutionis continuitatis ossis, & dicit. F Com. 113.

Dico ergo, quòd fractura est solutio continuitatis ossis, & non sanatur per viam intentionis primæ, sed sanatur per viam intentionis secundæ. Et intentio quidem prima est consolidatio: & non est possibile, vt sit consolidatio in osse, propter eius duritiam. Et intentio secunda est ligatio partium ossis, quod iam fractum est: & possibile est, ut sit illa ligatio per porum, qui nascitur super locum fracturæ ossis, & resoluitur super ipsum, donec ligatum est.

Intentio quidem prima est illud, quod dixit in consolidatione carnis, quãdo cadit in ea vulnus simplex. Et ipse quidem iam dixit in eo, quod præterijt, ꝙ carnis partes cõtinuantur: & ostendit, ꝙ illud est propter generationem carnis ex sanguine. Et dicit, ꝙ os & reliqua membra, quorũ generatio est ex spermate, non consolidantur: & ostendit, ꝙ illud est propter priuationem materiæ, ex qua generantur. Et ipse in hoc sermone dicit, ꝙ ossis partes non continuantur & non consolidantur propter duritiem suam. Dat ergo ingenium aliud, quo fit necessarium, & est, ꝙ, quando humidum est os, sicut ossa infantium, tunc possibile est, vt continuentur partes ossis. Et, quando nõ est possibile, vt continuentur partes ossis, tunc necessaria est in eis alia intentio, & est, vt extendantur & æquentur secundum suam figuram primam, & ligentur. Cum ergo facit in eo medicus illud, tunc generat natura regitiua corporis in circuitu fracturæ porum, quo ligantur partes ossis diruptæ, & resoluitur super ipsum, & stringit ipsum ab omni parte, donec sit super ipsum naturale ligamentum. Com. 114. Mẽbra spermatica non consolidantur &c. G

Et generatio illius pori est communis generationi aliorum in hoc, quod est ex præsentia materiæ, & ex operatione naturæ, uerũtamen, quia eius substãtia fit propinqua substãtiæ ossis, est generatio eius ex nutrimẽto ossis.

Hoc est antecedens eius, quod vult docere ex opatione medici, scilicet ꝙ, quando generatur porus ex nutrimento ossis, tunc oportet, vt det medicus infirmo cibos conuenientes nutrimento ossis: & os quidem nutritur ex sanguine grosso, & spisso. Com. 115.

Os autem molle in puero possibile est consolidari.

Possibilis est consolidatio ossis in corporibus puerorum propter duas res, vna est remanentia virtutis spermatis, ex quo generatur os: & secunda est mollities ossis. Com. 116.

Et raro fit hæc ægritudo, ita quòd non sit cum ea ægritudo alia ab ea: quod est, quia, quando frangitur os, tunc musculi, qui sunt in circuitu eius, & reliqua corpora, quæ continuantur cum eo, patiuntur cum eo. Sunt ergo curationis ægritudinis duæ intentiones, vna earum sumitur ex osse: et altera sumitur ex corporibus, quæ sunt in circuitu eius. Et ego dicam has intentiones, cum dicemus solutionem continuitatis compositam, factam in membris carnosis: nunc vero oportet, vt loquamur in fracturis. H

Iste sermo intellectus est, nec indiget plus, q̃ vt consideretur tantum: narrat enim in eo illud, quod accidit secundum plurimum ex attritione carnis, & contusione musculorum, & reliquas ex speciebus algahan, idest conquassationis, accidentibus cum fractura ossis. Com. 117.

Dico ergo, quòd, cum restauratio ossis non fiat nisi per porum, et in generatione illius pori sit necessarium nutrimentum ossis, tunc oportet, vt inueniat natura superfluitatem illius nutrimenti, ex qua generet porum.

Silicet, vt addat medicus in cibo infirmi, & consideret ipsum, donec infirmus digerat ipsum, secundum ꝙ oportet. Cibi autem, qui cõueniunt ossi fracto, sunt, ex quibus generatur sanguis grossus, & spissus, sicut assatura & frumentum coctum in aqua, almutdacaltata, & ea, quæ fiunt ex farina tritici, & totum, quod generat, quando digeritur, sanguinem grossum & spissum. Com. 118. Cibi conu. ossi fracto.

Et oportet, vt sit illa superfluitas æqualis in quantitate sua, & sua qualitate.

Vult Gal. per superfluitatem, additionem cibi, quam addit medicus in cibo infirmi: & hæc superfluitas non est nisi superfluitas addita super nutrimentum ossis, quando peruenit digestio cibi in stomacho, & in hepate, & in venis. Ex cibis enim, quando non digeruntur, generantur superfluitates malæ, quæ non conueniunt in aliquo, quo fiat iuuamentum in causa sanitatis. Propter illud indiget medicus, vt det ex cibis illud, cuius quantitas sit parua, & Com. 119.

A sit virtus eius in nutrimento corporis multa, sicut assaturæ, & triticũ coctum: & consideret egestionem, & vrinam, vt sciat ex eis dispositionem digestionis: & quandoq; addat, & minuat: & quandoq; componat cum cibis aliquid, cum quo digerantur excoquibilia, & taguebil, i. cõfortetur digestio, sicut cinnamomum, & piper, & zingiber, & miriptia, i. salsa, & vinum, secundum ꝙ exigit dispositio præsens.

Et similiter oportet, vt cibes habentem fracturam, ex cibis, qui ponunt sanguinem, qui currit ad os in quantitate sua, & qualitate sua, secundum quòd conuenit, vt generetur ex eo porus. Et, quando ille sanguis currit ex locis raris ossis, oportet, vt consideretur ipsius quantitas, & eius qualitas, & secundum illud inclinetur cibus ad siccitatem, aut humiditatem. Et exponam illud, et ostendam ipsum ostensione plurima in libro de ingenio sanitatis.

Com. 120. De cibis, q pueniũt generatiõi pori.

Cibus, ex quo generatur sanguis, qui conuenit in quantitate & qualitate sua ad hoc, vt generetur porus, est quidem ex pane, qui est de simila, decenter & recenter factus, & sorbitiones factæ de tritico, & ex candaruso. Ex animalibus vero, vt caro porcina: si vero non comeditur, fiat loco eius caro vituli lactantis, qui iam præparatur, vt comedat, deinde caro hirci annualis & duorum dentium. Et ex auibus caro gallinæ. Ex potibus vero vinum rubeum grossum. Et ex speciebus decoctionis tunc, secundum quòd præmisimus eius narrationem, ex speciebus assaturarum, & est triticum coctum in aqua, & aliundacata, & agenudebeb, & algaycar. Et tu quidem potes scire vnumquéq; horum ciborum ex libris æditis in virtutibus ciborum, & in libris æditis, qui sunt in acceptione eorum, qui nominantur libri decoctionis. Cum ergo tu iam administras infirmo hos cibos, tunc considera superfluitates eorum in egestione & vrina, & in eo, quod testificatur dispositio membri infirmi. Si igitur vides ipsum decliuem ad siccitatem, humecta ipsum: &, si vides ipsum decliuem ad humiditatem, adde in eo, quod exiccet ipsum. Et iam quidem perscrutatus est exquisite sermo in cognitione esse eius, quod est à digestione in stomacho, & in hepate, & in venis, in regimine sanitatis, & iam præmissi sunt canones illius in eo, quod præterijt de hoc libro. Et cognitio esse eius, quod est ex illo libro in membro fracto, est per studium & testimonium, scilicet per visum. Quandoq; enim embrocas ipsum cum aqua calida, & inungis ipsum cum oleo, aut ponis super ipsum emplastrum, quando vides ipsum siccius, quàm oportet: & quandoq; ponis super ipsum medicinas exiccatiuas, quando vides ipsum humidius, quàm oportet. Cursus autem sanguinis ex locis clausis ossis indiget, vt aperiantur ista loca in fluxibilitate sanguinis. Apertio quidem eorum fit cum eo, quod diximus ex embrocatione cum aqua calida, & absterfione, & frictione leui, sed fluxibilitas sanguinis fit ex bonitate digestionis, per illud enim fit ęqualitas eius in qualitate sua, & quantitate. Hoc est ergo vltimum, quod dedit, ex canonibus in restauratione ossis, quãdo eius fractura est sola, &, quod est in circuitu eius ex ossibus, est saluum.

C *Solutio autem continuitatis factæ in neruo & cordis, propter superfluitatem sensus horum membrorum, & propter continuitatem eorum cum cerebro, attrahit spasmum velociter, & præcipue quando non resoluuntur superfluitates, quæ sunt in ea ad exteriora: & illud fit, quando constringitur scissura cutis. Et propter hoc oportet, vt aperiatur hæc scissura, & exiccetur vlcus cum medicina, cuius substantia sit subtilis ita, vt sit possibile, vt submergatur, & perueniat ad profundum, donec perueniat ad neruum, quem consecuta est scissura. Et iam narraui illud narratione completa in libro de ingenio sanitatis.*

Com. 121. De triplici neruorũ significatiõe.

Nomen nerui in sermone medicorum cadit super tres significationes. Vna earum est neruus natus ex cerebro & nucha, & est ille, quo fit sensus & motus. Et secunda est ligamenta, quæ ligant iuncturas, & mẽbra ligata cum ossibus. Et tertia est chorda: & chorda est nascens ex musculo: quod est, quia musculus est compositus ex carne simplici, & neruis contextis & intrantibus in eo. Cum ergo peruenitur ad vltimum eius, redit neruus, & generatur ex eo chorda. Et Gal. quidem intellexit in hoc sermone neruum nascentem ex cerebro & nucha, & chordas generatas ex eo tantum, sine ligamentis. Cum ergo cadit in istis membris vulnus, est dolor eorum vehemens valde propter superfluitatem sensus eorum, & continuitatem eorum cum cerebro: multoties enim attrahit vehementia doloris eorum, spasmum. Quòd si adiungatur ad vehementiam doloris eorum, prohibitio resolutionis veneni, & sorditiei generatæ in vulnere, additur super illud dolor, & fit spasmus maior. Si ergo non fit festinatio cum eo, quod oportet, in curatione horum membrorum, ratione horum membrorum perducit ad mortem velocem. Et Galenus dat canones in curatione eorum membrorum, quãdo soluitur cõtinuitas eorũ, & dicit, Oportet in primis, vt
D aperiatur scissura, & dilatetur, donec currat ex ea virus, & egrediatur sorditiei: deinde medica vlcus cum medicina desiccante ipsum cum æqualitate. Et oportet, vt sit ei virtus calefaciens, vt resoluat ex eo illud, quod aggregatur in ipso: quod est, quia medicinæ omnes frigidę nocent neruis nocumento primordiali. Deinde oportet, vt sit harum medicinarũ substantia, quæ calefaciunt mẽbrũ cũ æqualitate, & exiccãt ipsum plus æquali, subtilis, vt submergat, & perueniat ad profundũ. Nerui. n. sunt positi natura in profundo, vt, quicquid est super eos, cooperiat eos, & defendat eos à nocumẽtis extrinsecis. Et medicinę, quæ calefaciunt cũ æqualitate, & exiccant ipsum plus æqualitate, & sunt cũ illo subtilis substantiæ, sunt genera lactis extracta ab arboribus, & gũmi, & olea subtilia, qbus inuoluit mẽbrũ. Genera vero lactis, & gũmi, sunt hæc, sicut alimbat, i. terebinthina, & opopanacũ, & euphorbiũ, & serapinum. Olea vero subtilia sunt, sicut oleum de cherua, & oleum antiquum, & sermone absoluto reliqua gummi, & olea, quibus est caliditas tepida, & exiccatio, & est eis subtilitas in substantia, & de proprietatibus eorum est, vt perueniant, & submergantur, & penetrent ad membra interiora, quando fiunt ex eis emplastra, & emplastrantur ex eis loca infirma, aut inijciuntur in vlcere. Dicit ergo Galenus tria vulnera simplicia, vnum eorum est vlnus, quod est in carne simplex: & secundum est fractura ossis, quando id, quod est in circuitu eius, est saluum: & tertiũ vulnera nerui simplicia, sicut puncturæ nerui cum acu, aut cultello subtili. Et ostendit canonem in curatione cuiusq; horum vlcerum triũ simplicium, & innuit ad hoc, quòd ipse iam determinauit illud determinatione vltima, in libro

Medicię cõuenientes neruis & chordis vulneratis.

in libro suo de ingenio sanitatis. Deinde ipse continuauit hunc sermonem cum datione canonis in curatione solutionis continuitatis compositæ. E

Cum ergo solutio continuitatis est composita, tunc primum, quod componitur cum vlcere, est concauitas. Et putauerunt quidam, quòd illud non est ægritudo alia, nisi vlcus, & quia ipsa non est nisi aliqua specierum eius. Verum concauitas non est aliqua species vlceris, sed est genus aliud ægritudinis, in quo perditur ex substantia membri aliquid. Et, hæc ægritudo cum sit composita ex duabus ægritudinibus, necesse est, vt sit eius curatio composita ex duabus intentionibus: quod est, quia solutio continuitatis indiget consolidatione: & perditio eius, quod perditum est de substantia membri, indiget generatione & restauratione.

Sermo iste est intellectus. Ostendit enim in eo Gal. quòd, quando cum vlcere est perditio partis carnis, aut alterius, donec sit ei profunditas, non est vlcus simplex, sed vlcus compositum ex duabus rebus, quarum vna est solutio cōtinuitatis membri, & altera, perditio partis membri. Quare oportet, vt restauretur, quod sit loco partis perditę, deinde consolidetur solutio. Com.122.

Et iam narrauimus paulo ante intentiones generationis carnis.

Intentiones in generatione substantiæ perditæ ex vlcere, est conseruatio membri super illud, secundū quod est natura: & dare medicinas, in quibus est abstersio veneni, & sorditiei, aut secundum semitam emplastrādi, aut cum emplastris, aut cum lycinijs, aut cū iniectionibus: & dare cibos, & potus, ex quibus generatur sanguis, qui sit bona materia, conueniens, ex qua generet natura cambium substantiæ perditæ ex vlcere. Com.123. F

Et ipsa res significat tibi, quòd non conuenit tibi, nisi vt intendas in primis ad hanc ægritudinem, scilicet diminutionem, deinde coneris ad consolidationem solutionis continuitatis. Veruntamen, quando impletur locus ille concauus, & æquatur superficies cutis, accidit, vt destruatur vna duarum intentionum: quod est, quia caro, quæ generatur in vlcere, quando fit in eo, quod est inter duo labia eius, aliquid, non est possibile, vt consolidentur illæ partes, quæ fuerant solutæ, adinuicem.

Per sermonem suū, Et ipsa res significat tibi. vult, quoniam ipsum vlcus, in quo est profunditas, s. ex quo perdita est pars membri, significat tibi, quòd tu indiges in primis, vt compleas diminutionem. Cum ergo compleueris eam, conare, vt continues illud, quod diruptum est ex partibus membri. Et res, quæ complet diminutionem, est manifesta, quia fit in eo, quod est inter duo labia vlceris, quare prohibet aggregari labia vlceris. Quapropter est necessaria in consideratione solutionis partium vlceris via alia, quæ est præter aggregationem partium, & vnitionem earum, in intentione, & suitione, & ipsarum sustentatione cum plumaceolis duplicatis, & strictura earum cū ligamento conueniente ad aggregationem partium diruptarum. Com.124.

Et oportet, ut ingenies intentionem ad sanationem partium. Et inuentio illius intentionis est ex re naturali, quā oportet fieri in membro: & iam fuit membrum in natura sua, quando fuit coopertum cute: oportet ergo, vt facias illud in eo. Quòd si hæc intentio non est possibilis, vt compleatur, tunc oprotet, vt faciamus rem similem cuti: & oportet, vt ingenietur superficies carnis illius, vt fiat similis cuti: & non fit ita, nisi quando exiccatur, & induratur. Et propter illud indigent vlcera, quæ iam completa sunt carne, donec consolidentur, medicinis, quæ exiccant et constringunt absq; mordicatione. G

Postquam ostendit ante hoc, quia, quando nascitur in profunditate vlceris caro, donec implet profunditatem eius totam, iam prohibet hæc caro nata à consolidatione labia vlceris, docet in hoc sermone, quia oportet, vt nascatur super hanc carnem cutis, quæ cooperiat eam, secundum quòd fuit in primis membro natura: & natiuitas cutis nō est possibilis. Oportet ergo, vt siccetur superficies huius carnis, & īduretur, donec fiat in essentia cutis loco eius. Et medicinæ quidē, quæ exiccant hanc carnem, & indurant eam, sunt illæ, quæ exiccant, & constringunt absq; mordicatione, sicut pelliculę granatorum, & cortices eorum, & calx abluta, & lithargyrium, & scoria argenti, & alcedico, aut simplicia, aut composita, & reliqua, quæ currunt hoc cursu, scilicet, quæ exiccant, & constringunt membrum carnis, donec fiat illud simile cuti. Com.125. Medicīæ cicatrizātes.

Et similiter, si generetur in vlcere sordities, tunc oportet, vt sit intentio tua abstersio illius sorditiei: & medicina afferens sanitatem, tunc est medicina abstersiua. H

Occultauit enim Gal. in hoc sermone illud, quod voluit dicere & docere, occultatione vehementi: quod est, quia in profundo vlceris generatur quandoq; sordities, scilicet putredo, & virus, ex causis multis, Quarum vna est ex superfluitate nutrimenti membri: & secunda est ex malitia regiminis infirmi, quando permiscet in cibis & potibus: & tertia est ex errore medici, quando ponit super vlcus medicinam inconuenientem. Et, quando generatur in vlcere sordities, prohibet naturam ab hoc, vt faciat nasci in eo carnem loco eius, quod perditum est ex ea. Gal. ergo præcepit tibi, vt ponas in vlcere medicinā, quæ abstergat illam sorditiem, donec præparetur naturæ, vt faciat nasci carnem. Si autem medicina, quam tu ponis in vlcere, est vehementis abstersionis, scilicet vt abstergat plus, quàm oportet, addit in profunditatem vlceris, & prohibet natiuitatem carnis in eo: &, si est paucæ abstersionis, seu vt abstergat minus, quàm oportet, remanet residuum ex sorditie, quod prohibet natiuitatem carnis. Et propter illud oportet, vt consideretur vlcus, & attendatur natura in eo, & mundificetur aut cum lana, aut cū cotto, & scias causam prohibentē natiuitatē carnis in eo, & destruas eam, & ponas super ipsum ex medicinis abstergentibus, quę conseruant complexionem membri, & abstergunt illud, quod generatur in eo de sorditie, cum quantitate sufficiente absq; additione, & sine diminutione. Com.126. Multis ex cāis gñatur putredo & vir⁹ in vlcerib⁹. Qual' dēat eē medicīa abstersiua.

Et iam dixi medicinas, quæ abstergunt, in libris, quibus posui esse medicinarum.

Ex libris,

Com. 127. A Ex libris,in quibus narrauit esse medicinarum,est liber eius in medicinis simplicibus: & liber eius,qui nominatur cata geni:& liber eius,qui nominatur aliuchomir : & liber eius in medicinis inuẽtis in omni loco:& liber eius in confectionibus:& liber eius in virtutibus ciborum:& liber eius in bonitate chymi,& malitia eius : & liber eius in regimine subtiliatiuo:& canones curationis vlceris, in tractatibus primi libri,qui nominatur ingenium sanitatis:& tractatus secundus libri sui, qui nominatur ad Glauconem. Et ego exemplificabo tibi medicinas abstergentes,& illas,quæ faciunt nasci carnem. Dico ergo,quòd sunt,sicut thus,& aristolochia,& orobus,& rhesina,i.gummi pini,& pix.Et sunt istæ medicinæ multæ inuentionis, ex quibus componuntur emplastra,& pulueres,& alia, quæ ponuntur super vlcera. Et,postquam dedit Galenus canones natiuitatis carnis in profundo vlceris,ex quo perdita est pars carnis:& canonem abstersionis eius, quod apparet de carne,nata cum natura carnis,narrat,qualiter componuntur omnia vlcera,& dicit.

De quibusdã medicis abstergẽtibus& faciẽtibus nasci carnẽ.

Et similiter, si cum vlcere est apostema calidum,aut durum,molle,aut cassatio,tunc oportet,ut intendas in primis ad curationem horum accidentium per vias,quas narrabo.Similiter &,si effunditur ad vlcus humiditas,tunc oportet,vt cures illud cum eo,quod est conueniens ad abscindendum illud,quod currit & attrahitur.Et similiter,si est complexio membri,in quo est vlcus,iam corrupta,tunc oportet,vt inuenias in primis cum medicinis,quæ rectificant corruptionem complexionis eius.

Com.128. B Multoties effunditur ad locum vlceris materia,& generatur ex eo apostema. Si ergo materia effusa aut attracta est sanguis,aut humor cholericus,generatur ex ea apostema calidum. Si autem est melancholia,vel phlegma,quæ sunt caseata,generatur apostema durum.Et,si est phlegma subtile,generatur ex eo apostema molle.Et fortasse accidit cum vlcere cassatio,aut excoriatio,aut concussio,aut attritio & fractura:aut multoties effunditur,aut attrahitur ad vlcus humiditas subtilis venenosa:& fortasse mutatur complexio membri. Quæcunq; ergo res accidunt ex istis,faciunt vlcus compositum ex ea & ex ipso vlcere. Et Gal. quidem præcipit tibi, vt incipias ante curationem vlceris cum curatione cuiusq; horum,quod accidit cum vlcere,propterea,quòd istę res necant naturam membri, & prohibent eam à generatione carnis,& cosolidatione solutionis continuitatis:& multæ ex eis faciunt vlcus malum,fraudulentum, difficilis sanationis, sicut corruptio complexionis membri. Hæc.n.ægritudo,qñ componit cum vlcere, facit ipsum vlcus malum,fętulentũ,& fraudulentũ,& similiter virus:& fortasis effunditur ad ipsum cholera nigra,& fit vlcus cancerosum. Et canon cõmunis in ægritudinibus compositis est, vt consideres timorositatem earũ,& quæ est vehementioris ex eis periculi,& quæ non sanatur,donec sanetur,quæ est ante eam : tunc ergo incipe cum ea,quæ est magis timorosa.Exemplum illius est in vlceribus cancerosis,vt euacues corpus ex cholera nigra, & mundifices ipsum, & ponas super ipsum vlcus,quod refrigeret, rectificet, & siccet absq; mordicatione, sicut emplastrum factum ex thutia abluta.Et,si membri complexio iam corrupta est, & videmus incisionem eius iam fieri debere,properamus cum incisione eius ex loco saluo,& proijcimus ipsum cum toto membro corruptæ complexionis: & fortasis indigemus in quibusdam vlceribus cauterio cum igne. Et melior est medicorum,qui potest curare vlcera mala,fraudulenta,corrodentia,cum medicinis,quas ponit,& faciunt illud,quod facit incisio cum ferro, aut cauterium cum igne : in hoc enim apparet prudentis medici operatio super imprudentem.Et propter illud dicit Gal.medicinas in istis vlceribus,& tacuit de incisione eorum cum ferro,& cauterizatione eorum cum igne.

Canõ ĩ ęgritudinib9 cõpositis.

Melior medicorũ qs. C

Et iam sufficit in capitulo illud,quod narrauimus.

Com. 129. Significat per capitulum hic, capitulum curationis vlcerum compositorum. Ipse enim dicit in eo sermonem communem,& est,vt incipias in curatione eorum ab eo,sine præcesione sanationis cuius in primis imposibilis est eorum sanatio.

Et oportet,vt veniamus iam ad aliud genus ægritudinis,& est ægritudo, quæ est in forma.Et hoc genus diuiditur in species multas,verũtamen oportet,vt incipias à manifestiore earum,& illa est mutatio figuræ.

Com.130. Postquam cessauit à doctrina canonum curationis solutionis continuitatis,redit ad illud,quod est postremum eius ex rememoratione canonum curationis ægritudinum compositionis membrorum:& sunt quatuor genera, forma,quantitas,numerus,positio.Et incepit à genere ægritudinum formæ:& species eius sunt ægritudo,quæ fit in figura:& ægritudo,quæ fit in gibbositate:& ægritudo,quæ fit in concauitate,sicut oppilatio,asperitas,lenitas. Et incepit cum ægritudinibus huius ab ea,quæ est manifestior apud sensum,& est mutatio figuræ.

Quatuor genera ægrit. cõpõnis. D

Dico ergo,quòd,cum corpus est permanens in augmento, posibile est,vt rectificetur figura plurium membrorum eius:quando vero completur corpus,non est posibile,vt rectificetur figura membrorum eius.

Com. 131. Augmentum autem est extensio membrorũ & augmentum eorum. Dum ergo permanent membra ita,quòd extenduntur & crescunt,tunc corpus est in augmento. Et diuersificatur in hoc,quod est, quia augmentũ est plus in pubertate,quàm sit in ætate illius,qui sequitur pubertatem:& augmẽtum in istis est plus,quàm in illis,qui sunt maioris ętatis:& augmentum in illis,qui sunt maioris ætatis,est plus,quàm sit in adolescentibus : & apud postremum adolescentiæ stat extensio membrorum,& augmentum eorum.Et,quando plus puer est minoris ætatis,stat augmentum eius plus : &,quando plus est maioris ætatis, est augmentum eius minus. Et nos iam diximus in eo, quod pręterijt,quòd posibile est,vt os restauretur in pueritia,propter duas res,quarũ prima est propinquitas temporis cum generatione, propter remanentiam virtutis spermatis in membris : & altera propter lenitatem osis in pueritia.In alijs vero non est posibile,vt restauretur,propter duas res,vna est longitudo temporis à generatione, propter consumptionem virtutis spermatis ex membris generatis ex spermate : & secunda est propter duritiem ipsius osis. Et plurimum figura membrorum est secundum figuram osis. Nam,si os est æquale secundum rem naturalẽ,

Augmentũ qd sit,& ĩ q ętate pl9 vel minus fiat.

Figura mẽbro. sequit figurã osis

naturalem,fit figura membri æqualis,quoniam os ſtat in membro officiali loco fundamenti,ſuper quod fabricatur. Ergo diſpoſitio in figuris membrorum eſt ſecundum diſpoſitionem in figuris oſsium deferentium ea. Nam, ſi eſt poſsibile in oſſe, vt æquetur figura eius, donec æquetur, poſsibile eſt ſimile illius in membro:&,ſi non eſt poſsibile illud in oſſe,non eſt poſsibile, vt ſit illud in membro.Iam ergo declaratum eſt per illud, quod diximus, ꝙ figuras membrorum poſsibile eſt rectificari in corporibus, quæ ſunt in augmento: & non eſt poſsibile eorum rectificatio in corporibus,quæ tranſeunt augmentum. Et,quanto eſt plus corpus creſcens, eſt rectificatio figurarum membrorum eius poſsibilior,& propinquioris acceptionis,q̃ illud,quod eſt poſt. E

Figuræ mẽbro. facili⁹ reſtaurantῖ ij, q̃ ſunt in augmẽto.

Et oportet, vt ſit intentio tua in membris,in quibus eorum rectificatio eſt poſsibilis reducere ea à parte,ad quam torta fuerunt,ad diuerſum eius.

Com.132. Membra figurarum,quorum rectificatio eſt poſsibilis,ſunt illa,quæ ſunt in augmento. Iſta enim membra nõ tenduntur ad diuerſitatem partis,ad quam torta ſunt,& æquatur eorum tortuoſitas,& ſuſtentantur cum plumaceolis aut tabellis,& bene ligantur,& embrocantur in hora ſolutionis eorum cum aqua calida,& inungũtur cum aliquo oleo calido.Et,quando aſsiduatur illud ſuper ea,rectificantur eorum figuræ tortæ.

Et,quando eſt corruptio figuræ manuum et pedum propter fracturam,quæ non fuit æquata & reſtaurata,ſecũdum quòd oportuit,deinde os,quod fractum fuit,reſtauratũ eſt reſtauratione firma,tũc oportet, vt dimittas ipſum, & non facias ei contrarietatem.Et,ſi reſtauratio eius non eſt firma,& ſtricta, vel fortis,tunc oportet, vt frangas ipſum denuo,deinde æqua ipſum,poſtea ingenia, vt naſcatur in eo porus,& reſtauretur cum eo. F

Com.133. Iſte ſermo eſt communis in omnibus membris,in quibus frangitur os,figuræ nanq; eorum mutantur per fractionem oſsis.Et Gal.quidem caſtigat te in eis,vt conſideres.Nam,ſi membrum iam fractum æquatum eſt,& iam rectificatum, & reſtauratum, ſecundum ꝙ oportet, tunc eſt illud,quod præſcitum eſt:&,ſi non eſt iam rectificatum,tunc conſidera.Nam,ſi inuenis ipſum non reſtauratum reſtauratione firma,ſed reſtauratum eſt reſtauratione non firma,tunc itera fracturam eius,& æqua ipſum,& rectifica illud,& liga illud, & fac in eo illud,quod faceres in ipſo, ſi eſſet hora fracturæ, donec reſtauretur, & firmetur eius reſtauratio ſecundum figuram conuenientem.Et,ſi inuenis ipſum iam reſtauratum ſecundum tortuoſitatem,& firmata eſt eius reſtauratio, tunc dimitte illud ſecundum diſpoſitionem ſuam,& non facies opus nouum,quando corpus iam pertranſijt augmentum. Et,ſi corpus eſt in augmento,tunc conare æquationem figuræ membri ipſius totius,ſi eſt tortum in ſua forma, ſecundum quòd narro tibi, præter quòd facias contrarietatem fracturæ oſsis, cuius reſtauratio iam firmata eſt. Et ego narro tibi rem,quam teſtificatus ſum. Vidi ſenem 70 annorum,cuius ancha fracta fuit,& reſtaurata ſecũdum tortuoſitatem reſtauratione firma. Poſtquam ergo vidi eum, præcepi ei,vt embrocaret cum aqua calida,& poneret ſuper ipſam,quod leniret eam,vt alleuaretur groſsities & durities,quæ erat in loco fracturæ. Fecit ergo illud, & ambulauit ſuper pedes ſuos ambulatione debili ſecũdum claudicationem. Et iſte quidem ſenex fuit multi cenſus: quare non placuit ſibi ambulatio eius. Vocauit ergo vnum reſtauratorem, & interrogauit eum,ſi eſſet ei euaſio à claudicatione. Aeſtimauit ergo ille reſtaurator,quòd rectificaret eum,poſtquã frangeretur ancha eius denuo,deinde reſtauraret eã. Et conuenit cum eo ſuper 50 aureos. Poſtea ſenex miſit ad me, vt faceret ſcire me illud,quod fuerat inter ipſum & reſtauratorem. Dixi ergo ei. Tu es vir multi cenſus,& non remanet ex vita tua,in quo expendas cenſum tuum,& non eſt tibi neceſſarium,vt fias curſor,& ambules via longinqua:ſis ergo contentus in claudicatione tua,& nõ decipiat te ſermo huius reſtauratoris: & receſsi ab eo. Et venit poſt me reſtaurator, & ſtrinxit in ancha eius funes conſtrictorio forti, & ſtrinxit eum, & contuſa fuit eius coxa. Fuit ergo illud cauſa mortis ſuæ feſtinæ,antequã compleretur pars operis reſtauratoris. Et oportet,vt ſcias,quòd os quandoq; frangitur latitudinaliter,& longitudinaliter, & tranſuerſe, & rotunde. Et quandoq; cadit ſuper ipſum aliquid,quod contundit ipſum, ſeu frangit ipſum faciendo fruſta in ipſo. Et cogitatio tua cuiuſq; horum eſt per tactum cum manu, & per conſiderationem cum oculo,& ſtudium in operatione.

Quidam volẽs reſtaurare, iterfecit reſtaurãdũ.

G

Et oppilatio etiam eſt ex hoc genere ægritudinum.

Com.134. Dicit,ꝙ oppilatio eſt vna ex ſpeciebus generis ægritudinum,factarum in forma.

Et,quando oppilatio eſt ex ſuperfluitate groſſa uiſcoſa,tunc intẽtio in medicatione eius eſt intentio una,cõtraria ipſi ægritudini,et eſt apertio.Et cauſæ attrahentes ſanitatem in ea ſunt medicinæ,quæ abſtergunt & incidunt. H

Com.135. Superfluitas groſſa & viſcoſa inuiſcatur, & conculcatur in meatibus & concauitatibus, & oppilat eos, & conculcat illud,quod currit in eis:& propter illud eſt intentio apertio meatuum. Et apertio meatuum ex ſuperfluitate groſſa & viſcoſa eſt cum medicinis,quæ incidunt ſuperfluitatis groſsitudinem,& ſubtiliant eam,qua re deſtruitur eius viſcoſitas. Et eſt neceſſarium, vt ſit in eis ſuperfluitas abſterſionis,vt abſtergant illud,quod conculcatum eſt ex ea in meatu.Et intende ſermonem Gal.Superfluitate groſſa viſcoſa.nam ſuperfluitas in vnoquoq; membro rum concauorum generata,eſt propinqua naturæ inſtrumenti eius:quod eſt,quia ſuperfluitas in vnoquoq; membrorum eſt illud,quod ſupereſt à nutrimento eius.Et propter hoc ſit oppilatio in neruis,faciens paralyſim difficilis ſanationis, propterea,quòd nutrimentum nerui eſt propinquum naturæ eius, ſcilicet humor groſſus viſcoſus: ergo ſuperfluitas eius ſecundum hanc ratiocinationem eſt deterior eo in groſsitudine & viſcoſitate.Et aqua deſcẽdens in oculum eius eſt huiuſmodi:quod eſt, quia oppilatio in pupilla ſeu in foramine vueæ eſt,quę prohibet ſpiritum viſibilem,ſicut prohibet oppilatio in neruo ſpiritum animalem à penetratione, vt moueat membra,& faciat ea ſentire. Et nos quidem permutamus eam,cum cadat à pupilla,ad inferiora vueæ, & remouetur oppilatio. Cum ergo peruenit ad inferiora vueæ,figitur in ea,& adhæret cum ea,& reſoluitur ſecundum dies.Oppilatio autem in neruo indiget digeſtione ſuperfluitatis,ex qua generatur,& ſubtiliatione eius,& ipſius euacuatione,& abſterſione eius.

Superfluitas ĩ mẽbris gñata ꝓ naturæ eorũ ſimilatur.

Cura cataractę.

Et,ſi

A *Et, si oppilatio est ex stercore duro, quod fixum est in loco intestini, tunc intentio prima in medicatione istius stercoris est lenificatio duritiei illius stercoris cum clysteri humido & pingui: & intentio secũda est euacuatio eius cum clysteri acuto.*

Com. 136. Cãę colicę, & ei⁹ cura. Colica est oppilatio in intestino. Et ipsa quidem fit ex stercore duro, quod iam adhęsit in cõcauitate intestini. Et fit ex phlegmate viscoso, quod innascitur in intestino, & lædit per duas res, s. per frigus suum, & per hoc, quia oppilatio est in intestino. Et fit ex ventositate grossa, inflante, cuius penetratio est difficilis, quare extendit intestinũ. Et fit ex apate. Et fit ex humore cholerico, qui inuiscaẗ in tunicis intestini, & mordicat ipsum, quare facit ipsum dolere, & prohibet ad ipsum currere egestionem ẜm consuetudinem suã. Et intentio cuiusq; eorũ in curatione sumpta est ex eo. Et Gal. quidem ponit vnius eorum exẽplum, vt fit ita & super illud in curatione eius, quod accidit ex reliquis. Et sermo eius est intellectus, quod est, quia curatio stercoris duri fixi in intestino est lenificatio duritiei eius cum clysteri humido pingui: tunc, qñ lenitur & humectatur, euacuatur cũ clysteri acuto. Ergo curatio phlegmatis vitrei, grossi, viscosi est calefactio eius, & ipsius incisio: & destructio viscositatis est cũ clysteri acuto, in quo sunt medicinæ calidæ, subtiles, abstergentes: deinde euacuatio eius cum clysteri acuto. Et ẜm hoc exẽplum curatur ventositas grossa inflatiua cum eo, quod carminat eã, & resoluit ipsam, & extrahit ipsam ab inferiori. Et curatur cholera cum eo, quod facit eam descendere, & extrahit eam. Et curatio apostematis est intrans in medicationem apostematum interiorum: & ipse dicet eam in eo, quod futurum est.

B *Et, si oppilatio est propter lapidẽ in vesica, tunc intentio in curatione eius festinanter est remotio lapidis à meatu, qui est oppilatus: sanatio vero fit per sectionem, & extractionem lapidis.*

Com. 137. Lapis gñaẗ m̃tis locis, & cura eius in vesica & renibus. Dixit Gal. Ex curatione lapidis gñati in vesica grauius est, quod est, vt sit signans super illud, qđ est ante ipsum: quod est, qa lapis gñatur in multis locis corporis, verũtamen generatio eius in vesica est manifestior, & in renibus sim̃r: & in alijs locis est occultior, & raræ inuentionis. Et nos qdem curamus lapidem generatum in vesica & in renibus, cũ medicinis, quę frangunt lapidem, & faciunt ipsum harenam, sicut vitrum cõbustum, & lapis iudaicus, & cinis scorpionis, & lapis natus in spongia, & semina prouocantia vrinã, & reliqua, quæ sunt his similia. Et nõ est in omni membro nobis posẽ remouere lapidẽ ab orificio meatus, neq; secare locum, & extrahere lapidem ex eo. Exemplum illius sunt renes: nõ est. n. ad mouendum lapidem ab orificio meatus ingeniũ cum instrumento, quod intromittamus in eis, neq; ad secãdum renes. Verũtamen lapis generatus in renibus est minor & subtilior, q̃ lapis gñatus in vesica: & forma eius est gñaẗr rotũda: & currit cũ vrina p hoc, ꝙ natura expellit ipsum, qñ adiuuamus eam cũ medicinis: & nõ est studiũ eius cũ vesica, sicut studiũ eius cũ renibus. Et ꝓpter hoc indiget vesica in multis horis remotione lapidis ab orificio meatus: aut ita, vt inclinemus infirmũ, & eleuemus pedes eius sursum, & concutiamus ipsum, donec recedat lapis ab orificio meatus: aut p introitũ instrumẽti, noĩati † alcatar, hoc. n. instrumẽtum ĩpellit lapidẽ ad orificio meatus, & currit vrina ex foramine, quod est in eo, qa remouenẗ difficultates vrinæ, factæ ab oppilatione, qua lapis oppilauit meatũ.

Lapis, q̃ generaẗ ĩ reni b⁹, minor, q̃ q ĩ vesica

† a. alkaratu

C Hipp. ꝓhibuit sectionẽ ad extrahẽdũ lapidẽ

Sectionẽ aũt loci, & extractionẽ lapidis ꝓhibet Hip. aut q̃m hoc opus nõ erat assuetũ aut scitum in tpe suo: aut vt faceret nos scire, qa non cõuenit nobis, vt conemur, quod nescimus, ex festino tpe cum ferro: aut q̃m apud eũ erant medicinæ, & modus alius curationis, quẽ nesciuit aliquis, quo contentus erat à sectione lapidis. Et iam firmauerunt sectionẽ à lapide oẽs, q ædiderunt librũ in operatione cum ferro. Et, si tu qñq; instructus fueris opere anatomiæ, nõ indigebis, vt addiscas aliquid operationis cũ ferro ab alio à te, imo tu eris magis audens & prudentior oĩ, qui ædidit in illo librum. Et propter illud abstinuit Gal. ab instructione operis cum ferro in libro hoc, cũ sit illud, quod narrauit in opere anatomiæ, sufficiens, quãuis iam promiserit, ꝙ faceret illud: sed nos non videmus illud.

Et, quando aggregatur humiditas in loco membrorum, deinde illa humiditas est egrediens à natura, tunc curatio eius est extractio eius totius, sicut sanies, quæ coarctatur in pectore.

Com. 138. Eũo saniei fit diuersimode. Istud iterum est modus oppilationis. Sanies enim quando currit & peruenit ad concauitatem alicuius mẽbrorum, prouenit oppilatio in illa concauitate. Et curatio eius est euacuare ipsam totam aut cum medicinis, aut cum apertione, aut cum cauterio per ignem, in quo est intentio exiccare saniem & finire eam. Et sanies quidẽ, quæ aggregatur in pectore, plurimũ euacuaẗ p tussim: & oportet, vt medicinæ dentur infirmo alleuantes sputũ, sicut hyssopus sicca, & prassiũ, & capilli veneris, & ficus, & hydromel, & calamẽthum, & reliqua, quæ sunt sĩlia illis.

D *Repletionis autem superfluæ medicatio est euacuatio æqualis, sicut sanguinis multi aggregati in venis.*

Com. 139. Eũo superflua qñ fieri possit, & qñ nõ. Cum sit canon cõmunis in curatione ægritudinum medicatio contrarij per cõtrarium, sequitur, vt sit curatio repletionis superfluæ euacuatio superflua. Verum euacuationem superfluam non tolerat virtus multoties, aut q̃m ipsa est grauata ita, ꝙ iam debilitatur: aut propter superfluitatem frigoris temporis presentis, aut propter superfluitatem caloris eius, aut propter ætatẽ infantiæ, aut propter ætatem senectutis, aut q̃m corpus est debilis virtutis, aut causa alia, aut tristitia, aut raritas, aut timor, aut aliud. Cum ergo inuenimus in corpore repletionem superfluam, & virtus est fortis, tolerans, euacuamus illud corpus euacuatione superflua aut per phlebotomiã quarundã venarum, aut per medicinam solutiuam, aut per sudorem & exercitium superfluum. Quòd si virtus eius est debilis, nõ tolerans, euacuamus corpus paulatim, omni die partem, vsquequo destruatur repletio superflua. Et, cum Gal. docuit in hoc libro illud, quod intelligit discipulus, & perfectus medicus in arte, præcepit in curatione repletionis superfluæ euacuationem fieri ęqualem: hæc. n. euacuatio confert in repletione superflua, & non nocet corporibus debilibus nocumento magno. Facit ergo scire modum curationis conuenientem omnibus corporibus, donec nõ erret aliquis ex eis, quibus non est studium. Et attrahit super quædam corpora nocumentum magnũ per euacuationem superfluam: qnod est, quia magis conueniens, & maiorem cautelam faciens est euacuatio æqualis. Et sanguis, q in venis est, nõ est purus, sed sunt oẽs humores, sup quos vincit sanguinis natura: & melior euacuatio in hac

Eũo ęquaẗ ẽ ꝯueniens oib⁹ corporibus.

specie ægritudinis est phlebotomia. Quod si non tolerat eam ætas,& virtus,& tempus,tunc ventosæ,& scarificationes sunt meliores super calcaneos.Si vero non tolerat illud,tunc minoratio cibi & potus,& assiduatio sudoris, & motus,cum aere balnei,& cum frictione est melior.

E

Cũ ñ pt fieri phõmia, quid fac.

Et similiter etiã,quando aggregatur in stomacho,aut intestino,aut in cannali pulmonis,aut in pulmone,sanies, aut sanguis,tunc necesse est ipsum totum euacuare.

Com. 140.

Eius autem,quod aggregatur in ventre,aut in intestino,euacuatio est cum medicinis,quæ abstergunt,& leniũt naturam,sicut hydromel,& aqua ficuum,& cum cibis abluentibus,sicut † simila hordei,& aqua eius.Eius autem, quod aggregatur in cannali pulmonis,aut in pulmone,euacuatio est cum medicinis,quæ faciunt euenire tussim, & alleuant sputũ.Et oportet,vt consideres illud,quod aggregaẽ in instrumentis pectoris. Et,si est subtile,nõ ascendens cum tussi,ingrossa illud cũ medicinis,quæ faciunt illud grossum,viscosum,& illud ingrossant,sicut amydũ, & decoctio sebeste,& semen papaueris.Et si est grossum,viscosum,& non tolerat ipsum aer exterior cũ tussi,subtilia ipsum,& incide ipsum,si inueneris,cum oxymelle scillitico,& secaniabin,& medicinis,quæ incidunt,& subtiliant,& faciunt facile sputum.

† al. farina.

Curatio ei⁹, qđ aggregatur in istru. pectoris.

Et,quando in ventre est superfluitas cibi & potus,cuius tempus non elongatur,tunc medicatio eius est euacuatio partis ipsius.

F

Com.141.

Quando in stomacho est cibus & potus,cuius tempus non elongatur,ex multitudine cuius consequitur,vt debilitetur à cõprehensione super ipsum,& decoctione eius,tunc medicatio eius est,vt euacuetur pars eius per vomitum,qñ non est longinquum tempus eius,donec stomachus sit tolerans residuum eius.

Et,quando superfluitas est in pulmone,uel in pectore,tunc euacuatio eius est per tussim cũ medicinis subtilibus.

Com.142.

Iam diximus exempla harum medicinarum in eo,quod præterijt.

Et,quando superfluitas est in hepate,aut in venis,aut in renibus,tunc euacuatio eius est aut per vrinam,aut per solutionem ventris.Et euacuatio eius per vrinam fit cum medicinis,quæ subtiliant subtiliatione forti.Et euacuatio eius per solutionem ventris fit cum medicinis,quæ attrahunt,& aperiunt.

Com.143.

Ex hepate vero poẽe est euacuare superfluitatum per vrinam,& per solutionẽ ventris simul ẽm terminum vnũ. Et siẽr est dispositio in venis,nam euacuatio superfluitatis eius est poẽis per vrinam,& per solutionẽ ventris. Ex renibus vero superfluitatis euacuatio per vrinam est magis poẽis,q̃ fit per solutionẽ ventris. Et Gal.quidẽ iam narrauit medicinas prouocantes vrinam canone cõi,& est,vt sint medicinæ,quæ subtiliant subtiliatione forti,sicut semen apij,& præcipue syluestris,& semen asparagi, & reliqua semina,& medicinæ,quæ prouocant vrinam cum virtute.Et narrauit ẽt medicinas solutiuas ex canone cõi,& est,ꝙ sint medicinæ,quæ attrahunt superfluitatẽ interius,& aperiunt meatus.Et Gal.quidem docet in tractatu quinto de medicinis simplicibus,ꝙ non est via ad cognitionem medicinarum solutiuarum per ratiocinationem,sed ipsæ sciuntur per experimentum, sicut scammonea, & pulpa colocynthidis,& agaricus,& polypodium,& turbith.

Med.sol.solo exp. cognoscunt.

Et,quando superfluitas est in stomacho, tunc euacuatio eius est per vomitum:& ,quando est in intestinis,tunc euacuatio eius est per solutionem ventris.

G

Iste sermo est intellectus.

Et,quando superfluitas est sub cute,tunc euacuatio eius est per apertionem , & per cauterium, aut per medicinas comburentes.

Com. 144.

Intelligit per hanc superfluitatem,illud,quod aggregatur de sanie & putredine in apostematibus,quæ putrefiunt.Et ipse dicit,ꝙ euacuatio huius saniei fit tribus modis,aut per apertionem loci, & euacuationẽ saniei ex eo: aut per cauterizationem eius cũ igne,vt finiat ignis saniem,& exiccet,quod remanet ex ea:aut per medicinas comburentes,& sunt illæ,quæ nominantur cauterizantes,sicut calx non abluta,& arsenicum citrinum,& rubeum,& sal armoniacum,& quæ currunt hoc cursu ex medicinis comburentibus.

Com . 145. Eũo saniei apa. tribus mo.fit.

Et,quando euacuatur etiam superfluitas,quæ est in concauitate naturali,hac uia,sicut illud,quod fit,quando aggregatur in pectore sanies.

Per hanc viam innuit cauterium per ignem,aut per medicinas comburentes,& cauterizantes. Nos enim cauterizamus pectus,aut ponimus super ipsum medicinas cauterizãtes,& euacuamus,quod aggregatur in eo de sanie. Et nos quidem non facimus illud,nisi post mundificationem corporis,donec non attrahatur ad pectus , & trahatur ad ipsum à corpore materia alia,quæ alteretur,& fiat sanies similis primæ.

Com. 146. Cauterizatio pectoris

H

Et vniuersaliter , quando est in aliquo membrorum corporis res retenta , & est genus illius rei egrediens à natura,tunc intentio in sanatione ex ea,est euacuatio eius.Si autem non est poßibile illud,quod complet hanc intentionem,tunc intentio secunda in sanatione ex ea,est permutatio eius.

Iste est canon cõmunis cõprehendens omnem superfluitatem egredientẽ à natura,siue sit illa superfluitas oppilatio in meatu,aut sanies aggregata,aut repletio,aut aliud. Nam curatio eius melior , est extractio eius à corpore, sicut euacuatio eius per medicinam solutiuam,aut per vrinam,aut per phlebotomiam,aut per apertionẽ,aut per sputum,aut per vomitum , aut per gargarismum,aut per sanithi,i.qñ fricantur gingiuæ cum corticibus vel alijs rebus,aut per emunctionem,aut per sternutationem.Quòd si non est poßibilis extractio eius à corpore,tunc curatio eius,est permutatio ipsius à loco,in quo est,ad locum alium,in quo fit nocumentum eius securius,& propinquioris acceptionis,q̃ nocumentum eius in primo membro.

Com. 147.

Etiam,quando rei coarctatæ in membro non est genus à natura egrediens,sed quantitas eius, tunc intentio eius in medicatione,est euacuatio partis eius.

Superfluitas

Com.148. Tres modi ſupfluitatũ

Superfluitas eſt tribus modis, Vna earũ eſt ſuperfluitas lędẽs qualitate ſua: ſi qualitas eius tm̃ eſt egrediẽs à natura, ſicut, ſanguis qñ caleſit, & facit febrem ephemerã, tunc intentio in medicatione eius eſt reducere ipſum ad cõplexionem ſuam. Et ſecunda, eſt ſuperfluitas lędens q̃titate ſua & qualitate ſimul, & hoc genus eſt egrediẽs à natura, ſicut ſanies, quæ generatur & aggregatur in quibuſdam membris, & eſt ſpecies oppilationis: intentio ergo in

A

hac eſt extrahere eam totam à corpore. Et tertia eſt ſuperfluitas lædens quantitate ſua tantum: ſi quantitas eius tantum eſt egrediens à natura, & qualitas eius eſt conueniẽs, tunc intentio eſt in hac extractio partis eius, ſeu extractio q̃titatis eius additæ tantum, Sicut ſi homo comedit cibum conueniẽtem, verũtñ multitudo eius peruenit ad hoc, ꝙ ſtomachus non poteſt continere ipſum, & coquere ipſum: & ſicut eſt repletio facta in venis: nam intẽtio in iſtis duobus eſt extractio vtriuſq; partis: Cibi quidem partis eſt extractio per vomitum: & partis repletionis in venis eſt extractio per phlebotomiam.

Et inuentionis cauſarum ſanationis pars ex ipſa ægritudine, & plurimum eius ex membro eſt, in quo eſt ægritudo.

Com.149. Cognitio cãrũ ſanitatis ſumpta eſt à natura ęgritudinis

Cauſæ ſanationis ſunt res, quibus medicatur, ſicut cibi, & medicinę, & curatio cum manu, & regimine. Et Gal. docet in hoc ſermone, ꝙ cognitio, quę eſt neceſſaria ex illis cauſis, eſt ſumpta à natura ægritudinis: nam, quãdo tu cognoſcis ægritudinem, quæ eſt, ſcis per hanc cognitionem cauſas ſanantes eam, & ſunt contrariæ naturales. Hoc eſt ergo capitulum primum cognitionis cauſarum ſanantium, & poſt ipſum ſunt capitula maiora eo: quod eſt, qa ſciẽtia Gal. in eo eſt, qa eſt minus capitulũ capitulorũ medicinæ, & magis iuuatiuũ, ſicut oſtẽdit in libro ſuo de ingenio ſanitatis. Et pp illud dixit hoc, ꝙ pars cognitionis iſtarũ cauſarũ eſt ex ipſa ægritudine, & plurimũ eius eſt ex

B

mẽbro infirmo, ſed ex mẽbro infirmo ſcitur illud, quod eſt neceſſarium ex cauſis ſanantibus ægritudinem, multo plus, q̃ ſit cognitio cauſarum ex ſcientia ægritudinis. Ergo cognitio cauſarum ſanantium ex membro infirmo eſt maius capitulum ex capitulis medicinę, & ſublimius eis in curatione ægritudinis: quod eſt, quia natura mẽbri

Natura mẽbri ſignificat id, qđ ẽ neceſſãriũ ex medic.

ſignificat illud, quod eſt neceſſarium ex medicinis & curõne. Et ſimiliter eſt diſpoſitio membri in principatu ſuo, & vtilitate ſua, & loco ſuo, & diſpoſitione contrarietatis eius ad aliud, & an ſit ei meatus, & alia. Iam. n. oſtẽſum eſt in eo, quod præterijt, ꝙ ex oppilatione cognoſcitur ſignificatio: quod eſt, quia oportet, vt aperiãtur meatus in eo, in quo eſt, & eradicetur oppilatio tota. Hæc eſt ergo ſignificatio ſumpta ex ægritudine ipſa, ẜm ꝙ ſit iuuamẽtum per ipſam in curatione eius. Et non eſt hęc ſignificatio res vna & eadem in omni oppilatione, ſed ſit diuerſa diuerſitate multa ẜm diuerſitatem membrorum: Cuius exemplum eſt, quia poſsibile eſt, vt in veſica intromittatur alchatatir, & ſecetur, & egrediatur ex ea lapis, qui eſt oppilatio in ea. Et in pupilla poſsibile eſt, vt remoueatur aqua, quæ aggregatur in ea. Et in inteſtino poſsibile eſt, vt clyſterizetur cum eo, quod remouet ab eo oppilationem. Et poſsibile eſt in pectore, vt detur in potu habenti ipſum, quod alleuat ſputũ. Et venę, poſsibile eſt, vt euacuentur p phlebotomiam, aut per medicinam ſolutiuam, aut per medicinam prouocantem vrinam. Et oppilatio, quæ eſt

C

in neruo, indiget eo, quod ſubtiliat ipſum, & abſtergit, & euacuat ſuperfluitatẽ nerui. Et ẜm hoc exemplũ indiget vnũquodq; membrorũ eo, quod eſt aliud ab eo, quo indiget aliud. Et propter illud ſermo eorũ, qui vtuntur ingenio, quia ſufficit in curatione ægritudinis vnius, ſignificatio ſumpta ex natura eius, falſus eſt.

Et, quodcunq; membrum egreditur à natura ſua per hoc, quòd exaſperatur, tunc oportet, vt ingenietur in reductione lenitatis ſuæ ſuper ipſum. Et illud ſit in oſſe quidem cum frictione: & in cannali quidem pulmonis, & lingua, per humiditatem viſcoſam, cui non eſt mordicatio.

Com.150. De cura aſpitatis diuerſoꝝ mẽbrorum.

Iſta ſunt exempla curationis aſperitatis egredientis à natura, vt eatur ſuper eam in reliquis membris. In oſſe quidem quando accidit aſperitas, ſicut accidit multoties linguæ, lenimus eam cum frictione cum meſeigith, i. cũ corticibus nucum, & alijs. Quãdo vero accidit in palpebris, tunc lenimus eam per frictionem cum ſaccharo, aut ſpatmeli, nominato hyécincium. Quando vero accidit in cannali pulmonis, tunc lenimus eam cum coagulo vueæ, ideſt cum medulla vuarum paſſarum, vel cum lacte recẽter mulſo, & cum decoctione ficuum, & cũ oleo amygdalino. Quando vero accidit in lingua, vel ore, ſicut accidit in quibuſdam ægritudinibus acutis, vel febribus, tunc lenimus eam cum mucilagine ſeminis cydoniorũ, & ſaccharo etneboth, i. candi, cum iulep, & cum aqua hordei, & cum aqua granati dulcis. Iam ergo apparet, ꝙ diuerſitas curationis aſperitatis mẽbrorum eſt capitulum magnum in mutatione ſpeciei rerum, quibus medicatur.

D

Et, quodcunq; membrorum egreditur à natura ſua per hoc, quòd ſit lenius, q̃; oportet, tũc oportet, vt ingenietur in reductione aſperitatis eius naturalis. Et illud quidem ſit in quibuſdam membris cum medicinis, quæ abſtergunt abſterſione forti: & in quibuſdam eorum cum frictione parua.

Com.151. De cura lenificatiõis mẽbrorũ.

Intentio in curatione aſperitatis iam fuit intentio vna, & eſt lenificatio: & diuerſificatur ſecũdum diuerſitatem membrorum. Et ſimiliter eſt intentio in curatione lenificationis vna, & eſt exaſperatio: verũtamen diuerſificãtur ſecundum diuerſitates membrorum. Quædam. n. membra, quando leniuntur, indigent in reditione ſuæ aſperitatis naturalis, medicinis, quæ abſtergũt abſterſione forti, vt abluatur humiditas viſcoſa, quæ leniuit membrum, aut ſordities aggregata in ſuperficie membri: ſicut exaſperatur matrix lenificata, cum lana, in qua ponitur humiditas cum baurach. Et quandoq; indigent medicinis abſtergentibus cum virtute, vt mordicent ea, & faciant in eis euenire aſperitatem, ſicut ſit, quando miſcemus cum hydromelle piper tritum: & ſicut facimus in dando ſecaniabin fortis acetoſitatis. Et qñq; accidit in vlceribus, vt detegantur quidem oſſa, & ſiant leniora, q̃ oportet. Fricamus ergo ea cum panno lineo, aut exaſperamus ea cum re alia, vt ſuſpendatur cum eis caro, quæ naſcitur in eis.

Et, quando eſt oppilatio aut conſtrictio ſequens ægritudines alias, tunc oportet, vt intendatur in primis intentio medicationis illarum ægritudinum.

Significat

Significat ergo Gal. in hoc sermone, ꝙ medicatio diuersificatur:& qñq; accidit ægritudo ab ægritudine alia, & sanatur secunda, sanatione primæ. Com. 152. E

Et iam ostendimus in tractatu, in quo narrauimus species ægritudinum, quòd oppilatio & strictura consequũtur multoties apostemata calida, & dura, & mollia, & siccitatem superfluam, & figuras molles, quæ accidunt in membris, quæ currunt in illis meatibus, quæ oppilantur aut constringuntur in eis.

Iste tractatus est primus liber de morbis & accidentibus, & apostema est ægritudo composita ex malitia complexionis, & ex quantitate, & figura. Et quandoq; fit ab eo ægritudo, nominata oppilatio, qñ apostema fit in quibusdam concauitatibus meatuum, & similiter verrucę. Et quandoq; fit ab eis strictura, quando apostema est ad latus membri, in quo est meatus, & coarctat ipsum, donec constringitur eius meatus. Et siccitas superflua est ex egritudinibus malitię complexionis, & accidit ex ea oppilatio aut constrictio. Quando in membro accidit hęc egritudo, in quo est meatus, tunc contrahit ipsum aut exiccat humiditatem currentem in meatibus eius, & stat, & non currit. Et figuræ malæ sunt, & accidit ab eis oppilatio aut constrictio, quando mutatur figura membri, donec inuoluatur, aut torqueatur. Com.153.

Et, quando componuntur istæ res adinuicem, sunt species significationis secundum illud, quod medicantur, multæ diuersæ.

Hæc est conclusio totius eius, quod exposuit in hoc, ꝙ significatio sumpta ex natura ægritudinis est debilis & despecta per comparationem significationis sumptę ex natura membri:& residuum eius est intellectum, quod tẽpore numerauit in illo. Manifestum est igitur per illud, quod dixit, quia oportet, vt ponas speciem in omni ęgritudine composita ex speciebus diuersis. Nam, si ægritudo est composita, aut fit ab ægritudine alia, & est cum ea illa ægritudo timorosa, donec cogaris præmittere partem curationis, & postponere partem eius, tunc est medicatio pluris compositionis. Et melior medicorum est, cuius æstimatio artificialis in hoc est propinquior veritati. Et nõ præparatur illud, nisi cum multitudine studij in operatione huius artis, & bonitate scientiæ pręcedentis per ingenium sanitatis, i. microtechni, & reliqua, quę sunt necessaria in arte medicinę. Et propter illud oportet, vt medicus sit rememorans, formationis bonę, velocis solertię, sani intellectus, & bonæ visionis. Com. 154. F Melior medicorum.

Et sufficit nunc nobis, vt narremus rem vnam, quam ponamus exemplum, quo significetur id, quod est præter illud, & loquemur in toto illo, sermone latiore, in libro de ingenio sanitatis. Pone ergo, quòd trahatur ad aliquod mẽbrorum sanguis multus, donec tendantur venæ, quæ sunt in eo, accidit ex eo tensio in venis magnis, & in venis paruis, quæ erant prius occultæ à sensu, deinde fit, quòd apparent propter repletionem earum, sicut videmus illas venas apparere in oculis multoties, quas tegebat albedo. Et fortasse etiam venæ aliæ strictiores illis venis tenduntur causa repletionis earum, & non apparent propter constrictionem earum. Et, quando illud est, fortasse resudat ex venis aliquid, & effunditur ad loca vacua, quæ sunt inter partes membrorum, & fit, quòd currit ad ea res parua, & euacuatur. G

Exposuit Gal. in hoc sermone qualitatem generationis apostematis, s. qualiter generatur apostema in corpore. Docet ergo per illud speciem significationis sumptæ ex apostemate secundum generationem suam: deinde ostendit, qualiter fiat hęc significatio diuersa per diuersitatem membrorum. Fit ergo totũ, quod ipse dixit in hac dictione, existens exemplum, de quo ipse æstimat, ꝙ sufficit ei in significatione super illud, quod necessarium est in medicatione. Iste ergo sermo est principium partium exempli. Et apostema quidem generatur in mẽbro ẽm hunc modum: Quãdo accidit malitia complexionis in quibusdam membris: aut impellitur ad ea superfluitas ex membro fortiore eis, & quando non potest hoc membrum expellere eam à se ipso, stat superfluitas in eo, & fit ex illa apostema in membro:& via generationis eius est, vt attrahatur ad membrum sanguis. Si ergo non est in sanguine ex humoribus aliquis, vincẽs magis, apostema generatur sanguineum, & est, quod nominatur phlegmõ. Et, si magis est vincens cholera rubea super sanguinem, generatur ex ea apostema, quod nominatur Erysipila. Et, si est magis vincens humor melancholicus, generatur ex eo apostema durũ. Et, si est magis vincens phlegma, generatur ex eo apostema molle, & vocatur zinia. Et, si est vincens ex eo cholera nigra, adusta, vehementis adustionis, etiam generatur ex ea cancer. Et, si est sanguis grossus, phlegmaticus, inflammatus, vehementis adustionis, generatur ex eo apostema, quod nominatur carbo, & carbũculus, & est illud, quod appellatur antrax ostraceum, aut testeum. Et secundũ hoc exemplum diuersificantur naturæ apostematum:& pustularum etiam, quæ in cute apparẽt, est dispositio hęc. Deinde, si, quando sanguis trahitur ad membrum, implentur ex eo venæ magnę, & venæ paruæ, donec perueniatur ad minores paruas venas, quæ sunt in eo, tunc, quando venæ fiunt plenę, resudat ex poris earum ad illud, quod est in circuitu earum, ex locis vacuis, quod implet etiam illa loca vacua, quæ sunt inter partes membri: tunc fit ex aggregatione illius apostema. Si ergo accidat, vt prohibeatur eius expiratio, accidit inde vna duarum rerum, aut vt infrigidetur: aut vt igniatur, & putrefiat, & aggreget saniem. Et curationis eius sunt duæ viæ, vna earum est generationis prohibitio, & illud fit ante complementum eius generationis:& altera est digestio eius post complementum generationis. Et Gal. quidem memoratur in primis viæ, qua præparatur prohibitio generationis eius, donec non aggregetur sanies, & non accidat ab eo apostema aliud, sicut febris sequens collectionem saniei in apostemate magno, & dicit. Com.155. Quõ generatur apa. H Com.156.

Dico ergo, quòd huius ægritudinis curationis intentio non est, nisi euacuatio. Et melius & manifestius est, vt dicam euacuationem partis eius, quæ est in membro, quoniã hæc ægritudo non accidit, nisi propterea, quoniam membrum est repletum repletione superflua.

Iam dixit in eo, quod præterijt, quòd canon in medicatione repletionis superfluæ est euacuatio æqualis:& nos

A nos ostendimus causam huiusmodi sermonis. Propter illud ergo dixit in hoc sermone, Euacuationem partis eius, quod est collectum in membro.

Euacuatio illius superfluitatis sanguinis fit necessario, aut ita, vt redeat retro: aut ita, vt currat ex mēbro, in quo est ægritudo. Et reditio eius retro, fit, aut ita, vt impellatur: aut ita, vt attrahatur: aut ita, vt currat per duas res ex istis, quas narrauimus, aut per eas omnes.

Com.157. Declarauit Gal. per hunc sermonem, quod euacuatio partis eius, quod collectum est ex sanguine in membro firmato, fit per duas res, quarum vna est, vt reducatur, donec redeat ad illud, quod est post ipsum: & altera est, vt euacuetur ex mēbro ipso, sicut sunt, si perforetur mēbrum apostemosum ipsum. Deinde dicit reditionē sanguinis ad illud, quod est post ipsum, & dicit, quod redit ita, vt impellatur ad posteriora: aut ita, vt attrahatur: aut ita, vt currat paulatim: aut per duas ex istis tribus, aut per res eas omnes. Et manifestum est, quod impulsio fit per confortationem mēbri cum medicinis apocrusticis: & quod attractio fit aut per ventosas, aut per medicinas attractiuas, aut per phlebotomiam ex latere diuerso.

Et euacuatio eius ex membro, in quo est ægritudo, alia est, quæ fit per viam manifestam sensibilē: & alia est, quæ fit ita, quòd subtiliatur, donec fiat vapor.

Com.158. Postq̄ dixit vnam duarum rerum, quibus euacuatur illud, quod collectum est in membro, & est id, per quod re B dit sanguis retro, vel ad posteriora sua, dicit etiam in hoc sermone illud, per quod euacuatur sanguis ex ipso loco leso, & dicit, quod illud fit duabus rebus, Quarum vna est apparens manifesta, sicut carraxatio, & apertio, & phlebotomia: & altera est occulta, insensibilis, sicut operatio medicinarum, quæ subtiliāt sanguinem, donec fiat vapor, qui resoluitur ex poris membri. Iam.n. docuit, quæ fit natura apostematis, & accepit ex ea significationem super hoc, quod oportet, vt euacuetur illud, quod collectum est in membro per duas res tātum, Vna earum est, vt sanguis redeat ad posteriora sui: & altera est ita, vt euacuetur ex ipso mēbro. Et per illud declarat post hoc, qualiter diuersificatur hæc significatio s̄m medicationem propter repletionem, & dicit.

Veruntamen, quando totum corpus repletum est, tunc nō oportet, vt euacues superfluitatem ex membro, in quo est ægritudo: Quod est, quia, si tu coneris, vt perfores ipsum, donec egrediantur superfluitates ex ipso, et euacues ipsum euacuatione manifesta sensibili, accidet in ipso per illud dolor, & attrahetur causa illius doloris ad ipsum materia plus. Et, si tu coneris resoluere illā superfluitatem cū medicinis calefaciētibus, attrahetur ad ipsum per caliditatem ipsarum medicinarum plus, q̄ sit illud, quod resoluitur ex eo. Et, si coneris etiam, vt cogas illam rem, quæ currit ad membrum, vt redeat, non recipiet illud corpus propter repletionem suam. Propter istas ergo duas res simul oportet, vt euacuetur corpus totum, deinde attrahatur illud, quod ex eo currit ad membrum, ad loca contraria ei. Cum C *ergo feceris illud, tunc conare in primis, vt impellas ex illo membro superfluitatem retentam in eo: deinde conare post illud eā resoluere, n. ā euacuatio eius tunc obediet tibi cū facilitate, quoniā est tunc cū meatibus latioribus.*

Com.159. Nota de cura apatis. Docet in hoc sermone Galenus, qualiter diuersificetur modus curationis secundum significationem. Et ex illo est, quia tardatur curatio ægritudinis, donec compleatur curatio eius, quod est ante ipsam. Et ostendit illud per viā resolutionis per cōuersionem: quod est, quia ponit apostema in corpore exemplum. Deinde dicit, Si tu curas apostema ipsum, attrahes super infirmum malitiam magnam. Nam, si tu conaris, vt euacues membrum euacuatione sensibili, sicut si perfores ipsum, & ex ipso euacues superfluitatem, sequitur operationem tuā hanc dolor vehemēs per hoc, quod tu frangis partem membri: & dolor attrahit ad ipsum ex corpore materiā, quod est plus, q̄ illud, quod euacuasti ex eo per perforationem. Et, si tu conaris, vt euacues ex ipso euacuatione occulta à sensu, & ponas super ipsum medicinas calefacientes, vt fiat illud, quod est in eo, vapor, qui resoluitur ex poris, trahunt ad eum illæ medicinæ caliditate sua ex corpore materiam, quæ erat plus, q̄ illud sit, quod euacuatur. Iam ergo est monstratum per hoc, quod nō oportet, vt curetur apostema corpore repleto, cum eo, quod euacuat materiam ex ipso membro. Et ipse ostendit, quod nō oportet, vt reducatur ad posteriora, & dicit, Quòd si coneris etiam, vt reducas illud, quod currit, & collectum est in membro, donec redeat ad posteriora sui, non recipiet illud corpus propter repletionem suam.

D Postq̄ ergo docuit, quod euacuatio eius, quod collectum est in membro, non est necessaria corpore repleto, dixit s̄m semitam cognitionis, Propter ergo istas duas res, s. quando iam destruuntur duæ res, quibus euacuatur sanguis ex membro, quarum vna est reductio sanguinis ad posteriora sui: & altera est euacuatio eius ex ipso membro, dixit, Oportet, vt euacues totum corpus in primis, s. propterea ante omnem rem: & euacua totum corpus, donec eius repletio remoueatur, aut per phlebotomiam, si possibile est illud in eo: aut per ventosas super cauillas: aut per medicinam soluentem humorem nocentem: aut per frictionem, & exercitium, secundum quòd exigit illius dispositio. Postq̄ ergo cessauit à declaratiōe eius, dixit etiam, Et oportet post euacuationem corporis totius, vt attrahas illud, quod currit ad membrum, ad loca alia contraria membro: nam per illud prohibebis cursum ad membrum, quādo sanguis fit currens ad membrum diuersum: Cuius est exemplū, Si apostema est in manu dextra, attrahatur sanguis ad manum sinistram, & econtrario. Et, si est in pede dextro, trahe sanguinem ad pedem sinistrum, & econuerso. Et, si est sursum, trahe sanguinem eius inferius ex latere, quod est in directo ipsius. Et, si est ante, trahe sanguinē retro, & econuerso: & in alijs omnibus similiter. Nam, postq̄ euacuas corpus totum, quando facis attractionem diuersam, resoluitur materia, & prohibetur attractio & effusio ad membrum ipsum. Inquit ergo, Cum ergo cessaueris ab hoc toto, redibis tunc ad membrum ipsum, & incipe ita, vt coneris reductionem sanguinis, donec redeat ad posteriora sui. Cum ergo cessaueris ab hoc, conare post illud, vt resoluas illud, quod remanet ī eo de sanguine. Inquit, Et illud, quod facies ex istis duobus, s. reductione sanguinis retro, & resolutione eius, quod remāsit ex eo, obediet tibi cum facilitate, quoniam meatus facti sunt latiores, & corpus recipit illud, & non remanet materia, quam

attrahas ad ipsum. Considera ergo, qualiter accipis curationem apostematis ipsius propter repletionem corporis, E donec præcedant eam duæ species curationis, quarũ vna est euacuatio corporis totius:& altera est resolutio materiæ cum attractione diuersa. Et Gal. quidem determinauit, postq̃ ipse docuit illud, per quod fit illud, per quod fit euacuatio sang. ex membro ipso,& dicit.

Expulsio tua, qua illud expellis à membro, quod currit ad ipsum, fit per hoc, quòd constringis et infrigidas ipsum; & ad venas etiam, quæ euacuantur, attrahitur illa res, quam euacuas à membro infirmo. Et iam ostendimus illud in libro de virtutibus naturalibus. Et, quando tu euacuas venas, quæ sunt in membro infirmo, cum medicinis stipticis, conuertis illam superfluitatem à membro infirmo ad illud, quod est post ipsum. Et, quando tu facis illud, tunc, si redit ad corpus, totum, quod currit ex eo ad illud membrum infirmum, bene est.

Com. 160. Qualiter repcutiat materia collecta, ad posteriora.

Docuit Gal. in hoc sermone, qualiter repercutitur illud, quod est in membro collectũ, vel colligitur, donec redeat ad posteriora sui,& dixit, quoniam pars eius redit per attractionem diuersam, quoniam attractio diuersa trahit illum sanguinem in venas ad posteriora eius:& iterum, quando confortas membrum, & quod in eo est ex venis, cum medicinis, quę infrigidant & stipticitatem faciunt, impellis illud, quod collectum est in eis ex repletione, ad posteriora sui,& redit illud cum facilitate, quoniam ex eo, quod est posterius eis ex venis, euacuata est iam repletio. Propter illud ergo recipit illud, quod redit ad ipsum. Tũc, si redit ad corpus, totum, quod currit ex eo ad illud membrum, erit bene:&, si non redit ad totũ illud, indiget illud, quod remanet ex eo, vt euacuetur ex ipso mẽbro. F Et ipse hanc dispositionem exponit secundam,& dicit.

Et, si colligatur in membro aliquid ex ea, tũc oportet, vt scias, quòd illa res, quæ colligitur in ipso, est viscosa, aut grossa, & propter illud figitur, & inuiscatur, & remanet etiam in membro, & fit difficilis eius resolutio. Et possibile est, vt non sit ita. Et est causa in fixione eius & permanentia ipsius in membro, quod currit ex venis: & fit inter membra similium partium. Et est hora illa, in qua necesse est tibi, vt euacues illud ex ipso membro, quãdo tu ponis super ipsum, quod est supra illud membrum, medicinas, quæ expellunt illud, quod currit ad ipsum.

Com. 161. Causæ cur sang. restet ĩ membro post reditũ ad posteriora.

Declarat Galenus in hoc sermone causas in remanentia eius, quod remanet in membro ex sanguine post reditionem eius, quod redit ex eo ad posteriora sui, deinde docet medicationem eius,& dicit, Si est sanguis, qui remanet intra venas, quæ sunt in membro, tũc illud est, quoniam per viscositatem aut grossitudinem eius figitur in venis minutis,& inuiscatur in ipsis,& fit difficilis eius resolutio. Et, si non est intra venas, tunc causa remanentię eius in membro, est, quia egreditur à venis secũdum semitam resudationis,& peruenit in vacuis locis membrorum similium partium, quæ sunt in circuitu venarum, s. in carne. Postq̃ ergo docuit causam in remanentia eius, quod remanet ex sanguine in membro, dixit, Tunc necesse est tibi apud hoc, vt euacues illud ex illo membro,& non coneris illud facere redire ad posteriora sui. G Et, quando vis euacuare illud ex ipso membro, tunc pone in primis super illud, quod est supra membrum læsum, ex membris, illud, quod expellat illud, quod currit ex eo ad membrum. Nam, si non facis hoc, non sis securus etiam, quin trahatur ad membrum sanguis alius per hoc, quòd euacuas illud, quod est in eo ex eo ipso. Et significat per membra, quæ sunt super, membra, ex quibus venit nutrimentum ad membrum.

Euacuatio fit per perforationẽ, & per medicinas resolutiuas, præcipue si æstimas, quòd in locis, qui sunt inter mẽbra similium partium, sit aliquid contentum.

Com. 162.

Vult, ꝙ euacuatio ipsius membri fit per perforationem, & medicinas resolutiuas:& distinguit inter vtraq;, & dicit, ꝙ medicinæ resolutiuę sunt magis iuuatiuę, q̃ perforatio, quoniam resudat ex sanguine aliquid, & peruenit in locis vacuis, qui sunt inter membra consimilia. Et ostendit, ꝙ perforatio administratur, quando non cõfert operatio medicinarum resoluentium:& qñ cogregat apostema saniem:& qñ æstimat medicus, ꝙ, si remanserit sanies, putrefiet membrum velociter. Properet ergo cum perforatione, anteq̃ accidat super membrum nocumẽtum aliquod maius. Et intrat sub perforatione scarificatio membri ipsius, aut appositio ventosarũ super ipsum, aut phlebotomia venæ in ipso.

Et medicinarum resoluentium omnium complexio calida est:& ex operatione huius complexionis est mordicatio, quãdo est superfluæ caliditatis. Oportet igitur, vt caueas in his locis vsum medicinarum, quibus est caliditas fortis, præcipue si membrum infirmum est procedens apparens. H Nam, si tu administras similia istis ex medicinis, donec ag greges super ipsum cum ægritudine ipsius mordicationem, accidit in eo ex dolore res non parua: & omnis dolor stimulat & attrahit materiam. Ergo medicina, cum qua est caliditas æqualis, est, quæ nõ facit in huiusmodi membris dolorem, & præcipue si est cum illa humiditas.

Com. 163. Medicĩa resoluti. qualis & c.

Iste sermo est intellectus. Docet. n. in eo, ꝙ medicinę resolutiuæ sunt calidę:& quia oportet, vt sit calefactio earum, quæ calefaciunt membrum, calefactio æqualis:& quia oportet, vt sit cum caliditate eorum æqualis humiditas, s. humectãs etiam. Et caliditas quidẽ ęqualis,& humiditas æqualis, sunt, inter quas & caliditatem mẽbri & humiditatem eius est assimilatio:& sunt magis additæ parum, q̃ in q̃titate partis gradus primi.

Et sufficit nobis medicina resolutiua, q̃uis non sit fortis in resolutione membrorum procedentium, positorum in eo, quod apparet de corpore. Quod si membra extrinseca ægritudinem non habent, & membrum, quod indiget euacuatione, est in profundo submersum, tunc oportet, vt cõfortetur medicina resolutiua, et addatur in caliditate eius, quoniam non fit securitas, quin debilitetur & destruatur virtus eius, anteq̃; consequatur & perueniat ad profundum corporis. Neq; timetur super loca exteriora, quibus occurrit, ex ea nocumentum, quoniam non habent ægritudinem. Iam ergo conueniens res est ex duobus modis simul in administratione medicinarum, quæ sunt calidiores & acriores.

A *acriores, propterea, quòd membra apparentia tolerant eas, & membra interiora indigent eis. Et hanc significationem sumpsimus ex loco membri.*

Com. 164. Medicinę calef. intrinseca, calidiores &c.

Iste est modus alius significationis, quam sumpsit à loco mẽbri. Nam, si est apparens procedens, siue superficialis, medicinę, quæ calefaciunt & humectãt cum æqualitate, sunt sufficiẽtes ei. Et, si est intrinsecum vel longinquũ, indiget, vt addatur in caliditate medicinæ & humiditate eius, per quantitatem, qua contrarietur ei virtus eius: & iam diminuta est, vsqueque consequatur æqualitatem. Et sermo eius in hac significatione intellectus est, qñ multum intenditur significatio in eo.

Et oportet, vt consideremus, an remanserit aliquid ex eo, quod necessarium est in curatione.

Com. 165. Scilicet in curatione apostematis.

Et videtur mihi, quòd remanent res nõ paucæ; quod est, quia ex membris infirmis, in quibus est superfluitas, quæ ad ea currit, alia sunt, quæ sunt rara in natura sua, laxa, mollia: & alia, quæ sunt viscosa, spissa, dura.

Com. 166. Vult, ꝙ modus curationis & medicationis sit diuersus etiam ſm diuersitatem membrorum in raritate, & lenitate, spissitudine, & duritie, & fluxibilitate, & subtilitate.

Quodcũq; ergo ex membris est secundum modum primum, euacuatur velociter: &, quod est secundũ modum secũdum, indiget, vt euacuetur, medicinis, quæ sunt acutiores illis: & indiget, vt sint illæ medicinæ subtiliores. Quòd

B *si cum illo sint illæ partes submersæ valde, positæ in profundo, tunc sunt magis indigentes illo multũ. Conserua ergo hunc modum significationis secundum curationem sumptam ex substantia membri infirmi.*

Com. 167. Mẽbra magis spissa, dura, & ĩ pfũdo, fortiorib. egẽt.

Modus primus est, vt sint membra rara, fluxa, leuia: nam, quod in istis est, euacuatur velociter: sufficit ergo eis ex medicinis resolutiuis, debiles ex istis medicinis. Et modus secundus est, vt sint membra spissa, viscosa, dura: difficile est enim, vt, quod in istis est, euacuetur: quapropter indigent ex medicinis resolutiuis, quæ sunt fortiores & subtiliores. Et, qñ plus sunt longinquiora in profundo, indigent eo, quod est vehemẽtioris virtutis, & pluris subtilitatis. Iam ergo diuersus est & iste modus curationis ſm diuersitatem dispositionis membrorum.

Et sumitur significatio alia secundum curationem ex forma membri, & communitate eius ad aliud.

Com. 168. Intelligitur, ꝙ non sufficit in significatione ſm modum curationis totũ illud, quod pmisimus, donec fiat ei cõpar etiã significatio sumpta ex forma membri & communitate eius ad aliud. Et Gal. quidem ponit huic capitulo exemplum, quo exponit illud, & perscrutatur exquisite sermonem in eo.

Pone ergo, quòd ægritudo, quam diximus paulo ante, acciderit in hepate, & quòd iam iã inuiscentur in extremitatibus strictis venarum, quæ sunt in eo, humiditates viscosæ, & grossæ, et multæ. Dico ergo, quòd, quando illud est subtile, facile est, vt administrentur cibi & potus subtiliantes, & subtilientur in primis cum eis grossitudo & viscositas, deinde euacuetur res nocitiua non per vias strictas, quæ non videntur tantum, sicut euacuantur aliqua mẽbra, sed per vias amplas: quod est, quia venæ, quæ sunt in hepate, sunt ex latioribus venis, & sunt pluris numeri earum. Et, quæ sunt ex illis venis in gibbositate hepatis, proueniunt ad venam magnam, quæ nominatur profunda: &, quæ sunt ex illis venis in latere hepatis concauo, proueniunt ad venam, quæ nominatur porta. Et propter illud facile fit, quando accidit in venis hepatis, in quocunq; duorum laterum fuerit, viscositas, vt euacuetur superfluitas faciens illud cum qualibet re parua, & adiutorio eius paruo. Cum ergo humiditas inuiscata est in venis, quæ sunt in latere hepatis concauo, attrahas eam ad ventrem cum medicinis attractiuis: &, quãdo inuiscata est in venis, quæ sunt in gibbositate hepatis, euacua ipsam per vrinam ex vena profunda.

C

Com. 169. Cura apa-tis hepatis.

Quando accidit apostema in hepate, properamus, & euacuamus corpus totum: &, si est vincens sanguis, tũc per phlebotomiam: &, si est humor cholericus, tunc per illud, quod educit choleram: &, si est humor melancholicus, tunc per illud, quod educit melancholiam: & ſm hoc exemplum in reliquis: & accidit post illud attractio diuersa. Deinde cõsidera. Nam, si inuiscatæ sunt in extremitatibus venarum eius strictarum humiditates viscosę, aut grossæ, aut multæ, administramus cibos & potus conuenientes, s. subtiliantes, vt subtilietur per eos grossitudo & viscositas in primis, deinde euacuamus post illud, quod collectum est in hepate. Si ergo est illud in gibbositate hepatis,

D conamur euacuare illud per vrinas. Et, si est in concauitate hepatis, conamur euacuare illud per medicinas attractiuas: & similiter facimus in emplastris, quæ ponimus super ipsum. Et, si tu fueris rememorans totum, quod præterijt, tunc intelliges ex te ipso sermonem Galeni: ipse. n. est intellectus, non indigens expositione. Et non dixit, cibos & potus subtiliantes in attractione eius, quod inuiscatũ est in hepate, nisi propterea, ꝙ medicatio cibi & potus est melior medicatione, quæ est cũ medicinis. Et determinabo determinatione ampliori hac, illud, per illud, quod sequitur ex sermone in capitulo hepatis. Et meliores cibi subtiliãtes hepar sunt cappares conditi cũ aceto, & aqua similę hordei: & meliores potus subtiliantes sunt secaniabin, & quæ currunt cursu hoc.

Medicatio hepatis p cibũ & pot. é melior, q̃; medicias

Et sumitur cum eo, quod narrauimus, significatio alia secundum curationem hepatis, propterea, quia ipsum est radix omnium venarum: Quod est, quia, cum regimen eius non sit sibi ipsi necessarium tantum, sicut maiori parti membrorum, sed effluat ex eo virtus in venis, non fit securitas, si mollificamus virtutem eius infundendo ipsum cũ oleis, & cum administratione emplastrorum mollificantium & resoluentium, quin debilitetur ipsum in primis in operatione sua, deinde debilitẽtur ipsius debilitate omnes venæ. Et propter illud oportet, vt misceantur cũ eo, quod ponimus super hepar, quædam medicinæ stipticæ.

Com. 170. Iste est modus alius significationis, sumptæ ex virtute membri. Cum ergo hepar sit membrum principale, & principium naturalium virtutum: & sit ex canonibus euacuationis eius, quod collectum est in membro, positio medici-

medicinarum resoluentium super membrum, declarat Galenus hoc sermone, ꝙ iste canon sit in membris principalibus diuersus, quoniam ista membra egent, vt conseruentur virtutes eorum super ea. Et propter illud oportet, vt misceantur cum medicinis resoluentibus quædam medicinæ confortantes. Et meliores medicinæ confortantes sunt, quæ sunt stipticę, & in quibus est aromaticitas, sicut est rosa, & xyloaloes, & sandali, secundum ꝙ ipse ostēdit in hoc sermone. resoluētib. stiptica mi scēda ī mēbris pric.c.

E

Et, cum sit locus hepatis, locus longinquæ profunditatis, non sit securitas, quin debilitetur virtus medicinæ stipticæ, & destruatur, anteq; veniat ad ipsum, si non sit cum illa, substantia subtilis faciens eam peruenire, sicut est natura rerum aromaticarum. Et melius quidem est, vt medicina sit aggregans duas res, s. vt sit stiptica, & aromatica: nam, quando ipsa aggregat has duas virtutes, est eius operatio fortior.

Iam præterijt expositio huius sermonis in eo, quod præteritum est. Com. 171.

Pone ergo, quòd tu euacuasti rem, quæ erat in hoc membro contenta secundum diuersitatem rei naturalis, & redit ab inæqualitate chymorum ad rem naturalem: Oportet ergo apud illud, vt tu cogites, & cōsideres, vt non sit cōplexio hepatis mutata ex qualitate illius humiditatis, quæ erat retenta in ipso, & infrigidatum sit hepar ex ea, quādo fuit phlegma: aut calefactū ex ea, si fuerit ex genere choleræ, donec rectifices complexionē eius, si est corrupta, & facias ipsum redire ad sanitatem reditione integra. Et rectificatio complexionis est, vt intromittas super ipsum qualitatem contrariam ei, sicut iam diximus in curatione complexionis malæ.

F

Intellige illud, quod dixit in hepate in hoc sermone, in reliquis membris, in quibus fuerint apostemata. Nam tu indiges post euacuationem materiæ & eradicationem eius ex illo membro, vt cōsideres membrum. Nā, si accidit iam ab illa materia in eo malitia complexionis, tunc remanet in curatione eius medicatio huiusmodi ægritudinis. Et sermo Galeni est intellectus: considera ergo ipsum. Com. 172.

Et oportet, si sit calefactum, vt sit quantitas infrigidationis medicinæ nostræ, qua infrigidamus ipsum, per quātitatem, qua est calefactum, s. per quantitatem, quam addit super complexionem æqualem. Est necessarium in hoc etiam, vt sis sciens æqualitatem naturalem in hoc membro: quod est, quia, si tu non scis quantitatem caliditatis hepatis naturalis, non scies, quantum sit nunc calidius complexione sua naturali: neque quando oportet te cessare & abstinere ab eius infrigidatione. Et similiter, si infrigidatur aliquod membrorum, & intendis, vt calefacias ipsum, deinde nescis, quantæ quantitatis sit frigus eius naturale, non peruenis ad scietiam medicinæ, cum qua oportet te calefacere ipsum propriè: neq; potes scire, quando oportet te abstinere & stare à calefactione eius.

G

Ostendit Gal. per hunc sermonem, quia necesse est medico, vt sciat complexionem cuiusq; membrorum naturalem, & conseruet eam in mente sua. Cum ergo accidit in eo apostema, aut ægritudo alia ex ægritudinibus, aspiciat per considerationem suam in curatione ægritudinis, & complementum eius, cuius quantitatis sit illud, quod mutauit ægritudo de complexione membri, & curet illud eo, quod æquatur quantitati eius ex eo, quod est contrarium ei. Et ponit exemplum in hoc capitulo significans hepar. Nam, quando accidit in eo apostema, & curamus ipsum, vsquequo compleatur eius sanatio, non stamus, & non abstinemus à curatione, donec consideramus, quātæ quantitatis sit illud, quod mutauit complexionem hepatis à dispositione sua naturali. Si ergo factū est calidius, infrigidamus ipsum cum quantitate eius, quod addit caliditas eius. Et similiter, si infrigidatur, calefacimus ipsum: &, si humectatur, exiccamus ipsum: &, si exiccatur, humectamus ipsum. Cum ergo reduximus ipsum ad complexionem suam naturalem, abstinemus tunc à medicatione. Et, postq̄ cessauit ab hoc exemplo in hepate, indicauit indicium commune in omnibus membris, & dixit, Et similiter, si infrigidatur aliquod membrū, oportet, vt scias, quātæ quantitatis sit frigus eius à re naturali: & tunc calefac ipsum cū illa quātitate, donec redeat ad complexionē suam naturalem. Et ipse iam dixerat in eo, quod pręterijt paulo ante, ꝙ chymi, qui attrahūtur, donec apostemētur ex eis membra, mutant complexionem membri, ad quod trahuntur, secundum quantitatem suam. Chymi quidē phlegmatici infrigidant, & cholerici calefaciunt, & secundum hanc viam infrigidat melancholicus humor. Et diuersa fit dispositio in cholera adusta: nam, si remanet cum ea residuum caliditatis, aut sunt humores adusti, existentes adusti cholerici, tunc calefacit: &, si non remanet residuum caliditatis in ea, aut humores adusti, sicut phlegma salsum, aut humor melancholicus, tunc infrigidat. Et apud hanc dispositionem cōsidera, quæ apostemata curasti: & considera membrum, in quo accidit: & considera, quantū recessit eius complexio naturalis. Reduc ergo ipsum ad complexionem suam, & naturam suam cum medicinis cōtrarijs: & pone quātitates & qualitates earū æquales quantitati exitus membri à complexione sua. Com. 173. Necesse est medicū cognoscer cōplexionem naturalem cuiusq; mēbri.

H

Et, quia iam locuti sumus in illo per illud, in quo est sufficientia, nunc oportet, vt veniamus super ipsa membra, quæ sunt in numero egredientia à cursu naturali. Et est illud secundum duos modos, quorum vnus est additio: & alter est diminutio.

Postposuit Gal. sermonem in canonibus curationis ægritudinis, factæ in q̄titate, pp duas res, Vna earum est, quia numerus præcedit quantitatem natura: & altera est, quia plurimum sermonis in curatione duarum ægritudinum est vnum, sicut apparebit ex sermone eius in subsequentibus. Et propter has duas res præmittit sermonem in canonibus curationis ægritudinis, factę in numero: deinde vero sequitur ipsum cum canonibus curationis ęgritudinis, factæ in quantitate. Et illud, quod vult per sermonem suum istum, est, quia, cum cessauit à doctrina canonum curationis ægritudinis, factæ in forma, & determinauit canones curationis in apostematibus, est id docens discipulum ad hoc, vt fiat super eum scientia curōnis omnis ægritudinis. Quapropter sequitur illud, dicēdo canones curōnis ægritudinis, factæ in numero. Et species eius sunt duæ, vna earū est additio: & altera diminutio. Com. 17

Cum ergo aliquod membrum minuitur, tunc intentio in curatione eius est reducere illam rem, quæ diminuta est. Et

A *est. Et illud est, vt ministres naturæ, & adiuues eam super operationem suam secundum modum, quem narraui paulo ante.*

Com. 175. De modo generationis mẽbri diminuti.

Modus, quem narrauit paulo ante de seruitio naturæ & adiutorio eius super hoc, vt generet, quod diminutum est, est dare infirmo cibos & potus conuenientes, & facere digestionem bonam in stomacho, & in hepate, & in venis, & rectificare complexionem membri. Et similiter iuuat frictio eius parua lenis, & embrocatio eius cum aqua tepida, & inunctio eius cum aliquo oleo, & positio medicinarũ attrahentium super ipsum cũ æqualitate, vt attrahatur ad ipsum ex sanguine illud, ex quo faciat natura membrum diminutum.

Et, quando additur aliquid in aliquo membrorum, tunc intẽtio in curatione eius est incisio eius cum ferro, aut cũ igne, aut cum medicina adurente.

Com. 176. Tripliciter secatur mẽbrũ superabũdans.

Dixit Gal. tres res incidẽtes membrum additum, scilicet ferrum, sicut cultellum, & spatinulę, & forfices: & cauterium cum igne: & cauterium cum medicina adurente, vt simus facientes ex his tribus illud, quod exigit testificatio de virtute infirmi, & debilitate eius, & virilitate ipsius, & timore eius: & ex eo quod exigit æstimatio artificialis. Incisio nãq; membrorum diuersa fit, sicut incisio hęmorrhoidarũ, & carnis, additæ scilicet, & natæ in vlcere. Nos enim quandoq; incidimus illud cum ferro, & qñq; cum igne illud incidimus, & qñq; incidimus illud cum medicinis adurentibus. Et nos non facimus vnumquodq; horum trium, nisi ſm conuenientius, & magis vltimum, vel certius in iuuamento curationis.

B *Et fere in omni membro, in quo fit additio, possibile est, vt sit in eo sanatio: & non in omni membro, quod minuitur, est possibile, vt generetur, quod minuitur ex eo, sicut ostendi in libro de spermate.*

Com. 177. Monstra in additiõe & dimiutiõe mẽbrorũ.

Quandoq; fit additio in ipsa forma & diminutio: & quandoq; fit post complementum formæ. Ego. n. vidi ex additione virum, qui habebat veretrum & testiculos, & vuluam mulieris simul. Et vidi digitum additũ multoties. Et vidi virum quendam natum habentem duo capita separata. Ex diminutione vero vidi virum, qui vsque hodie viuus est, & non fuerunt ei manus & pedes. Et vidi, qui natus est cum vno testiculo tantum. Et vidi, qui natus est, & non habebat neq; vuluam, neq; priapum viri, neq; testiculos: & erat in forma sua, & in suis moribus secundum assimilationem castrati: & erat ei foramen minimum, ex quo mingebat tãtum. Et vidi iterum, qui natus fuerat cũ barba, & pilis pectinis, & pilis titillicorum. Post natiuitatem autem accidunt res, cum quibus minuũtur membra, sicut abscisio manus, aut pedis, aut nasi, aut auris, aut testiculorum, aut priapi: & sicut circuncisio viri & mulieris, & hoc est multum famosum. De additione autem vidi virum, qui natus est habẽs dẽtes additos, & cuius quędam membra magnificata sunt. Et vngula etiam est membrum additum in oculo: & similiter hæmorroides mẽbra addita. Et iam vidi mulierem, quæ est vsq; hodie in vita, & nata erat intra vuluam suam hæmorrois longitudinem digiti indicis, & eius grossitudinem habens, donec prohibuit virum posse coire cum ea: & rogauit me incidere eam, & curare ipsam: & non fuit mihi conueniens facere illud, quoniam ipsa habebat principatum in mundo, & censum multum, & vir eius est vnus Rex hodie. Manifestum est igitur ex hominibus illis, quòd membra multa sunt addita, quorum diminutio est impossibilis: & multa membra diminuta, quorum additio nõ est possibilis. Etiam ostendit Gal. in lib. de spermate, ꝙ non est possibile, vt redeant, qñ minuuntur, mẽbra, quę generãtur ex spermate. Et ostendit iterum, ꝙ membra, qñ indurantur, non est possibile, vt addantur.

Hęmorrhois in vulua, indicis lõgitudine.

C *Et ex membris sunt membra, quæ quamuis non sit possibile, vt generentur ipsa eadem, tamen possibile est, vt generentur loco eorum alia ex eis, quæ sunt loco eorum. Ex illo est, quòd, quãdo cadit ex aliquo membrorum os totum, possibile est, vt generetur loco eius substantia alia præter os, & præter carnem. Substantia enim, quæ generatur loco ossis, est quasi caro poroides, aut porus carneus. Et, quanto plus in ea extenditur tempus, est ad porum decliuior, & in principio sui esse fuit ad carnem decliuior.*

Com. 178. Porus. sarcoides medius est iter os & carnẽ

Iste sermo est intellectus. Et ipse quidem in capitulo de curatione fracturæ ossis ostendit, ꝙ parum generat natura de nutrimẽto ossis. Et sermo quidem iste exigit, vt sit natura pori inter naturam ossis, & inter naturam carnis. Est ergo illud, quod generat natura loco ossis diminuti, membrũ medium inter naturam ossis & naturam carnis, quoniam os eius, ex cuius nutrimento oportuit ipsum generari, iam priuatum est. Quapropter dixit Gal. quòd sit caro poroides, aut porus carnosus: &, quanto plus extenditur cum eo tempus, tanto induratur, & fit ad naturam pori decliuior.

D *Cum ergo perditur aliquod membrum, & non est possibile ita, vt generetur ipsummet, neque aliud simile ei, quod stet loco eius, tunc intentio tertia tua est, vt ingenietur membro decoratio aliqua, sicut fit in membris, quæ curantur.*

Com. 179. Quando diminuitur aliquod membrorum, sicut si incidatur vna manuum, tunc non est possibile, vt nascatur: quapropter decoratur locus incisionis ita, vt faciamus ipsum rotũdum, lenem, vt color eius sit color corporis, aut propinquus ei: Quod est, quia, si pars eius sit magis addita, & pars eius magis diminuta: & quoddam eius sit magis eleuatum, & quoddam eius magis depressum: & color eius in vltimo dissimilis colori corporis, tunc est fœdum & etiam inhonestum ei, qui curat ipsum, ex medicis.

Et hoc genus ægritudinis, quod est in numero, est communicans generi, quod fit in magnitudine: quod est, quoniã species eius, quod est in numero rerum naturalium, est propinqua generi, quod est in magnitudine, & non fit diuersa ei, nisi in specie eius altera, quæ est in numero rerum, quæ sunt in genere eius egredientes à natura.

Com. 180. Res egredientes à natura in quantitate, officialis, & non in numero, & vnius naturæ sunt, sicut raro superexcrescens in officiali, vel pinguedo, vel os, vel aliquid tale, sicut fit albula grossa in oculo, vel aliqd simile in cute.

Et intentio prima in curatione huius speciei est extractio illius rei generatæ secundum diuersitatem cursus naturæ,

turæ, & ablatio eius à membro, in quo generatur. Si autem vides, quòd hæc intentio non est possibilis, vt compleatur, tunc intentio secunda in eius curõne est, vt permutes eam, sicut permutatur aqua, quæ generatur in oculo. E

Com. 181. Genus quidem ægritudinis factæ in numero membrorum, cuius species sunt additio & diminutio, est communicans generi ægritudinis in q̃titate, cuius species sunt magnitudo & paruitas: quod est, quia per additionẽ magnificatur membrum, & per diminutionem diminuitur. Et diuersitas inter vtraq; est, ꝙ illud, quod additur in ægritudine facta in numero, & quod diminuitur, est egrediens à natura: & propter illud intẽtio in curatione eius, est ablatio rei generatæ secundum diuersitatem cursus naturæ, vel remotio eius à membro, sicut vngula, ipsa enim est mẽbrum in coniunctiua oculi. Quòd si non est possibilis eius ablatio & remotio à membro, tunc intentio secunda est permutatio eius à membro, sicut permutatur aqua, quæ generatur in foramine vueę, ad inferiorem concauitatem vueę.

Diuersitas ĩter genus ęgrit. ĩ nũo & ægrit. in q̃titate.

Et, quando diminutio non est diminutio membri totius, sed diminutio partis membri, & est additio etiam secundum hanc similitudinem, tunc intentio in curatione eius, quod est diminutum, est aut nutrimentum membri, aut generatio eius, quod diminutum est ex eo: & intentio in curatione eius, quod additur, est incisio rei additæ, et extenuatio eius, & liquefactio ipsius.

Com. 182. Vult, ꝙ, additio & diminutio quando non sunt in membro toto, sicut digitus additus, aut diminutus totus, tũc illud non est ex ægritudine facta in numero, sed ex ægritudine facta in quãtitate: & hęc additio & diminutio fiunt in membro remanente ita, secũdum numerum totum suum, Diminutio quidem, sicut, si extenuetur aliquod mẽbrum, & minuatur eius q̃titas, tunc intẽtio eius in curatione huius diminutionis est etiam dare cibos & potus cõuenientes, & facere, vt bona sit digestio: & embrocatio membri cum aqua tepida, & frictio eius temperata, & inũctio eius aut cum oleo tepido, & potio medicinarum calefacientium, & mordicatio per percussionem cum virga, & emplastratio cum pice, & reliqua, quæ ad ipsum trahant sanguinem, quo natura reducat diminutionẽ eius, donec redeat ad q̃titatem suam, quam oportet. Et additio quidem eius, sicut, si ingrossatur aliquod mẽbrum, & magnificatur eius q̃titas, tunc intentio in curatione huius additionis, est ciborum & potuũ minoratio, & frictio multa dura, & medicinę resoluẽtes, & somnus sup terram, & proprie duram, & arenosam, & exercitiũ forte, & reliqua, quę resoluunt ex membro, & minuunt ex nutrimento eius.

F

De cura mẽbri peccãtis in quãtitate.

Et propter illud non est intentio in curatione harum rerum alia ab intentione in curatione eius, quod narrauimus ante eas: neque natura medicinarum, quæ conueniunt eis in genere, est alia à natura medicinarum, quæ conueniunt illis.

Com. 183. Vult, quia iam ostensum est de curatione ægritudinis, factæ in quantitate, quia est similis curationi ægritudinis factæ in numero, & intentiones sunt vnę, s. similes. Et similiter est dispositio in natura medicinarum: nam medicinæ, quibus inquiritur & acquiritur diminutio in duabus ægritudinibus, sunt vnę natura: & medicinę, q̃bus acquiritur additio in duabus ægritudinibus, sunt vnę etiã in natura: similiter & reliquum regimẽ. Hoc est ergo vltimũ, quod loquitur in curatione ægritudinis, factæ in quantitate.

G

Et oportet, vt veniamus super genus aliud causarum sanitatis, cuius rememoratio super nos remansit: & est genus, quod rectificat nocumenta accidentia in situ membrorum, sicut dislocatio, & intestinum, quod descendit & cadit in cistim, i. bursam testiculorum.

Com. 184. Hoc genus est vltimum generum nocumentorum accidentium in compositione membrorum: & sermo eius in eo est intellectus.

Et dislocatio quidem fit aut ex tensione, aut ex impulsione laboriosa. Et descensus intestinorum ad cistim testiculorum fit aut ex ruptura, quæ accidit in panniculo, qui cõtinet intestina: aut ex dislocatione meatus, qui descẽdit ex illo panniculo ad cistim testiculorum.

Com. 185. Docuit in hoc sermone causas dislocationis iuncturæ & descensus intestini ad cistim testiculorum, donec accipiat eorum significationem super curationem eorum.

Et propter illud fit dislocationis rectificatio per tensionem & impulsionem ad diuersitatem illius partis, ad quã separata fuit iunctura, & descensus intestini ad cistim testiculorum, ita vt ingenietur in constrictione eius, quod dilatum est ex illo panniculo, qui continet. H

Com. 186. Sicut, si tu iam cõsecutus es operationes medicinę particulares, tunc iste sermo est tibi intellectus. Reductio quidem dislocationis manifesta est: Ruptura vero & eius constrictio, quod dislocatũ est, fiunt cum medicinis exiccatiuis, & cũ medicinis cauterizantibus cũ cauterio per ignem, & cum ligatura per ligamentum, & cum positione pilæ ex corijs, & strictura eius super emunctorium. Et melius est, vt sub pila fiat emplastrum compositum ex medicinis exiccatiuis & calefactiuis, sicut sunt folia cupressi, & nux eius, & aloe, & calx, & achacia, & thus, & quæ fiunt, sicut illa.

Rupturæ cura.

Et ego quidem iam confirmaui in libro de ingenio sanitatis vias, per quas oportet te incedere in inuentione causarum particularium, quibus oportet te has res habere.

Com. 187. Vult, ꝙ iã scripsit in lib. de ingenio sanitatis ꝑm determinationẽ, & certificationẽ, & inquisitionẽ oẽs canones, & vias, quibus curatur vnaquæq; ęgritudinum, quas narrauit vel numerauit in hoc libro: & dat canones vniuscuiusq; curationis earũ ꝑm semitam summę, & ꝑm exquisitionem, & determinationẽ. Hoc est ergo vltimum, quod ipse dedit in doctrina sua in hoc libro de canonibus curationis ægritudinum.

Et iam remansit super nos, vt narremus causas, quas sumpsimus ad dicẽdum in eo, quod præterijt de sermone nostro: & sunt causæ, quæ præcedunt, & præseruant.

Com. 188. Vult cauſas, quas pręmittit medicus, & cõſeruat cũ eis corpus, & facit ipſum euadere à caſu in ægritudinem.

A *Et genera harũ cauſarũ ſunt tria. Genus primũ ẽ genus cauſarũ, quæ præcedũt, et conſeruant corpus ſanũ ſaluũ. Et genus ſecundũ eſt genus cauſarũ, q̃ præcedunt, et conſeruant corpus, quod eſt ſaluũ, ſed negatur ex eo aliquid. Et tertium genus eſt genus cauſarum, quæ antecedunt, & conſeruant corpus infirmũ. Et ſcientia generis primi eſt ex ſcientia conſeruationis ſanitatis: & hoc genus eſt (ſicut ante diximus) duobus modis. Et ſcientia generis ſecundi eſt ex ſcientia anteceſſionis in præſeruatione. Et ſcientia tertij generis eſt ex ſcientia ingenij ſanitatis.*

Com. 189. Vult, ꝙ anteceſsio cũ conſeruatione cõpleat̃ per contẽplationẽ in iſtis tribus generibus, quæ numerauit. Genus quidem primum eſt conſeruatio ſanitatis: & illud eſt in duobus modis, vnus eorum eſt conſeruatio ſanitatis corporis, quod eſt in meliori formarum: & alter eſt conſeruatio corporũ ſanorum, & diminutorum à meliori formarum. Genus aũt ſecundum eſt ẽm certitudinẽ & veritatem anteceſsio cum conſeruatione: & eſt, ꝙ, qñ mutatur aliquod ex ſignis ſanitatis, properat medicus, & deſtruit cauſam mutãtem, anteq̃ magnificetur, & fiat fortis, & faciat euenire ægritudinem. Genus vero tertium eſt ſumptum ex ingenio ſanitatis: & eſt reſiſtentia cauſarum infirmantium, & deſtructio earum. Et Gal. determinat illud, & dicit.

Et huius generis totius eſſentia proprie eſt in chymis.

Vult genus cõmune tribus generibus cauſarũ, quarum præceſſit numeratio, & earum ſcientia.

Com. 190. B *Et non oportet, vt ſint chymi neq; viſcoſi, neq; groſſi, neq; ſubtiles aquoſi, neq; multi, neq; calidiores, quàm oportet, neq; frigidiores, neq; mordicatiui, neq; putridi, neq; ſit eis qualitas mala venenoſa.*

Com. 191. Intellectũ eſt ex hoc ſermone, ꝙ vult, vt ſint chymi tẽperati laudabiles. Et oportet ante expõnẽ huius ſermonis, vt intelligas nomẽ chymi, q͛d ſit illud, quod ſignat. Dico ergo, ꝙ cibus & potus cõmiſcentur in ſtomacho, & decoquunt̃, & fit ex eis res, quã noĩauit Ari. chylũ, per l. Deinde hepar attrahit ex hoc chylo melius, quod eſt in ſubſtãtia eius, & decoquit illud in ſe, & facit ex eo ſanguinẽ, quem noĩauit Ariſ. chymũ, p m, vt ſit differẽtia ĩter ipſum & primũ. Et Gal. q͛dẽ oſtendit, ꝙ diſpõ hmõi ſanguĩs in hepate, ẽ, ſicut diſpõ vini. Sicut. n. vinũ ĩ principio ſui ẽ muſtũ expſſum, ſilr̃ eſt ſanguis. Cũ ergo cõplet̃ vinũ, ei ſunt q̃nq; ſpẽs, vna earũ eſt fex eius, & ipſius ſupfluitas: & ſecũda ẽ illud, quod nõ digerit̃ ex ipſo: & tertia ẽ vinũ ipſum: & quarta ẽ illud, quod natat ſup ipſum: & q̃nta ẽ aquoſitas ei⁹ ſubtilis, q̃ fit vapor, & reſoluit̃ ab ea. Et ſilr̃ ſanguĩ fiũt q̃nq; ſpẽs, q̃ noĩant̃ chymi, Vna earũ ẽ fex ei⁹, & noĩat̃ humor melãcholicus: & Creator ſublimis q͛dẽ ordinauit ſplenẽ, vt attrahat hũc humorẽ ex ſanguĩe. Et ſc͛da eſt illud, cuius digõ ex ſanguĩe nõ cõplet̃, & noĩat̃, phlegmaticus humor: & non p̃parauit ei mẽbrũ, q͛d attrahat ipſum, q̃m poſ͛e eſt, vt alteret̃, & cõpleat̃ digõ eius, & fiat ſanguis. Et tertia ẽ ſanguis purus ipſemet. Et quarta ẽ illud, quod calefit ex eo, & natat ſup ipſum, vt ſpuma, & noĩat̃ humor cholericus: & Creator quidẽ ſummus p̃parauit ad attractionẽ hmõi humoris fel. Et quinta ẽ aquoſitas eius: & attractiõi huius ſupfluitatis ordinauit Creator ſublimis lũbos. Deinde ſanguis fluit ex hepate ĩ venas, & aſſociãtur ei reliquię horũ humorũ, &, multoties ẽt illud, q͛d gñat̃ cũ eo ĩ cõcauitatibus venarũ. Et, ꝑpter illud dr̃, ꝙ ſanguis ẽ deferẽs humores, ſ. quia ĩ eo ĩueniũtur oẽs humores. Quãuis. n. in ſanguine, qui ẽ in venis, ſit vincẽs natura ſanguĩs, tñ in eo eſt ẽt ex vnoquoq; humorũ pars, ꝑpter iuuamẽta, quorũ rememoratiõis nõ ẽ locus: & quia vnũquodq; mẽbrorũ attrahit ex venis, q̃ veniũt ſibi, illud, q͛d eſt cõueniẽs ſibi ex ſanguine, & reſoluit illud, & aſsilat̃ p ſubſtãtiã virtutũ nutritiuarũ naturaliũ, q̃ ſunt in eo. Iã ergo apparet p illud, q͛d determinauimus, ꝙ chymi ſunt aggregati cũ ſanguĩe. Si ergo ſint viſcoſi, aut groſsi, eſt vincẽs ſup eos natura phlegmatis, aut humoris melãcholici. Et, ſi ſunt ſubtiles aquoſi, eſt vincẽs ſup eos natura aquoſi ſanguinis. Et, ſi ſint multi, ſunt oẽs ipſi additi ẽm ꝑportionẽ. Et, ſi ſint calidiores, q̃ oportet, eſt vincẽs ſup eos natura cholerę. Et, ſi ſint frigidiores, eſt vincẽs ſuper eos aut phlegma, aut humor melãcholicus. Et, ſi ſint mordicatiui, eſt vincens ſup eos acuitas, & ſubtilitas. Et, ſi ſint putridi, eſt vincẽs ſup eos corruptio. Et gñantur ex corruptione eorum ſpẽs multę malę, ſicut ſpẽs cholerę citrinę, egreſſę à natura: & ſpẽs phlegmatis mali, egreſsi à natura: & ſpẽs cholerę nigrę. Et fortaſſe gñat̃ ex corruptiõe eorũ illud, cuius natura ẽ natura veneni, & corrũpit corpus totũ, ſicut illd̃, quod fit ex corruptione ſpmatis intra corpus: & ſicut eleuatur ex pollice vapor, qui gñat̃ ex humore malo in eo, & aſcẽdit ad cerebrum, & facit epilepſiam. Gal. autem vidit hanc ſpeciem epilepſię. Et vidimus etiam nos ſpeciẽ epilepſiæ mirabilem: & eſt, ꝙ quidam ſcriptor ſentiebat in brachio ſuo dextro in menſe ſemel aut bis deambulationẽ rei frigidæ, aſcẽdentis ſurſum, donec perueniebat ad caput eius: cum ergo perueniebat ad caput eius, accidebat ei paroxyſmus epilepſiæ leuis.

Chylus.

Sicut, cũ vinũ cõplet̃, fiũt quinq; res, ſic cum ſanguis cõplet̃.

C

Sanguis eſt deferẽs oẽs humores.

No. de quadã ſpẽ epilepſię, quã Gal. vidit.

D

Iſti enim chymi, quando adduntur in iſtis diſpoſitionibus, ſunt cauſæ ægritudinum.

Com. 192. Chymi groſsi & viſcoſi faciunt oppilationes, & alias phlegmaticas ægritudines, & melancholicas. Et ſimiliter chymi frigidi, & chymi ſubtiles aquoſi faciunt ægritudines aquoſas, ſicut hydropiſim. Et multitudo facit ægritudines repletionales. Et calidi faciunt ægritudines cholericas, & reliquas ægritudines. Et mordicatiui faciunt ægritudines, in quibus eſt mordicatio fortis. Et putridi faciunt ex ægritudinibus putridis ſpecies diuerſas ægritudinũ, ſicut febres putridas, & vlcera alchabarti, i. putrida: & ẽm hanc ſimilitudinem in vnoquoq; eorum.

Et quãdoq; eſt additio eorũ ex illa cã, quæ fuit eis radix, & ex qua fuit eorũ generatio. Et quãdoq; eſt propterea, quia recipiũt aliquos alios humores, qui ſunt in corpore, et alterant eos ad ſimilitudinem eius ſecundũ quòd ipſi ſunt.

Com. 193. Vult, ꝙ additio cuiuſq; eorũ, quę dixit in chymis, fit à duabus rebus, Aut à cãis gñantibus ipſos, ſicut à cępis & allijs gñat̃ & ex pipere chymus calidus: & à lacte & piſcibus gñat̃ chymus frĩdus: & à carne taurorũ, & aĩaliũ ſylueſtriũ, & q̃ ſunt de gñe eorũ, gñat̃ chym⁹ groſſus niger. Et altera eſt, vt antecedat ĩ corpe humor malus, &, cũ puenit ad ipm̃ ſanguis laudabilis bonus, reſoluit & alterat ipm̃, & corrũpit ipm̃, & pmutat ipſum ad naturã ſuã malã.

Multiplicãtur huores mali dupl͛r.

Et medicationi eorum ſunt duæ intentiones, quarum vna eſt alteratio, alia euacuatio.

Medicationis malorum chymorum ſunt duæ intentiones,vna earum eſt alteratio malitiæ chymi,donec redeat ad qualitatem ſuam bonam:& altera eſt euacuatio chymi mali,& à corpore,ipſius extractio. Com. 194. E

Alteratio chymorū fit aut ab ipſo corpore quādo digerit eos:aut à uirtutibus quarūdam medicinarū.Et ēt in hoc genere medicinarū ingrediūtur illæ,q̄ ſanāt ex uenenis habētiū uenena,et ex medicinis,q̄ ſunt ex genere uenenorū.

Alteratio chymi mali,donec redeat ex malitia ſua ad bonitatē,fit p duas res,Vna earū eſt,vt vincat eū natura,& digerat ipſum.Et digeſtio eſt duobus modis,Vnus eorū eſt,vt vincat natura mēbri malū chymū,& vincat malitiā eius,& pmutet ipſum ad ſanguinē bonū,& nutriat inde mēbrū,ſicut digerit phlegma dulce,& pmutat ipſum ad ſanguinē.Et alter eſt,vt mutet natura mēbri chymū malū,& alteret eius malitiā,& faciat eū inter ipſum,q eſt naturalis,& īter ipſum,q eſt extra naturā,ſicut facit ī pmutatione chymi mali ī apate,& digerit ipſum,& facit ipſum pus:& ſicut facit ī febribus,qa digerit humorē,& euacuat ipſum ī hora criſis. Et altera eſt ex virtutibus medicinarū faciētiū euadere,qm̄ in qbuſdā medicinis ſunt virtutes faciētes euadere ex malitia chymorū. Et nō eſt via ad cognitionē harū virtutū,facientiū euadere,niſi p experimentū ſolū,ſicut oñdit Galenus ī tractatu qnti libri ſui ī medicinis ſimplicibus.Et de pprietate medicinarū facientiū euadere eſt,vt confortēt mēbra īteriora, ſicut cōfortant ea medicinæ aromaticę ſtypticę.Si ergo aggregat̃ ī medicina faciēte euadere,vt ſit aromatica ſtyptica,faciēs euadere ſimul,tūc nō eſt aliqd melius ea ī cōfortatione & cōſeruatione mēbrorū interiorū,& in faciēdo euadere corpus ex malitia chymorū.Et de gñe medicinarū facientiū euadere ſunt,quæ faciunt euadere ex venenis habentiū venena,& ex medicinis īterficiētibus:ad cognitionē quarū nō eſt via,niſi p experimētū.Galenus qdē oñdit in trac.5,ꝙ nō eſt ſemita ad cognoſcendū aliqd ex virtutibus medicinarū ſoluētiū,& medicinarū īterficientiū,& medicinarū facientiū euadere,qbus efficiūt opatiōes has,niſi p experimētū ſolū.Et theriaca qdē ē cōpoſita ex medicinis faciēbus euadere ex veneno,& ex medicinis facientibus malitiam chymorum euadere,& ex medicinis interficiētibus. Et oportet,vt inquirantur medicinæ faciētes euadere ex malitia chymorum.Illud autem, quod eſt ex malitia chymorum,cuius virtus eſt venenoſa,manifeſtū eſt,ꝙ theriaca cōfert in eis. Speciei aūt eius,quod ex malitia eorum ē,cuius virtus nō ē venenoſa,manifeſtū ē,qa oportet,vt inqrant̃ ſpēs medicinarū faciētiū euadere,q̄ faciāt euadere ex eo.Et ego quidē iā exptus ſum,& iueni cāphorā medicinā faciētē euadere ex putredine chymorū:& pꝑter illud ego dedi illā ī potu in ægritudibus peſtilētialibus,& ī febribus putridis,& miſcui cū ea illud,qd̄ vidi eſſe iuuatiuū,& minuimus ī vnaquaq; ęgritudinū putrefactionē.Cruditatē aūt chymi digerūt medicinę digerētes,ſicut crocus,& ſpica,& aſarū,caſsia lignea,& cinnamomū. Ex viſcoſitate aūt humorū & groſsitudine eorū faciūt euadere medicinę ſubtiliantes.Et ex frigore eorū faciūt euadere medicinę calefaciētes.Et ex calore eorum faciunt euadere medicinæ infrigidantes.Et ex eorū ſubtilitate faciunt euadere medicinæ ingroſſantes.

Com.195. digerit̃ chymus dupl̃r.

Virtus medicinarum digerentiū chymos ſolo experimento cognoſcit̃. F

Nota hic de cāphora.

Et euacuatio chymorum fit per medicinas calefacientes fortiter,& per ſolutionem,& per clyſtere,& per ſudorem,& per vomitum.Et iſtæ quidem ſunt ſpecies euacuationum communium. G

Eūo oīs chymi fit p illud,quod attrahit ipſum ex medicinis ſolutiuis ſine alio conamine,hoc eſt adiutorio. Verūtñ medicinę attractiuę ineſt,ꝙ,ſi confortet̃,euacuat illud,quod ſequit̃ illū chymū:Cuius exēplū eſt:medicina,q̄ eūat cholerā,ſi cōfortet̃,eūat poſt cholerā phlegma,poſt phlegma melācholiā,poſt melācholiā ſanguinē: medicia vero,q̄ eūat humorē melācholicū,ſi cōfortet̃,eūat poſt ipm̄ phlegma,poſt phlegma cholerā,poſt cholerā ſanguinē.Et manifeſtū ē,ꝙ chymus ſanguis,nō oportet,vt eūet̃,qm̄,qñ ipſe fit mal⁹,pmutat̃ ad vnū chymorū,q̄ ſunt ſup fluitātes ei⁹,ſ.aut ad melācholiā,aut ad cholerā,aut ad phlegma,aut ad aquoſitatē:& illd̄, qd̄ alterat̃,fit vnus iſtorū chymorū.Subſtātia vero ipſius ſanguis cōueniēs eſt naturę,quapropter oīa mēbra ſumūt ex eo nutrimētū ſuū.Et Gal̃. qdem p̄cepit virū,qui inuenit medicinā ſanguinē eūantē,occidi,vt non ſciret eā ex illo alius.Et,poſtq̄ p̄cepit eū īterfici,p̄cepit,vt clauderent̃ oculi eius,ita vt nō appareret,& īnueret eā,& ſciret alius,& mereretur alter īterfectionē.In phlebotomia vero,& ī vētoſis nō ē intētio eūo ſanguis puri,ſed eūo multitudīs,quę eſt,cū oēs humores ſunt additi ſm̄ pportionē.Phlebotomia aūt eūat multitudinē chymorū ex venis magnis,verūtñ ſcarificatio & vētoſæ eūant multitudinē chymorū ex venis paruis. Et Gal̃.quidē docet in hoc ſermone cōmunes eūones,& dicit,ꝙ ſunt quinq;,Vna earū eſt illud,qd̄ eūat̃ p medicinas,q̄ calefaciūt,& attrahūt calefactione forti.Iſtæ.n.medicinæ p ſupfluitatē calefactiōis ſuę euacuāt,& attrahūt humores:& quædā illarū faciunt eos vaporē,qui reſoluitur ī aere:& qdā eorū,qñ attrahunt ipſos medicinæ iſtæ,currūt ex loco ad locū,ad quē puenit. Et ſecunda eſt ſolutio vētris p medicinas,in quibus ſunt virtutes ſolutiuæ.Et tertia eſt p clyſtere ſolutiuū.Et quarta p ſudorē:& ſudor quidē fit p aerem calidū,& cum coopertura,& cum medicinis calefacientibus cutē. Et quinta eſt per vomitum:& vomitus quidē fit aut intromiſsione digiti aut pennæ in guttur,aut per medicinam facientem nauſeā,aut per medicinā,in qua eſt virtus fortis,qua attrahuntur chymi ad os ventris.Iſtæ ergo ſunt euacuationes cōmunes.

Com.196. Medicia q̄libet ſolutiua oēm humorē eūat. Sanguis pur⁹ nō eūat̃.

Eūones cōmunes ſūt quinq;. H

Propriæ uero ſumūtur in locis,in quibus aggregātur illi mali chymi,ſicut oſtēdi in libro de regimine ſanorū,et proprie in tractatu tertio et quarto illius libri,cū nos narrauimus laſsitudinē,& reliquas cauſas ſimiles laſsitudini.

Vult,ꝙ euacuatio propria cuiuſq; chymorū,oportet,ꝙ ſit ex mēbris propinquioribus mēbro,in quo eſt chymus:& ipſe determinat hanc intentionem. Com. 197.

Et euacuatio chymorum fit facilior,quando euacuatur illud,quod ex eis eſt in venis primis,per ſolutionem ventris.Et euacuatur,quod ex eis eſt,in eo,quod eſt facilius poſt hepar ex venis,per vrinam. Et euacuatur, quod ex eis eſt in corpore toto,per ſudorem.Et,quod eſt in capite,per palatum,aut per nares,aut per vtraq; ſimul. Et,quod eſt in pectore,euacuatur illud per tuſsim.Et,quod eſt in renibus aut veſica,per vrinam.

Venæ primæ ſunt,quæ ſunt inter hepar, & inteſtinum ieiunum, & vocantur meſeraicę.Et iam oſtendit in eo, quod præterijt, ꝙ totum corpus eſt muſculi. Ipſe ergo vult per illud, quod ex chymis eſt in corpore toto,illud, quod ex eis eſt in muſculis.Et reſiduum ſermonis eius eſt intellectum. Com.198.

A *Euacuatio vero, quæ fit per viam attractionis, est significatio cõmunis omnibus membris, quæ sunt ex locis longinquioribus illo loco, ex quo intendimus ad attractionem.*

com.199. Sicut pulpa colocynthidis & agaricus attrahunt in stomacho, qñ applicantᷣ in stomacho, ex cerebro, & nucha, & neruis supfluitates eorũ, & sicut attrahit medicina solutiua ventris, qñ bibitur, superfluitatẽ ex lacertis. Et nobis quidem præparatᷣ, vt ponamus medicinas in eo, quod est sub vmbilico, & attrahantur humores ex corpore: & vt retineatur medicina in manu, & attrahat humores ex corpore: & vt ponatur medicina sub pede, & attrahat humores ex capite. Et totum illud scit ille, qui multum studuit in hac arte, & non oportet, vt sciat illud, qui non meretur illud, & fiat nocumentum eius per hoc, ꝙ vtitur illo plus, q̃ sit iuuamentum per ipsum.

Nota de attrac. medi.

Euacuatio, quæ fit per viam extractionis eius, quod collectum est in mẽbro, fit ex locis propinquis.

com.200. Iste sermo intellectus est, & iam præterijt expositio eius.

Et omnes istæ res, quæ sanant has dispositiones, nominantur causæ sanitatis.

com.201. Istæ res sunt, quæ digerũt chymos, & quæ adiuuant sup digestionẽ eorũ, & quæ faciunt euadere à malitia eorũ, & quæ euacuant eos. Et manifesta est ex eo, quod præmissum est, curatio oĩum febrium. Eius qdem, quæ ex eis est malitia cõplexionis tm̃, sicut febris diei vnius, i. ephemera, & febris ethica, curatio est intrans in curatione malitiæ cõplexionis calidæ & siccæ cum eo, quod infrigidat & humectat, ex cibis, & potibus, & medicinis, & inclinatione B oĩum causarũ cõtinentiũ corpus ad illud, quod infrigidat & humectat, & qđ resoluit vaporẽ earũ, sicut balneatio cũ aqua dulci tepida, & inunctio cũ oleo violaceo, & quæ currũt eius cursu, & olfactio odorũ frigidorũ aromaticorum. Et vsus multus in potibus harũ rerũ facit te scire, ꝙ iste est canon curatiõis earũ. Eius aũt, quod est ex febribus ex putredine chymorũ, est curatio cõposita ex eo, quod adiuuat sup digestionẽ humorũ, sicut medicinæ, quarũ caliditas est silis caliditati corporis innatę: & confortatio naturę, donec digerat eos, & alteratio putredĩs eorũ, & euacuatio eorũ, & infrigidatio eius, quod facit accidere febres in corpore ex calore & siccitate. Ergo curatio huius generis febriũ est cõposita ex curatione febris, quæ est malitia cõplexionis calidæ & siccæ, & ex curatione malitiæ chymorũ. Et, cum putredo multoties sequatur oppilationes, & priuationes expirationis, necessarium est in illo, vt aperiantur oppilationes, & ꝙ minuatur multitudo, donec eã consumat virtus, & expiret à corpore.

Et omnes res, quæ stimulant dispositiones has, & addunt in eis, nominantur causæ ægritudinis.

com.202. Vult per dispositiones, illud, quod noĩauit ex malitia chymorum: & per res, causas, quæ stimulãt vnãquãq; specierum malitiæ chymorũ. Et docuit iam, ꝙ ipsæ sunt duo genera, vnũ eorũ est, quod superuenit corpori ex cibis, & potibus, & alijs extrinsecis, & generant chymũ in eo illaudabilẽ. Et alterũ est, vt in corpore sit chymus illaudabilis, & sumat cibos & potus generantes chymos laudabiles. Cum ergo pueniunt in corpore, resoluit eos chymos chymus illaudabilis ad naturam suam, & permutat de bonitate ad malitiam. Et propter illud dixit Hippocrates, C Corpora, quæ non sunt munda, quanto plus nutries, addes eis malitiam.

Res ergo, quæ non nocent neq; conferunt eis, nominantur neq; causæ sanitatis neq; ægritudinis.

com.203. Vult causas sex cõtinentes corpus, vna quarum est cibi & potus: & secunda aer continens. Ex istis. n. est, qđ nocet in chymis, & generat in eis malitiã, neq; confert in eis. Quod aũt nocet eis, est omne, quod generat malitiã eorũ: sed, quod confert eis, est omne, quod destruit malitiã eorũ: quod vero nõ confert, nec nocet, est omne, cui nõ est impresio manifesta in aliqua ægritudinũ. Et in istis dixit Hippocrates, Oportet, vt sumãtur in potu medicinę, quæ conferant: ꝙ si non confert, ad minus tñ sit ex eo, quod non nocet. Sed, qñ non inuenimus cibos & potus cõferentes, damus ex eis, quod non nocet: & similiter facimus in omnibus causis.

Si nõ possit dari iuuantia, dentᷣ nõ nocẽtia.

Et possibile est, vt non nominentur causæ omnino, sicut faciunt multi sophistarum ex eis, qui negligunt speculationem in inuentione diuersitatis summæ rerum, & finiunt vitam suam in nominibus.

com.204. Res, qbus nõ est impresio manifesta neq; in sanitate neq; in ægritudine, posibile est, vt non noĩentur causæ penitus, verũtñ hæc speculatio est egrediens ab arte medicinæ; & occupatio cũ ea est ex operatione medicorũ sophystarum, qui finiunt vitas suas in phantasia & sophisticatione per sermonẽ in noĩbus, & negligunt consideratiõnẽ in eo, quo fit iuuamentũ in medicinis: & via eorũ est, vt noĩenᷣ medici sermonis. Medici vero ꝭm veritatem, sunt medici opationis: & ex operatione istorũ est occupatio cũ consideratione in eo, quo fit iuuamentũ in medicina: &, qñ intelligũt illud, quo indigent, ex intentionibus rerum, non curãt, qualiter sint nomina.

D *Et iam locutus fui in alio libro ab isto sermonem magis expositum isto, in destructione istorum dictorum.*

com.205. Ostendit Galᷣ. in alio libro ex libris alijs suis, ꝙ occupatio cum nominibus est superflua, cum qua non fit iuuamentum, qñ intentiones sunt intellectæ: & ostendit in libro suo de nominibus medicinalibus, ꝙ res, quæ nõ conferunt neq; nocent, sunt ex causis dispositionis tertiæ, quæ dicitur neq; sanitas neq; ægritudo.

Iam compleui narrationem speciei medicinæ, dictæ cum conseruatione. Et ex medicina est species alia, quæ nominatur confortatio & nutritio, & vtimur ea in eo, qui sanatus est ex infirmitate, & in senectute.

com.206. Cõfortatio & nutritio sunt capitulũ medicinæ, quod administratᷣ in eo, qui iam sanatus est ex ægritudine: & nominatᷣ illud regimen cõualescentis: & in senectute noĩatur illud retentio residui vitæ senis. Et inter confortationẽ & nutritionem est differentia. Confortatio qdem est illud, quod addit in virtutibus membrorum: Nutritio vero est illud, quod mutatᷣ & digeritur, ꝭm ꝙ oportet, & cum quãtitate, qua oportet, & quod nutrit.

Cõfortatio Nutritio.

Et iam ostendi illud in libro de ingenio sanitatis declaratione completa. Dispositionem autẽ corporum istorum, & ex quibus causis redeat ad dispositionem naturalem, ego sum narrans tibi cum abbreuiatione in hoc loco.

com.207. Vult, ꝙ iam exquisite pscrutatus est doctrinã regiminis cõualescẽtis, & retẽtiõis residui vitæ senis in libro suo, qui noĩatᷣ regimẽ sanitatis, seu ingeniũ sanitatis: & ꝙ illud, quod dicit in libro hoc, est abbreuiatio illius.

Dico ergo, quòd dispositio istorũ corporũ, s. conualescentiũ, et senũ, est, quòd sanguis, qui est in corporibus eorũ, est

Plusq̃ Cõ. EE ij sanguis

ſanguis bonus,uerũtamẽ quãtitas eius ẽ parua:et ſimiliter ẽt eſt diſpõ ſpũs uitalis,et animalis. Mẽbra uero eorũ fixa E
ſunt et ſicca,et propter illud uirtutes eorũ ſunt debiles,et propter debilitatẽ harũ uirtutũ totũ corpus ẽ frigidius.

Quod ipſe dixit,cõicãt cõualeſcẽtes ex ęgritudinibus,& ſenes manifeſtũ ẽ,verũ cãæ ĩ eis diuerſificant. In cõua- Com. 208.
leſcẽtibus qdẽ ægritudĩes,& qđ cũ eis accidit ex doloribus,cõminuũt ex ſanguinibus & ſpiritibus ipſorũ,& ex hu
miditatibus ſparſis in mẽbris,q̃ rorãt mẽbra radicalia: & oĩa,q̃ accidũt eis inde,ſunt p accidẽs,nõ naturalia ĩ eis:&
pp illud poſſe ẽ,vt deſtruant oĩa accidẽtia. Et iterũ eſt manifeſtũ,ꝙ fit ĩ mẽbris eorũ pp iſtas res malitia cõplõnis,q̃
facit virtutes eorũ debiles:&,ꝓpter paucitatẽ ſanguĩs in eis & debilitatẽ virtutũ fit,quòd vincit ſup totũ corpus fri
gus. Senũ vero corpora radicalia frigida ſunt & ſicca,natura,& ſanguines eorũ ſunt pauci,qm̃ calor ĩ eis ĩnatus
iam debilitat à digõne eius,qđ aduenit corpori ex potu & cibo. Quapropter aggregant in corporibus eorũ humi
ditates multę,& humores crudi,&,ꝓpter iſtas res debilitant ĩ eis ſpũs tres,& dñat in eis ſup eos debilitas naturæ,&
fiũt corpora eorũ frigidiora natura,q̃ fuerint. Iá ergo declarat p illud,qđ diximus,cõueniẽtia corporũ cõualeſcẽ
tiũ,& corporũ ſenũ,in paucitate ſanguĩs & ſpũum, & ſiccitate mẽbrorũ ſpũalium radicaliũ,& debilitate virtutũ,
& victoria frigoris ſupra totũ corpus.Et,ꝓpter illud ponit Gal.canonẽ curatiõis vnũ in cõualeſcẽtibus & ſenibus.
Et,ꝓpter illud oportet,vt diſcernas ipſum,& appropries cõualeſcẽtes ſm cauſas faciẽtes in eis:& appropries ſenes
ſm cauſas agẽtes in eis.Et iam declaratũ eſt,ꝙ cauſæ diſpõnis iſtorũ ſunt aliæ à cauſis diſpoſitionis illorũ.

Quod ſi vis,vt aggregem tibi cauſas,quæ rectificant hanc diſpoſitionem,& attrahunt habenti ipſam,ſanita-
tem,tunc ſunt omnia,quæ adiuuant ad hoc,vt ſuperueniat corpori nutrimentum velociter cuſtodiens. Et,ſi amas, F
vt diſtinguam tibi eas,tunc ſunt motus æquales,& cibus & potus æqualis,et ſomnus æqualis.Et ſpecies motus ſunt
in vectione, & deambulatione,& frictione,& balneatione.

Oportet,vt regant regimĩe ęquali ĩ vnaquaq; cãrũ ſex,q̃ ſunt aer cõtinẽs,cibus & potus,motus & qes , ſomnus Com. 209.
& vigilia,& euacuatio & conſtrictio , & accñtia aĩæ,verũtñ Gal.dixit in illis tria,vt ſignificet ſup reſidua per ea.Et
dixit ex ſpeciebus particulariũ motus vectionẽ,& deambulationẽ,vt ſignificet ſup oĩa particularia motus,& intel
ligant ex particularibus motus particularia ẽt vniuſcuiuſq; cauſarũ ſex. Et perſcrutatus eſt exquiſite ſermonem in
eis in duobus libris,quorũ vnus eſt liber de ingenio ſanitatis:& alter eſt de regimine ſanorum.

Et,ſi rectificãtur rectificatione multa poſt uſum harum rerum,tunc oportet cõuerſari in pauco ex eis,in quibus
conſueuerunt conuerſari ex operationibus.

Qñ tu adminiſtras in regimĩe ſanitatis cõualeſcẽtis,& retẽtiõis reſidui vitę ſenis,cibũ & potũ ęqualẽ in quãtita Com. 210.
te ſua,& ſua qualitate,& bonitate digõnis eorũ,& adminiſtras ſomnũ ęqualẽ,& motũ ęqualẽ facile,q̃ confortant
mẽbra eorũ,& expirare faciũt illud,qđ aggregat ĩ eis ex vapore,aut p vectionẽ,aut p ambulationẽ , aut p frictionẽ
ęqualẽ,aut p balneationẽ,aut p duo ex iſtis,aut p plura duobus,& vides eos,ꝙ iã rectificati ſunt p ea rectificatione
multa poſt admĩſtrationẽ eorũ,Tũc ꝓcipe eis,vt inqrãt cõuerſationẽ ĩ pauco ex eis,ĩ quo cucurrit cõſuetudo eorũ
cõuerſari,& ĩgrediant ĩ eo paulatĩ,& gradent ĩ eo, donec redeãt ad cõſuetudinẽ eorũ ex opatiõibus,q̃s cõſueuerũt.

Cibi autem,oportet,vt in primis ſint ex rebus humidis velocis digeſtionis,quæ non ſunt frigidæ.Cum ergo exten G
ditur in eis tempus,tunc oportet,vt ſint ex eis,quorum nutrimentum eſt plus.

Iam ſciuiſti ex canone curatiõis cõi,ſ.ex curatiõe cõtrarij p cõtrariũ,qa,cũ virtutes cõualeſcẽtiũ & ſenũ ſint de- Com. 211.
biles,indigẽt cibis humidis velocis digõnis,ſicut ſunt ſorbitiões,& aq̃ pullorũ,& ius gallinarũ. Et,quorũ ĩfrigida
tur cõplo,ĩdigent calefactiõe mẽbrorũ ſuorũ cum cibis: quapropter oportet,vt illud,qđ das eis ĩ cibo ex eis,nõ ſit
frigidũ,& gradare eos in iſtis rebus ex minori ad plus paulatĩ.Et ſilr oportet,vt facias ĩ motibus,& vnaquaq; cãrũ.

Potus autem rectior eis eſt vinum æquale inter antiquum & nouum.Et,quando aſpicis ipſum,vides ipſum cla-
rum lucidum,& color eius aut albus,aut decliuis ad rubedinem.Et,quando ipſum odoras,inuenis ipſum boni odoris
cum æqualitate. Et,quando guſtas,inuenis ipſum ſaporis non mortui,neq; fortis valde , donec non ſit vincẽs ſuper
ipſum ponticitas,aut ſtypticitas,aut amaritudo,aut dulcedo.

Rectior potuum cõualeſcentibus & ſenibus eſt vinũ tẽperatæ cõplexionis. Et non eſt ſuper te,ſiue ſit antiquũ, Com. 212.
ſiue nouũ,poſtquã ſunt ſigna æqualitatis apparentia in eo,& ſunt illa,quæ numerauit, Color qdem albus,aut de-
cliuis ad rubedinem,ſed in ſubſtantia eſt clarũ lucidũ : odor vero eſt bonus cũ æqualitate: ſed ſapor eſt nõ mortui
ſaporis,nec fortis valde,ſed mediũ eſt inter ponticitatẽ & ſtypticitatẽ,& inter amaritudinẽ & dulcedinem. H

Et iam narraui oẽs iſtas res,ſicut dixi paulo ante,narratione magis expoſita hac,in libro de ingenio ſanitatis.

Iſte ſermo tolerat duas expoſitiones,vna earũ eſt,vt velit oẽs canones curatiõis:& altera eſt,vt velit totũ,quo re Com. 213.
gãtur cõualeſcẽtes & ſenes.Prima vero expoſitio eſt ſermo cõis,quo facit nos rememorari totius,quod narrauit in
hoc libro,&,ꝓpter illud ponit eũ ſigillationẽ eius.Expoſitio aũt ſecũda eſt ſermo ꝓprius, quo facit nos rememora Quib⁹ ꝯua
ri,ꝙ corpora conualeſcentiũ & ſenum,cũ ſint frigida,indigens eis,q̃ calefaciunt ea,ex cibis & potibus,& motu,& leſcentes &
reliquis cauſis,calefactione æquali.Et,ſi ſint debilia,indigẽt eis,quæ cõfortant ea,ex cibis & potibus,& ſpeciebus ſenes iuuẽ-
exercitij.Et,cũ ſint diminuta ex ſanguine & ſpiritibus,indigent eo,quod addat illud in illis,ex cibis & potibus,& tur.
bonitate digeſtionis,& exercitio,& gaudio.Et eius ſunt ſpẽs multę,ſicut aſpectus rerũ boni aſpectus,ſicut cęlũ,&
ſtellę,& aquę,colores boni,& ſtatus alti,& vaſa ꝓcioſa,& quę bonã faciũt aĩam ex narrationibus faciẽtibus ridere,
& q̃ faciunt ſuper aĩam lętitiam,& ſuffumigatio bona,& odores delectabiles,& reliqua,q̃ ſunt illis ſilia. Et,cũ ſint
mẽbra illorũ ſicca,eis indigent,q̃ humectãt ea. In cõualeſcẽtibus qdem afferat cãbium eius , quod reſoluerũt do-
lores ex eis,& humoribus:in ſenibus vero extrahat cũ facilitate illud,quod aggregat in corporibus eorũ de ſuper-
fluitatibus,& inquirat calefactio mẽbrorũ,& ipſorũ humectatio,cũ cibis & potibus cõueniẽtibus,& frictione,& Medicinæ
balneatiõe,& ſilibus iſtis ex illis,q̃,qñ ponis illas radices,ſunt ſuſtentamẽtum tuũ:& vtens vnoquoq; particulariũ multę inuẽ
ſm ſe,cõſequeris intentionẽ tuã quęſitã. Et,cũ poſt Galm & Dioſco.ſint herbę inuentę vltimi iuuamenti,velo tæ poſt Ga.
cis

A cis,valoris,ſicut valor cāphoræ in ægritudinibus peſtilētialibus calidis:& muſcus in ægritudinibus peſtilētialibus frigidis:& ſicut velocitas herbę afodilli,cuius flos ſimilat̃ cęleſti,faciētis euadere ex punctura ſcorpionū,& ex morſu ſerpētium,& viperarū,donec dicit̃,ꝙ,q bibit ex ea aliqd,& mordet ipſum vipera,aut ſerpens,aut ſcorpio,non ſentit p eos dolorē,& ſi eſſet ex rebus,q̄ ſunt deteriores iſtis rebus,& maligniores eis:& qa ita ſtat anno vno,ꝙ nō īprimit in corpus eius venenū,Tunc iam poſe eſt,vt ſint ēt medicinę,q̄ ꝓhibeant à velocitate ſenectutis,ſ.à frigore mēbrorum,& ſiccitate eorū,& ꝓlonget̃ per illud vita hoīs,qñ regimē eius fit bonū,ſicut dicitur,ꝙ hoīes vixerunt centū annis.Et vnū,quod inuenit̃ in illo,eſt medicina Inda,& noīat̃ Triphera:ipſa nāq; bonā efficit digeſtionem,& colorē bonū,& ꝓlongat iuuentutē tpe & ſpacio longo,qñ cum vſu eius bonū eſt reliquū regimen. Et fortaſſe illi,q diu vixerunt,inuenerunt iam medicinas,qbus ꝓlongatę ſunt vitę eorum,quarū cognitio nō peruenit ad græcos,nec ad aliquē eorū : qui venerunt poſt eos vſq; hodie:& fortaſſe illud inueniet̃ in eo,quod futurū eſt ex tpe.Nam,qñ triphera eſt,ſm ꝙ diximus,tunc poſe eſt inuenire,qđ ea eſt magis vltimum:verūtamen non eſt poſe omnino inuenire medicinam prohibentem à morte vllo modo,& cōſeruantē vitam ſemper.Galenus aūt demonſtratione probauit in tractatu primo de regimine ſanorum,ꝙ hæc res eſt impoſsibilis in natura hominis, cum ſit compoſitus ex ſpermate & ſanguine menſtruo.

posse īueniri medi. ꝓhibētes velo.ci. senec. sed nō mortem.

Et non eſt intentio mea in hoc libro,vt narrem oēs res particulariter,verūtamen non intendo in hoc libro, niſi
B *vt rememorer ſummas eius,quod expoſui et oſtendi in libris meis alijs.Et ego ſum dicens illos libros alios,quot ſunt, & qui ſunt,& diſtinguam vnūquēq; eorum:deinde abſcindam,poſtquā narrauero illud,librum iſtum.*

Com. 214. Iam palam dixit Galenus in hoc ſermone illud,ad quod intendimus de hoc,ꝙ noīauimus hunc librum artem paruam:& ꝙ ipſe noīauit ipſum hoc noīe,vt ſignificet,quia in eo ſunt ſummę totius artis medicinæ,quā expoſuit in libris ſuis,& non noīauit cum hoc noīe per cōparationem eius ad librum de ingenio ſanitatis ſolū,ſicut putat, cui non eſt intellectus.Et iſta ſunt noīa librorum eius, in quibus docuit artem medicinæ ſm expoſitionem & determinationem:& dicit intentiones ſuas in eis cum conditionibus ſuis.

Iam dixi paulo ante,quia ego ſcripſi tractatum,in quo narraui,qualiter eleuata eſt medicina.Et præcedunt hūc tractatum duo tractatus,in quibus narraui eſſentiam omniū artium,verūtamen iſti tractatus cum hoc tractatu, quorum iſta eſt conſummatio,ſunt præter libros,quos ædidi ſecundum expoſitionem & dilatationem in ſermone. Illorum autem librorum iſtæ ſunt ordinationes.

Com. 215. Audi ordinem librorum,in quibus perſcrutatus eſt exquiſite Galenus doctrinam artis medicinæ.

Primus liber eorū eſt,in quo narraui eſſe elementorū ſecundū ſentētiā Hippocratis.Et poſt eū ſunt tres tractatus,in quibus narraui eſſe cōplexionis.Narraui ſiquidē in duobus tractatibus primis ex eis, eſſe cōplexionis animalium:& narraui in tertio,eſſe cōplexionis medicinarū ſimplicium.Et propter illud fit impoſsibile aliquem intelligere librum meū de uirtutibus medicinarū ſimpliciū,ſecundū quòd oportet,ſi non antecedat,& legat tertiū librū meū de cōplexione,& perſcrutetur exquiſite intellectū eius. Et poſt eum eſt tractatus vnus paruus,qui cōtinuatur cū
C *duobus tractatibus primis libri mei in cōplexione,et inſcriptio eius eſt,de cōplexiōe mala diuerſa.Et duo alij tractatus,quorū unius inſcriptio eſt,de meliore habitudine corporis:et alterius eſt inſcriptio,de bona habitudine corporis.*

Com. 216. Iſti tractatus omnes ſunt pendentes,& præcedentes cum complexione.

Et poſt librū de complexionibus eſt liber alius,in quo ſunt tres tractatus, quibus narraui eſſe virtutum naturalium.Et poſsibile eſt poſt hoc,vt legas hunc librum,poſtquā legeris duos tractatus primos de cōplexione,et poſtquā legeris tractatum,in quo narraui eſſe elementorum,vt ſit lectio tua ſecundū ordinem continuum.

Com. 217. Scilicet lege,& vide librum de virtutibus naturalibus poſt duos tractatus primos de complexione : & lege ante iſtos duos primos tractatus librum de elementis.

Et ſunt mihi poſt hunc librum libri multi,in quibus narraui eſſe operationum animalium.

Com. 218. Vult,ꝙ ſunt ei poſt librum de virtutibus animalibus libri multi.

Verūtamen,cum in demonſtratione ſuper ea,quæ apparent in anatomia, iuuamentum ſit nō paruū,oportet,vt antecedat ſtudium in anatomiæ libris.Et magis conſecutiuus librorum,in quibus narraui anatomiam, eſt liber curationis anatomiæ.Et poſt ipſum ſunt libri alij multi,ex quibus ſunt duo tractatus,in quibus narraui eſſe eius,quod cadit in anatomia de diuerſitate.Et ex eis eſt tractatus,in quo narraui eſſe anatomiæ animaliū mortuorū. Et conti
D *nuantur cum eo duo tractatus,in quibus narraui eſſe anatomiæ animalium viuorum.Et ex eis ſunt tractatus alij, quos poſui diſcipulis in anatomia oſsium,& lacertorum,& neruorum,& venarum non pulſatilium & pulſatiliū, & tractatus alij ſimiles iſtis.Et ex eis,qui ingrediuntur in ordine iſtorum,eſt tractatus,in quo oſtendi, quòd ſanguis eſt retentus in venis pulſatilibus,natura.*

Com. 219. Liber curationis anatomiæ eſt 15 tractatus. Et tractatus, quos poſuit diſcipulis,ſunt quinq;,qui aggregati ſunt in libro vno,& nominatur poſt illud anatomia parua.

Eſſe autem operationum narraui in duobus tractatibus, in quibus narraui motum lacertorum. Et tres tractatus ſunt,in quibus narraui motum pectoris & pulmonis. Et ſequitur hunc librum liber noſter de cauſis reſpirationis:& poſt hunc ſunt tractatus,quos ædidi de voce.

Com. 220. Iſti ſunt quatuor tractatus,qui aggregati ſunt,& nominantur libri vocis.

Eſſe autem virtutum,quæ nominantur regitiuæ ex virtutibus animæ,& reliquorum,de quibus eſt neceſſaria inquiſitio de eſſe operationum naturalium & animalium,oſtendi in libro,in quo ſunt tractatus multi, quorum inſcriptionem poſui,de ſententijs Hippocratis & Platonis.

Iste liber est nouus tractatus: & tractatum decimum fecit respondēdo de dubitatione, qua dubitabant quidam homines sui temporis. Com. 221. E

Et ingrediuntur in hoc genere doctrinæ duo tractatus, quos ædidi de spermate, & liber de anatomia Hippo. de inde post istos libros omnes sequitur liber de iuuamentis membrorum.

Liber de iuuamentis membrorum est decem & septem tractatus. Cōm. 222.

Ex libris autem, quibus fit iuuamentum in cognitione ægritudinum, est liber cognitionis ægritudinum membrorum interiorum patientium. Et ex eis est liber de pulsu, in quo narraui prognosticationem, quæ fit ex pulsu. Et antecedunt librum pulsus duo tractatus, quorum vnus est in necessitate respirationis: & alter in necessitate pulsus. Liber autem noster in pulsibus diuiditur in quatuor diuisiones, in cuius prima diuisione narrauimus species pulsus: & narrauimus in secunda, qualiter cognoscuntur illæ species: & narrauimus in diuisione tertia causas facientes illas species: & narrauimus in diuisione quarta prognosticationem, quæ fit ex illis speciebus.

Vnaquæq; harum diuisionum est quatuor tractatus. Com. 223.

Et ingreditur in hoc genere tractatus, quem posuimus introducendis in pulsu. Et ego quidem in mente habeo, ut ponam tractatum alium, in quo summatim ponam totum, quod dixi in istis tractatibus, qui sunt de pulsu. Et forsitan ponam inscriptionem illius tractatus, aut artem pulsus, aut summas esse pulsus.

F

Illud, quod consequitur, est, quia posuit hunc tractatum, verum promisit illū, & dimisit ipsum, & mortuus est sine ipso secundum Capi. octoginta septem annorum. Com. 224.

Et ex ijs, quibus fit iuuamentū ex hac scientia, sunt tractatus, in quibus exposui illud, quod dixit Archigenes in pulsu, & quod expertus est, & ostendit rectum eius ex eo, quod errauit uel narrauit. Libri autem, quibus fit iuuamentum in prognosticatione, magis vltimus eorū est liber crisis. Et præcedit ipsum liber de creticis diebus, Et liber, quem ædidi in malitia respirationis, quo fit iuuamentum in cognitione rei præsentis, & in prognosticatione rei futuræ ex bono aut malo, quod accidit infirmo.

Vnusquisq; horum librorum est tres tractatus. Com. 225.

Et vndecim tractatus, in quibus narraui esse medicinarum simplicium, & iam diximus eos ante. Et decem & septem tractatus, in quibus narrauimus compositiones medicinarum, & esse compositionis earum.

Septem tractatus nominantur cata geni, & decem nominantur almeamur, in quibus dixit medicinas compositas secundum membra patientia. Com. 226.

Et oēs isti libri, & tractatus alij cum eis singulares, est necesse, ut legantur, & regantur, & præparentur. Et ex eis est tractatus, in quo narraui esse causarū primitiuarum. Et ex eis est tractatus in experientia medicinali. Et ex eis est tractatus in regimine subtiliante. Et ex eis est tractatus in phlebotomia venarū, in quo contradixi Erasistrato. Et ex eis est tractatus in apostematibus. Et ex eis est tractatus in multitudine humorum, & alij ex eis, qui sunt similes illis, ex quibus non est excusatio in intellectu libri de ingenio sanitatis. Et tractatus, quo narraui ægritudines. Et tractatus, in quo narraui accidentia. Et tractatus tertius, in quo narraui causas ægritudinū. Et tres tractatus post illum, in quibus narraui causas accidentium. G

Aggregati sunt isti tractatus septem in libro vno, & nominatur liber causarum & accidentium. Com. 227.

Et sequitur hos libros liber de ingenio sanitatis: Et liber de regimine sanorum.

Ipse autem dicit in libro de ingenio sanitatis, Oportet, vt legatur post librum de ingenio sanitatis liber de medicinis compositis: & oportet, vt legantur medicinæ simplices ante librum de ingenio sanitatis. Com. 228.

Et iam ostendi in tractatu, in quo narraui melius ingenium, quia oportet, ante hos libros oēs vt exerceantur in libro meo, quem ædidi in demonstratione, qui vult vti hac arte per viam ratiocinationis, & exerceri in ea.

Docuit per hunc sermonem modum necessitatis, quæ est de arte dialecticæ in arte medicinæ. Manifestum est enim, ꝙ non scitur rectum, & certum, nec rectificatur ab errore nisi per artem dialecticam solam. Com. 229.

Reliquos autem libros & expositiones, quas ædidi, non cogit me aliquis dicere in hoc loco, quoniam de consilio meo est, vt applicem omnes eos in tractatu vno, aut in tractatibus duobus: & ponam inscriptionem, Libri Galeni in rememoratione librorum suorum. H

Iam fecit hoc Galenus in duobus tractatibus, quos noīauit, Paruitas librorū, vel Noīatio librorū Galeni. Et ex libris, quos dixit in hoc loco, & libris, quos dixit in noīatione librorū suorum, sunt illi, q exierunt ab Arabica lingua, vel ad Arabicam linguā. Et est plurimū eorum ad illud, ad quod vocat necessitas in doctrina artis medicinę. Et ex eis sunt, quos non vidi vsq; ad diē hunc, sicut librū, in quo exposuit illud, quod dixit Archigenes in pulsu: & sicut libri eius in anatomia Hipp. Et ab istis duobus libris fit excusatio p illud, quod ostēdit in libro suo de pulsu, & per id, quod ostēdit in libro suo de anatomia. Et silr fit excusatio p canones, quos dixit in quinq; tractatibus primis medicinarum simplicium, à toto illo, quod posuerunt, q venerunt post eū, ex medicinis, quas ostendit se inuenisse. Et silr fit excusatio per librum suum de crisi, & p librum de ingenio sanitatis, à libro suo de febribus. Ipse. n. exquisite perscrutatus est esse febrium in his duobus libris. Et ſm hanc viam, necesse est tibi, vt intelligas intentiones Galeni, & agas cum eis, & addiscas artem medicinæ, ſm ꝙ magis completum est. Com. 230.

Explicit Cōmentum Haly filij Rodbon supra techni Galeni, in quo ipse Haly exponit librum Galeni, archiatrios filij Abincalis, qui nominatur Microtechni, i. ars parua.

IOANNITII IN ARTEM PARVAM GALENI ISAGOGE.

Tractatus Primus, qui eſt de Rebus Naturalibus.

De Medicinæ diuiſione. *CAP. I.*

MEDICINA diuiditur in duas partes, in theoricam, & practicam, Quarũ Theorica diuiditur in tria, ſ. in contẽplationem rerũ naturaliũ: & nõ naturalium: & earũ, quę ſunt contra naturam. Ex quibus ægritudinis, & ſanitatis, & neutralitatis, & ſuarum cauſarum, & ſignificationum ſcientia procedit, qñ extra curſum naturalẽ humores quatuor excreſcunt, ex qua occaſiõe vel ex qua ſignificatione ęgritudo habeatur.

Quot ſint Res Naturales. Cap. 2.

B RES vero naturales ſunt ſeptem, ſ. elementa, cõmixtiones, cõpoſitiones, membra, virtutes, operationes, & ſpũs. Et alij addiderũt his alia quatuor, ſ. ætates, colores, figuras, & diſtantiam inter maſculum & fœminam.

De Elementis. Cap. 3.

ELementa ſunt quatuor, ignis, aer, aqua, & terra. Ignis, calidus & ſiccus. Aer, calidus & humidus. Aqua, frigida & humida. Terra, frigida & ſicca.

De Commixtionibus. Cap. 4.

COmmixtiones ſunt nouem, octo inequales, & vna æqualis. De inequalibus vero quatuor ſunt ſimplices, hoc eſt, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum: & quatuor ex his compoſitæ, ſ. calidum & humidum, calidum & ſiccũ, frigidũ & humidũ, frigidum, & ſiccum. Aequalis vero eſt, qñ cum moderatione corpus incolume ducit.

De Humoribus. Cap. 5.

COmpoſitiones ſunt quatuor, ſ. ſanguis, phlegma, cholera rubea, & cholera nigra. Sanguis eſt calidus & humidus. Phlegma, frigidum & humidum. Cholera rubea, calida & ſicca. Cholera nigra, frigida & ſicca.

De Phlegmate. Cap. 6.

PHlegmatis autem quinq; ſunt modi. Eſt autem phlegma ſalſum calidius & ſiccius cæteris, infectum humore cholerico. Et eſt phlegma dulce pertinẽs ad caliditatem & humectationem, infectum ſanguineo. Eſt & acre, pertinens ad frigiditatem & ſiccitatem, infectum melancholico. Eſt etiam phlegma vitreum, quod naſcitur ex
C magna frigiditate & coagulatione, ſicut in ſenibus, naturali calore deſtitutis. Et eſt aliud frigidum & humidum: illud vero ſaporem non habet, ſed propriam retinet frigiditatem & humiditatem.

De Cholera Rubea. Cap. 7.

CHolera rubea qnq; modis cõſtat. Eſt cholera rubea clara vel pura, naturalr & ſubſtãtialr calida, cuius origo ẽ ab hepate. Eſt citrina, cuius exordiũ ẽ ex cõpõne aquoſi phlegmatis & cholę rubeę purę: ideoq; ẽ min⁹ cala. Et ẽ chola ſilis vitellis ouorũ, q̃ naſcit̃ ex cõmixtiõe phlegmatis coagulati & cholę rubeę clarę, q̃ ẽ min⁹ cala. Quarto mõ ẽ chola viridis, quẽadmodũ praſsiũ, cuius origo magis ẽ à ſtomacho, q̃ ab hepate. Eſt aũt chola viridis, quẽadmodũ viridis ęris ęrugo, & vrit in modũ veneni, naſcit̃ ex nimia aduſtiõe, q̃ ꝓpriũ hẽt colorẽ ꝓpriamq; malitiã.

De Cholera Nigra. Cap. 8.

CHolera nigra duobus modis cõſtat, Vno mõ eſt naturalis in modũ fęcis ſanguinis & eiuſdem ꝑturbatiõis: & cognoſcit̃ eẽ à coloribus nigris, cũ inferius vel ſupius extra manat: & iſte modus eſt veraciter frigidus & ſiccus. Eſt & alius modus extra naturalẽ curſum: & origo eius eſt de vſtione cholericæ cõmixtionis: & hic veraciter appellat̃ niger, & eſt calidior & leuior ſupiori modo, habens in ſe impetũ ꝑnecabilẽ, & qualitatẽ pernicioſam.

De Membris. Cap. 9.

MEmbrorũ modi ſunt quatuor. Eorũ.n. ſunt q̃dã principalia, & ſunt quaſi materia & fundamẽta, ſ. cerebrũ, cor, hepar, & teſticuli. Et ſunt alia quędã, q̃ p̃dictis principalibus deſeruiũt, vt ſunt nerui, q cerebro mini-
D ſtrant: arterię, quę deſeruiũt cordi: venæ, q̃ deſeruiũt hepati: & vaſa ſpermatica, q̃ teſticulis ſperma miniſtrant. Sunt vero de mẽbris alia ꝓpriam virtutẽ habẽtia, vnde eadẽ mẽbra regunt̃ & eorũ qualitas cõſtat, vt ſunt oſſa, & chartilagines, & mẽbranę, q̃ ſunt inter coriũ & carnẽ, & muſculi, & pinguedo, & caro. Alia ſunt, quę ꝓpria ſunt virtute nixa, tñ principiũ habent & vigorẽ à principalibus fundamẽtis, vt eſt ſtomachus, renes, inteſtina, omneſq; lacerti: hæc.n. ſua virtute ꝓpria appetũt cibum, & mutãt, & operant̃ ſuos actus ẜm naturã. Habent & alias ꝓprias virtutes decurrẽtes à principalibus fundamentis, de q̃bus principalibus cõſtat ſenſus & vita cum voluntario motu.

De virtutibus. Cap. 10.

VIrtutis itaq; trina fit partitio. Eſt virtus aĩalis, eſt ſpũalis, eſt & naturalis. Virtus ſiq̃dẽ naturalis vna eſt, q̃ miniſtrat: altera, cui miniſtrat̃. Sed naturalis virtus, cui miniſtrat̃, mõ generat, mõ nutrit, mõ paſcit. Virtus aũt, q̃ miniſtrat, & nõ miniſtrat̃ ei, mõ appetit, retinet, digerit, & mõ expellit: q̃ deſeruiũt paſcenti virtuti, quẽadmodũ paſcens virtus nutribili. Et generãti virtuti deſeruiũt alię duę, vna, q̃ ĩmutat cibũ: altera, q̃ informat: q̃ à ſe differũt. Nã prior virtus ĩmutat cibũ, & miniſtrat virtuti gñanti ſine informatiõe. Secũda vero ĩmutat, & miniſtrat gñanti virtuti cũ informatiõe. Sed informatiuę virtutis opatiões ſunt qnq;, aſsĩlatiua, cõcaua, ꝑforabilis, aſpa, & lenis.

De Virtute Spirituali. Cap. 11.

DE virtute ſpũali duo ꝓcedũt, vnũ opatiuũ, & aliud ab hoc opatũ. Opatiua virtus eſt, q̃ cor dilatat & arterias, & iterũ cõſtringit. Ab opata vero hęc naſcunt̃, ira, indignatio, victoria, dñatio, aſtutia, & ſolicitudo.

De Virtute animali. Cap. 12. E

ZOdiaca virtus tria complectitur. Est vna virtus animalis, quæ ordinat, & componit, & discernit: secunda, quę mouet voluntario motu: tertia, quæ sensibilis vocatur. De ordinatiua & discretiua & compositiua virtute hæc procedunt, phantasia, in fronte: cogitatio vel ratio, in cerebro: memoria, in occipitio. Virtus vero voluntarie mobilis, lacertos, quibus cætera membra mouentur, mouet, quæ voluntario motu mouentur. Virtus itaq; sensibilis constat visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu.

De Operationibus. Cap. 13.

OPerationes duobus modis sunt. Sunt operationes, quarum vnaquæq; singulariter, quod suum est, perficit, Vt est cibi appetitus per caliditatem & siccitatem: digestio per caliditatem & humectationem: retentio per frigiditatem & siccitatem: expulsio per illud, quod est frigidum humidum. Sunt & compositæ, quæ à duabus componuntur, vt est desiderium & deportatio. Nam desiderium virtute duplici componitur, quarum vna est, quæ appetit: altera, quæ sentit: stomachus enim suam inanitionem sentit. Deportatio vero duplici virtute vel amplius cõponitur, vna, quæ expellit: altera, quæ attrahit, vel sentit: altera, quæ appetit.

De Spiritibus. Cap. 14.

SPiritus igitur sunt tres, primus naturalis, qui sumit principium ab hepate: secundus vitalis, à corde: tertius animalis, à cerebro. Horum primus ab hepate per venas, quæ non habent pulsum, in totum corpus diffunditur. F Secundus à corde per arterias in totum corpus dirigitur. Tertius vero per neruos in totum corpus à cerebro dirigitur, quæ in septima naturalium rerum parte, i. spiritu, cognoscuntur.

De Aetatibus. Cap. 15.

QVatuor sunt ætates, scilicet adolescentia, iuuentus, senectus, & senium. Adolescentia, complexionis videlicet calidæ & humidæ est, in qua crescit & augetur corpus, vsq; ad vigesimum quintum, vel trigesimum perueniens annum. Hanc Iuuentus sequitur, quę calida est & sicca, perfectũ sine diminutione virium corpus cõseruans, quæ trigesimo quinto, vel quadragesimo anno finit. Huic succedit Senectus frigida & sicca, in qua quidem minui & decrescere corpus incipit, tamen virtus nõ deficit, quinquagesimo quinto anno, vel sexagesimo persistens. Huic succedit Senium collectione phlegmatici humoris frigidi & humidi, in quo virtutis apparet defectus, quod suos annos, vitæ termino metitur.

De Coloribus cutis. Cap. 16.

COlor cutis duobus modis fit. Aut enim hunc interiora subministrant: aut exteriora deducunt. Ab interioribus autem duobus modis accidit, vel ex abundantia: seu ab æqualitate humorum. Ab æqualitate est ille, qui est compositus ex albedine & rubore: Ab inæqualitate vero procedunt niger, citrinus, rubeus, glaucus, & albus color. Color nanq; rubeus, & niger, & citrinus significant colorem corpori dominantem. Citrinus vero solus, significat choleram rubeam. Niger vero solus, choleram nigram. Rubeus solus, abundantiam sanguinis. Albus G nãq; & glaucus abundantem frigiditatem corpori dominantem, sed glaucus ex melancholia: albus ex phlegmate sui causas habere significat. Ab exterioribus nempe colores adueniunt, sicut ex frigore Scotis: ex calore Aethiopibus: & ex alijs multis accidentibus. Sunt & alij speciales vel spirituales colores aut ex timore, aut ex ira, aut ex tristitia, vel alijs animi motibus.

De Coloribus capillorum. Cap. 17.

CApillorum colores sunt quatuor, niger, rubeus, glaucus, & canities. Niger fit ex abundantia cholerici incensi, vel combustione multa sanguinis. Rubeus, à nimietate caloris nõ adusti, vnde semper fiunt rubei capilli. Glaucus ex abundantia melancholiæ. Canities vero fit ex nimia defectione caloris naturalis, & ex effectu putridi phlegmatis. Hoc plurimum fit in senibus.

De Tunicis oculorum, & Humoribus. Cap. 18.

OCulorum tunicæ sunt septem, & humores tres. Prima tunica dicitur rhetina: secunda, secundina: tertia, scliros: quarta, tela araneæ: quinta, vuea: sexta, cornea: septima, coniunctiua. Humorum primus est vitreus: secundus, crystallinus est: tertius, albugineus, qui est ante vueam tunicam.

De Coloribus oculorum. Cap. 19.

OCulorũ colores sunt quatuor, niger, subalbidus, varius, & glaucus. Nigredo fit ex defectu visibilis spũs, vel ex perturbatione ipsius: aut ex penuria crystallini humoris, vel quia plurimum residit interius ipse crystallinus humor: aut ex humoris abundantia, qui est sĩlis albugini oui, aut ex pturbatione ipsius: aut ex abũdãtia qualitatis vuei humoris. Subalbedo fit ex septem rebus, superioribus contrarijs, s. ex abundantia spiritus visibilis, vel claritate ipsius: aut ex magnitudine crystallini humoris, & eminẽtia ipsius: aut ex minorantia albuginei humoris, & claritate ipsius: & defectione qualitatis vuei humoris. Varius vero color & glaucus fit, si cõueniunt cum rebus, quę accidũt nigredini & subalbedini. Varius vero color sigñat spũm visibilem magis abũdare, & clarescere in sua varietate. Glaucus vero color significat spiritũ visibilẽ minus abundare, & subnigrescere in sua glaucedine.

De Qualitatibus corporis. Cap. 20.

MOdi qualitatis corporis quinq; sunt, crassitudo nimia, & extenuata macies, synthesis, squalliditas, & ęqualitas. Crassitudinis duę sunt spẽs, s. abundãtia carnis, & pinguedo. Abundantia carnis fit ex abũdãtia caloris & humoris. Pinguedo fit ex frigiditate & humiditate intẽsa. Pinguedinis diminutio, vel extenuata macies fit ex caliditate & siccitate intẽsa. Synthesis fit ex frigiditate & siccitate intẽsa. Squalliditas nẽpe fit ex frigiditate & intẽsa humiditate: aut simul vtrisq; intẽsis. Aequalitas itaq; fit ex humorũ æqualitate. Corporis hæ sunt formæ.

De Distantia inter masculum & fœminam. Cap. 21.

MAsculus à fœmina differt in eo, ꝙ hic calidior & siccior est: illa ecõtrario frigidior & humidior.

Tracta-

Tractatus Secundus, qui est de Rebus non naturalibus.

De Mutatione Aeris. Cap. 1.

AEris mutatio fit quinq; modis. Aut.n. fit ex anni temporibus, & ex ortu stellarũ & occasu, aut ex vẽtis, terris, & earum fumositatibus.

De Temporibus anni, & Ortu & occasu stellarum. Cap. 2.

ANni tempora sunt quatuor. Ver ęquale, calidum & humidum. Æstas, calida & sicca. Autumnus, frigidus & siccus. Et hyems, frigida & humida. Ex stellis immutatur aeris natura. Nam, cum appropinquauerit Sol stellis, vel ipsæ illi, calidior fit aer: & his quidem à se separatis frigiditas aeris minuitur vel augetur.

De Ventis, & eorum qualitatibus. Cap. 3.

VEnti quatuor sunt, Subsolanus, Fauonius, Septẽtrio, & Hauster, Quorum vnus habet virtutem frigidam & siccam: alter calidam & humidam. Cęteri vero duo ęqualis virtutis sunt, quorum vni, scilicet Subsolano, caliditas & siccitas: alteri vero, scilicet Fauonio, frigiditas & humiditas attribuuntur: & Hauster paulo calidior & humidior: Septentrio vero frigidior & siccior.

B

De Terris, & earum qualitatibus. Cap. 4.

TErrarum modi sunt quatuor, altitudo, profunditas: vicinitas montium & maris: æqualitas terrarum seu locorum, quibus terræ à se differunt, Altitudine & profunditate, quoniam altitudo frigiditatem: profunditas huic contrarium reddit. Propinquitate montium eueniunt hęc, quoniam, si ipsi fuerint à parte meridiana, terra erit frigida, nam calidis montes meridiani obstant ventis: septentrionales venti frigidis eam expetũt flatibus. Si vero septentrio montes habuerit, superiori terrę contraria erit vicinitate maris, quoniam meridies calidã & siccam: septẽtrio frigidam & siccam terram præbet. Pręterea terrę sui natura inter se differunt. Nam, si fuerit terra petrosa, frigida & sicca: si vero pinguis & crassa, calida & humida: lutea autẽ, frigida & humida erit. Immutantur quoq; aeris fumositate, videlicet paludum, siue putredinis alicuius, vnde fiunt morbi ac pestes in hominibus.

De Exercitio, & Ociositate. Cap. 5.

EXercitium immutat corpus, quia, quando æquale est, ęqualẽ præstat calorem: cum vero amplius fit, magis calefacit, sed postea infrigidat & desiccat. Ociositate corpus immutatur, quia, si inæqualis est, & frigiditatẽ facit & humectationem inæqualem: si vero æqualis, æqualiter.

De Balneis. Cap. 6.

C

BAlnea autem sunt dulcis aquæ, aut non dulcis. Sed dulcis aquę balneum remollit, calidum calefacit, & frigidum infrigidat. Nõ dulcis vero aquæ balneum desiccat corpus. Quòd si ex aqua salsa, vel amara, siue sulphurea fuerit, calefacit & desiccat: si vero de aluminosa, & gipsea, infrigidat & desiccat.

De Cibis. Cap. 7.

MOdi ciborum sunt duo. Est.n. cibus, qui bonum gignit humorẽ: & est malus, qui malum gignit humorem. Bonum autem gignit, qui bonum sanguinem creat, & æqualem in commixtione & opere, vt est panis mũdus, recens, & fermẽtatus, & caro aĩalis agni, & hœdina. Malus autem contraria operatur, vt est panis autopyrus, non recens, & bouiua, & hyrcina caro, vetusta. Pręterea bonum malumq; humorem creantium ciborum duo sunt modi, grauis, atq; leuis, Grauis est caro porcina & bouina: leuis pullorum, vel piscium caro, mediocriũ, magis mobilium, & minus pinguium, & squamosorum. Est & olerum genus, quod malum generat humorem, scilicet choleram rubeam, vt est nasturtium, synapis, allium. Sunt, & quæ generant melancholiam, sicut lens, caules, caprina caro vetus, & bubulina. Et sunt, quæ generant phlegma, vt est caro porcellorũ, & agnorũ, portulaca, & atriplex. Præterea grauis cibus gignit phlegma & choleram nigrã; cibus leuis choleram rubeam, & vterq; malus.

De Potationibus. Cap. 8.

MOdi potationum tres sunt. Est potus, qui nihil aliud est, q̃ potus, vt aqua. Et est potus, q potus est & cibus, vt vinum. Et est alius potus duobus pertinens superioribus, vt potio, quę datur contra morbi vitium aliquod, vt mellicratum, vel mulsa, vel conditum. Cibus vero huius vtilitatis est, quia reparat integritatem corporis recto ordine. Potus vero hanc vtilitatem præstat, quia reportat cibos per corpus: sed illius potus vtilitas, quem potioni diximus pertinere, corporis naturam ad se conuertit.

D

De Somno & Vigilijs. Cap. 9.

SOmnus, corporis immutat naturam, primum quia infrigidat exterius, & calefacit interius: qui, si prolixus fuerit, infrigidat & humectat. Vigilijs quoque immutatur corpus, quia extrinsecus calefaciũt: intrinsecus autem infrigidant, & desiccant.

De Coitu. Cap. 10.

COitus hæc præstat corpori: Desiccat corpus, & minuit naturalem virtutem, ideoq; infrigidat: multoties vero ex multa concussione corpus calefacit.

De Accidentibus animę. Cap. 11.

SVnt quædam accidentia animę, quæ faciunt intra corpus aliquod, sicut quæ commouent naturalem calorem ab interiori parte ad superficiem cutis aut impetuose, vt ira: aut leuiter cũ suauitate, vt delicię & gaudium. Sũt autem, quæ ad se caliditatem contrahunt & cęlant aut impetuose, vt terror vel timor: aut leuiter, vt angustia. Et sunt, quæ commouent naturalem virtutem intus & extra, vt est tristitia.

Tractatus Tertius, qui est de Rebus Contra naturam.

Quot sint Res Contra naturam. Cap. 1.

TRia ergo contra naturam sunt, morbus, morbi causa, & accidentia morbum sequentia. Morbus est, qui principaliter corpori nocet nullo mediatore, qui eum adiuuet, vt calor in febre succedēte.

De Febribus. Cap. 2.

FEbris est calor innaturalis, cursum supergrediens naturę, procedens à corde in arterias, suoq; lędens effectu, Cuius sunt tria genera, vnum in anima, & dicitur ephemera: aliud in humoribus, qui putrescunt, & putrida nuncupatur: tertium lędit membra solida, & ipsa est ethica. Quarum Ephemera nascitur ab accidēti occasiōe: Putrida quoq; à putridis rebus, cuiusmodi sunt simplices atq; singulares, & sunt quatuor, Primus est modus, qui fit de putredine sanguinis, comburens vtranq; partem, interiorem & exteriorem, vt est synochus. Secundus, qui fit de putredine cholerę rubeę vt est tritheus. Tertius fit ex putredine phlegmatis, vt est quotidianus. Quartus vero, qui fit ex putredine melancholię, quę intermissis duobus diebus affligit infirmum, & dicitur quartanus. Modi prętęrea febrium ex putredine accidentium tres sunt. Est febris, quę quotidie minuitur, vt paracmasticus, i. decrescens. Est, qui augetur, vt acmasticus, donec recedat. Est, q in eodē statu permanet, donec iterum recedat, vt homotonus. Continua febris de putredine venarum fit, declinās quidem extra venas in aliquibus corporis partibus. Horripilatio fit in febribus ex infusione putredinis in sensibilibus mē- E bris, mordens & infrigidans. Ideoq; horripilatio fit in febribus illis, quę habent anesim, idest interpolationē, quia putredines extra venas sunt.

De Apostematibus. Cap. 3.

APostematum autē quatuor modi sunt simplices. Aut. n. fiūt ex sanguine, & dicūtur phlegmones: aut ex choleris rubeis, & dicuntur herysipilę: aut ex phlegmate, quod est coagulatū, et dicuntur vndimię vel cimię. i. tumor: aut ex cholera nigra, & dicuntur cancri phlegmonum. Ex sanguine signa sunt hęc, rubor, duritia, pulsus, dolor, calor, & tumor. Ex cholera rubea phlegmonum signa sunt hęc, calor, rubor mixtus citrino colori, magnitudo doloris cum punctione, & velox augmentatio. Ex phlegmate phlegmonis signa hęc sunt, albedo, mollities, vt, si digitum impresseris, quasi signum facit foraminis: & est fine dolore. Hęc sunt quoq; phlegmonis signa ex cholera nigra, ingens durities cum nigredine absq; sensu.

De Re naturali in humano corpore. Cap. 4.

IN humano corpore vnaqueq; res naturalis, si propriam naturam retinuerit, facit sanitatem: si vero eam dimiserit, aut facit ęgritudinem, aut neutrum.

De Generibus Ægritudinum. Cap. 5.

GEnera ęgritudinum tria sunt, consimile, officiale, & vniuersale. Est quidem ęgritudo consimilis similibus G membris contingens, quę similia sortiuntur vocabula cum eadem passione, vt est caput dolens. Et est officialis ęgritudo, quę accidit officialibus membris, sicut sunt pedes, manus, lingua, dētes, & cętera, quę noīa sibi sumunt ex sibi accidente infirmitate, vt podagra pedi, & chiragra manui: vel quę nomina sumunt ex membris, quibus accidunt, vt chiragra & podagra. Et est denique vniuersalis ęgritudo, quę nascitur supradictis duabus, vt est membrorum sciunctio.

De Ægritudinibus Similibus. Cap. 6.

ÆGritudines ergo, quę partium habēt similitudinem, octo sunt, quatuor simplices, & quatuor compositę. Simplices sunt aut ex sola caliditate, aut ex humiditate, aut frigiditate, aut siccitate. Ex his inter se iunctis sunt quatuor compositę frigida & humida, frigida & sicca, calida & humida, calida & sicca. Harum octo p singulas duo modi sunt ęgritudinis: aut. n. fit ex qualitate simplici: aut ex humoris alterius commixtione. Ex simplici vero qualitate contingit similis infirmitas, quę solidis accidit membris, quę gręce ethica dicitur. Ægritudo calida, quę ex humore accidit, est febris ex putredine, vt superius dictum est. Ægritudo frigida, quę sine aliquo humore accidit, est, vt algor ex nimia frigiditate aeris seu niuis. Et est ęgritudo, quę cum aliquo humore frigido accidit, vt paralysis, quę fit in toto corpore, aut in parte. Modus humecti morbi est, qui fit proprie, vt nō indigeat alterius humoris admixtione, vt est frigidum vulnus, vel vacuum, vel fœtidissimum cum tabiditate corporis, quē- H admodum inflatio hydropicorum vacuo squallore torpens. Morbus vero humidus est alios trahens ad se humores, vt hydropisis. Morbus siccus est sine humore, vt spasmus, qui fit ex inanitione. Morbus siccus est cum humore, vt cancer durus & siccus.

De Morbis in Officialib. membris, & primum in forma. Cap. 7.

MOrbi in officialibus membris accidentes quatuor sunt. Ipsi sunt, qui accidūt in plasmatione, i. forma creaturę: & in q̃titate membrorum: & in naturalis numeri superfluitate: & in membrorū positione. Morbi officialium in forma hominis, quinq; modis fiunt, Membrorum inconuenientia, vt est fœda capitis longitudo. In concauitatibus, vt si manuum pedumq; concauitas carne repletur. In poris, vt eorū strictura aut largitas. In asperitate, vt gutturis, aut pulmonis cannalium asperitas. In lenitate, veluti matricis lenitas, vel stomachi.

De Morbis in Quantitate membrorum. Cap. 8.

MOrbi in q̃titate membrorum fiunt ex abundantia spermatis, cum membra crescunt amplius, q̃ decet, sicut videmus fieri in magno capite, & in lingua grossa: aut vltima paruitate & indecenti, vt paruum caput, stomachus, & hepar.

De Morbis in Numero membrorum. Cap. 9.

MOrbi in numero membrorum fiunt aut ex augmento, aut ex diminutione. Secundū augmentū quidem, aut ex cursu naturę, vt superfluus digitus: aut extra cursum, vt lūbrici, ascarides, verrucę, & acrocordones,

idest

A idest magnę carnis additiones, vel verrucę magis latę, vel pori. Secundum diminutionem vero, aut vniuersaliter, vt omnium abscisio digitorum: aut particulariter, vt est vnius.

De Morbis in Situ membrorum. Cap. 10.

IN positione membrorum fiunt morbi, aut propter membri motionem de loco suo: aut ex dispositione vicini membri, vt sunt digiti, & labia, quæ conglutinantur vel adhęrent, & non separantur: aut quæ separantur, & non conglutinantur. Sed separatio adhærentis membri vniuersaliter fit, aut in membris consimilibus, aut in officialibus, Consimilibus membris, vt ossibus, neruis, carne, venis, lacertis, & cute. Quòd si acciderit ossi, fractura dicitur: si carni ex recenti tempore, plaga dicitur: si vero ex veteri, non tantum plaga, sed putrida plaga nuncupatur. Quòd si venis neruis vel arterijs acciderit, alio atq; alio noīe nuncupatur. Si autem euenerit medijs lacertis, contusio siue contritio nuncupatur. Si vero in cute, excoriatio dicitur: quę, si inueterauerit, putrida plaga nūcupatur. In officialibus vero membris perpetua fit separatio, vt est manus vel pedis abscisio.

De Qualitatibus corporum. Cap. 11.

COrporis qualitates sunt tres, sanitas, ægritudo, & neutralitas. Sanitas est temperamentum perficiens vel custodiens res naturales ſm cursum naturæ. Infirmitas est intemperantia extra cursum naturæ, naturam lædens, vnde fit læsionis effectus sensibilis. Neutrum quidem est, quod nec sanum nec infirmum est. Sed neutralis qualitas tribus modis constat, Vt si in vno corpore simul coueniant infirmitas & sanitas in diuersis mēbris, vt est in cor
B pore cęci, & claudi: Siue in corpore senis, cui nec vnum membrum remanet, quod non malum fiat & patiatur: Et si corpus hominis aliquibus horis sanum fuerit, alijs vero infirmum, vt eorum, qui ęstate infirmantur, hyeme sani sunt: qui autem frigidioris naturæ fuerint, hyeme infirmantur, æstate sani sunt: &, qui humidam naturam habuerint, in pueritia infirmātur, in iuuentute & in senectute sanantur: qui vero siccam, in pueritia sani sunt, in iuuentute autem & senectute infirmantur. In tribus inuenitur rebus sanitas, & infirmitas, & neutrum, aut in corpore, in quo trium qualitatū vnaqueq; reperitur: aut in causa faciēte illas, & regente, & conseruante: aut in significationibus eas significantibus.

De Occasionibus. Cap. 12.

OCcasionis vero duo sunt genera, vnum est naturale: & est aliud extra cursum naturæ. Occasiones autem naturales aut faciunt sanitatem: aut conseruant. Occasiones conseruantes pertinent ad sanitatem: facientes vero pertinent ad infirmitatē expellendam. Occasiones non naturales, aut quæ vltra naturā procedunt, alię pertinēt ad infirmitatē: aliæ ad neutralitatē. Sed ægrę occasiones faciunt infirmitatem, & sunt easdē infirmitates conseruātes. Illæ vero, quę non pertinent ad sanitatem nec ad infirmitatem, constituunt neutrum atq; conseruant.

De Occasionibus sanitatis & infirmitatis. Cap. 13.

OMnium occasionum societatem habentium cum sanitate & infirmitate sex modi sunt, Quorū vnus est aer, qui humanum corpus circundat, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigiliæ, inanitio & repletio, &
C accidentia animę. Quæ omnia, si cum moderatione decenti fuerint, & in q̄titate, qualitate, tempore, opere, & ordine, custodiunt sanitatem ab accidentibus: ꝙ si contra hoc aliquid factum fuerit, accidūt infirmitates & permanēt.
Modi occasionum infirmitatem facientium tres sunt. Nam aliæ sunt, quæ vocantur primitiuæ, quæ exterius accidunt corpori, vt calor & frigus. Sunt & accidentia, quæ admouentur intrinsecus in corpore, vt repletio & inanitio. Sunt & aliæ, quæ vocantur coniunctæ, quæ dum adsunt, adest infirmitas, & abeuntibus his infirmitas abest, vt putredo in febribus.

De Ægritudinibus secundum aliam diuisionem. Cap. 14.

ÆGritudinum secundum aliam diuisionem modi sunt duo, communiter, aut proprie. Quæ cōiter accidūt, aut accidentaliter, aut necessario fiunt. Accidentaliter vero, vt percussio, combustio, morsus, decerptio, & cęterę res nociuę: necessario, vt alia superius memorata, quæ (vt dictum est) sunt socia sanitati & infirmitati. Quæ vero proprie sunt ęgritudines, aut sunt in consimilibus mēbris, & conseruant ęgritudinem: aut in officialibus: aut in continui diuisione.

De Causis Calidorum morborum. Cap. 15.

MOdi morborum ex caliditate procedentium quinq; sunt. Primus fit ex commotione spiritus: aut ex commo
D tione corporis, Ex commotione spiritus, vt ira: corporis, vt labor vel superbia. Secundus, vt est concursus visibilis caliditatis cum effectu, vt hypantasis, i. expositio ad Solē. Tertius ex caliditate corpori adueniente cū potestate, quando recipit caliditatem ex esu acruminum. Quartus fit ex interclusione pororum, vt ex frigiditate hyemis. Quintus fit ex putredine humorum, vt in febribus.

De Causis Frigidorum morborum. Cap. 16.

OCcasiones frigidorum morborum octo sunt. Prima occasio est occursus frigoris visibilis cum effectu, vt frigiditas niuis. Secunda, vt frigiditas opij adueniens fortiter humano corpori. Tertia ex abundantia ciborum corpori adueniente, atq; replente, & extinguente naturalem calorem. Quarta ex paruitate ciborum, vnde calor naturalis extinguitur. Quinta vero ex abundantia frigoris vel humoris frigidi poros obturātis, vnde naturalis calor minuitur. Sexta ex dissolutione & apertione corporis ad dissoluendum & euacuandum naturalem calorem. Septima ex commotione & exercitio nimio, vnde fit multa dissolutio humorum, & euacuatio, & sudor: vnde attenuatur corpus. Octaua vero fit ex requie & ociositate multa.

De Causis Siccorum morborum. Cap. 17.

SIccorum morborū occasiones sunt quatuor. Prima occasio est occursus alienę siccitatis visibilis ac manifestæ cum effectu, vt veneni siccitas. Secunda vero ex aduentu siccę rei in corpore cum fortitudine, vt acetum, sal, sinapis. Tertia paruitas cibi & potus. Quarta, commotio nimia, & exercitium.

De

De Causis morborum Humidorum. Cap. 18.

Occasiones morborum humidorum quatuor sunt. Prima, vt occursus rei afferentis humorem cum effectu, vt balneum. Secunda, vt ingressio rei afferentis humorem cum virtute in corpore, vt recentes pisces. Tertia autem, vt nimietas cibi & potus. Quarta, sicut requies & ocium. E

De Morbis ex innaturali Malitia. Cap. 19.

Modi morborum ex innaturali malitia cum aliquo humore decurrẽtium ad infirma loca, quatuor sunt. Primus est virtus membri impellentis, & debilitas membri sustinentis. Secũdus multitudo humoris. Tertius debilitas virtutis nutrientis. Quartus largitas viæ pororum.

De Malitia ægritudinis membrorum Consimilium. Cap. 20.

Malitia ægritudinis ingreditur & superuenit in consimile membrum naturale quinq; modis. Aut contingit in vtero materno: aut in tempore natiuitatis: aut cum constringitur fascia: aut ex malo nutrimento, siue ex aliqua infirmitate adueniente in prædictis temporibus, vel postea. Si tempore cõceptionis in vtero debilitatur aliquod consimile membrum, fit ex abundantia spermatis: aut ex paruitate & indigentia conuenientis qualitatis spmatis, vt si fuerit grossum & pingue, vel aquosum & tenue. Quando vero nascitur infans, debilitatur aliquod in eo membrum, si egressus fuerit nõ ęqua, sed mala egressione, vt supinus, aut super genua incuruus. Cum igitur fascia constringitur, inconuenienti constrictione duplicatus debilitatur. Quando autem nutritur, male & inconuenienter lac sugendo vel accipiendo debilitatur. His vero temporibus, vel postea, infirmitate accidente, ægritudinis malitia consimili membro superuenit ex cuiuslibet nerui incisione: & si passus fuerit ex aliquo accidenti siue debilitatem, seu vulnus, vel apostema. F

De Ægritudine membrorum Consimilium. Cap. 21.

INgreditur ægritudo consimile membrum naturale septem modis, Aut ex obstetrice, si culpam habuerit, cũ tenet infantem: vel si permiserit ambulare ante congruum tempus. Vel ex medico, si cõfracta & collisa membra ignoranter constituerit & cõstrinxerit. Ex infirmo, si ea commouerit à medico composita, ante, q̃ solidentur & firma sint. Ex fractura, vt si super musculum vertebri, quod in fęmore est, contorquetur coxa. Aut ex concusione, vt si comprimatur nasus, & accidet, vt fiat simus. Aut ex malo humore, qui accidit leprosis: siue ex paruitate humoris accidente phthisicis.

De Constrictione, & Largitate pororum Leuitate, & Asperitate. Cap. 22.

COnstrictio pororum fit tribus modis vel occasionibus, aut ex constrictione attenuatoria: aut ex carnositate, siue ex coarctatione. Constrictio vero fit aut ex nimietate virtutis retinentis: aut ex debilitate virtutis expellentis: aut ex abundantia frigoris: aut ex abundanti constrictione, comprimente aliq̃ partem loci, vt sepe fit ex ligatura constricta, aut ex abundantia siccitatis. Ex carnositate vero constringuntur pori, vt si acciderit aliquod apostema, & fiat carnositas: aut si prius euenerit aliquod vulnus. Ex coarctatione vero, cum deciderit aliquid in poris, vt humor, siue lapis, seu coagulatus sanguis, aut aliquod latitãs in eis, vt superflua caro, & scabies. Largitas quoque pororum quatuor fit modis, aut ex multa commotione impellentis virtutis: aut ex debilitate retinẽtis: aut ex abundantia caloris, & humorum defectu: aut ex medicamentis aperientibus. Leuitas accidit duobus modis, videlicet deintus & deforis: sed intus ex humore viscoso liquefacto: foris vero ex cera liquefacta cum vnguento. Asperitas autem duobus modis fit, de intus, & foris: intus nanque ex superfluo & acuto humore: foris vero ex fumo & puluere. G

De Superfluitate membrorum in Numero. Cap. 23.

SVperfluitas membrorum in numero accidit duobus modis. Nam superfluitas, si fuerit naturalis, erit ex superfluo humore naturali et bono: vel ex abundantia virtutis informatiuæ, Quę, si fuerit extra cursum naturalem, erit ex humore non naturali & inconuenienti: aut ex abundantia virtutis, vel debilitate.

De Diminutione membrorum in Numero. Cap. 24.

DIminutio membrorum in numero duobus similiter fit modis, aut interius, aut exterius. Interius propter diminutionem humorum. Exterius ex combustione ignis, aut ex frigore, siue putredine, siue incisione. Putredo autem incidit aut ex potione mortificante: aut putredine faciente: aut ex constrictione, & retentione illius humoris, qui soluitur. H

De Magnitudine, & Paruitate membrorum. Cap. 25.

MAgnitudo membrorum tribus modis fit, aut ex multitudine humorum: aut ex abundantia virtutis: aut ex commotione vtrorumq;. Paruitas fit tribus modis similiter, aut ex debilitate virtutis: aut ex minoratione humoris: aut ex infirmitate exteriori, vt ex incisione, vel combustione ignis, siue ex frigore niuis.

De Commotione membri de suo loco. Cap. 26.

COmmotio membri de suo loco duobus modis fit, aut ex commotione voluntaria: aut ex humore vicino, equitanti, dissoluenti membrum, & lubricum facienti. Membrum vel os egreditur à sua iunctura, & mutatur duobus modis similiter, aut ex iunctura, in qua non conuenit separatio: aut ex separatione, vbi non conuenit iunctura. Si ex coniunctione hoc fuerit sine separatione, aut erit ex humore acuto patientis: aut ex accidenti vulnere: aut ex spasmo. Si vero fuerit ex separatione, vbi non conuenit coniunctio, aut ex grosso humore: aut ex accidẽti vulnere: aut ex spasmo.

De Separatione iuncturarum. Cap. 27.

SEparatio iuncturarum duobus modis fit, Aut intrinsecus: aut extrinsecus. Intrinsecus vero fit aut ex humore acuto & incidenti: aut ex vẽtositate pingui, distẽdente, vel dissipante. Extrinsecus vero fit aut cum scissura: aut fractione: aut exercitio nimio: aut incisione, vt ensis: aut eo, quod distendit, vt funis: aut quod contundit, vt lapis.

De

A De Significationibus. Cap. 28.

GEnera significationum sunt tria, alia.n. significant sanitatem: alia ægritudinem: alia neutralitatem. Quarum significationum vnumquodq; genus in duo partitur: sunt enim, quæ significant de officialibus membris: & sunt, quæ significant de consimilibus membris. Consimilium partium significationum duo sunt modi: aliæ enim sunt substantiales: aliæ accidentales. Substantiales vero, vt est calor, frigiditas, siccitas, & humectatio. Accidentales autem, quædam significãt aut per tactum, vt durum, molle: quædam per visum, vt coloratum: quædam per perfectionem virtutum, vt sunt operationes plenæ & perfectę.

De Significationibus ægritudinis Officialium membrorum. Cap. 29.

SIgnificationum ægritudinis membrorum officialium duo sunt modi similiter, substantiales, & accidentales. Substantiales significationes quatuor sunt, ars, modus, numerus, & positio. Accidentales significationes similiter quatuor sunt, bonum, malum, perfectum, & imperfectum. Genera significationum perficientium suum genus tria sunt, Quædam sunt, quæ significant præteritam rem, quæ iam abijt, & dicuntur cognitiua vel agnitiua, vt videntes corpus humidum agnoscimus, quia sudor præcesit. Alia significant præsentia, & agnoscuntur per significationes, veluti, cum inuenitur pulsus magnus & citatus, intelligimus, ꝙ significat calorem superantem. Sunt & alia, quæ significant futurum, & antecedit agnitio, vt, cum viderimus labium inferius citari, percipimus vomitum accidere: qui postq̃ acciderit, vocatur præcesio significatiua. Sed inter significationes & accidentia distat, qm̃ est di-
B uisio cum augmento inter eas. Quòd si vnamquaq; diuisionum harum scrutari volueris, vnam habet habitudinẽ: sed infirmo hæc sunt accidentia: medico autem significationes.

De Significationibus Accidentium. Cap. 30.

ACcidentia ergo significatiua tria sunt, Aliud.n. operatiua virtus mutata, sicut indigestio. Aliud autem corporis qualitas mutata, vt icteritia. Aliud exiens à corpore, vt nigra vrina. Virtus operatiua mutata triplex est, Aut.n. ex toto est, sicut indigestio. Aut ex parte, sicut oculorũ obscuritas, vel tarda digestio. Aut de qualitate ĩ qualitatẽ, velut de bona ĩ fumosam vel acidã, quasi sicut musca vel ligna oculis apparẽtia, aut ex parte visus obscuritas.

De Mutationis Qualitatis significatione. Cap. 31.

QValitatis mutatę corporis significatio quatuor modis fit, Aut.n. per visum, sicut icteritia, vel morphea, & nigredo linguę, & similia. Aut per odoratum, vt anhelitus fœtidus, vel sudor, vel polypus, vel hircus, & similia. Aut per gustum, vt salsum, amarum, vel acidum. Aut per tactum, vt molle, & durum. Exeũtis à corpore bipartita est significatio, vna cum sonitu: altera sine sonitu. Cum sonitu, vt oris ructus, vel intestinorũ rugitus, vel per anum vetus. Eius vero, quę est sine sonitu innaturali, tripliciter habetur, alia quantitate, vt lienteria: alia qualitate, vt vrina nigra: alia vtraq;, vt sanguinis fluxus.

C De Significatione Mutationis membrorum. Cap. 32.

MEmbrorum mutatorũ significatio bifariam diuiditur, intrinsecus videlicet, & extrinsecus. Intrinsecus modi sunt sex. Alia.n. à mutatione operatiuę virtutis in membro: alia ab exeuntibus à corpore: alia ex dolore in membro vicino pertinenti: alia ex proprio loco: alia ex innaturali semotione de loco: alia ex patientis iudicio. Extrinsecus fit tribus modis, aut per visum, vt album vel nigrum: aut per tactum, vt durum & molle, calidũ & frigidum: aut per vtrũq;, vt magnum vel paruum, plus vel minus.

De Occasionibus Ægritudinum. Cap. 33.

OCcasiones ægritudinum tres sunt, naturæ mutatio: officialis membri inconueniens habitudo: iuncturæ separatio.

De Effectu Operationis medicinæ. Cap. 34.

OPeratio medicinæ habet triplicem effectum. Aut.n. custodit sanitatem secundum multitudinem suam: aut ex infirmitate facit sanitatem: aut econtrario. Regendorum sanorum triplex modus est, Ægrotare parati: incipiẽtes infirmari: & defecti. Infirmari paratos ꝑseruamus supradictorum sex cõpetẽti moderatione regiminis. Incipiẽtibus infirmirari duplicẽ curam adhibemus: aut.n. chymi superabũdantiã trahimus: aut naturæ defectionẽ reparando, prædictorum sex quæ necessaria sunt, adhiberi præcipimus. Defectorum alij infantes, alij senes, alij ex infirmitate conualescẽtes. Omnis medicina aut est vniuersalis, aut particularis. Vniuersalis est sex præcedentium
D recta ordinatio. Particularis per contrarium fit triplex, alia.n. in consimilibus membris: alia in officialibus membris: alia in iuncturarum separatione. Assimilatiua membra mutata reddimus similitudini, & in sua qualitate stare colligando compescimus. Concaua, si præter modum ampliata fuerint, ad sui modum constringimus, & quietem inducimus: si minus, contrarium. In largis autem similiter, addito contrario causæ, vnde vitium acciderit, foramina strictiora suo modo. Si defectu contentiuę virtutis contigerit, fomentis & cataplasmate mollimus. Quod si de expulsiuę est defectu, diaphoreticis & confortatiuis: si de stiptica causa, mollificatione: si de sicca, humectatione: si de constrictione, solutione. Ea vero, quę de naturali positione fuerint mutata, suo loco restituimus. Si de apostemate, apostema maturando sanamus. Si de naturali iunctura, eã aut aperitiuo medicamine, aut chirurgia disiũgimus. Si de qualibet nascentia, ipsam delemus: si de asperitate, lenitate: si de lenitate, asperitate.

De Ablatione superfluitatis. Cap. 35.

SVperfluitatem in numero aut tollimus ex parte, vt scrophulas: aut ex toto, vt cãcrum. Separationẽ in numero sanamus: si ex abundantia sanguinis fit, in omni ætate tollimus: si ex spermate in pueritia tantũ sanamus. Paruitatem membrorum motibus & fomentis admodum augmentamus: magnitudinẽ vero comprimẽdo, quiete mutamus, & minuimus. Mutationem membri de loco suo reddimus loco proprio duobus modis, aut enim separatum iungimus: aut iunctũ separamus. Necessaria ad separatorum iuncturã quatuor sunt, separata iungere: iuncturam custodire: ne rescindatur, defendere: naturam loci custodire.

De Diuiſione Sufficientia medicinę. Cap. 36. E

OMnis autem medicina eſt aut eorum ſex,quæ ſupra diximus,temperata exhibitio : aut potio:aut chirurgia. Operatio medicinæ habet triplicem effectum , intus, vt ea,quæ ore,aut naribus,auribus, ſiue ano,ſiue vulua intromittimus : foris , vt epithema , cataplaſma , emplaſtra , & ſimilia , quæ foris operantur . Medicinæ interioris operatio in tria diuiditur. Aut enim ſoluit,vt pharmacia:aut comprimit,vt cactana:aut mutat qualitatem, vt aqua frigida in febribus. Eius autem effectus quadruplex eſt. Aut enim minuit abundãtiam,vt pharmacia : aut replet inopiam , vt carnem vel ſanguinem : aut conſtringit ſolutum, vt ſtypticum:aut mutat qualitatem , vt frigida aqua in febribus.

De Chirurgia. Cap. 37.

CHirurgia duplex eſt , in carne:& in oſſe. In carne,vt incidere,ſuere,coquere:in oſſe,vt ſolidare, aut innectere,aut radere. Specierũ cognitio quinq; modis fit, Qualitatis,quantitatis,tpis,ordinis,boni maliúe diſcretio.

Ioannitij in Paruam Galeni Artem Iſagoges finis.

GENTILIS FVLGINATIS MEDICI CLARISSIMI
Expoſitio & Quęſtiones ſubtiliſsimę ſuper Primo Libro Microtechni Galeni.

DEVS eſt bonitas bonifica. Colligitur à Proculo Diacliano in libro propoſitionum theologicaliũ propoſitione 133. EXCOGITAVI cõponere librũ , q dicitur totum cõtinens. Chariſsimi filij pluribus iam decurſis temporibus,in quibus de veritatis inquiſitione in medicinali ſcientia laboraui totis viribus atq; mente , eo firmius ſperare debetis hoc anno me clariori atq; pfectiori via vobis tradere ſciẽtiã medicinæ,quo certius veſtris ĩtellectibus innoteſcit me lucidiori habitu ſcientię nunc,q̃ hactenus,informari. Vt autẽ noſtra facile proſequamur,iuxta hęc duo ſunt principia præmittenda, Vnum eſt deuota Domini inuocatio nominis glorioſi,vt ſui gratia luminis in viam ſcientiæ dirigamur:Secundum eſt commẽdatio libri Techni operis fructuoſi, vt eius auditis laudibus ad ſtudium in eo totis affectibus moueamini. Ad Dei inuocationẽ inuitat primo, quia ipſe eſt bonũ,quod G omnia antecedit,cum dicitur,Deus eſt bonitas:ſecundo,quia eſt tale bonum , à quo rebus omnibus alijs bonitas communicatur,vt cauſa quo accedit bonifica. Cuius bonitatem omnia præcedentem confirmat Dauid diſtinctione 10 ſuę philoſophię primo cap̄. Et Proculus li. de prouidentia ad Theodorum, primo cap̄. & ab Auic. poteſt intelligi 10 ſuę metha. 2 cap̄. Cuius bonitatem communicatam confirmat Algazel 3 ſuę metha. & Gal. 2 de creticis, primo cap̄. & alibi. 2, cum Apuleio in libro de ſecreto Deo, & Seneca 39 epiſtola ad Lucillum, vbi ad literam dicit, Bonus ſine Deo nullus eſt. Ergo ipſe Deus,qui eſt prima bonitas, nos bonificet,ſui luminis gratiam infundendo. Voce more Teſillę in li. ad Germanum Claudium:mente manus ad cælum extendamus , rogando Deum , vt ſui luminis gratia noſtrum intellectum dignetur illuminare,qui ſit benedictus, amen. Librum Techni cõmendat authoritas prius aſſumpta,poſita in commẽdationem libri,qui totum continẽs appellatur, quam reuoluemus ad laudem libri techni. Dicemus ergo,ꝙ librum techni in præfata authoritate tripliciter commendamus,primo maturitate ſcientiæ librum componentis,cum dicitur,excogitaui:ſecundo forma ſcientiæ procedentis, cum dicitur, librum componere : tertio latitudine ſpeculationis , cum ſcribitur, qui dicitur totum continens. Ex primo enim ſcientiæ fides datur,ex ſecundo diſcipulus facilius memoratur,ex tertio circa ſcientiam attentius meditatur. Maturitatem quidem ſcientiæ clarioris,quæ erat in anima Gal. hunc librum componentis,oſtendit vocabulum,excogitaui:non enim vna cogitatione,ſed multis,et cum iam ſenuerit,iſtum librum compoſuit Gal. vnde poſt alios eum recitat ſe feciſſe in fine techni. Sunt. n. ſenum maturiores ſcientiæ,& perfectiores ſententiæ , vt poteſt intelligi per H Ariſt. 2 phyſicorum,& ab Auer. commento ſecundo clarius,problematum 35 problemate,& à Tullio in lib. de ſenectute,& à Proculo in lib. de malorum ſubſiſtentia. Laudatur ergo ex forma ſcientiæ maturitatis , qua procedit, cum dicit, componere:eſt. n. liber debitæ cõpoſitionis,& ordinis,vt dicunt expoſitores huius libri. Secũdo ex forma ſcientię procedẽtis:procedit. n. modo ſcientiæ ordinario,vt Gal. ponit:& in hoc eſt vtilitas facilis commẽdationis, vt ſcribitur in procemio huius lib. Tertio laudatur ambitu ſcientiæ grandioris:hic. n. liber, licet ſit paruus,cõprehendit tamen totã ſcientiã medicinę:& ideo dicit Plusq̃commentator Turiſanus, ꝙ iuuenibus ad medicinam accedentibus eſt anteponendus. Ex quibus apparẽt ea,quæ in principijs aliorum librorũ debent inqri ſm Aliabatẽ primo ſermone ſuæ theoricæ, Alexandrũ in procœ. lib. ſectarum,& ſm Cõmentatorem in lib. Epidemiarum, ſ. cauſa materialis & c. Prima differẽtia de modo nominandi librum & c. Secũdo ſciendum eſt,ꝙ quadrupliciter ſumitur doctrina , primo ſumitur proprie pro ſcientia doctoris docentis : ſecundo pro ſcientia in diſcipulo & c. tertio pro actu, qui eſt vox, vel ſcriptura:quarto pro modo & c.

Doctrina pro quo ſumatur. *Quæſtio. I.*

DVbitatur,pro quo ſumatur Doctrina. Et credit Plusq̃commentator,ꝙ Hali ſenſit pro actu. Contra,qa vox abſolute non docetur. Sed non ſic intelligit Hali,ſed intelligit, ſicut 3 de anima cõment. 57 Auer. dicit, Magiſter non generat ſcientiam,ſicut ignis ignem. Dicunt quidam,ꝙ Auer. vult,ꝙ ſcientia non eſt potẽtia actiua, qa

non

A non est calidum nec frigidum & c. Aliter. quia Auer. vidit, quod scientia est æterna in intellectu materiali, nō posuit species excogitatas aliquid causare in intellectu materiali propria causatione: sed intelligere est per copulationem intellectus nobiscum: & ideo in commen. 36, causa intellectionis est continuatio, & non econuerso: sed causa continuationis est intellectio. Non probat autem Auer. falsitatem consequentis. Sed probari potest, primo, quia sciētia mea & tua differunt, vnde & sic in infinitum procederetur in abstractionibus, quod ipse habet pro incōueniēti: secundo, quia intentio excogitata est quid materiale. Quomodo ergo faciet in intellectu immateriali, cum agētia & patientia communicēt in materia, & actio entis materialis est materialis? Diceret, quod virtute animę magistri. Contra, quia, si pica diceret, omnis homo est animal & c. causaret scientiam. Diceretur, quod virtute intellectus agētis, & hoc non nisi quia intellectus agens agit, & cum agens sit æternum, & patiens. Dico ergo, quod doctrina sumitur pro modo discendi, quia hic talis modus notificatur, s. demonstratio, & diffinitio: & ideo est quædā logica, quę est duplex, s. quia, & propter quid, vt 2 metha. com. 1. Sumitur etiam pro scientia doctoris & scholaris, vt stant sub modo docendi non in se, sed cū modo, vt sicut si diceremus omnia entia, vt numerantur, sunt duo, s. paria, & impa ria, ita omnis scientia, vel omnis actus docētur, vt est cum modo, est duplex & c. Apparet etiam, quia, licet Hali di cat, quod sumitur hic doctrina pro modo, sed in alia translatione pro scientia, tamen vtrobiq; pro scientia potest sumi enthimema & exemplum & c. Quid est doctrinam esse ordinariam? Dicēdum, quod est notitiam alicuius acquiri per res magis notas, habentes ordinem ad illum, vel cōtinuitatē, sicut ordo partium diffinitionis, vel antecessio-
B nis & posterioritatis, sicut in demonstratione quia, & propter quid: nam in demonstratione propter quid, est ordo causæ ad effectum: in demonstratione autem quia, est ordo prioritatis, s. effectus ad causam & c.

Ordinariæ doctrinæ an sint tres tantum. *Quæstio. II.*

DVbitatur, vtrum doctrinę ordinarię sint tantum tres. Videtur, quod plures per Hali primo theoricę, qui ponit discretiuam & diuisiuam, quę sunt duę: quia duo sunt modi syllogismorum facientium scientiā, primo poster. Quòd autem sit vna, videtur primo phys. commento primo, s. inquisitio causæ.

SECVNDO quæritur, quare dixit, ordine, i. ordinarię, Dicendum, quod propter aliquas doctrinas, q̄ non sunt vere ordinarię, sicut enthymema, & exemplum & c. Secūdo dicēdum ad quęstionē, quòd doctrinæ ordinarię sunt tantum tres, quia omnes scientiæ, vt stant sub modo sciēdi, sunt tres, quia illud, quod scitur, aut scitur per illa, quæ continuantur scito, & talis est diffinitio essentialis, & est illa, quæ continuationem habet cum scito, quia diffinitio essentialis, & est illa, quę cōtinuationem habet cum scito ex principijs ad quęsitum, & se habet per consequentiā, quia ad illa consequitur: & sic aut est scientia propter quid, aut quia, secundum Plusq̄commē. quod vere per tres modos doctrinę sufficienter respondetur, Diffinitione, propter quid est homo rationalis? respondetur, propter quid. An est rationalis? respondetur, quia, ex primo modo dicendi exponemus Hali in commento primo, Et doctrinam quidē secundum ordinem & consequentiam currere est, vt incipias de aliqua re non secundum ordinem & c. deinde procedat ex ea secundum continuationem. i. procedat de aliqua, quæ habet continuationem: & iste processus fit in doctrina diffinitiua à diffinitione & partibus eius, quę adinuicem habent continuationem ad diffinitum, vt per explicationē eius
C sciamus diffinitionem. Aut consequentiam. i. aut fit processus ab aliqua re ad aliam, ad quam habet consequentiam, quia habet ordinem essentialem ad illam: & talis est processus, qui fit in alijs doctrinis: tamen in ipsis fit processus inter causas & effectus, quę habent essentialem conuenientiam adinuicem. Ad rationem dicendum, quod modi sciendi sumuntur large pro modis notificandi aliquam rem: & hoc modo non possunt esse plures, q̄ tres. Alio modo sumuntur modi sciendi proprie non solum tres sunt illi, qui faciunt scientiam per continuationem vel cōsequentiam. Alij sunt adhuc modi sciēdi magis veri, & sic sunt soli duo, s. quia, & propter quid. Modus autem, per quem res proprijssime scitur, est vnus solus, s. propter quid. Ex his patet solutio ad Haliab. qui sumit modū sciēdi improprie. Ad alias patet. Ad aliam de enthymate, & exemplo, Dicendum, quod exemplum pertinet ad rhetoricos, 18 problematū, problemate 3, & c. PRIMA QVIDEM EXEQVITVR & c. Dupliciter exponitur, prima, secundum Thadeum & Dynum, primo. s. quo ad nos, quæ est demonstratio quia, ex fine, i. effectu, verbi gratia ex febre procedendo ad putredinem: secundo propter quid, quia, postq̄ resolutionem fecimus, possumus reuerti & cōponere. Si ergo notitia est habita per demonstrationem propter quid, non quęritur quia, sed habita demonstratione quia, quæritur propter quid. Secunda expositio est Plusq̄commentatoris, prima est demōstratio propter qd, s.
D ex notione finis rei, s. vltimę causę, ad quam deuenimus per viam resolutionis, vt, quare venit ad forū? vel quare febrit? quia putredo: quare putredo? quia prohibita transpiratio & c. Secunda vero est demonstratio ex compositione, i. ex effectu, quod est quoddam compositum secundum resolutionem, i. ex eis, in quæ fit resolutio: hoc patet per textū alterius translationis, Vna earum est secundum viam conuersionis & c. Iterum, quia geometrę vtuntur & c. Dicendū, quod textus alterius translationis debet exponi in propinquum, i. in propinquiori, scilicet effectu. Ad illud, quod est de geometra, dicendum, quod ibi intelligit de demonstratione propter quid, quia exemplum est commune. Apparet etiam, quod in commento 3 Hali voluit oppositum eius, quod dicit Plusq̄commenta. Considerandum, quod exēplum doctrinę quia, positum ab Hali necessitate aliorum fuit Haliab. primo theoricæ, quod non est inconueniens demonstrari quia, nec propter quid, sed potius diffinitionem dare per materiam. Exemplum Hali est bonum, & commune, quia secundum scientiam primi posteriorum docetur inuentio medij ex eo, quod antecedens prædicatum & cōsequens subiectum: tunc, si est causa inhærentiæ prędicati ad subiectum, siue maioris extremitatis, est demōstratio propter quid: si vero sit effectus, tunc est demonstratio, quia: & ideo geometrę & authores sciunt hunc modum doctrinę, i. inuentionis medij extremi, vt causa & effectus. Exemplum autem speciale Hali est hic, Volumus addiscere artem medicinæ & c. Deridet Plusq̄commentator exemplum hoc primo vel de quæsito probatur per hanc responsionem. Secundo, quia credit omnia medicinæ scibilia vno modo demonstrationis posse demōstrari, quod tamen est falsum. Et causa deceptionis fuit, quia, sicut oīa vna diffinitione possunt comprehendi, vt medicina est

scientia

ſcientia & c. ita credit & c. Tunc poteſt dari vna diffinito, qua omnia comprehenduntur, quãuis omnium, vel particularium aliorum poſsint diffinitiones dari. Sed non eſt vnum quæſitum, ad quod, vel à quo procedendo omnia medicinæ ſcibilia vno modo demonſtrationis cognoſcantur, ſed in toto ſunt, & ideo diuerſis modis ſciũtur, oĩum tamen notitia eſt ad vnum finem communem, hic.n. nullę ſunt bonę. Sed tamen Hali non intelligitur. Cum.n. dicit Hali, Nolo addiſcere artem medicinę. intelligit, i. nolo facere ſanabilitatem, quæ fit, vel quam inquirit ſcientia medicinę: & hęc eſt duplex, ſ. curatio, & conſeruatio. Curatio fit in cibis & medicinis. Cum ergo cognoueris medicinarum virtutem per ſanitatem inductam vel conſeruatam, eſt ex effectu demonſtrationis: econtra vero demonſtrans per cauſam. Et, quia in inueſtigatione virtutum medicinarum poteſt cadere ambiguitas, quæ depẽdet, & declaratur ex via experimentali, vel ex via rationali, vt in libro de ſimplici medicina, ideo dixit, ad ſciẽtias & c. & vſq; ad ea, quia experimentata, quæ ſtant loco principiorum, vt ꝙ rhabarbarum purget cholerã & c. Sine dubio obſcurus fuit Hali. Tria ſunt genera demonſtrationum 2 poſteriorum, vnum genus earum, quæ ſunt minima demonſtrationum, vel demonſtrationes poſitione differentes, vt quid eſt eclipſis Lunę? reſpondetur, eſt priuatio luminis propter interpoſitionem terræ. & quare? reſpõdetur, propter interpoſitionem terrę: aliter, quia facit luminis defectum. Tertium genus, quod venamur via diuiſiua, vt diffinitio animæ: non.n. poteſt aliter inqri diffinitio de diffinito: & cum hoc de hac via diuiſiua eſt ſuſpectio: & ideo non eſt Gal. vel tertiam doctrinam non dixit diſſolutio, ſiue diuiſio inuentiua diffinitionis, ſed inuentę diffinitionis diſſolutio. Et tali via declarando procedit plurimũ, & manifeſtat diffinitionem, & modos diffinitionis, propter quid, & quia. Vnde infra diſſolutis partibus diffinitionis declarat frequenter à poſteriori, vt cum cauſis & effectibus. ſ. ſanguinis docet cognoſcere, licet immediate, qđ quęritur: ſic cognoſcere ſigna in parte ſignorũ, ꝙ, ex illis quod intenditur, eſt corporũ notitia. APPELLARE AVTEM & c. Patet Hali. CONATI & c. & non potuerũt complere, vel quia non dederunt optimam diffinitionem, vel non bene aperuerunt. CONATI & c. i. doctrinam demõſtratiuam propter quid. Sed quare etiam hoc modo non proceſsit, ex quo illi non fecerũt? Dicendum eſt primo, ꝙ quia in hac arte parum proceditur cum illa, & plus demonſtratur quia, vt 3 de criſi 9 cap̃. colligitur. Secundo etiam, quia in alijs libris aliquãdo procedit cum ea. Tertio, quia omnia ſcibilia non poſſunt demonſtrari propter quid. Voluit autem hoc dicere de omnibus in generali. Aliter, ſm Mundinum. quia, ſi eſt tradita ſcientia medicinæ in libro Gal. demõſtratione quia, ergo propter quid. & hoc eſt verum, ſi medius terminus eſt cõuertibilis cum maiori extremitate. Vnde bene dixit Pluſq̃com. Et accidit hoc etiam ſepe in medicina, vt ex ſignis procedatur ad ægritudinem: & ab ægritudinibus ad ſigna & effectus. NVLLVS TAMEN demonſtrõnem quia. i. nullus. ſ. de aliorum ſecta Hypp. quia Methodicorum, neq; empiricorum. ſ. fecit artes. i. habitus ſcientificos operantur, quia ſicut ex ſenſatis: imo omnis doctrina & c. primo poſteriorum. Dat Hali exemplum, quòd in demonſtratione propter quid, quę eſt ſm compoſitionem, fit inceptio & c. E

Alia expoſitio eſt Pluſq̃com. Conati ſunt eam, quæ ſm expoſitionem, i. demonſtrationem quia, nullus tñ & c. i. propter quid, ex qua dederit artem ſm rationem, i. ſm veras cauſas inuentionis. Vnde volentes ſcire cauſam dicimus, da rationem & c. Dicit Pluſq̃com. ꝙ Hali veritatem trahat, quia proceſſum ex principijs & ſcientijs ſcitis ſupra commento 2, attribuit demonſtrationi reſolutiuę quia, ſed hic compoſitiuę propter quid. Secundo, qa melius fuiſſet diuidere medicinam in theoricam & practicam, quia ex conſeruatione. Tertio ad illud, ad quod deuenitur, ſunt aliqui termini, ex quibus nihil demõſtratur, vt cibus, medicina & c. Quarto, ignoratur primas ꝓpoſitiones eſſe principia in ſcientia: & credit ſciẽtiam ordinariam, quæ ordinate determinat de ſuis vniuerſalibus, vt de cibo ante medicinam & c. Nos aũt dicimus, ꝙ Hali recte dixit. Nam hic vult, ꝙ demõſtratio propter qđ, in medicina eſt, quando principijs medicinæ & concluſionibus naturalis philoſophię demõſtratur in ea effectus. Similiter Auer. commento 2 voluit, ꝙ, quando intenditur ad principia, tunc erit demõſtratio quia: vnde dixit, Ad ſcientias notas. & hic de ſcientijs notis. Vel dicendum, ꝙ illud exemplum fuit commune, vt ibi diximus. Ad ſecundam dicendum, ꝙ appropriatorum diuiſio medicinæ eſt in cõſeruatiuam & curatiuam, quia nullus diſcordat, ꝙ in theoricam & practicam. Ad tertiam dicendum, ꝙ ex illis terminis notis formantur propoſitiones, ex quibus fiunt demonſtrationes, vt noto cibo calido, frigido, proceditur ex eo ſuper effectum, vel ex effectu ſuper eo, vt ſupra patuit. Ad quartum dicendum, ꝙ non intelligit ſic Hali, imo vult, ꝙ quæſitum ſm ordinem veniat ad cognitionem inſpiciendo terminum mediũ, quo concluditur maior extremitas de minori, vt ſupra com. 2. HIC VERO diffinitiuam faciemus doctrinam. i. diffiniemus. quam comparat, & in hoc oſtendit vtilitatem huius doctrinę, & dicit, QVAE QVANTVM relinquitur & c. Conſiderandum, ꝙ ſiue exponatur ſm reſolutionem, i. demonſtrationem quia, vel propter quid (& de vtraq; videtur intelligere) verificatur, ꝙ ſcientia demonſtratiua ſuperat diffinitiuam. Contra, quia diffinitio datur per ſubſtantialia. Eſt dicendum, ꝙ, quantum ad ea, per quę traditur ſcientię notitia, ſuperat diffinitio, ſed, quantum ad modum, non, quia demonſtratio propter quid rectificat animam diſcipuli, & ideo dignitate excedit in faciendo ſcire: & ratione, quia rationem aſsignat. FACILE. probat, ꝙ memoria particularum eſt facilis ex termini diſſolutione, quia continet capitula artis: & eſt vnum optimum: & ſic ex breuitate continentis in ordine faciliter fit memoria. Quomodo diceret quis, quis eſt continuus terminus, i. diffinitio & c. Hic dicit Hali quædam de logica. Et eſt quæſtio, an poſsit ſciri medicina ſine logica. Reſpõdetur, ꝙ, ſi medicus vult probare, eſt ſibi neceſſaria: ſi credere, non. QVAE VERO. quia tractatio libri techni eſt generalis, in quibus libris fit tractatio ſpecialis, dicit, ꝙ in multis libris cuilibet expedit vti tribus doctrinis, ſicut dicitur animæ collectio in vires homine armato congregata, & eſt figura dicta hypallage: & apparet, quòd de alijs modis doctrinæ dicitur in alijs libris, ſ. in diffinitiua ſpecialiter, & ꝙ non debet quæri vnus modus doctrinę in vno libro. CAPITVLA quaſi capita velit concluſiones: & non dixit quatuor concluſiones, quia non erit ordinaria principium confirmatiuum, quia fructus aliorum librorum eſt conſeruatio & curatio, ſed iſtius præter hoc eſt rememoratio: ſecundo, ꝙ hic liber confert perfecto ſeneſcenti, ad memoriam: ſed iuuenibus confert, quia ad complementum

A mentum incitat scitis vniuersalibus, cum confert se ad opus, incitatur ad particulares libros & considerationes, & ex hoc completur scientia vniuersalis, quia vniuersalia sunt sicut dispositiones ad scientiam particularē.

MEDICINA sumitur pro habitu, qui est in intellectu: sed videtur mala diffinitio, quia accipit genus remotū, vt dicit Auer. 6 coll. 1 cap. Secundo, quia non est per substantiale, quia sanum & ægrum non prædicantur de medicina. Tertio, quia aliæ dantur diffinitiones. Dicendum, q diffinitio est bona s͠m Plusq̄cō. quia in omni scientia sunt tres propositiones, per quas demonstrat: & hoc tangit, cum dicit, sanorum & ęgrorum: et ponitur genus & differentia. Ad contraria dicendum, q defectu nominis &c. Vel dicēdum, q in alia translatione ponitur genus propinquum, & differentia, vt dicit Hali. Sed tangendo differentiam virtutis literę ly, &, oportet repetere arabice & latine, vt est coniunctio copulatiua ad primum substantiale, i. essentiale, s. notificans essentiam, quō dicitur accidentium diffinitio substantialis, & sic erit per substantialia. Alię diffinitiones cum ista conueniunt.

Medicina sit ne ars an scientia. *Quæstio. III.*

VTrum medicina sit ars vel scientia? Videtur q ars de mechanicis, primo de aīa cō. 12. Quid est ars? est notitia practica. Quid ē scīa? est notitia speculatiua, primo coll. 2 cap. & 2 coll. de cura apatum. Itē prima primi &c.

In cōtrariū hic ipse Bartholomeus de Varignana dixit, q notitia principiorū medicinæ est scīa, sed notitia conclusionū est ars. Auic. prio cañ. 2 cō. dicit, q vna pars medicinæ est vere scīa, alia vero practica &c. Isto mō oportet ponere medicinā esse tres modos habitus. Amplius, ꝓpōnes medici & naturalis philosophi non differunt, vt q sint &c. Dynus vult, q medicina, vt est habitus & notitia, est scīa speculatiua: vt aūt ex tali habitu vnicō experientię actualis resultat habitus ductiuus in opus, est ars. CONTRA primam. Notitia directiua in opus non debet dici scīa speculatiua cō. 3 secūdi metaphysicę: sed notitia medicinę in vl̄i dirigit in opus, vt apostematibus cōpetunt repercussiua. Contra scundā. Habitus ille, q surgit ex actuali experientia, si est in ęstimatiua, tūc non est ars, quia habitus artis est habitus intellectus: si vero est in intellectu, tūc est notitia in vl̄i. Dico ergo, quòd scīa accipitur cōmuniter & large, & sic medicina est scīa: vel sumitur ꝓprie & sic medicina non est scīa. Contra, quia medicina ponitur inter artes mechanicas, dico, quòd quantum ad habitū æstimatiuæ, sicut ab experientia: qui habitus oīo pōt dici mechanicus, quasi sensibilis, vel quasi illud, quod multorū notitiam aggregat. Vel dicas, quòd quæstio potest quærere, an sit scientia speculatiua, an ars, s. notitia practica: & tūc relinquendo opinionem Bartholomei, & Auer. tene opinionem Plusq̄cō. super ista parte: & est s͠m primam rationem. Vel an sit ars, i. habitus quorundam præceptorum, dirigentium in opus, vt demonstratione, vel scientia, i. habitus directiuus in opus vt demonstratione, & tunc tene opinionem Dyni, & Plusq̄cō.

Inter sanitatem & ægritudinem an sit medium. *Quæstio. IIII.*

VTrum inter sanitatem & ægritudinem sit dare medium, vt neutrum? Quòd non, per Arist. in prædicam. & per Auer. & Auic. & Gal. 10 lib. hæresum. In cōtrarium est Gal. hic. Amplius, inter quę est motus, inter illa est medium. &c. Item, quæ suscipiunt magis & minus, habent mediū: sed sanitas & ægritudo sunt hmōi, vt primo de regim. sani. 2 cap. vbi dicit, quòd suscipit magis & minus, vt operatio: ergo causa, vt sanitas & egritudo.

C In hac quæstione prima opinio est Thadei, & quæ traditur ab Hali, quòd non est medium per abnegationem, sed per participationem. Ista opinio est falsa, quia ita est medium inter album & nigrū, vt viride. Secūda etiam opinio est Thadei, quam dicit esse meliorem, quòd sanitas & ægritudo considerant, quātum ad modū intellectus, & sic non cadit mediū: sed sic intrabimus dogma sempiternæ passionis: Vel quantū ad iudicium sensus, & tunc vel pro operatione facienda circa has dispositiones, & tūc non est mediū, quia oīs operatio vel est conseruatio, vel curatio: si conseruat, tunc neutrū est sanum &c. vel s͠m se, & sic cadit mediū, quia s͠m se sanitas dicitur, quæ facit operationes integras, sed ægritudo sensibiliter læsas: & hoc est manifestum &c. Contra, quia præseruare est aliud, q̄ cōseruare & curare. Tertia opinio est Cōciliatoris, differētia 72, quòd mediū quoddā est substantia, vt lapis, q non est viuus nec mortuus: quoddam tēporis, vt canis ante nonum diem nec cęcus est, nec videns: quoddam formæ, vt fuscum. Secundo p̄mittit, quòd sanitas & ægritudo sic opponunt, quòd nunq̄ æger potest stare sine aliqua sanitate. Tertio, quòd Arist. largius sumit sanitatē, q̄ Gal. cuius contrariū videt Plusq̄cō. sentire, cum dicit, quòd nullo modo est medium. Ratio est, qa in prima specie qualitatis non est motus cōtrariorū &c. alias plures opiniones recitat.

D COMMVNIS opinio est, quòd sanitas & ægritudo considerant dupl̄r, vno modo quātum ad naturas ꝓprias, & sic non habēt mediū. Ratio est, nam sanitas est ęqualitas siue mediū, cū sint opposita priuatiue, & sic intelligit philosophus: alio vero modo, quo ad nos, & sic est mediū, nā sanitas sensibil̄r opationes nostras pficit, ægritudo lędit sensibiliter, sed neutrū insensibiliter lędit: & hoc medicus vocat neutrū. Contra p ratione. Sanitas & ęgritudo, quantum ad naturas ipsorū, sunt apud intellectū: sed hanc non cōsiderat medicus. Amplius rōne Dyni. Medicus nō debet ponere dispositionem insensibilem &c. Item ponis, quod nō est, &c. ergo. Ad Conciliatorē, nego maiorē, quia sanitas in sui natura est in re extra. Ad secundā, dicendū, quòd 3 ꝓgno. cō. 7, sensus est duplex, vnus intrinsecus, & cōprehendit paruum excessum: & sensus extrinsecus, & iste nō cōprehendit. Ad aliā dicendum, q nō pōt, quod non est, imo paruo lapsui, qui nō est manifestus, neq; manifeste ipediēs, iponit aliud nomen, & vocat ipsum neutrū, vt distinguit &c. AD PRINCIPALES rōnes, cum dicitur, inter quæ ē motus &c. cōcedo, sed nego minorē: imo in vno instanti est inter &c. Tu dicis sanitatem suscipere magis & minus. Dico, quòd non. Arguitur ex hoc motus proprius, quia lumen & tenebrę suscipiunt magis & minus, tñ inter ea nō est motus medium &c. . Secundo sanitas &c. dico, quòd arguit, quòd in latitudine sanitatis est motus, non tñ, quòd ad sanitatem est motus. Vel aliter. Cum dicis, sanitas suscipit magis & minus: ergo. Dico ad antecedens, quòd falsum ē, quia esse magis & minus in sanitate dicit gradus perfectionis indiuisibiles, inter quos ē mutatio: & ideo improprie locutus est Gal. primo de regimi. sanitatis. Ad probationem eius effectus &c. negatur exemplum: lumen enim causatum à Sole & à Luna differunt secundum magis & minus &c. Saluatur autem Hali hoc modo, quia

primo negauit medium per confractionem, & dixit diſpoſitionem tertiam remanere, habentem formam vnam E
per confractionem:ſecundo ponit medium,in quo eſt ægritudo & ſanitas non confracte, ſed quaſi per quendā re-
ſpectū,vel ꝙ diſpoſitio vnius ſtat cum forma oppoſita,vt hic infirmatur,& eſt ſanus, ideſt diſponitur ad ægritudi-
nem,vel habet ægritudinem debilem,& illam vocat neutralem.Eſt ergo opinio Hali,ꝙ inter ſanū & egrum non
eſt medium per confractionē,ita,ꝙ nullum extremorum ſit ibi in actu proprio,ſed confractio eſt,ſicut in tepido
nō eſt calidum neq; frigidum,niſi refracta:& hoc intelligit,ibi.Et harum quidē nō prohibuit &c.vt arguatur ſic.
Si hoc erit,tunc erunt tres diſpoſitiones.Sed hoc eſt falſum,quia tunc eſſent contraria mediata,cū ſit medium per
participationem ægritudinis & ſanitatis ſimul,nō ꝙ refrangant̃.Sed hoc fit tripliciter,primo,vel in diuerſis locis:
ſecundo,vel in diuerſis partibus:tertio,vel in eadem parte ſm viam augmenti vel diminutionis,i.ꝙ vna diſpoſitio
ſit apta cum alia diſponere,verbi gratia ſanum actu cū ægritudinis diſpoſitione,qñ eſt neutrum decidentiæ. Neu-
trum ergo dicitur in motu ſanitatis ad ęgritudinem,ita,ꝙ habet debiliorem ſanitatem,ex qua ſtatim cadet,& hoc
eſt ſanum vt nunc:vel quia habet paruam ægritudinem reſpectu malignitatis, in quā vadit,vel à qua venit,& hoc
eſt neutrum,& eſt ſimile dicto. Auerrois primo phyſicorum,qñ dixit,ꝙ non ceſſant partes ſpermatis fluere & re-
fluere,donec acquiratur forma hominis,non intelligit partes ſpermatis hominis,& hominis formam fluere & re-
fluere,ſed diſpoſitiones formarum.Sit ergo aliquod corpus vadens à ſanitate verſus ęgritudinem,tunc illud parti-
cipat,& eſt medium participatione vtrorumq; illorum,non quia refrangantur per cōmiſtionem ſanitatis & ægri-
tudinis,ſed eſt medium habens ſanitatem,& ab illa recedens habet diſpoſitiones ægritudinis,& ſic participat ęgri-
tudinis diſpoſitione.Et hoc volebat dicere Hali,cum dicebat,Et vnaquæq; earum,quæ eſt ſanitas & ęgritudo &c. F
Et ſic ſaluat̃ Hali,licet ſit obſcurus. SCIENTIAE ERGO nomē.hic explicat diffinitionē,& primo genus &c.
Expedit ſe Gal̃.ab hoc,qa alterius ſciē eſſet,& nō manifeſtaret quæſitū &c.C ommuniter.i.loco generis:ſecundo,
cōiter ad ſcias & ad artes:tertio,cōiter ad ſcibilia & cōiecturatiua:quarto.i.īproprie ſanū,hic exēplificat dr̄ias.

DVDITATVR à Plusq̃cō.quomodo eſt vna ſcientia de corpore,cauſa,& ſigno. Dicendum eſt,ꝙ eſt vna ſciē-
tia per analogiā ad corpus,quia ſanitas proprie eſt corporis,alia aūt attributione. Secundo, multo plura ſubie-
cta ponit Auic.ſ.elementa,cōplexiones &c.Dicendum,ꝙ omnia reducuntur ad iſta. Tertio,videntur duæ diffe
rentię ſuperfluę.Per hoc enim,ꝙ medicina eſt ſcientia ſanorum,differt à qualibet ſcientia:nō ergo oportuit adde-
re ægrorum & neutrorum. Dicendum, ꝙ omnia iſta ſunt loco vnius differētiæ,ſ.diſpoſitionis,quia ſcientia eſt de
ſubiecto,i.homine:& de diſpoſitione ſicut paſsiōe,vt de mobili ſcilicet ſanitate, & ægritudine,& neutralitate &c.

Quarto,non videtur,ꝙ ſcientia medicinę ſit de ſignis & de cauſis,quia per ſigna & cauſas eſt ſcientia, ſicut in na
turali philoſophia ſciētia eſt de corpore mobili,non aūt de ſignis,quibus oſtenditur mobilitas corporis,vt de cau-
ſis,Imo,quia ſcientia eſt per illam,dicit,quòd ſine dubio,illorum,per quæ eſt ſcientia,nō eſt ſcientia:& hoc eſt ge-
nerale in omni ſcientia,tñ in operatiua,ſicut in medicina,illorum eſt ſcientia,inquantū docemur operari per illā,
& operamur circa illa,vt hoc habendo ægrum per cauſam,demonſtramus ægritudinē,tñ illam remouemus à cor G
pore,vt putredinem. Vide,quia dicit,quòd medicus non demonſtrat per genus cauſæ efficientis ſanitatē vel cōſer-
uantis,ſed vtimur modis conſeruandi.hoc forte eſt falſum &c. Dicit etiam,quòd ex cauſa ex ſe non cauſat, ſed ex
corpore.Hoc bene debet intelligi. ET EST QVIDEM &c.hic oſtēdit,quomodo ſe habet ſciētia medicinę ad
prædicta membra diuiſionis. Quidam Salernitani volunt, quòd ponat differentiā inter practicum & theoricum
ſm primam rationem,i.theoricam. Contra,quia ſcientia modi operandi nō eſt theorica, ſed practica. Conſide
randum eſt duplicem eſſe modum, vnus eſt modus intentionis:alius eſt modus operationis:ordo eſt intentionis.
Item,medicus incipit à remedijs.Item,primum in intentione eſt ſanitas. Primo conſiderandum eſt hic,ꝙ cauſa
ſumitur pro debito modo vſus,non re,quę fit. Dicendum ergo,ꝙ notitia cauſarum & ſignorum habet duplicem
ordinem,vnus eſt,quo debet doceri,& ſic primo eſt de corporibus:ſecūdo de ſignis: ars.n.operatiua primo debet
ſubiectum notificare:ſecundo accidentia,circa quæ ſubiectū verſatur: tertio modum operandi,& ſic proſequitur
Gal̃. Alius eſt ordo illarum notitiarum,qui eſt ordo intentionis ſiue affectionis:&,quia,quod habet rationē finis,
eſt,quod magis intenditur,ergo magis intendit̃ modus curandi & conſeruatio:& ſic incipit à cauſa. Et ideo Auic.
vocat illum modum perfectionem,& dicit, Huiuſmodi autem inquiſitionis perfectionem:ſecūdo intelligit cor-
pus,vt extra illud operetur:tertio ſigna. Alius eſt ordo operationis,& ſic primo incipit à ſignis:vnde,quod primū
eſt in intentione,vltimum eſt in executione,vt Cōmentator hic,& Auer.7 meta.23 cōmēto. AD rationes. Cū
dicitur medicus primo intelligit ſanitatem,Dico,ꝙ ſanitas accipitur,vt cognita,&,vt ſic,non primo intendit̃,quia H
tunc medicina erit ſpeculatiua,imo non cognoſcit ſanitatem niſi per operationem conſeruationis eius:& notitia
ſanitatis eſt notitia corporis ſani. Primo ergo eſt intentio notitię modi operandi,ideſt cauſæ, poſtea corporis ſani.
Alio modo accipitur,vt eſt extra facta,& ſic primum,quod intenditur,eſt ſanitas,extra quam eſt finis omnium il-
lorum,ſ.ſignorum,corporum,& cauſarum:& illa ſanitas non eſt pars notitiæ ſciētiæ medicinæ,ſed eſt finis extra:
finis aūt notitiæ eſt modus operandi. Quare prius de ſano,q̃ de ęgro? quia perfectius.Quare prius de ęgro,q̃ de
neutro,cum neutrū plus ſano appropinquet? Dicendum,ꝙ ægritudo ſtatim cognoſcitur per habitum, qui eſt ſa-
nitas:vel ēt quia magis quęrit̃ eius notitia,ſicut rei magis remouentur, SED QVONIAM. ſumit̃ efficiens cauſa
ꝓ conſeruatione,& non ſola cauſa efficiente, cōtra diſtincta à cōſeruante,vt ſupra hic ponit alia translatio.Secūdo
corpus per prius dicitur ſanum &c. Conſiderandum eſt autem de ſano ſimpliciter,quia efficit vel cōſeruat &c.

Omnes hic diſputant,vtrum diuiſio per ſimpliciter & nunc ſit bona,& cogimur idem hoc frequentius repete-
re in inferioribus dictis:& arguunt,quod nō,quia nunc cōtinetur ſub ſimpliciter,& illud cōtinet ſemper,& ſem-
per continet nunc. Item,nunc dicitur ſanus, cuius ſanitas eſt ex tempore.i.ex temporalibus rebus cauſata: ſed
quælibet ſanitas cauſatur à temporalibus,i.temporales res cauſant, ſcilicet non naturales imprimunt in omne
ſanum quacunque ſanitate. Item, quid facit hæc diuiſio ad opus? In oppoſitum eſt Gal̃. QVIDAM

dixerūt,

A dixerunt,ꝙ sanum simpliciter,est sanum à generatione,sed sanum nunc à tempore,s.à rebus tēporalibus. Istam opinionem reprobat Dynus,primo,quia tunc erit dare corpus sanum,quod non erit sanū simpliciter,neq; nunc, quia non est omnino aliquis æger:ergo habet aliquam sanitatem : non à tēpore:ergo non est sanū nunc,nec est sanum simplr,quia sanū simplr cum hoc,ꝙ à generatiōe est,habet sanitatē optimā,sed hoc nō est tale. Amplius, sanum simplr,si infirmatur,reuerti pōt ad suam sanitatem:sed nō erit sanum nunc,quia est sanitas diminuta : nec sanum simplr,quia acq̄sita à rebus tēporalibus. ALII dicunt(vt recitat Plusq̄cō.)ꝙ simplr sanum & ęgrum est sine aliqua conditione vel additione. Cōditiones sunt ſm aliquod mēbrum,aliquā operationē,aliquam diætam, aliquē locum,& tēpus. Dicit ergo sanum simplr,quod oībus mēbris,oī loco,omni tpe,omni dięta est sanū. Dicit vero nunc,qa ſm aliquod mēbrum &c. Reprobat plusq̄cō.Nam,licet sanum simplr, sit sanum ſm omne mēbrum,non tñ illo respectu dicit sanum simplr,quia ægrum simplr diceretur ſm omne mēbrum ægrū,cuius contrarium infra ponet.Item sanum simplr melius se habet alr. omni diæta &c. qa fortiter resistit,cum sub q̄busdam infirmat,nec est aliquod corpus,quod ęque bene vel male se habeat ad oīa &c. ALIA opinio ponit,quę est cōformis suę.Est ergo sentētia Cōmētat.hæc,& ſm Arist.in paralogismo ſm qd,& simplr:simplr est tale sine determinatione:vnde simplr dico,quod nullo addito,sed ſm quid,cū determinatione: sunt autē determinationes,tpis, loci,vel hmōi,& sunt diuersæ determinationes. Conditio.n.loci oīo est semper cū conditione tpis, vt æthiops est

B albus ſm dentē,sed non est albus nunc,imo semper,licet q̄nq; conuenit. Dicitur ergo aliquid simplr bonū,quod ſm se semper est eligibile,vt viuere sanū,sed bonū ſm quid,est bonum cum cōditione,vt sumere medicinā,proijcere merces:nullus.n.ſm se hoc eligeret,sed stante ægritudine,& procella maris &c. Et,quod est ſm quid tale,est simplr oppositum,vt proijcere merces est ſm quid bonū:ergo simpliciter malum.Sic ergo sanū simpliciter cōtradictoriatur sano nunc:sanitas.n.simplr est sanitas, quæ ſm se est sanitas,non hęc,videlicet in determinato tēpore: & hęc est optima sanitas:sed sanitas alicui tñ,& sanitas nunc,est eadem subiecto,& ēt ſm quid. Habet aūt sanitas, ꝙ sit simpliciter,quia optima & vere medicina exclusiua ab oī extremitate,& hæc est apta perdurare : sanitas autē alicui,quia distans ab optima,est apta lædi,& ideo nunc &c. Ad oppositum,prima ꝓpositio est falsa. Neutrum possumus addere ad phantasiā Gal.sub diuisionem tertij modi neutri,quare de secundo fecit &c. Nota numerum corporū ſm Hali ascendere ad 54,sed si multiplicetur per causas conseruantes,ascēdet ad 73 ſm Plusq̄cō.& hoc si multiplicetur , causam conseruantē diuidendo ſm significatum neutri in duo significata,& considera,nō tñ est de oībus exemplum &c. EST AVTEM DE TOTO termino disputatio . quia de tota diffinitione ſm locutionem,idest sermonē loquendi in diffinitione. Artificiale,quia ars est quoddam cōpendium,finitū ēt,in quo cōprehendimus infinita sufficiens.idest sufficientia perfecta totius.i.bene dicit,quod supra hoc additum est,incomprehensibile est &c. Sufficiens.i.sufficientia virtuali. Artificiale vocat quale. Vide Plusq̄cō. Dicit Hali,quòd iactantia

C modernorū dicentium virtutem medicinarū simpliciū esse vanam:& quia aliquis diceret,contra,Gal.fecit sex libros de simplici medicina priores, R̄ndetur,ꝙ est exēplum doctrinæ datę in quinq; libris prioribus. Plusq̄cō.& Dynus,& oēs moderni sunt loquentes,ꝙ doctrina de simplicibus est de eis ſm speciem,non ſm indiuidua:vt sciētia de chamæmeli virtute est sciētia de chamęmelo in specie,nō indiuiduis,quia sunt infinita. Nos aūt dicamus,ꝙ Hali optime dixit,& vir fuit magis habitus in scientia medicinæ,& vult sic intelligi. Nam Hali considerauit multas iactātias in libris medicinarum simpliciū,& ēt cōpositarum,cū dicunt reales,res valet ad hoc,& ad hoc: postea considerauit,ꝙ hic est sermo ſm speciem:postea vidit,ꝙ nos operamur cū indiuiduis medicinarum , & vidit,ꝙ in hoc accidit magnus error:& causa erroris est primo varietas in nominibus:secundo varietas in temporibus, vt sumitur 4 cañ.fen.5,cap.de crurium fractura:tertio varietas climatū siue regionum,vnde rha barbarum de contrata Hali,quod tunc temporis reperiebatur,non soluebat,vt innuit Zoar.11,circa secūd.capitul.& multa alia. Ergo statim,cum videmus ꝓmissionem magnā , non debemus curare,sed consulere medicos famosos in patria tua,vel experiaris leuiter & timide ſm regulas datas,an dicant sana,ęgra,& neutra. Primo dico,ꝙ scientia de corporibus ē phantastica,& illustres viri Auer.& Aui.non dixerūt fere aliquid. Auic.in prin.fen 2,primi cañ.dixit ordines corporum &c.& in cantica nihil dixit. Auer.ēt nihil dixit in colliget,sed in 2 cęli in cōmento 64 aliquid dixit & mo-dicum:&,si nō plus haberemus,q̄ hoc,ꝙ sanitas quędā bona est,& quędā deficiēs,& ꝙ ęgritudines sunt multæ diuersitatis &c.vel erit in medicina damnū. PROCVRAMVS &c. Nota,ꝙ hic est ordo,quo debet doceri,nō aūt

D ordo mētionis nec positionis in opus curatiuū vel cōseruatiuū. SANVM simpliciter. Sequar primo viā cōem. Considerandum est primo,ꝙ prius dicitur de sano,q̄ de ægro,quia ē melior dispositio,& est vt habitus, ex quo habitu statim innotescit priuatio,& ideo post de ægritudine:neutrum autem tanq̄ medium innotescit ex terminis.

Secundo oportet assumere aliquorū dicta,& primo quid est cōplexio,quia ē qualitas,quę ꝓuenit ex actiōe &c.

Tertio,quomodo elementa maneant in misto. Dicit Plusq̄cō. virtualiter,quia qualitates elementorū manent.

Quarto,ꝙ æqualitas quædā est ad pondus,quædam ad iustitiam &c.ad pondus &c.ad iustitiam,in qua iuste fit distributio. Sicut.n.in ciuitate honores distribuuntur &c.ita qualitates ſm operationes. Quæstiunculas Thadei dimitto,cō Thadeus in fine lectionis sentiat de corpore sano simpliciter,& nō illud,quod sentit Plusq̄cō.& etiam Hali:tñ oēs cōuenimus. Quinto ista diffō est bona,qa ē ex genere & dr̄ia,genus ē eucraton & coæquale,i.bene cōplexionatum & bene cōpositum:&,si potuisset habere vnū nomen,dedisset illud,siquod ex eo cōpositū est,ſm Plusq̄cō. Differentia aūt dat intelligi,ꝙ sit eucraton optime,& coęquale. Alij dicunt,ꝙ genus est corpus,qd illic intelligitur,s.eucraton,i.bene cōplexionatum. Causa efficiens tangit,cum dicit,Ex gn̄atione.i.principia actiua & passiua,quę sic fuerunt cōposita ab agente &c. Causa aūt materialis tangit,cū dicitur,In simplicibus.& qa membra sunt materia sanitatis. Causam aūt finalē nō ponit,vel qa dedit intelligi,vel qa alr hic diffinit,aliter in lib.1 de acci.& mor. Sexto,partes cōsimiles dicunt &c.& ideo vocant simplices. Organicę dicuntur cōpositę,& in hoc Plusq̄cō.extendit se ad ponendum,ꝙ mēbra organica sunt formalia,& aīa in eis maxime existit,& cōsimilia non

sunt nisi per illa,& sunt materialia & organica,sunt operationes & instruméta. Et erit hic locus dubitationis,quia E
sentire & videre fit principaliter per partem consimilem,vt aliàs declarauimus.Est dicendum,ꝙ visio totius oculi, & capitis totius, munus est principalius per partem principalem : esse ergo ægrum est esse &c.& ideo hoc corpus, quantum ad totum,est de secundo modo æqualitatis:quantum ad vnamquãq; partem,est in octauo modo æqualitatis. Septimo quæritur, quare nõ dixit de vnitate. Respondet Plusq̃com.ꝙ non contingit in ea peccatum à generatione:& hoc est dictum absurdum,quia cum labio scisso multi nati sunt : sed propter sui opinionem dixit, qui credidit,ꝙ ex generatione quilibet sit sanus:aliter dicendum,ꝙ dedit intelligi.

Vtrum sanitas in genere sit idem,quod complexio. *Quæstio V.*

QVæritur,vtrum sanitas in genere sit idem,quod complexio. Videtur,ꝙ sic,quia quod est temperamentum calidi,frigidi,humidi,sicci,est sanitas, 7 physicorum,& primo de accidenti & morbo:sed complexio est huiusmodi. In cõtrarium arguitur. Quod sic se habet,quòd vnum corrũpitur,& alterum remanet,non sunt vnum:sed corrumpitur sanitas in membro, & manet sua complexio, sicut,cum homo febrit, non remanet sanitas,sed complexio:similiter remanet sanitas,& non complexio,cum homo phlegmaticus fit cholericus sanus.

Dicunt Plusq̃com.& Dynus, ꝙ complexio non est sanitas, sed sanitas est coæqualitas cõmunis,& coæqualitas compositionis ratio,quia complexio & compositio non sunt principia operationũ bonarum,nisi vt sunt coęqualia & debite proportionata. Non igitur complexio est sanitas, sed coæqualitas,in qua est sanitas. Ex quo apparet,ꝙ complexio est quasi materia sanitatis,quia,quod indifferenter se habet ad sanitatem & ægritudinẽ, est sicut F
materia:sed complexio est huiusmodi. Contra,quia complexio ponitur causa formalis respectu corporis, idest forma membri vel aliorum. Aliter vero aliàs dixi,quòd complexio ponitur causa formalis,quia propinquat multum ad formam sanitatis. Sanitas ergo est in complexione cum illo temperamento. EGO VERO in ista quæstione aliud sentio. Cum enim quæritur,an complexio sit ipsa sanitas,quæstio duo quærit,& sunt ista, An calor sit albedo:nam primo quærere potest,vtrum omnis complexio sit sanitas : & dico quòd non,quia quædam est ægritudo. Secundo,vtrum complexio, de qua dicimus,quòd est complexio sana,differat ab ipsa sanitate. Dico,quòd non,imo sunt idem per essentiam,& sic in compositione,ita,quòd sanitas mea in complexione,& sanitas mea nõ sunt duæ res,quia temperamentum siue æqualitas nihil est saltim absolutum,sed secundum ipsam complexionẽ, sicut manus meæ quantitatis,quæ est bona pro operatione,& suum temperamentum, est idem. Hoc discussimus in principali materia, Vtrum sanitas sit forma absoluta.& cum dicitur, Corrupta complexione adhuc remanet sanitas. Dico,ꝙ illa sanitas,& illa complexio,est corrupta.

Corpus simpliciter sanum sit ne tale à generatione an ex tempore. *Quæstio. VI.*

QVæritur,vtrum corpus simpliciter sanum sit tale à generatione,vel ex tempore. Dicitur,quòd possit esse ex tempore,quia optime sanus potest infirmari,& reduci ad sanitatem optimam. In contrariũ est Gal.hic. Mundinus dicit,quòd aliquis dicitur tale à generatione tripliciter, Vno modo,quia habet ex generatione. Alio modo,quòd sit nota dispositionis siue causæ,vt iste à generatione est leprosus,i.habet talem dispositionem à generatione, quia in secundo anno suæ vitæ factus est leprosus : &,cum factus est,dicitur iste à generatione leprosus. Tertio modo, quòd sit nota & signum modi inhærentiæ, siue perfectionis,sicut dominus iste à generatione sui fuit equitator,i.ita bonus,ac si ab vtero trãsisset vel equitasset, cum credatur,quòd res,quę sunt ab vtero, sint in sua dispositione perfecte. Dicit ergo,quòd,cum dicitur sanum simpliciter,est à generatione,non intelligitur primo modo, nec secundo, sed tertio,i.sanus perfecte:nam ex tempore potest esse illa sanitas. Dynus dicit hic,quòd corpus sanum simpliciter potest esse in tẽpore. Probatur dupliciter,primo,quia in infinitum potest sanari. Item corpus parum lapsum potest reduci ad temperamentum,s.ad sanum simpliciter. Sed tu dices, Ergo erit factum sanum vt nunc:sed contra,corpus parum lapsum est melius,quàm sanũ vt nunc:ergo reduxi ad peius. G

Ad Gal.dicendum,quòd dixit,à generatione,quia medicus debet distinguere corpora data à natura : sed, quod datur à natura,datur à generatione,quia natura dicitur à nasci. Etiam dicitur hoc ad denotãdum,ꝙ ista dispositio est naturalis,s.bona siue optima. Conueniunt igitur Dynus & Mundinus in capitulo, Totius vero corporis habitudines. Affirmat simpliciter,quòd omne tale simpliciter,est tale à generatione Thadeus quidẽ visus est sentire,ꝙ hæc sit conditio sani simpliciter,s.quòd sit à generatione:at Plusq̃com.videtur varius in suis dictis:aliquãdo enim dixit,ꝙ corpus,quod est sanum simpliciter,non est aliud,q̃ corpus optime sanum,sed,quando totam suam intentionem explicauit,dixit,ꝙ tale simpliciter,est tale à generatione:& probat sic,Tale simpliciter,est etiam tale in habitu congenito:& apparet de sanitate,quia sanitas connascitur,sicut vita,quia est sanitas dispositio secundum naturam,siue reuersio ad eam. Quandoq; ergo connascitur,vt habitus,& tunc est sanum simpliciter:quandoq; autẽ nascitur,vt dispositio,& tunc est sanum nunc. Ergo possunt duæ rationes formari, Prima. Quod est habitus naturalis,connascitur:sed sanitas est huiusmodi:ergo &c. Secunda ratio. Sanum est dispositio secundum naturam,vt vita,ergo connascitur:sed sanum simpliciter,est sanum:ergo &c. Ex hoc etiam vult,ꝙ sanum nunc connascit, & etiam simpliciter ęgrũ,vt instat contra se,quia per reductiuam potest fieri sanũ simpliciter,& ęgrũ simpl'r &c. Respondet,ꝙ tale corpus sanum simpliciter nõ est vere illud,sed imago est illius, sicut ars est imago naturę:& est, sicut aurũ,quod dat natura,respectu auri,quod dat Alchimia,vt dixit 3 tra.in primo cap̃. Si vero pmutata est &c. Et ideo subdit,ꝙ tota diuisio corporum est hęc, Corpora vel habent ſm naturam,vt sanum simpliciter,quod est à generatione sanum,& sanum nunc : & sanũ nunc diuiditur in neutrum simpl'r fore ex generatione,nõ ex tẽpore. H

Miror autem,quomodo per reductionem non possit esse ita bonũ,sicut aurũ Alchimiæ potest esse bonum ſm bonos alchimistas. Amplius sumo duo corpora optime sana versus imperfectius latitudinis intensiuæ, & vnũ reducatur ad optimum perfectius : hoc ipse concedit esse opus artis:tamen est melius & melior de eo,quia statim subdit contra quosdam,quòd corpus sanum simpliciter curatum ab ægritudine habet sanitatem simpliciter:nam

non

A non dicitur ſimpliciter ſanum per eſſe à generatiõe optime ſanum, ſed per eſſe optime eucraton. Dicit poſt, ꝙ iſta optima ſanitas ſimpliciter, quæ connaſcitur, habet latitudinem, qua decurrit per oẽs ætates: & dicit Hali, Quando ſaluatur proportio membrorum in omnibus ętatibus, &, qualis eſt proportio oſsium ad carnes in pueritia, talis eſt in iuuentute. Hoc autem bene intellige, quia, ſicut puer ſanus ſimpliciter habet oſſa melioris complexionis poſsibilis alicui puero, & carnes &c. ſic in iuuentute &c. & non intelligit illud abſolute: ſed credit Plusq̃com. quia in ſano poteſt nunc ſaluari hæc proportio ſecundum ætatem. Ergo omnes prefati volunt, ꝙ ſanum ſimpliciter ſit ſanũ optima ſanitate: vtrum autem à generatione, diſcordant ex probatione diffinitionis, quòd ſecundum pręſens &c. & quid eſt eſſe ſanum ſecũdum pręſens tempus? eſt habere coæqualitatem &c. Et, quia dixerat hic de ſano ſimpliciter, ideo ſubdit, NON TAMEN &c. Sed eſt duplex litera, & idem patet. Eſt autem & hic, quòd habet tempus, & eſt hic ſanum, & non ſimpliciter, nec pro quacunq; parte temporis coniuncta defectuoſę, paratę labi, & ſic ſumitur: quare illud, nunc, erit nota ſanitatis defectuoſæ, paratæ labi: & ideo dicitur, vt nunc ſanus. Sicut ergo optime ſanum eſt aptum perdurare, & eſt optima ſanitas, ita ſanum vt nunc, paratum eſt labi, & non perdurare. Ergo differentia formalis non eſt eſſe à generatione ſanum ſimpliciter, & ex rebus temporalibus ſanum vt nunc.

Sanum & nunc ſit ne tale ſimpliciter, an vt nunc. *Quæſtio. VII.*

QVæritur, vtrum ſanum vt nunc, ſit à temporalibus rebus, vel à generatione. Videtur à tempore, quia Gal. di-
B ſtinguit ſimpliciter, & nunc, per hæc. In contrarium, quia ſanitas debilis poteſt connaſci. Opinio Thadei contra Plusq̃com. eſt, quòd ſanum nunc ſit à tempore. Probat per textum, Eſt autem & hoc ſanum, ſecundum quòd tempus eſt ſanum. Et etiam probatur rationibus duabus, quia, vbicunq; Gal. loquitur de ſimpliciter, illud dicitur à generatione. Secundo, ſimpliciter & nunc ſimiliter ſe habent in ſano & ægro: ſed ęgrum ſimpliciter eſt à generatione, ægrum nunc, eſt à tempore, vt febriens: ergo ſanum vt nunc erit à tempore. Impugnatur Thadeus à Plusq̃com. primo de textu, quia non dicitur aliquis ſanus, quia tempus eſt ſanum, ſed dicitur ſanus, quia operationes perficit. Secundo, non dicitur corpus ſimpliciter ſanum per eſſe à generatione ſanum, intelligendo bene, quãuis ſit à generatione ſanum, ſed quòd eſt eſſe optime ſanum: & ideo dicitur ægrum ſimpliciter per eſſe à generatione, ſed per eſſe peſsime à generatione & vniuerſaliter diſtemperatum: ergo non dicitur nunc ſanum per eſſe à tempore. Iſtam rationem conferam, quia ipſa veritate coactus ponit aliquid de opinione noſtra. Tertio, aliquid dicitur ſimpliciter tale non ſolum per babitum innatum, ſed acquiſitum, vt ſanitas facta, poſt curationem eſt ægritudinis, aliter non erit curatus. Igitur aliquis dicitur iuſtus ſimpliciter, & aliquid dulce ſimpliciter, factum ex tempore per decoctionem, & hoc, quia habet dulcedinem puram. Si ergo habet non puram, dicitur ſecundum quid alicui, & ſecundum quòd non habet in habitu, ſed mobiliter dicitur nunc: ergo ſanum nunc non erit neceſſario à tempore. Quarto, aliqua diſpoſitio connata poteſt eſſe uunc, ſicut connaſci ſine dentibus
C pueris &c. nam non perdurabit: ergo aliqua ſanitas connata, erit nunc. Quinto, ægritudo nunc, eſt à tempore: ergo ſanitas nunc eſt à generatione. Conſequentia tenet, quia, ſi vnum contrariorum eſt à tempore, reliquum videtur eſſe à generatione. Sexto, tunc ſanatiua vel conſeruant ſanitatem, ſicut inueniunt eam, vel reducunt: & tunc, cum reducunt illam, erit illud corpus ſanum vt nunc, & optime ſanum: ſi faciunt, tunc eſt eadem cum priori: ergo ſanitas nunc eſt à generatione. Videtur ergo, quòd illud eſt ſimpliciter tale, quod eſt purum, impermiſtũ, habituale, à generatione, vel poſt &c. AD RATIONES. Quare Gal. vocauit corpora ſimpliciter talia à generatione, cum tamen quoddam poſsit eſſe à tempore? Cauſa eſt, quia ſcientia medicinæ nõ diſtinguit niſi vel corpora vere, aut defectus naturæ, de quibus eſt ſicut de contrarijs: ſed in oĩbus corporibus datis à natura, i. in omni corpore à generatione, eſt ſanitas complexionis & compoſitionis, ſicut habitus congenitus, quo dicitur ſimpliciter tale. Corpora autem reducta per artem non ſunt, quæ natura dat, ſed ſunt corpora, quæ vera data ſunt ab arte, & non diſtinguenda à ſcientia, quia ſciẽtia medicinæ non eſt de alijs, ſed eſt ad illa. Aſsimilatur autem corporibus naturalibus, ſicut ars eſt imago naturæ: ſic & habitus acquiſitus habitui naturali: & ideo per eſſe aliquid à generatione diſtinguuntur corpora ſimpliciter, ab alijs.

Corpus ſanum vt nunc, ſit ne tale à generatione, an ex tempore. *Quæſtio. VIII.*

SEd tunc eſt quæſtio de ſano nunc, quia nec ægrum, nec neutrum nunc, corpora ſunt vere, quia talia habent di-
D ſpoſitiones habitualiter, & ſic ſunt talia ſimpliciter, & nõ vt nunc. Reſpondet, quòd ſanitas nunc, poteſt cõparari ad optimam ſanitatem, à qua deficit, & ſic eſt habitus quidam, & vocatur ægritudo ſimpliciter: vel optimæ ſanitati ſimpliciter opponitur, & eſt habitus quidam: alio modo poteſt comparari ad habentem, cui eſt quædam ſanitas agitabilis, & ſic dicitur ſanum vt nunc. AD RATIONES, non dicitur ægritudo nunc, quia à tẽpore, ſed q̃a nõ apta ꝑdurare (& nota hęc pro opinione noſtra) & ſic ſanitas nunc non dicitur &c. Item, Gal. habet oſtendere, quid ſint, non vnde ſumantur. Item, nec oſtendit ſufficienter res oẽs non naturales. Ex his Plusq̃cõ. dicit, ꝙ ſanum nunc eſt ægrum ſimpliciter, & neutrum ſimpliciter: ergo opinio Plusq̃cõ. non eſt à generatione, ſed ſiue eſt à tempore. Dynus tñ ponit complexionem de poſsibili, quòd ſanum nunc poſsit eſſe à generatione: & inducit rationes de ineſſe, quòd ſit à generatione ipſa. Prima eſt. Quòd eſt naturale, eſt à generatione, ꝫ metaphyſicæ natura dicitur à naſci. Secunda ratio. Qui eſt ſm naturam cholericus, eſt à generatione: ſed ſanus nunc &c. Tertia ratio. Vnumquodq; indiuiduum habet complexionem de ꝫ 1 modo æqualitatis, quod ſanũ viuit: ergo natum habet ſanitatem ſibi propriam: vel ergo ſimpliciter, vel nunc: ita vult ratio deduci, licet non deducat. Et hic poſſent poni duæ rationes Plusq̃com. ſ. hęc. & Gal. quas poſuimus ſupra partim, vbi dicit Plusq̃cõ. Non ergo dubitant ſanum nunc, eſſe cõnatum. His habitis dico, ꝙ ſanitas nnnc poteſt eſſe à tempore: à generatione intelligitur ab eis, quod à tempore intelligitur etiam ab eis: quod ꝓbatur, quia optima ſanitas à tẽpore poteſt eſſe ꝑ eos: ergo ſanitas nunc. Item, ſi cholericus ſit factus phlegmaticus ex toto, eſt alia ſanitas, & à tempore eſt. AD RATIONES. quod eſt naturale, eſt à generatiõe. nego in omnibus. Cum dicit natura à naſci, verum eſt vno modo, ſed alio modo dicitur

natura de principio intrinseco actiuo. Ad secundũ, non probat. Ad tertium dicit, quòd ab vtero non potest homo nasci cum ægritudine nunc. Ad alias rationes Plusq̃cõ.s.quintam, & sextam, ægritudo nunc est in tempore.concedo.ergo sanitas nunc, à generatiõe.nego. Et, quãdo tu probas, quia sunt contraria, dicendũ, quæ essentialiter & conuertibiliter prædicantur de contrarijs, sunt contraria, vt congregare & disgregare, de albo & nigro: sed, quæ accidunt, non, vt albedinem & nigredinem inesse lapidi accidentaliter vel naturaliter. Ad aliam.causę efficientes &c.dico, ꝙ sunt reducentes. Cum dicis non, quia erit sanitas in infinitum.nego, quia in sanitate nunc, est gradus, & de vno potest verti in alium.dico, ꝙ terminant̃: & tu dicis, non, quia erit eadem cum priori negocio: imo alia numero, quia accidens corruptum non regeneratur. Cum dicis, ꝙ sanitas in mane & in sero non est vna sanitas, credo, ꝙ Plusq̃cõ. hic cõcordet cum opinione nostra in omnibus, nisi in hoc, ꝙ sanitas nunc à tempore est eadem, quod à generatione, vel non est verum sanum nunc, sed imago huius: & tota sententia Plusq̃cõ. stat in his propositionibus. Prima propositio. Sanum simpliciter est corpus, habens optimam sanitatem, cõmunem sano semper & sano multum. Secũda. Sanum simpliciter nõ dicitur tale simpliciter, quia fit à generatione, sed quia habet sanitatem in habitu, optimam simpliciter. Tertia. Sanum simpliciter, est à generatione, quia est corpus, quod datur à natura, & non est nunc sanum, nec ægrum simpliciter, nec neutrum simpliciter. Quarta. Quamuis sanitas simpliciter sit necessaria à generatione, tamen nõ est sua ratio formalis, scilicet esse à generatione, sed habere optimam sanitatem. Quinta. Sanum simpliciter ab arte per causas reducentes vel efficientes non est nunc sanũ simpliciter, sed imago eius, sicut ars est imago naturæ. Sexta. Sanum simpliciter ab arte non est, de quo est scientia medicinæ, quia scientia est de corporibus datis à natura: sed scientia, scilicet ars medicinæ, est ad illud corpus sic faciendũ, & in hoc ars proficit naturæ: & ita formantur sex propositiones de sano nunc. Prima. Sanum nunc habet sanitatem ſm quid &c. Secunda. Quod non dicitur tale, quia ex tempore, sed quia habet sanitatem in dispositione, s. mobilem. Tertia. Sanum nunc, est à generatione. Quarta. Quãuis sanum nunc, sit à generatione, tamen non est sua conditio, vel quãuis à tempore sit. Quinta. Sanum nunc à tempore, non est, de quo est scientia siue ars: sed ars est ad illa corpora sana nunc, quia facit illa. Et sic posset formari alia propositio, scilicet, ꝙ est imago, licet videatur de sano nũc tenere, ꝙ omnino sit à generatione, quia factum à tempore est idem cum eo, quod à generatione: põt formari hic propositio. Corpus simpliciter sanum, est aptum tota vel maiori parte vitæ durare in sanitate, & contingenter infirmatur: corpus sanum nunc, est paratum labi, & contingenter potest tota vita esse sanum. Opinio nostra in omnibus conuenit cum eis vsq; ad hunc locum, nisi ꝙ teneo, ꝙ ista corpora possunt esse à tẽpore & à generatione, siue sana nunc, siue simpliciter: & ꝙ illa, quæ sunt à tempore simpliciter sana, vel nũc sana, possunt esse vere talia. Posset teneri, quòd scientia esset vere de istis, & cum hic sit ad illa: & in hoc proprie est ars, sicut artes sunt de domo & ad domum: nec conuenimus cum eis, quòd sanũ nunc, sit ęgrũ simpliciter, vt apparebit. SEMPER TALE. Considerãdum, quòd hoc corpus est simpliciter sanum, & oportet repetere diffinitionem sani simpliciter, dicendo, Sanum semper, est sanum simpliciter, existens maxime eucraton, & maxime coęquale ex generatione. E F G

Secundo considerandum est, ꝙ ista diffinitio corporis, s. semper sanum est maxime eucraton. est diffinitio propter quid, nam corpus semper sanũ, est aptum tota vita perdurare sanũ, ꝓpterea, quia ipsum est maxime eucraton, & maxime positũ in medio, & distans ab extremis: & est sĩls diffinitioni, quę dicit, tonitruum est extinctio ignis in nubibus: nã sic dicens dicit ꝓpter quid, quia tonitruũ est sonus per hanc causam, s. extinctionẽ ignis, factus.

Corpus sanum semper, an possit ægrotare. *Quæstio. IX.*

QVæritur primo, vtrum corpus semper sanum possit infirmari. Dicit Plusq̃cõ. quòd quidam probant, quòd non, quia tunc non diceretur semper sanũ. Respondent bene primo, quòd, licet hoc corpus cæteris paribus repugnet ægritudinis causis, tñ ægrotare potest, vt vulneratus in bello, & occurrẽs fortissimis causis: nam, si corpus humanum esset impassibile, non indigeret arte, vt infra Gal. dicet. Potest ergo ægrotare, sed non est aptum seu dispositum, quia dicit ipse, potentia super cõtraria est talis aptitudo, aut supra alterũ magis. Secũdo dicit, quòd illi, qui hoc dixerunt, non intellexerunt bene, vnde diuidebatur corpus simpliciter sanum in sanum semper, & vt multum, nam simpliciter sanum, est quod habet optimam sanitatem, non paratum labi in ægritudinem, nisi à fortissimis causis, quæ in tota vita sunt curabiles, & ideo aptum perdurare sanum tota vita, quando est sanitas optima omnino: tunc autem in maiori parte, quando est sanitas parum deficiens, scilicet insensibiliter, ab optima, & tunc est sanum multum, si non multum deficit ab optima, sicut sanum nunc, tunc est paratus labi facile. Tertio dicit, quòd corpus sanum simpliciter dicitur sanatiuum, quod nomen, scilicet sanatiuum, significat aptitudinem perdurationis sanitatis. Idem est ergo corpus sanum simpliciter & sanatiuum corpus, tamen sanitas non est sanitatis sanitas, est enim in prima specie qualitatis, quia est habitus, scilicet ineptitudo patiendi à causis occurrentibus, quæ idem est, quod aptitudo permanendi sanum: sed sanatiuitas, secundũ quam corpus simpliciter sanum diuiditur in semper, & multum, est in secunda specie qualitatis, quia est quædam naturalis potentia perdurandi sanum: & illa est sanatiuitas homini sano simpliciter, per sanitatem simpliciter, sicut passio inest subiecto per formam. Quarto, quòd, quando dicimus, sanum est aptum semper permanere sanum in omni tempore, vel tota vita, intelligitur in omni ætate, & partibus ætatis, quæ sunt tempora, anni, & partes annorum. Quinto, omisso, quid hic debeat dici de sano multum, dicit, quòd, quicquid dicitur de sano simpliciter, maxime intelligendum est de sano semper: de sano aũt vt multum non sic proprie, sed cum quadam diminutione, sicut sanũ vt multum aliqualiter occulte diminuitur, quo ad sensum, à suo semper. Ratio in contrarium, patet soluta. H

Corpus sanum semper, an sit sanum vt nunc. *Quæstio. X.*

QVæritur secundo, an semper sanum, sit sanum vt nunc. Videtur, ꝙ sic, Primo, quia, quod est semper, est nũc: ergo. Amplius, nõ sit transitus de contrario ad contrarium, nisi per mediũ: sed semper sanũ sit ægrum vt nunc: ergo ipsum est sanũ nunc. Consequentia probatur, quia contrarium oppositum ægro nunc, est

A sanũ nunc: quæ enim sunt opposita, sicut assumitur vnum, sic assumitur reliquum, sicut dicimus calido in actu opponitur frigidum in actu, & non frigidũ in potentia, imo stant simul. Si igitur, cum sanũ semper, ægrotet ægritudine nunc, est motus inter contraria: ergo sanũ simpliciter, est sanum nunc. Tertio, quãdo extrema habent medium, & transitur de extremo ad extremum, transitur per medium: sed inter optime sanum, & ægrũ nunc, est medium, s. sanum nunc, quod dicit debilem sanitatem: ergo ante, q̃ ęgrotet sanus semper, fiet sanus nunc: & ꝓbat hoc argumentum, ꝙ sit sanum nunc, ante, q̃ ægrum nunc, non ꝙ sit actu. In contrariũ Gal. respondet, & bene, ꝙ semper sanum non est sanum vt nunc. ratio est, quia sanum vt nunc, est sanũ non ſm optimam sanitatem: ergo, si sanũ semper, est sanum vt nunc, sanum optime non est sanum optime. Ad primam rationẽ, cum dicitur, sanũ semp, est sanum nunc, Respondendum est, ꝙ verum est, sed non tm̃ nunc, vt excludit alia tẽpora: sed sanum nunc, quod distinguitur contra sanum simpliciter, est nunc tm̃. Alia solutio Plusq̃cõ. non placet, & ideo non pono eã. Verius & plus opponitur sano semper, quã sano nunc, & hoc plus distat. Et, cum dicitur, ꝙ contraria oportet similiter accipi, Respondendum, ꝙ verum est, si vnus modus contrarij nõ includitur in habitu alterius: si enim includitur, non oportet similiter accipi, & accepta non oportet similiter magis opponi, verbi gratia hic ægrum & sanũ opponuntur, & ægrum quoddam est in latitudine sanitatis: & ideo simpliciter accepta non magis opponuntur, vt ęgrũ simpliciter & sanum non sunt magis opposita, nec magis opposita magis accipiuntur, vt ægrum nunc, & sanum

B simpliciter. Sed arguitur contra sic, Simpliciter sanitati opponitur pessima ægritudo: sed pessima ægritudo est ægritudo simpliciter. Respondendũ, ꝙ non, quia ægritudo simpliciter est connaturalis, & est aliqua sanitas: vnde potest dici aliqua pessima sanitas, quæ ab Auic. vocatur ægritudo in vltimo. Ad tertium põt clare responderi, ꝙ sanitas non mediat, quasi in forma, licet non vere, sed non est media in motu, sicut si ego fortem habeo sanitatẽ, tu debilem aliam, non oportet, ꝙ sim infirmor, vt transeam per tuam: & hoc intellexit Auicẽ. pro prima coll. cõ. 105, capitulo de saporibus, cũ dixit, ꝙ non semper transitus fit per oĩa media. Plusq̃cõ. dicit, ꝙ sanum lapsum & ꝑ vsum cibi mali paulatim põt fieri sanum nunc: & hoc est, quod fit paulatim ꝑ assuefactionẽ. Cum aũt itur ad ęgritudinem, qa itur subito, non itur ꝑ hoc mediũ transitus: ergo ꝑ neutrũ nunc, quę est dispõ subiecti terminabilis.

Corpus optime sanum an reperiatur. *Quæstio. XI.*

QVæritur tertio, vtrum corpus optime sanum sit reperibile. Quòd non ꝑ Gal. infra, qui ponens latitudinem sanitatis nullam voluit esse optimã, quia dixit, ꝙ ſm veritatem corpora omnia sunt ægra, sed ſm plurimũ debet hoc iudicari. Amplius infra respectu. Tertio dicit, ꝙ nullũ corpus habet optimas operationes vniuersas. Amplius Hali circa cõmen. 25, & trac. 3, cõ. 104. Item, Gal. primo de regi. sa. dicit, ꝙ optima sanitas vel nunquã fuit, vel in pugillo oculi & momenti. In contrarium hic, quia diffinitur sanũ semper, Respon-

C detur, ꝙ optima sanitas, quæ est sanitas semper, reperitur. ratio, quia extrema reperiũtur, s. homines distemperati, ergo medium: complexio enim hominis est melior omnibus. Secundo, reperiunt species inæqualitatis, ergo & æqualitatis. Item, si in aliquo genere est aliquod imperfectum, ergo & perfectum. Istæ tres rationes sunt, quasi vna ratio. Amplius, natura non deficit in meliori & necessariori, hoc autem est melius, & magnum, necessariũ ad regimen mundi. Amplius, in hoc corpore est scientia. Amplius, reperiuntur talia corpora in regionibus tẽperatis, sicut in regionibus Hipp. & Gal. fuit 2 de re. sa. Ad rationes dicendũ, ꝙ sanitas optima & punctualis & ꝑmanens non reperitur, quia semper homo variatur: sed lata reperitur: quocunq; enim instanti concesso, ꝙ aliqua operatio fit in puncto optimitatis, statim fit ꝑmutatio, & nõ durat: & hoc voluit Gal. & hęc est clarior similitudo, q̃ Plusq̃cõ. ꝙ Gal. non ponit sanũ semper, in lib. de re. sani. &c. Vel arguat sic, Nullus habet absolute sanitatẽ optimã, sed in ordine, qa vigor vltimus retẽtiuę nõ stat cũ vltimo vigore digestiuę pp diuersã tẽperamẽta.

Corpora temperata an reperiatur. *Quæstio. XII.*

QVæritur, vtrum plura talia corpora sint reperibilia, s. tẽperata. Videtur, quòd nõ, qa, quod dicitur ꝑ superabundantiã, vni soli conuenit. Dicendũ, quòd possunt plura reperiri in pluribus: sed esse tẽperatum est huiusmodi, quia est de secundo modo ęqualitatis, qui est specificus. Ad rationem rñdet Plusq̃cõ. dicendo, quòd albissimum dupliciter dicitur, vel quia albius est cęteris, & sic conuenit vni: vel quia nihil est eo al-

D bius, & sic potest pluribus competere, vt multum. Considerandum est, quòd hoc corpus est sanum simpliciter, & ideo oportet competere diffinitionem ei: & etiam hæc diffinitio dat causam. Secundo dicendum, quòd accipit compositionem pro complexione & compositione.

Sanum multum sit ne nunc sanum. *Quæstio. XIII.*

QVæritur primo, vtrum sanum multũ sit sanum nunc. Videtur, quòd sic, quia ex suo lapsu est paratũ ægrotare. Item, omnis sanitas vel optima, vel lapsa est: sed sanitas optima est simpliciter: ergo lapsa erit nunc, vel neutrum simpliciter: iam enim dixit, quòd nunc est lapsum ab optima. Dicendũ, quòd sanitas multũ deficit parum valde & insensibiliter, sed sanũ nũc deficit multũ & manifeste, & ideo sanũ multũ põt resistere ægritudinis causis parum minus, q̃ semper sanum, & ideo in maiori parte temporis est aptum viuere sanum.

Quid sibi velit, cum dicitur, sanum multum aptum est diu perdurare. *Quæstio. XIIII.*

QVæritur, quid intelligatur, quando dicimus, sanum multum, est aptum perdurare pluri tempore. Dicendum, ꝙ non intelliguntur determinate plures ætates, verbi gratia quatuor de quinq;: vel plures anni, verbi gratia 50 de 60, quia tũc erit neutrum tertij significati, sed dicitur pluri, indeterminate, & hoc, quia minus potest resistere, quàm sanum simpliciter. Non dicit Plusq̃com. quòd intelligantur plures partes vniuscuiusq; ætatis: & debent intelligi plures, quia quæcunq; pars in actu partes plures in actu habet, & sic in infinitum, si partes diuiderent. Cõtra vltimo, quia litera Arabica habet sic textũ, Quod ex eo in pluribus dispositiõibus est ita &c. & vult, ꝙ per hoc corpus sanũ vt multum, vocãt illud sanum in pluribus dispositionibus. Et exponens Hali dicit, ꝙ hoc corpus est sanum in pluribus dispositionibus, s. in pluribus ætatibus, & regionibus, & operationibus, &

similibus illis: quod Plusq̃com. interpretans dicit, quòd operatio est ex rebus naturalibus: ergo per similia operationibus intelligit alias res naturales, s. humores, elementa, & membra & c. ætas est de annexis, igitur per ea intelligit aerem, cibum & potum, somnum & vigiliam. Est hoc ergo dicere primo, ꝙ corpus sanum vt multum, est sanum in pluribus operationibus, & pluribus membris, & humoribus. Sed hoc dicere est error. Nam, si aliqua membra haberent ægritudinem, & plura forent sana, esset neutrum secundi significati: vel, si aliqua pauca ægri essent principia, posset dici ęgrum simpliciter semper. Si autem intelligit sanum vt multum, quod est sanum in humoribus, est similiter error, sicut dicere de membris. Et dicere, ꝙ est sanum in pluribus ætatibus, & similibus, s. in pluribus complexionibus, & coloribus, & sexibus, est etiam error, nam omne corpus sanum, est sanum ſm aliquã complexionem, ſm quam consequuntur calor, sexus, & habitudo. Similiter intelligere corpus sanum ſm plures ætates, est falsum, vt supra probatum est, quia temperantia sani vt multum, currit per oẽs ætates. Adhuc nõ potest dici corpus sanum multum, sanum in pluribus dispositiõibus, s. regionibus, & alijs rebus non naturalibus, s. aere, cibo & potu, somno & vigilia, motu & quiete &c. quia, si sanum vt multum, est sanum in pluribus de istis, ergo sanum semper, est sanum in omnibus, s. in omni aere, in omni potu, & in omni cibo &c. hoc autem est falsum, quia tunc non indigeret arte medicinæ, cum res non naturales cuiuscunq; modi non possent sibi nocere. Amplius, in principio dictũ est, corpus dicitur sanum, ſm quod illorum primo illa dicũtur sana ad corpus. Item, sanum vt multum in totidem rebus non naturalibus est sanum, in eisdem est ægrum. Probo sic. Hoc corpus lapsum est in calore: igitur omnes res calefacientes nocent sibi, & infrigidantes iuuant, quia distemperata complexio læditur à suo simili, & iuuatur à contrario: sed omnes res non naturales sunt vel calefacientes vel infrigidantes. Itẽ corpus optime sanum non in omnibus est sanum, sed in temperatis erit: ergo nec sanum vt multum in pluribus erit sanum. Cum confirmauimus, Hali iniuste reprehenditur. Nam in radicali intellectu corporis sani, multum conuenit cum Plusq̃com. nam vult, quòd corpus sanum vt multum, quia diminuitur à corpore sano semper, quod vocat melius formam, ideo non est firmum in sua sanitate, sicut illud. Refert ergo se Hali in exemplis ad illa corpora intellecta in ratione perdurationis in tempore, scilicet in posse semper perdurare, & posse pluribus temporibus perdurare: & hoc est posse resistere ægritudinis causis omnibus, vt corpus semper sanum, & non sic posse, vt multum. Intelligit ergo positio intentiones corporeas, id est animales, vel, id est alias res non naturales: & per ætates intelligit non plures determinatas ætates, scilicet eodem modo, in pluribus ætatibus, & in pluri tempore suæ vitæ, non accipiendo determinate hanc: & sic etiam de regionibus. Ex quibus apparet, quòd aptitudo ad perdurandum ad omnia occurrẽtia, vel non ad omnia, verbi gratia, omnes res non naturales, in quadam mensura non permutantes, facientes ægrotare corpora sana nunc, sustinentur à sano semper, nec ægrotat ab illis, verbi gratia, à tanto labore, & vigilia: sed non ab omnibus illis defenderet se sanum multum, quia non est ita forte in sua sanitate, sed in pluribus ex illis: & hoc pluri tempore est aptum viuere sanum. Et tunc dicitur ad Plusq̃com. ꝙ intelligendo Hali, sicut ipse exemplificat, adhuc saluatur, cum primo dicit, sanum in pluribus mẽbris est neutrum secundi significati, si in alijs paucis sit ægrum: sed sanum multum non huiusmodi est, nam sanum multum est corpus deficiens à sano semper. Hic ergo defectus est vel in complexione totius: vel posset esse in vno membro insensibiliter deficiente, & ex hoc redderetur aliqualiter optime pati: q̃d non contingit de sano semper. Nec valet replicatio Plusq̃com. cum dicitur, sanum vt multum, dicitur ſm omnia membra, & omnes operationes lapsus. Dico, ꝙ hic est vnus modus sani vt multum, sed alter modus iam est dictus, scilicet secũdum aliquod vnum membrum.

Ad aliud, cum dicitur, ꝙ non dicitur sanum ſm Comment. &c. Dicendum, ꝙ hoc vult: nam non intelligit per similia ætati, calorem, & sexum, sed intelligit tempora, scilicet quot sunt anni, & menses. Ad tertium, cum dicitur, si sanum multum, est sanum in pluribus, ergo sanum semper, est sanum in omnibus, Dicendum, ꝙ non intelligit respectũ sani vt multum, accidit eis ab aliquibus causis pati sanum vt multum, propter causæ defectum, à quibus non patitur sanum semper. Ad quartum, cum dicitur, ꝙ ad totidem bene se habet, ad quotidem male, Dicendum, ꝙ diuisio rerum nõ naturalium lædentium aut est penes qualitates, aut est penes vigorem. Prima diuisio est, quædam calefaciunt, quædam infrigidant, quædam temperate agunt: & tangit vnãquãq; rem non naturalem.

Ista diuisio est, ſm quot aliquid male se habet, ad tot bene se habet: & corpus sanũ semper ad plura male se habet, & ad distemperata, & ad pauca bene, vt ad temperata. Alio modo possunt distingui ſm vigorem, vt quædam res non naturales sunt fortis impressionis in faciendo ægrotare, vt distemperatus aer, & labor superfluus: & quędã sunt debilis impressionis, vt in tremore post prandium loci extrinseci. Dicit ergo, ꝙ omnibus causis fortis impressionis vsq; ad terminum semper sanum resistit. Accidit igitur de facto à quadam causa multum sanum infirmari, à qua non infirmatur semper sanum: & tunc in terminis datis sanum vt multum, prędictũ paratum est lædi à causis calefacientibus plus, q̃ ab infrigidantibus, sed pluribus, & calefacientibus excessiuis resistit, & ab aliquo etiam moderato excessu caloris febrit, & tamen semper sanum ab illo non febriet. Ad quartam etiam dico, ꝙ nõ vult Hali sanum vt multum, dici sanum ad illa, sed quia sua sanitas potest illis pluribus resistere. Sunt igitur propositiones istæ. Sanum simpliciter, est optime sanum, aptum tota vita permanere, quia potẽs resistere omnibus causis ægritudinis occurrentibus, nisi sint ẽt vltimate multa, à quibus homo põt se cauere. Secunda ꝓpositio est. Corpus sanũ vt multum, est sanum optima sanitate apparenti, sed in occulto parum deficienti ab illa, & ideo in maiori parte tẽporis est aptum permanere in sua sanitate, quia aptum resistere pluribus causis ægritudinis de illis, quibus resistit corpus semper sanũ. AEGRVM VERO SIMPLICITER. Considerandũ, ꝙ tangit Gal. causam efficientẽ, formalẽ, & materialẽ, sicut supra dictũ ẽ in sano simplr. Secũdo, quare posuit diśiũctiuã, aut? Thadeus dicit, ꝙ sanitas est spẽs spãlissima, sed ęgritudo subalterna, qa habet plures sub se spẽs: de qua loqtur Cõciliator & multi trussant, sed mõ omittunt. Plusq̃cõ. aũt dicit, ꝙ corpus nõ dicit sanũ, si nõ ẽ sanũ ĩ cõsilibus, & organicis: sed ęgrũ dicit, q̃uis vnũ genus mẽbrorũ sit ĩequale. Exẽplũ, cõstructio, & destructio. Tertio, sanũ & ęgrũ sunt cõtraria, &

talia

A talia sunt sub eodem genere,quare non dixit illud genus?Respondet,ꝙ non sunt contraria semper sub eodem genere propinquo,sicut largitas sub virtute & auaritia. Quarto,cum ægritudo sit dispositio naturalis vltime lapsa ab optima sanitate,vnde à generatione est vltime distemperatum corpus simpliciter ægrum , quare non dixit hic Gal.corpus ægrum simpliciter,est vltime distemperatum?Respondendum,ꝙ ideo fecit,quia hic gradus supremitatis malitiæ,s.sic vltime lapsum esse ab optima,non æqualiter competebat ægro semper,& ęgro multũ,& simpliciter:quod dicebatur de simpliciter sano. Quinto , etiam in vtrisq;,i.consimilibus , & organicis , vel in natura communi,quæ est vnitas. AEGRVM NVNC.Primo considerandum,ꝙ ægrum nunc, ægrotans,in quo dicitur tempore,i.ægrotans ægritudine materiali.Ægrum.n.simpliciter,egrotat ægritudine naturali,quę dicebatur pessima sanitas.Et,quia egritudo nunc,est pessima ęgritudo innaturalis siue contra naturam,ideo vbiq; in hoc libro corpus ægrum non vocatur ægrum,& intelligit ægrum nũc, & nullum aliud corpus ægrum.Sunt intellectiones, quæ male sunt ordinatæ in recollectionibus magistri Thomę. Sed ante,q̃ procedamus ad quæstionẽ,prẽmitto, quòd hucusq; concordauimus cum Plusq̃com.in esse sanum simpliciter,semper,multum,et nunc.

Corpus ægrum simpliciter,sit ne sanum nunc. *Quæstio. XV.*

QVæstio est,vtrum corpus ægrum simpliciter,sit sanum nũc.Et videtur,quòd non,primo, quia ægrũ simpliciter est distemperatum,& sanum nunc est eucraton,temperiem quodammodo habens,licet non optimam. Secundo,quæ distinguuntur à reali artifice &c. Tertio,sicut se habet sanum simpliciter ad
B sanum nunc,ita se habet ægrum simpliciter ad ægrum nunc:ita egrum simpliciter ad sanum nunc. Oppositum vult Plusq̃com.in eodem cap.quòd corpus sanum nunc, est duplex,s.egrum simpliciter,& neutrum simpliciter, est sanum nunc.Licet.n.sanitas reperta in his corporibus egre permutetur,qa est eis naturalis,quia tamen non est ita firma,sicut optima sanitas,ideo hæc corpora sunt disposita ad recipiendum ægritudinem magis , q̃ optime sanum,& ideo dicuntur ægra semper , & multum. Probat aũt quinq; vijs,quòd corpus ægrum simpliciter sit sanum nunc, & neutrum nunc.Prima per Gal.infra , vbi dicit , Et diuiditur totius sanitatis latitudo in tres partes, latitudinem habẽtes &c.sanorum simpliciter,ægrorum simpliciter,& neutrorum simpliciter:sed, quicquid est in latitudine sanitatis,est sanum:& ægrum simpliciter,& neutrum simpliciter,sunt in latitudine sanorum,& nõ sunt sana simpliciter:ergo sana nunc.Et,quia credo hanc authoritatem Gal. coegisse Plusq̃com.ad subtiliandum pro ista sua opinione,ideo iuuabimus ipsum in ea:nam corpus neutrum est in latitudine sanitatis ẽm Gal.sed non est neutrum nunc,quia est actu medium transitus in ægritudinem nunc:ergo neutrum simpliciter.Etiam ęgrum aliquod est in latitudine sanitatis ẽm Gal.& non est ægrum,quia illi toti opponitur:ergo ægrum simpliciter. Secũda via ex irrefrangibili sano:nam Hali infra non est locutus de signis corporis sani , nec de causis conseruatiuis, qa dedit intelligi per signa & per causas neutri simpliciter,& ægri simpliciter. Tertia via est fortis.Aliquod cor-
C pus à generatione est ægrum,& est sanum nunc,quia non omne corpus est simpliciter sanum : sed non est ægrum nunc,per propositionem communiter famosam eorum,Quilibet nascitur sanus : ergo ægrum simpliciter.Et istã rationem sic aliter confirmat Plusq̃com. nam omne corpus sanum à generatione est simpliciter sanũ:sed aliquod à generatione est sanum,quod est lapsum ab illo,multa.n.corpora,cum nascuntur,habent sanitatem,quæ simpliciter non sunt sana:ergo sunt nunc sana:sed lapsa sunt ægra (& intelligitur, quòd non sunt ægra nunc) ergo ægra simpliciter. Quarta via.Corpora à generatione talia,non sunt nisi tria,sanum simpliciter , ægrum simpliciter, & neutrum simpliciter:sed aliquod corpus à generatione est lapsum:ergo,cum nõ sit sanum simpliciter, erit ęgrũ simpliciter,vel neutrum simpliciter.Quare ex præmissa ratione arguit sic.Quæcũq; vni & eidem sunt eadem, illa inter se sunt eadem:sed alicui sano lapso à generatiõe sunt eadem sanum nunc,& ægrum simpliciter:ergo ipsa inter se sunt eadem. Quinta.Et,quod est aliquid vt nunc,siue ẽm quid,est alterum oppositũ simpliciter,& ecõtra, verbi gratia abiectio mercium in mari,quę nunc voluntaria est,est simpliciter inuoluntaria:& saluatio mercium, quæ est simpliciter voluntaria,est ẽm quid & vt nunc inuoluntaria.Si ergo aliquod corpus est simpliciter ægrum vel neutrum,ergo ẽm quid est oppositum,s.nunc sanum:sed,cum ẽm naturam se habet, est sanum. Sexta ratio viæ,quæ colligitur ex dictis eius,sed non format eam hic.Optimę sanitati & perfectissimæ opponitur pessima sanitas:sed nulla est peior sanitas,q̃ sanitas nunc:ergo,secundum quòd opponitur optimæ sanitati, quæ dicitur simpliciter sanitas,est simpliciter ægritudo:ergo sanum nunc, est simpliciter ægrum. AD CONTRARIA patet
D solutio,quia distemperatum simpliciter,& sanum secundũ quid contradicunt. Ad secũdum dicetur , quòd ista duo corpora distinguuntur ratione,s.sanum nunc,& ægrum simpliciter.Et talis ratio est realis, inquantum realis actus iudicat ægrum simpliciter debere meliorari,si est possibile,sed vt nũc conseruari,vt 4 therapeuticæ:& est distinctio realis,quia sanum nunc,cum sano simpliciter, est aliud,quàm sanum nunc cum se ipso. Ad tertium dicendum,quòd nõ est simile,quia sanum simpliciter & ęgrum simpliciter sunt in eadem latitudine,& sanũ simpliciter,& sanum nunc:sed ægrum simpliciter,& ęgrum nũc,sunt in eadem latitudine. CONTRA , primo,quòd neutrum simpliciter,non sit sanum nunc.Neutrum,de quo habent concordiam philosophi cum medicis , nõ est sanum sanitate propinquiori optime sano,q̃ quodcũq; aliud sanum nunc,sed neutrum simpliciter,de quo discordant,quia est illud,quod ponitur in diffinitione medicinę,& de isto omnes discordant:sed de isto tuo neutro non omnes discordant,qui est quidam gradus sanitatis. Amplius,illud neutrum non est conualescentię nec decidẽtię,quæ duo videntur debere includere omne neutrum.Ipse tamen Plusq̃com.hoc negaret,secundũ quòd posterius apparebit. Tertio,illud,quod non videtur pessime ęgrum,non est ęgrũ simpliciter,quia,sicut in sano simpliciter dicit optimitatem,ita in ægro pessimitatem:sed sanum nunc nõ est pessime ægrũ, quia forma est aliquod sanum,& reperitur aliquod corpus,quod non est pessime & forma,& nullam dicit sanitatem,quæ de eo in qd prędicetur,verbi gratia,ethicus in tertia specie.Licet.n.aliqua sanitas sit cum ethico, quia viuit , & cum ethica forma non est sanitas:sed illa,quã tu vocas ægritudinem simpliciter,est aliqua sanitas:hoc tamen solueret,quòd eo ipso,

quòd

quòd corpus sanum nunc, deficit à sano simpliciter, dicitur simpliciter ægrum, sed cum hoc est sibi sanum. Cõtra per deficere à sano simpliciter, dicitur ęgrum simpliciter, vel intellectus simpliciter, i. secundũ rei veritatem, qa illa est vera sanitas, & vt sit sanum multum, est ægrũ simpliciter: vel ex hoc ęgrum simpliciter, i. in summo: & hoc est falsum, quia non sequitur: deficit ergo in summo, cum reperiatur aliud magis deficiens, vt habens ethicam: vt arguatur sic. Illud est verius simpliciter ægrum, de quo nulla prædicatur sanitas: sed de ethica nulla prædicatur sanitas, & de sanitate nunc aliqua prædicatur sanitas: ergo. Amplius, sanum simpliciter, & sanum nũc, vt expresse ponit, se habent, sicut magis album, & perfecte album, & minus album: sed minus album nõ se habet sicut simpliciter nigrum, i. pessime nigrum, licet pessime album: ergo & c. Amplius, omne, quod est aliquid secundum quid, est oppositum simpliciter (hęc est sua) sed ægrum nunc, est aliquid secundũ quid: ergo est simpliciter sanum. Ista ratio soluitur per ea, quæ dicuntur, quæ nihil sunt. Septima ratio, sicut se habet sanitas in sano simpliciter, ita ægrotatiuitas in ægro simpliciter: sed sanum simpliciter dicitur à posse durare in sanitate per hoc, quòd habet optimam & exuberãtem sanitatem: ergo ægrum simpliciter dicitur per posse durare in ægritudine, vt semper vel vt plurimum remanere, quia est ægritudo pessima: sed tale nõ est sanum, quia sua sanitas, quæ est ægritudo simpliciter, non perdurat. Soluet ipse, vt dicetur, sed ego dicam nunc aliam solutionem, quòd ægrum simpliciter dicitur ægrotatiuum, quia semper est aptum sic manere priuatione optimę sanitatis, quia nunq̃ fiet sanum simpliciter. Contra, quantum & quale est habitus vnius formæ & suæ passionis, tantũ & tale est habitus oppositæ formæ & suæ passionis: sed ambitus sanitatis simpliciter est esse sanatiui, & vt excludit omnem ęgritudinem, respectu cuiuscũq; dicitur corpus potens permanere sanum tota vita: ergo ægrum simpliciter & ęgrotatiuitas excludit oẽm sanitatem, & per consequens sanum nunc. Ipsi dicunt, quòd simpliciter ægrum est in latitudine sanitatis. Dicẽdum, quòd de hoc disputabimus: & ego dabo tibi vnum ægrum simpliciter, quod est extra totam latitudinem sanitatis, & est vere ægrotatiuum oppositum sanatiuo vere, sicut disgregatiuum visus & cõgregatiuum: igitur illud est vere simpliciter ægrũ, vt verbi gratia ethicus tertiæ speciei. Octaua ratio Optimę sanitati aliquid vltime opponitur, quod est in vltimo male, sicut ipsa est vltimum in bono: sed ista non est sanitas nunc, nec ægritudo nunc: ergo ægritudo simpliciter, alia, q̃ illa, quam tu dicis. EX HIS ad contraria respondetur. Ad primum dicẽdum, quòd, quando Gal. dicit, quòd in latitudine sanitatis est neutrum, non intelligit de neutro vero, quod est positum in diffinitione medicinæ, quia illud est extra latitudinem sanitatis (& secundũ veritatem est parua ægritudo, quam medicus vocat neutralitatem iudicio nostri sensus) sed intelligit de quodam neutro, quod est neutrum sanitatis, qa non est optima nec defectiua, q̃ dicitur sanitas nũc, & inter istas: & iste est vnus gradus sanitatis cõis fere omnibus hominibus, exercentibus artes laboriosas: & non habens Gal. aliud vocabulum vocauit neutrũ illud. Et, sicut hoc neutrum ponitur à medico, ita à philosopho: & non habet operationes occulte læsas, imo manifeste bonas sibi ipsi. Et, quando tu dicis, ægrum est in latitudine sanitatis, dicendum, quòd verum est, i. ægrotatiuum, & hoc est sanũ nunc. Ad secundum, cum dicis Gal. non posuit signa sani nunc, Dicẽdum, quòd imo, vt infra apparebit. Signa ægrorum simpliciter. i. pessime ægrorum, dico, quòd ponit primo capitulo, Quæcũq; vero iam ægrotantibus sũt signa. Et, vbi Plusq̃com. credit, quòd ponantur signa ægri simpliciter, ponuntur signa sani nunc, vt ibi, Signa ęgri corporis simpliciter & c. sed vocabulum decepit eum, vt apparebit statim. Ad tertium dico, quòd corpus, quod à generatione est sanum nunc, non est ægrum simpliciter, nec ægrum aliquo modo ægritudinis existentis extra totam latitudinem sanitatis. Ad quartum, cum dicitur, à generatione sunt tria corpora, Dicendum, quòd vt probabitur, à generatione est ægrum nunc. Ad quintum dicendum, quòd hoc est simpliciter, i. secundum rei veritatem, & simpliciter, i. in summo, verbi gratia, paruissima albedo per commistionem nigredinis potest dici secundum quid albedo, ergo simpliciter nigredo, i. in rei veritate nigredo, quia respectu purissimi albi est nigrum: non tamen sequitur, ergo est pessime & exuberanter nigrum. Item proijcere merces in mare est secundum quid bonum, igitur simpliciter malum: sed, quia non est simpliciter bonum, non sequitur, ergo pessimum malum, qa maius malum erit proijcere se ipsum. Sic in proposito, sanum nunc, est secundum quid sanũ, igitur simpliciter ęgrũ, idest in veritate potest dici & est ęgrum, cui conuertitur optima sanitas: non tamen sequitur, ergo pessime sanum, quia ethicus in tertia specie peius habet. Ad tertiã, cum dicitur, optimę sanitati opponitur pessima sanitas, Dicendum, quòd falsum est vltima oppositione: imo pessima ęgritudo est extra totã latitudinem: sicut albissimo nõ opponitur minimum album vltima & verissima oppositione, sed vltimum nigrum.

Aegrum nunc, & ægrum simpliciter quibus discrepent. *Quæstio. XVI.*

QVæritur, in quo differat ægrum nunc, & ęgrum simpliciter. Et innuit Plusq̃com. tres differentias. Prima, quia ægritudo simpliciter est minor lapsus, quia est in latitudine sanitatis: sed ęgrum nunc est extra totam latitudinem sanitatis. Secunda, quia ægritudo simpliciter est lapsus simpliciter ab optime sano, & ideo non est ægritudo habenti tantum, sed simpliciter ægritudo: sed ægritudo nunc, est ægritudo habẽti tantũ, quia vnus gradus ægritudinis vni est ægritudo, alteri est neutralitas, vt dicetur infra. Tertia differentia est, quia nunc ægritudo non stabiliter adhæret, & ideo dicitur secundum præsens tempus: & hoc propter duo, Primo, quia est dispositio aduentitia. Secundo propter propinquitatem vel promptitudinem corporis, quã perdidit: sicut aquã calida ad frigus: sed ægritudo simpliciter, est habitus quidam naturalis semper concomitans vsque ad finem vitæ. Mundinus & Dinus addunt differentiam quartam, quæ etiam est de mente Plusq̃com. scilicet, quòd ægrum simpliciter, est ex generatione, sed ęgrum nunc est à tempore. Sed nunc Plusq̃com. innuit instantiam contra se, Si ægritudo simpliciter, adhęret stabiliter vsq; ad finem vitæ, ergo non potest diuidi in semper & multum, imo tota dicetur ægritudo semper. Respondetur, ꝙ ægrum simpliciter ab ea parte, qua ægrum simpliciter, nõ diuiditur in semper & multum. Ratio est, quia, licet in ęgro semper, & vt multum sit lapsus inęqualis à corpore sano simpliciter, quia maior est lapsus ęgri semper, quàm ægri multum, tamen, quia vtriq; illorum lapsuũ. s. ægri simpliciter, & ægri

A &c ægri vt multum, semper concomitantur, vel sunt apti concomitari in tota vita, quia vterque est habitus connatus, vterq; est semper ægrum: non ergo ab actuali & naturali ægritudine, quia ægrum simpliciter, diuiditur in semper ægrum, & multum ęgrum, sed ab aptitudine ægrotandi semper, aut multum, alia specie ægritudinis, quæ fit pręter naturam ipsi: & hoc erit ſm diuersitatem sui lapsus pluris, aut paucioris, adaptantis ipsum ad ægritudinē aliam: ergo ægritudo simpliciter, in quantum corpus per eam disponitur, cum sit habitus connatus, qui est in vna specie qualitatis, aptitudo autē facile patitur ab occurrentibus, ſm quā diuiditur in semper ægrum, & multum, est in secunda specie qualitatis, & vocatur ægrotatiuitas inhærens subiecto per illam ægritudinem simpliciter, vt in corpore dispositio de prima specie qualitatis. Contra, puer natus sine manibus & pedibus est æger simpliciter, habens in pedibus vel manibus complexionem talem: in brachio est æger nunc: & tamen maior lapsus est priuari manibus. Ipsi autem coguntur hoc concedere: & in hoc ego nolo nisi sensuum notificationē, & ꝙ ipsi concedant. hoc apparebit dando solutionem aliam apparenter, dicēdo, tu debes comparare natum sine manibus, ei, cui manus ferro abscinduntur. Solutio. Quæcunq; ęgritudo simpliciter, est minor quacunq; ægritudine nūc, quia nūc totam excludit latitudinem sanitatis, & quęcunq; simpliciter, est in latitudine sanitatis. Sicut igitur quodcūq; nigrum in latitudine nigrorum est nigrius quocunq; nunc albo, de quo dicitur nigrum, ita hic & c. Et ista sint pura exempla, ne molestemur de intentione formę. Contra secundum. Ægritudo simpliciter, non ex alio dicitur simpliciter, nisi quia est deficiens à sanitate simpliciter: sed ex hoc ægrum nūc, dicitur etiam ægrum absolute, quia

B etiam iam probauimus, ꝙ non sit sanum nunc. Contra tertium. Ægritudo nunc aduentitia, quæ ęgritudo nūc, stabiliter adhæret, vt si amputatur manus: & ethica, quæ est tertiæ speciei: & ægritudo quędam simpliciter, non stabiliter adhęret, sicut si aliquis generetur cum vno humore viscoso in vesica, vel vna verruca curabili, vel labio scisso curabili. Nec valet, quod dicitur, ꝙ est aduentitia, quia, quod est aduentitium, potest fugi: nec etiam valet dicere, ꝙ corpus est paratum in sanitatē sibi oppositam: de quo infra disputabitur. Contra solutionem instantiæ arguitur. Primo tu dicis, ꝙ à parte, qua ęgrum simpliciter, est ęgrum, nō diuiditur in semper & multum. Contra: ergo à parte, qua sanum: ergo sufficeret dicere Galeno supra sanum in neutrum simpliciter, vnumquodq; dicitur dupliciter, hoc vt semper, contra vt multum: & probatur. Ista forma nō est nisi vel simpliciter ęgra, vel neutra, aut sana nunc: si ergo non diuiditur vt ęgra, ergo vt sana nunc, vel neutra nūnc. Amplius ab ea parte, vel eo respectu, quo à generatione deficit & c. non potest resistere, & hoc dicitur ęgrotatiuum, diuisum in semper & vt multū: ægrum igitur ab ea parte, qua ægrum, dicitur ægrum simpliciter, & sanum simpliciter diuisum, quia ab ea parte, qua sanum, sic potens perdurare: ergo ægrum simpliciter dicetur à perdurare posse, & non posse ægrotare: & hoc ipse euitare non potest. Secūdo tu dicis, ꝙ ægrum simpliciter dicitur à posse ægrotare. arguitur sic. Sanitati, quę est posse perdurare vltime in sanitate, extrema & vltima oppositione, contrarie opponitur ægrotatiuitas, quę est posse perdurare in ægritudine, vltima perduratiōe, quia vel illa, vel alia opponitur. Si ponatur, ꝙ sit ęgrotatiuitas, quæ est non posse perdurare, tunc arguo sic. Oppositio passionum fundamentaliter & causaliter est ex oppositio-

C ne causarum, quę sunt formę: sed oppositio, de qua prędicatur posse perdurare vltime, & non posse perdurare, sed aptę ambę ęgrotare, sunt sanę, vel esse possunt: si ergo non vltime opponuntur, sed ægritudinem esse ægritudinem extra totam latitudinem sanitatis in esse & posse tota vita perdurare, vt ethicę, est formam esse oppositam formę: ergo illa est ægrotatiuitas, quę ibi ponitur: vt arguatur, Sicut inuenitur corpus ęgrotatiuum, ergo illa debent ita se habere, vt, si vnum sit sanum simpliciter, aliud ægrum simpliciter.

Nunc, quomodo se habeat ad sanum & ægrum, sic & simpliciter. *Quæstio. XVII.*

QVæritur, quomodo nunc se habet ad sanum & ægrum, & quomodo simpliciter. Dicendum, ꝙ nunc in sano dicit sanitatem mobilem, non stabilem, propter paruitatem, & quia est aduentitia (& contra hoc arguimus iam) simpliciter autem, sicut in sano dicit optimam sanitatem, sic in ægro dicit pessimam sanitatē, quæ est semper apta permutari: & non dicitur ægritudo respectu huius tantum, sed simpliciter ægritudo: sed ęgrū nunc, dicitur respectu huius tantum. Contra hoc. Vel ęgrum simpliciter, dicitur huic ęgrum, & hoc est falsum: vel quia deficit ab optime sano simpliciter, ergo ſm quid ægrum, quia solum respectu eiusdem: & hæc est veritas, quia sanum nunc, est sanum ſm quid, quia habenti, & est ęgrum ſm quid, quia nū optime sanum. Et ex hoc decipitur Plusq̄com. quia non credit, ꝙ de eodem possit dici ſm quid vtrunq; contrariorum, sed, si vnum dicitur ſm

D quid, alterum dicitur simpliciter. Igitur, si inuenitur vnū corpus ęgrum, quia respectu omniū sit ęgrum, & omni tempore aptum sit stare & pessime ęgrum, illud ratione vera dicetur ægrum simpliciter, oppositum optime sano.

Cur Gal. diffiniens ægrum nunc, non dixerit distemperatum aut inæquale, secundum pessimam distemperantiam, sicut dixit simile in sano nunc. *Quæstio. XVIII.*

QVęritur, quare Gal. diffiniens ęgrum nunc, & dicens, ꝙ est distemperatum in simplicibus, vel inęquale in organicis, non dixit tamen ſm pessimam distēperantiam, sicut illi simile dixit in sano nunc. Respōdet, ꝙ sanum nunc, est in eadem latitudine cum sano simpliciter, ideo differt ab eo, sicut magis album, & minus album: sed ęgrum nunc non est in eadem latitudine cum ęgro simpliciter, imo sunt in oppositis. Nos autē ponemus hic quędam dicta huius viri i cap. de sano, quę inferius omisimus, ea melius hic collocaturi, & finiemus sermonem cum dictis eius hic, Et dicemus, ꝙ, quia ęgrū simpliciter, est in latitudine sanitatis, nam est sanum nūc, ideo non debet dici, ꝙ ęgrum nunc, habeat distemperantiam minorem, q̄ sit distemperantia ęgri simpliciter, nam nō sunt in eadem latitudine, vt diximus, q̄uis ægrum simpliciter, sit in latitudine sanitatis, vnde dicitur sanū nunc: non tamen ab eo respectu, quo ad corpus dicitur simpliciter ęgrum, dicitur vt nūc sanum: & ab eo, ꝙ dicitur simpliciter neutrum, est nunc sanum, licet ęgrum simpliciter, sit sanum nunc, sed inquantum dispositio cōgenita corporis sani vt nunc, est plurimum lapsa ab optima sanitate, dicitur simpliciter ęgrum, vel simpliciter neutrum per collationem sui cōnati lapsus ad optimam sanitatem: sed, inquantū hęc eadem dispositio, est melior, quę acqritur

ex suis

ex suis principijs,quorum suo modo perficit operationes suas,dicitur sani propria:&,quia non est firma neq; perdurans,dicitur sanum nunc:&,quia sic operatur suus lapsus ad se ipsum, & apparet,ꝙ, sicut dicitur corpus sanum nūc,sanum ſm quid,& ideo simpliciter oppositum,quia vel simpliciter ęgrum,vel simpliciter neutrum,ita ægrū nunc,dicitur simpliciter oppositum,quia simpliciter sanū,vel nunc sanū. Vt autem illa declarentur,facit sic aliam coincidere,nunc sanum non coincidit cum sano simpliciter,ratio,quia sanum lapsum,quod est sanum nunc,non coniungitur cum optime sano,quod est sanum simpliciter:sed sanum nunc coincidit in vnum cum ægro simpliciter,& neutro simpliciter,ratio,quia tàm simpliciter ægrum,quàm simpliciter neutrum, & sanum simpliciter potest fieri ægrum nunc. Differentia tamen est,quia ab eadem dispositione,qua aliquod corpus est sanum nunc, est etiam ęgrum simpliciter,& neutrum simpliciter:sed in nunc ęgro latet dispositio,quę est sanitas simpliciter,si fuit sanum simpliciter prius:vel sanitas nunc,si fuit prius sanū nunc,sicut frigiditas aquę latet in aqua calefacta. Plura de istis dictis supra sunt reprobata. SOLVTIO ad quęstionem. Gal. dedit intelligere, & forsan ꝙ eucraton in eorum lingua sonat valde bonum temperamentum,& ideo debuit illud dicere in sano vt nunc: sed distemperātia notat remisse & non pessime,& ideo putauit nos de pessima non intelligere. Secundo, lapsus à tali simpliciter, est lapsus ſm quid,sicut non albissimum, ſm quid est nigrum &c. Tertio, difformis similitudo est & violenta, volendo dicere,ꝙ nunc sanum,quia ſm quid sanum,ergo simpliciter ęgrum:& dicere similiter nūc ægrum, ergo simpliciter sanum. Primum est verum,quia dicit,hoc est hoc,sed ſm quid est falsum:dicit hoc est hoc,quia fiūt sic album est nigrum,& tunc,cum dicitur,corpus ægrum nunc,coincidit cum sano simpliciter,quia fuit sanū simpliciter,quia sublatet in eo potentia simpliciter sanitas,igitur corpus sanum coincidit simpliciter cum sano, vt verbi gratia,neutrum simpliciter cum sano vt multum,quia non tantum distant,quantum ægrum simpliciter. Probatio consequētię. Quia iste vir supra in ca. de sano semper, dicit,ꝙ corpus simpliciter sanum potest fieri sanum lapsum:cum est factum sanum lapsum,sublatet etiam sanitas simpliciter. Sed tu dices,& hoc intellexit. Ego dicā,ꝙ in sano nunc non est potētia ad optimā sanitatem,nec conatus ad illā,qui facta sit connaturalis. Contra,cū ethica tertię speciei, q̄a est minor potentia optimę sanitatis,vt dicit aptitudinem subiecti, q̄ in sano nūc,nec est ibi conatus,vt reuertatur,& dicitur conatus naturalis ab illa,non dico conatus voluntatis.

Vter maior lapsus æger simpliciter,an æger nunc. *Quæstio. XIX.*

QVęritur,quis sit maior lapsus,an æger simpliciter,an æger vt nunc. Respondet Dynus primo, ꝙ non sunt comparabilia,quia ęgrum simpliciter est sanum. Secundo,quia illa duo corpora possunt cōsiderari vel ratione termini lapsus,& sic est maior lapsus ægri nunc. Probatio,quia est lapsus respectu sui contra naturam corporis,in quo est,sed ægrum simpliciter non. Secundo,quia ægritudo non potest ad mortem terminari. Secundo modo possunt cōsiderari ratione causarum lapsus,& sic est maior lapsus ęgri simpliciter,quia causę sunt firmiores & fixę,sed ægri nunc causę sunt aduentitię. CONTRA primum. Ad eundem terminum lęsionis potest venire homo ex ęgritudine nūc,& simpliciter,vt cęcus à tēpore,& à natiuitate. Cōtra secundū. Firmior potest esse ęgritudo nunc,quacunq; ęgritudine simpliciter,vt ethica,q̄ verruca naturalis,quę tempore præcedere poterit,secari,& cadere. Plusq̄com. innuit,ꝙ sit peius ægrum nunc,primo,quia plus distat ab optime sano, q̄ ęgrum simpliciter. Ipsum est etiam vicinius morti, quia omnia corpora morientia moriuntur ægritudine nunc. Nos autem dicimus,ꝙ ęgritudo simpliciter ſm vnum modum,sicut ethica & lepra à natiuitate,est maior lapsus,q̄ ęgritudo nunc,s. quàm ephemera,vel q̄; alia ægritudo remouibilis cito:& hoc intellexit Hali.

Nostrum ægrum simpliciter,sit ne idem cum Arabum ægrotatiuo. *Quæstio. XX.*

QVæritur,quia,vbi nos habemus,ęgrum simpliciter,Arabes habent,ęgrotatiuum, vtrum ęgrotatiuum sit simpliciter ęgrum. Respondet Plusq̄com. deridens Hali,ꝙ sic,ratio,quia diffinitio, quę datur de ęgrotatiuo,cōuenit ægro simpliciter,nam ęgrotatiuum est,quod est paratum ægrotare:sed hoc est ægrū simpliciter. Amplius,Gal. defecisset in corporibus ęgritudinis,quia non diffinisset ægrum simpliciter, cōmune ad semper & vt multum,sicut fecit de sano simpliciter. Hali vero dicit,ꝙ ęgrotatiuum non est ęgrum,s. nec simpliciter,nec nunc:& quòd Gal. supra nō dixit de hoc corpore, sed,postq̄ declaratum est ei supra,dixit illud hic. Dicit Plusq̄com.ꝙ fatuum est dicere,ꝙ,cum Gal. incepit librum,ignorauit librum. Item,postq̄ ignorauit illud, poterat euellere illud,quod scripsit,reincepit ponere supra hęc corpora. Nos dicimus, quòd ægrum simpliciter, est ęgrum pessimum,& nō sanum nunc,vt declarabitur,quia ęgrotatiuū est idem,quod sanū nunc, sed non est ęgrū, imo poterat ęgrotare. Cum igitur numerabantur partes diffinitionis,non fuit hoc corpus ostensum ei,idest ab eo Gal. sed bene tunc sciebat illud,ratio,quia corpora illa erant diuersa,sed ęgrotatiuum & sanum nūc,idem corpus, & eandem formam dicit,solum diuersificatam respectu,vt eius perficit proprias operationes : deficiēs ab optima, est sanum nunc:vt paratum ęgrotare,dicitur ęgrotatiuum.

Aegrum simpliciter,itemq́ ægrum nunc,lapsa in consimilibus tantum,quare neutra secundi significati videantur. *Quæstio. XXI.*

QVęritur,quare simpliciter ęgrum,quod est in consimilibus lapsum, & nō in organicis,videtur neutrū secundi significati:similiter corpus ęgrum nunc solum in consimilibus,videtur neutrum secundi significati. Respondet Plusq̄com. (& sufficit in proposito pro opinione nostra & sua) vbi dicit,ꝙ ęgrotantibus quibusdam membris solis,& quibusdam alijs existentibus sanis corpus ſm illa membra dicitur ęgrum:& hoc est certum,non tamen est certum,ex hoc totum corpus debet dici ęgrum,sed (sicut ponunt Gal. & Hali infra) quādo totum corpus debet dici ęgrum,oportet,ꝙ sit sensibilis lęsio operationum & conuersationum,& hoc est,quando corpus impeditur ad opera consueta,quę opera sunt occupationes & exercitia voluntaria in artibus humanis, in quibus occurrunt diuersorum membrorum operationes. Cum ergo vnum membrum vel plura ægrotāt, ex quo impeditur corporis occupatio in consuetis operationibus,dicitur tunc totum corpus ægrotare ægritudine nunc.

Ergo

A Ergo corpus dupliciter cõfideratur,vno modo particulariter in fuis membris,vnde dicimus, illa membra funt fana,illa membra funt ægra nunc,& dicitur corpus neutrum fecundi fignificati: Alio modo, vt totum corpus natũ eft exercere opera confueta,& fic eft ægrum nunc. Et fimiliter de neutro nunc,& fecũdi fignificati, & ægro fimpliciter eft dicendum:fm.n.ꝙ quędam membra funt ægra fimpliciter,vnde toto tempore vitæ,vel pro maiori parte eft aptum incurrere ægritudinem,quæ totius corporis confuetas operationes & conuerfationes impediet,dupliciter ægrum fimpliciter,differet fm illa,ab eodem diftemperantia diftemperamento eft paratum tota vita abfq; cõfideratione,an illa totius occupationes fic impediat:& cum hoc,ꝙ tota vita eft aptum viuere fanum fm alia membra,quæ funt fana,neutrum fimpliciter,& femper quidem. Confiderãdum,ꝙ ifta diffinitio apud occultam mẽtem & fubtilem Plusq̃com. non dicit propter quid,i.caufam hippocraticam:& tunc ægrum fimpliciter, propter hoc,ꝙ eft diftemperatum,& propter hoc,ꝙ eft ægrum fimpliciter in cõfimilibus,vel inequale,erit ægrum fimpliciter, & aptum ægrotare:quod tamen ifte fupra noluit. Sed ifta diffinitio dicit quid,hoc modo, quia dicit, quid eft hoc corpus ęgrum femper? ac fi diceretur,quid eft homo? Poffet refponderi,homo eft illud,quod eft animal rationale mortale,fed eft illud quod & c.i.non eft,ac fi dicerem, homo eft animal & c. Ægrum ergo femp eft illud, quod eft aptum ægrotare femper & c.eft autem hoc,quia diftemperamentum fatis exiftens,i. multum exiftens diftemperamentum & c. Maxime dominantia confimilia funt,quę fuperfluunt fupra alia confimilia,vt offa, & carnes & c.maxime dominantia organica principalia funt,vt cor.& c. nobilia,vt ftomachus,pulmo & c. QVARE

B MVLTVM. Confiderandum,ꝙ dedit caufam,quare multum ægrum non eft tantę malitię, quãtę egrum femper, & ideo nominatur aptum ęgrotare. Et in hoc videtur,ꝙ hęc expofitio non concordet cum expofitione,quam diximus ftatim,f.ꝙ non dederit caufam:nam hic videtur caufam ponere,nam ideo eft aptum ægrotare multum,quia deficit à malitia ægri fimpliciter:in hoc videtur,ꝙ difcordet in fuis dictis. Sed fine dubio hic voluit,ꝙ ægrũ fimpliciter non diuidatur in femper,& vt multum,ex eo,ꝙ ægrum fimpliciter fit aptum femper effe ęgrum fimpliciter, fed ex hoc,ꝙ eft aptum ægrotare alia ęgritudine. Ægrum vero fimpliciter non diuiditur in femper & vt multum, quia ægrum fimpliciter femper eft ęgrum tota vita,& eft fimpliciter ægrũ. Et,fiquis dicat contra,quia fit ęgrũ, Refpondet,ꝙ fublatet difpofitio ægri fimpliciter:fed ægrum fimpliciter diuiditur ex hoc,ꝙ ægrum fimpliciter eft aptum ægrotare alia egritudine. Complementum igitur fermonis eft hoc,primo,ægrum fimpliciter diuiditur primo,& femper,& vt multum. Secundo,ægrum fimpliciter,non dicitur,vt ægrum fimpliciter. Tertio ęgrũ fimpliciter, diuiditur in ægrum fimpliciter, aptum ægrotare. Contra,quia ægrum multum eft fimpliciter aptum. Non poffet folui,nifi diceret,ꝙ aptitudo non dicit folum difpofitionem in fubiecto, fed dicit etiam refpectum ad caufas extra. Et eodem modo poffet dici de fano fimpliciter,quia vt fanum fimpliciter,ratio, quia tota vita eft fanum fimpliciter,fed vt aptum perdurare:fed fine dubio hoc vult. Sed eft imaginatio fortis,quia ęgrum fimpliciter

C diuiditur,vt eft aptum ęgrotare,vt eft ægrum fimpliciter:ergo vt ęgrũ fimpliciter. Probatur antecedens,vt fupra, quia vel eft aptum ægrotare, vt fanum nunc, vel vt ægrum fimpliciter:non vt fanum nunc & c. Refpondet,ꝙ dicitur non immediatè,fed mediante aptitudine. Sed cõtra,aptitudo non eft præter formam & c. Quafi vt multum non dicatur,quia non eft neutrum. Et confidera,quia locauit in nunc,quia hoc eft fanum, & non eft neutrũ, de quo eft difcordia inter medicos & philofophos.

An non differat multum ægrum à femper ægro. *Quæftio. XXII.*

QVæritur,quia non videtur,ꝙ multum ægrum differat à femper ægro:nam lapfus ægri multũ,licet fit minor,q̃ ægri femper,tamen,quia eft connaturalis habitus,concomitatur per oẽs ætates: ergo ab illo lapfu per omnes ætates fiet aptum ægrotare,& fic femper:& fic erit ægrum femper, quia non differet in aptitudine,quę eft femper. Refpondetur,ꝙ ly femper, poteft coniungi cum ly aptum,& tunc eft verum, ꝙ ly ægrum multum,femper eft aptum ægrotare,quia aptitudo ad ægrotandum femper cõcomitatur ægrum fimpliciter, fiue fit ægrum fimpliciter,fiue multum. Alio modo poteft componi cum ly ęgrotare,& tunc non cõpetit,nifi femper ęgro,non autem ęgro multum:nam ęgrum multum non eft aptum femper ęgrotare, fed eft aptum ęgrotare vt multum,i. multoties,& maiori parte fuę vitę,quęcũq;.n.caufę occurrentes debiles,& formę ineuitabiles faciũt ægrotare femper ægrum:& ideo corpus femper ęgrum,femper eft aptũ ægrotare femper,licet caufę fortiores,quę funt aliquo modo euitabiles,magis faciant ægrotare egrũ multum. Et ideo corpus ęgrũ multum, eft femper aptũ

D ęgrotare multũ,fed non ęgrotare femper:& fic poteft dici de fano fimpliciter: Exemplũ,femper fum aptus ad currendum femper. De hoc infra quæretur.

An non fit aptum ægrotare omni vitæ tempore,corpus ægrum femper. *Quæftio. XXIII.*

QVæritur fecundo,quia videtur,ꝙ corpus ęgrum femper,non fit aptum egrotare in omnibus temporibus fuę vitæ,quia,fi ægrum fit femper diftemperatum in calore,effet aptum in temporibus calidis & nõ in frigidis. Refpondet,ꝙ,quando dicimus,ꝙ eft aptum ęgrotare in omnibus temporibus, non intelligitur in refpectu aeris tantum,fed omniũ rerum non naturalium:ergo,fi non ab aere pro tali tempore, effet aptum ab alia re. Vel dicẽdum,ꝙ debet intelligi in omni tempore, non accipiendo tempus pro quatuor tẽporibus anni, fed pro quatuor ætatibus omnibus,& omnibus annis ętatũ. In quibus omnibus femper ægrum,eft diftemperatũ valde in calore refpectu optime fani,& ideo in omnibus temporibus eft aptum,ficut in omnibus deficit à fanitate optima,licet in quibufdam temporibus quædam fint magis apta ægrotare, vt quędam in hyeme & c.eodẽ modo,vt multum ęgrum non dicitur per habere aptitudinem ęgrotandi in pluribus ętatibus, imo in omnibus,quia illa aptitudo femper cõcomitatur:alioquin erit neutrum tertij fignificati. Nec dicitur per habere aptitudinẽ ęgrotandi ex parte aeris tantum,quia aptum in calido eft ineptum in frigido, fed intelligitur aptum ęgrotare in pluribus temporibus indeterminate fumptis ex parte quarundam caufarum ęgrarum,fed omnia occurrentia. Et,fi intelligeretur refpectu aeris,debet intelligi in pluribus annis cuiufcunq; ętatis,non determinando ad hunc annum.

Quæritur,

QVARTVM, quia videtur, quod ista corpora sint neutra tertij significati, quia, si sunt distemperata in calore, habent ex naturali aptitudine, quod in hyeme sint sana, & in æstate ęgra. Notãdum, quòd idem corpus diuersis respectibus potest dici ęgrum simpliciter, & neutrum tertij significati. Corpora igitur simpliciter ægra, in omnibus ętatibus sunt apta ęgrotare omni tempore, i. in omni tempore suę ętatis, siue omnibus annis, mensibus & c. sed neutrum tertij significati, s. neutrum simpliciter, habet ægritudinem concomitantem eum in omni ætate: quę est aptitudo ægrotandi plus quodam tempore anni, s. in æstate, quàm in hyeme: & hoc vult, cum dicit, hęc aptitudo, vt cõparatur ætatibus, est sanum semper: vt est in temporibus, est neutrum & c. QVONIAM AVTEM neutrũ & c. Considerandum, quòd neutrum primi significati est vere medium, quia neutrum extremitatis est, & est forma media inter istas, & ideo dicitur perfecte neutrum, & vere medium: sed neutrum secundi & tertij significati non est vere medium, sed est vtraq; in eodem tempore, vel in diuersis tẽporibus, & ideo est neutrum perfecte neutrum. Cõcedo neutrũ & nullũ extremum perfecte, sed imperfecte, qa imperfecte egrũ vel temporis. Ita intelligit Plusq̃cõ. E

Cur dederit diffinitionem communem ad simpliciter & nunc. *Quæstio. XXIIII.*

QVæritur, quare dedit diffinitionem cõmunem ad simpliciter & nunc. Dicendum, quia sibi placuit: vel qa de neutro erat maius dubium. Dynus dixit, quia aliquid commune habebat. Sed contra, quia etiam sana habent aliquid commune, quia, quod deficit in vno, supplet in alio. Quæritur secũdo, quid intelligat per sanissimum & ægerrimum. Respondetur, quòd intelligit sanum semper, & ægrum semper, quia neutrum primi significati ęque distat à sano manente sano multum, & ab ægro manente ægro vt multũ. Secundo intelligit sanissimum, i. semper sanum: & ęgerrimum, ægrum nunc, nam inferius Gal. ponendo hos duos terminos extremos dixit, quòd propinquius sano, i. sanum multum, & propinquius ægro nunc, i. ęgrum vt multum, simpliciter, vel neutrum nunc, est ægrum. Quod autem aliqualiter distat, est neutrum, etsi constãs est (vt ipse dicit) quòd sunt plures gradus ab ista neutralitate ad ægritudinem, q̃ ad optimam sanitatem: nam ad optimam non est nisi sanum multum, sed ad ægrum nunc, est ægrum multum, semper, & neutrũ nunc. Et hic considerãdum est, quòd neutrum primi significati sit vere medium. Igitur neutrũ simpliciter, est, sicut habitus, qui se habet in neutra dispositione ęgrotandi respectu vtriusq; extremi: & neutrum nunc, est, quod se habet ꝺm quid. Et ideo dixit in neutro simpliciter ex generatione, quia sit habitus, & absolute, sed in neutro nũc, dixit in pręsenti tempore, quia respectu sui ipsius neutrum, siue ad ipsum, & non simpliciter. Secundo considerandũ est, quòd, cum neutrum sit defectuosum, oportet intelligere vel in consimilibus, vel in organicis, & his aut omnibus & c. Hic successit intricatio fortis, quam Plusq̃com. mouet: nam videtur amplior numerus corporum. Nam, si quædam mẽbra lapsa sufficiunt ad faciendum neutrum, & sunt lapsa lapsu minimo, sicut sufficiunt ad faciendum sanum multum, & sanum nunc, sequitur ex hoc, quòd quibusdam membris existentibus neutris alia membra sunt sana vel ægra: & quędam sana: & hi sunt alij modi corporum. Respondet, quòd hęc corpora sunt reducibilia, verbi gratia, si corpus à natura habet quædam membra sana, & quędam neutra, si sana dominantur neutris, potest dici sanum multũ: si neutra simpliciter, primi significati: si autem altera alteris non dñentur, dici potest neutrum secundi significati: si autẽ aliquid haberet aliqua neutra & vera, si ęgra dominẽtur, reducentur ad sanum nũc, i. ad ęgrũ simpliciter, vel ęgrotatiuum: si neutra dominentur, reducentur ad veritatem primi significati. Vide Plusq̃com. F G

Medium simpliciter sit ne medium, & neutrum nunc quo modo sit medium. *Quæstio. XXV.*

QVæritur, vtrum medium simpliciter, est medium, & quomodo neutrum nunc, est medium. Dicendum, quòd neutrum simpliciter, est medium secundũ formam, sed neutrum nunc, est medium in transitu. Ratio, quia non fit transitus de sano in ægerrimum, idest sanum nũc, inter quę est medium neutrũ simpliciter. Hoc dictum contradicit dictis eius supra cap̃. de sano semper, vbi vult, quòd per malum regimẽ potest venire de optime sano in sanũ nunc. Et soluemus ad Plusq̃commen. quia iste sermo est vt in pluribus verus, sed neutrum nunc, est illud, quo transitur de latitudine sanitatis in ægrum nunc, & econtra, & ideo dicitur medium conualescentiæ, & neutrum decidentiæ.

Neutrius nunc extrema debeant ne esse talia nunc. *Quæstio. XXVI.*

QVæritur, vtrum extrema neutri nunc, debeant esse talia nũc. Videtur, quòd sic, quia medium & extremũ debent esse in eodem genere communi. Si igitur sanum medium transiens, est nunc, ergo idem terminus, à quo, & ad quę. In contrarium, quia sanum simpliciter, potest fieri ægrum nunc, & transibit neutrum nunc. Responsio antiqua, quòd sic per rationem dictam: & ideo sanum simpliciter, cum trãsit ad neutrum, & tandem ad ægritudinem nunc, postea est sanum nunc. Contra, quia tota latitudo sanitatis simpliciter, repugnat sanitati nunc: cum igitur exit suam latitudinem, cadit in ægritudinem, & non est sanum nũc. Alij dicunt, quòd sanum simpliciter infirmatur, & habet optimam sanitatem sibi. Isti verum dicunt, non tñ, vt habet optimã sanitatem sibi, est sanum nunc. Dicemus, quòd extrema neutri nunc, ambo possunt esse nunc, & vnum potest esse nunc, & aliud simpliciter, vt cum sanum simpliciter, cadit in fine: non. n. oportet, quòd prius sit sanum nunc. Ratio, quia quilibet à sua sanitate potest cadere in ægritudinem sine alia sanitate media: ergo & c. AD rationes, cũ dicitur medium & extrema sunt in eodem genere, ergo & c. verum est, quantum ad genera essentialia: vt album, et nigrum, & fuscum non sunt in eodem genere, quod est esse fixum, vel non fixum, quia album potest esse fixũ siue habitus, & nigrum alicui dispositio. Quæritur, vtrum neutrum nunc, sit neutrũ ꝺm quid, vel sit simpliciter aliquid aliud. Respondetur, quòd est simpliciter sanum, vel simpliciter neutrum, vel simpliciter ægrum, sicut dixi supra, quòd ęgrum nunc, est simpliciter sanum & c. (Quis vero) quia vt multum tale, cum sit habitus, etiam in omnibus ætatibus permanet tale. Solutio. Sicut ęgrum simpliciter non diuidebatur, inquantum ęgrum simpliciter, sed inquantum dispositum ægritudine, ita neutrum simpliciter non diuiditur in semper & vt multum, inquãtum ad dispositionem, quã trahit à generatione, quia, cum illa sit habitus connaturalis vel connatus, est apta perdurare H

A semper & in omni ętate:sed diuiditur ab aptitudine ęgrotandi,quia est aptitudo neutrius extremi: non tamen est aptum ægrotare,sicut ægrum simpliciter:nec est ineptum,sicut optime sanũ, si vere medio modo se habet.Igitur semper neutrum dicitur ab aptitudine semper tali ad ęgrotandum vere nullius modi extremorũ.Et ideo,cum dicitur,in omnibus ætatibus permanet tale,i.in omnibus ætatibus vere neutrale se habet ad ægrotandum:ergo minus frequẽter ægrotat,q̃ ęgrum simpliciter:& magis,quam sanum simpliciter:&,quia sanum simpliciter,est semper aptum tota vita non ægrotare,sed ægrum tota vita ægrotare,ergo illud in medietate vitę est aptum, & in medietate vitæ ineptũ.Non quidẽ voco mediũ diuisum,sed quia nulla est pars temporis,in qua non sit medio modo aptum. HOC VERO VT MVLTVM.Considerandum est,ꝙ neutrũ multum non est quid medium,quia nõ est ita verissimum neutrum,sicut est medium semper,sanũ multum respectu sani semper:ergo est semper vtrique vere medium,sed in rei veritate deficit à vere medio.Tendit ergo vel versus optime sanum, & sic est minus paratũ ęgrotare,q̃ semper neutrum.Ergo semper neutrum est vere medium per habere vere mediam aptitudinẽ vtriusq; extremi,quę sunt simpliciter sanum & ægrum:sed neutrum multum nullum habet vere medium, sed tendit plus ad esse aptum,s.versus simpliciter ægrum:aut ad plus esse ineptum,s.versus simpliciter sanum.Thadeus imaginatur totam latitudinem sanitatis a,b,c,d,e,c:est medium,neutrũ & c. QVAERITVR,cur sanum simpliciter dicatur ab aptitudine viuendi sanum semper:ægrum autem semper ab aptitudine ægrotãdi,i.fieri neutrum.Respõdet,& est opinio sua,quia corpora nata sana,sunt sana semper,& sana multũ:neutrum autem simpliciter, & ægrũ
B simpliciter,& omnia præter sana semper,possunt dici ęgra,quia,cum sanum semper sit aptum in tota vita semper esse sanum,potest in tota vita ægritudinis causis resistere.Omnia autem alia corpora, cum sic non possunt resistere,possunt ægra dici in rei veritate.Illud autem,quod magis appropinquat semper sano,quia parũ deficit in posse resistere,vocatur multum sanum:quod vere distat,vocatur ægrum simpliciter & c.Quod vere medio modo se habet ad ægrotandum,dicitur neutrum.Melius ergo est,ꝙ dicatur neutrum à neutra vtriusq; extremorum aptitudine ægrotandi,quæ ægritudo est terminus,in quem cadit,quando ęgrotat,q̃ dicatur ab aptitudine semper neutrãdi,quia neutralitas est medium,vnde mouetur ad ægrum. Circa prædicta generaliter dubitatur, & Primo per Mundinum quæritur,vtrum neutrum simpliciter primi significati sit sanum nunc. Soluit Plusq̃com.ꝙ sic,vt supra,Primo,quia est in latitudine sanitatis.Secundo(& est Mundinus)quia facit operationes solitas.Intẽdit ergo sanitatem simpliciter,& sanitatem nunc,& sanitatẽ mediam inter ista:& hoc est neutrum simpliciter primi significati. Contra illud,neutrum est sanum verissimum,igitur non est neutrum verum apud medicum, quia verum neutrum,est neutrum ſm sensum, & non ſm rei veritatem. Vnde Auic.duas dispositiones, inter quas & c.Item Auer.primo colliget,& primo cãticę,cõmen.2,& Plusq̃com.posuit tria significata neutri.Probat, ꝙ primũ significatum non reperitur,quia inter sanum & ægrum non est vere medium: & intelligit inter totam latitudinem sanitatis,& accidentis ægritudinis vel absolute,vel respectu cuiuscũq;. Cum igitur dicunt medici neutrum, intellige extra latitudinem ægritudinis:& hoc diuidunt in tria significata. Secundo,si illud,quod dicũt, est neutrum,
C erit magna confusio.Primo ita poterit sanũ simpliciter,sicut sanũ nunc,quia æqualiter distat à sano semper, & ab ægro semper. Tertio sequitur,ꝙ maxima erit corporum multitudo, quæ erit inter sanũ multum, & neutrum multum simpliciter respectu illorum:& sic ab alia parte versus ægrum simpliciter posset dicere quis, ꝙ ista corpora comprehẽdantur sub sanis multum & neutris multum. Contra,quia sanũ multum, est propinquũ sano semper,& talia corpora sunt pauca:neutrũ multum est propinquissimũ neutro semper,& etiam sunt pauca,difficillime.n.est dare talia corpora, quę toto tẽpore vitę sint ita apta ægrotare,sicut inepta,sicut reliqua aptitudo corporum est magna. Quarto,quia erunt plura corpora sana,quia sanum,quod correspondet ægro simpliciter,& sanum,quod correspondet neutro simpliciter:& essent diuersa sana corpora,vt infra etiam ostendetur, licet de se sit euidens.Melius est ergo non sic diuidere sanum,& non ponere in latitudine eius neutrum, quod supra in diffinitione medicinę fuit positum,sed neutrum,i.neutra sanitas potest poni, quæ facit corpus sanum de numero sanorum,et non de numero ęgrorum,nec de numero neutrorum positorum in diffinitione medicinę. Sed tu dices, illud corpus non fuit positum in diuisione corporum. Dicendum respectu,vt infra vel prius apparuit.g.vel ꝙ respectu alteratorum extremorum potest nominari nomine alterius extremi:& sic fecit Gal.Caue, ne tu per diuisiones illius venires ad confusiones prędictas.Quomodo autem de neutro fiant tertia significata, & quomodo di-
D uidatur in simpliciter,& nunc,apparebit in nostra lectione. SECVNDVM VERO SECVNDVM.Considerãdum est,quòd hoc non est vere neutrum,sed neutrum imperfecte,igitur simpliciter,quia simul participat sanitate simpliciter,& ægritudine simpliciter:& non dicitur ex generatione:& apparet,ꝙ per contraria intelligimus cõtrarietatem,quæ est inter sanum simpliciter,& ęgrum simpliciter,cum tamen sint in eadẽ latitudine. Secundo cõsiderandum,ꝙ omisit subdiuisionẽ Galenus,quando dixit,æqualiter,dans intelligere,& declarat,quomodo simul potest participare,quia vel ſm vnam partem & c.Considerãdum est primo,ꝙ qualitates primas omnes vocat efficaces,& tamen quędam ponuntur actiuę,& quędã passiuę:& dicitur,ꝙ,vt adinuicem comparantur,oẽs sunt actiuę & passiuę,sed,vt veniunt ad compositionem misti,calidũ & frigidum agunt & obtinent:humidum autẽ & siccum obtinentur & adinuicem coniunguntur. Alios sex modos dicendi vide in dictis super prima fen primi ca.de conclusionibus. Quæritur à Dyno,vtrum quis posset esse sanus in complexione,& æger in compositione,& videtur ꝙ non,quia complexione lęsa lęditur operatio membri:ergo erit infirmus. Item secundo de conclusionibus,& primo de iuuamentis quarto compositio sequitur conclusionem:igitur,si mutatur complexio, oportet, ꝙ mutetur compositio. In contrarium Gal.respondet & c.Hęc non est materia ad pręsens determinanda, quoniã de hac supra diximus. DVBITATVR,in quo differũt neutrũ simpliciter secũdi significati ab ęgro simpliciter & semper. Considerandũ,ꝙ non debet intelligi manens in ętatibus,sed manens in vtriusq; dispositionibus, quia multum neutrum est huiusmodi:sed manens in aptitudine standi sanum per membra sana semper, & fiendi ęgrũ

per

per ęgra ſemper vt multum,quia ſimul habet ſanitatem multum,& ęgritudinem multum:& ideo eſt neutrũ mul tum:& ideo ſm aliquid permutatur à neutralitate ſemper:ita non eſt hic oppoſitum ex ſanitate nunc & ęgritudine nunc. Quæritur,ſi corpus optime ſanũ ęgrotet ęgritudine nunc in aliquibus mēbris. Quòd corpus ſic nō eſt neutrum primi ſignificati,nec tertij,notum eſt, nec ſecundi, quia id habet ſanitatem nunc & ægritudinem nunc. Reſpondet,ꝙ non omne corpus inuenibile eſt aliquod iſtorum,ſed reducibile: reducetur ergo ad neutrum nunc tertij ſignificati. Credo,ꝙ non ſic,quia habet ęgritudinem nunc, & ſanitatem ſimpliciter,quia eſt in latitudine ſanitatis. Ego autem conſidero,ꝙ Gal. fuit diffinibilis ſemper,& vt multum,in neutro ſecundi ſignificati ſequendo diuiſionem, quam ſupra dixi, ꝙ participatio ſanitatis & ęgritudinis eſt vel æqualis vel inæqualis, per ſe autem eſt æqualiter. Inequaliter autem erit,verbi gratia,ſanitas in complexione ſanitate ſemper, ſed ægrum in compoſitione vt multum hoc difficile eſt applicare ſemper,& vt multum,& neutrum,quoniā hoc neutrum nec ſemper, nec vt multũ. SECVNDVM VERO tertium. Primo conſiderandum eſt,ꝙ hoc neutrum tertij ſignificati differt ab alijs:quia hoc quandoq; venit ad exteriorem,ſcilicet ſanitatem vel ægritudinem. Secundo conſiderādum eſt,ꝙ in hoc innuit,ꝙ hoc corpus dicatur ſimpliciter tale,quia à natura habet aptitudinem,qua vno tempore ſit ſanum, ſimile optime ſano,& in alio habet,quòd ſit ęgrum,ſimile ęgrotatiuo: & dicitur ſemper neutrum, quòd in toto tempore neutralitatis iſtius ætatis eſt aptum eſſe ſanum,& in toto alterius ægrum:ſed dicetur vt multum, quòd ſit in maiori parte iſtius ætatis.

Corpus tertij ſignificati an non dicatur ſimpliciter tale. *Quæſtio. XXVII.*

QVæritur,vtrum ſit ponendum,ꝙ non,primo,quia habet rationem extremi,non medij. Secundo, quia nihil eſt ad opus medico. Tertio,ꝙ à generatione non contrahitur niſi vna diſpō, & illa reſpectu optime ſani eſt ſimpliciter ægra,vel neutra,& in toto decurſu vitæ reſpectu illius dicetur tale,ſicut homo,q eſt diſtemperatus in calido,reſpectu illius in omnibus ætatibus erit ægrotatiuũ in calido,vel in pluribus ętatibus. Amp̄. omnis diſpoſitio ſimpliciter eſt apta perdurare. Quidam dicūt, ꝙ ſola relatione differunt. Cōtra quos Dynus arguit. Medicus eſt artifex realis,& ideo diſtinctio eius eſt talis. Dicit aliter,ꝙ differunt, quia nō eſt ſanum ſimpliciter,nec ægrum ſimpliciter,nec neutrum ſimpliciter,nec primi nec ſecūdi ſignificati, nec ægrũ nunc. Huic neutro debetur conſeruatio,ſed,inquantũ parata labi,debetur pręſeruatio:& dat modum,ſiquis ſit à natiuitate,ſicut aptus in pueritia,vt ſimiletur ſano ſimpliciter,ſed in corpore ęgro,ſicut dicitur ſimpliciter neutrum: ſed ſemp dicit & c.& ideo oē corpus defectiuum ab optima poteſt poni hic corpus neutrum, in vno modo neutrum nunc: & dicitur neutrum nunc,quod in vno tempore eſt ſanum nunc,& in alio tempore ęgrum:ergo oportet,ꝙ habeat latitudinem illud tempus. AD CONTRARIA dicunt,& ſoluunt,ꝙ ſimul habet rationem illorum extremorum. Ad ſecūdum,apparet,ꝙ diuerſificat. Ad tertium,apparet,ꝙ iſta diſpoſitio comparata ſimpliciter ad ſanitatem dicitur neutrum ſimpliciter primi ſignificati,vel ęgrum ſimpliciter:ſed comparata ad ſuas ętates, in quarum vna bene ſe habebit,& in alia male,dicitur neutrũ ſimpliciter. Ad quartum, iſta eſt apta perdurare in hac veritate. Nobis autem videtur iſta corpora neutra eſſe valde talia ſm relationem:nam ſimpliciter neutrum ſi dicitur à diſpoſitione,diſpoſitio eſt illa ſanitas nunc,verbi gratia,quæ vt labilis toto tempore vel pluri,dicitur ægritudo ſimpliciter:ſed,vt labilis in ęſtate,& non in hyeme,dicitur neutrum ſimpliciter tertij ſignificati:& tunc multiplica,quia,vt labilis pro eodem tempore in manu,& ſanatiua in pede,non eſt neutrum huius ſignificati, nec proprie ſecundi:ergo erit difficile locare hoc corpus. Si autem dicatur ab actu,tunc vnum eſt in re,vt quādo eſt puer, & aliud intelligibile,quia erit ſenex. Et videtur, quòd hoc corpus ſit compoſitum ex ſano nūc,nam in pueritia eſt ſanum nunc,& in adoleſcentia eſt ſanum nunc,& eſt verum:ſed vna ſanitas non reſpectu alterius differt multum. Et ſic etiam neutrum huius ſignificati dicitur,quod illo tempore ſanum nunc, & pro alio ægrum nunc. Item pro vno tempore ſanum ſimpliciter,& pro alio ſanum nunc: & erit ægrum ſimpliciter. Debet igitur dici ſimpliciter neutrum:& ſic erit neutrum à duabus diſpōnibus,cum tñ dicatur ab vna,per quam eſt aptũ,vt diximus ſupra: & totum eſt conſideratio logica,& puerilis,ſanum. Ergo dicit Pluſq̄com. quòd diffinitiones datę de corporibus ſunt diffinitiones ſubiecti,& contenti cum ſuis paſsionibus,& ideo ſunt principia in hac ſcientia.

Poſsit ne aliquis ab ortu eſſe nunc æger. *Quæſtio. XXVIII.*

QVæritur,vtrum à natiuitate poſsit eſſe aliquis nunc æger,ſiue nunc ægritudo poſsit eſſe à generatione, & eſt idem dicere. Videtur,quòd non,Primo,quia 4 cęli & mundi cōmen. 21 dicit Commentator, Dans formam nutrimento dat ſanitatem. Ex hoc arguitur,ſicut dans formam nutrimento dat ſanitem,ita dans formam à generatione dat ſanitatem. Amplius idem com. 21 dicit, quòd corpus recipere ſanitatē eſſentialiter, ſm ęgritudinem accipitur:ſed recipere eſſentialiter eſt recipere à cauſis eſſentialibus,i. dantibus eſſentiā,ſ. in principio generationis accipitur,aut à cauſis accidentibus & ex tempore contingentibus:ægritudo igitur nunc, ſit ex tempore. Amp̄. Auic. tertię primo diſtemperantes à conceptione,intelligit naturales, & fen 20 de ſignis cōplexionis teſticulorum innaturalium,i. ægrorum nunc,vult cauſas aduenire,poſtq̄ non fuerunt prius. Amplius diſpoſitio contra naturam non poteſt eſſe à generatione,quia,quod eſt à generatione,eſt à principijs naturalibus,& per conſequens naturale quid:ſed ægritudo nunc eſt contra naturam. Amp̄. priuationem præcedit habitus:ſed ægritudo eſt priuatio,habitus autem vt ſanitas,ſaltim in ratione formali, quæ dicitur æqualitas. Rurſus,quod eſt à generatione,eſt habitus,quia eſt aliquid nobis connatum: ſed ægritudo nunc non eſt habitus. Item quilibet naſcitur ſanus ſm Conſtantinum in libro de regi. ſanitatis. Oppoſitum vult Auer. 3 colliget,vbi innuit lepram fieri à generatione,q̄uis lepra à principio natiuitatis nō appareat niſi in certo numero annorum, ſm quòd poni Azarauius in ca. de lepra:quam nullus allegat,cum dicemus, quòd eſt occulta. Pluſq̄com. abſolute videtur tenere,quòd à natiuitate quilibet eſt ſanus. Vnde dicit in ca. de ſano nunc, quòd corpora contrahunt à generatione quandam diſpoſitionem æqualem,ſub qua ſunt ſana & viua,ſicut dicit Auic. in quinto modo ęqualitatis in ca. de

ęgro,

A ægro,tractatu 3, illo capitulo, Reliquum vero. innuit rationem, quòd ægritudo à natiuitate inest vt habitus.

Amplius,faciens operationes solitas est sanus.Primo de acci.& morbo dicitur, quòd vnusquisq; dicit se esse sanum,dum solitas vel cunctas præter impedimentum fecerit operationes vel actiones:sed cęcus vel claudus à natiuitate facit operationes solitas, quia nullas consueuit facere, nisi illas:igitur est sanus sibi. Mundinus vacillauit in hoc quæsito,& quandoq; dixit à natiuitate nullum posse esse ægrum nunc,& quandoq; dixit contrarium. Ipse et Plusq̃cō.in tertio techni qñq; dixit nō nulla,ex qbus potest intelligi,q̃ aliquæ ægritudines à natiuitate possent esse egritudines nunc,sicut apparet primo capitulo organicorū,in vltimo verbo illius capituli, Reliquum ad hoc genus. Dicit,est quidē sciendum,quòd solutio continuitatis à natiuitate contingens potest dici ad tres differentias lapsuum superius datas:sed nō ex illis differentijs consistit ægrū nunc. Apparet mihi verius,q̃ aliqua ægritudo nunc,posit esse à generatione. Et,vt subtilius disputemus,procedo à gñatione,quia ab instanti animationis, vt ꝑ eo instanti,quo anima est introducta, sit etiam introducta vna ægritudo nunc. Non enim fuit dubium his viris, qui contrarium tenent,quòd formato fœtu,& iam animato possunt sibi contingere ægritudines nunc,vt apostemata,solutiones continuitatis:& cum eis exibit vita. SED dubium est,an ægritudo nunc,posit simul connasci cum vita vel cum anima. Præmittemus autem diffinitionem ægritudinis nunc,in qua cum eis conueniemus: & est dispositio opposita siue extrema totius ambitus sanitatis actu', scilicet sanitatis simpliciter,& sanitatis nunc: arguo igitur sic,Cuicunq; à natiuitate secundum naturam potest inesse habitus aliquis vel dispositio formæ accidentalis,principijs naturalibus productiuis non impeditis, eidem à natiuitate non secundum naturam potest inesse

B priuatio illius habitus principijs impeditis circa generationem. Hæc propositio est nota inductiue,quia,cuicunq; potest à natiuitate nō impeditis principijs inesse visio,i. habitus vel dispositio,qua potest videre, eidē potest inesse cecitas,quæ est priuatio istius habitus,& hoc propter impedimentum contingens circa generationem: sed huic & illi homini potest principijs generationis non impeditis inesse habitus vel dispositio, qua erit sanitas simpliciter sibi,vel ægritudo nunc per diffinitionem data. Sed dices, quòd adueniente hoc impedimento circa principia generationis non poterit fieri generatio,quia anima requirit dispositiones debitas in materia. Solutio. Ego volo,quòd omnis ægritudo nunc,posit inesse à generatione, sed illæ,quæ non sunt tantæ vehementiæ,vt prohibeant spermata à generatione(& hoc cognoscimus considerando, quando eueniunt à tempore,vt diminutio manus,vel verruca &c.)ex quibus inducens formam non impediatur circa principia generationis. Si enim agenti nō subijcitur causata materia,quanta requirit,vt compleat extremitates, non propter hoc cessat à generatione cordis & regalium membrorum,quia nō generatur cor per illas,sed ille per cor,sicut non est fistulatio propter fistulam, sed econuerso,vt dicit Aristo. 4. de partibus animalium. Et hac consideratione malæ complexiones quædam,quæ sunt ægritudines à tempore venientes, cum quibus sublate multa potest sa. sicut est ephemera febris, possunt à gñatione connasci, sicut modo dicemus. POSSET hic excitari dubitatio,vtrum posito,q̃ à principijs materia

C disponatur dispositione, quam homo habet in ætate decrepita, induceretur anima, quia homo nascens tunc erit senex. De hoc non intendimus hic, quia diximus in quæstione nostra de calore pueri & iuuenis: &, cum confirmabis naturam principiorum generātium formam, casus est imposibilis. Secundã ratio. Omnis forma naturalis, quæ est principium productiuum illius siue de nouo, siue de antiquo, siue de præterito, siue de quocunque tempore producatur, seruat eandem naturam. Hæc propositio est nota, quia albedo in quarto gradu, gratia exempli, de sui natura est disgregatiua visus tali disgregatione: & ideo, siue nunc, siue à tempore inducatur, eundem effectum inducet. Sed aliqua ægritudo est forma quædam de formis naturalibus, productiua effectus læsionis operationis, quo dicimus eam opponi toti latitudini sanitatis, vt verbi gratia, febris, aut etiam amputatio manus & pedum. Igitur eadem forma, quocunque tempore inducatur, seruabit eandem naturam. Contra, ex hoc sequitur, quòd ephemera posset esse à generatione: cuius contrarium ponitur à quibusdam, quia tunc ephemera durare posset tota vita: hoc est falsum. Consequentia probatur, quia, quod est à generatione, est habitus connatus, igitur aptus semper perdurare. Amplius, nulla ægritudo est talis forma deformis,cui de sui natura debeat esse sicut impedimentū operationis, nam forma ægritudinis quęlibet dicitur secundum relationem ad eum, in quo est, sicut est sanitas, quæ est relatio ſm Aristo. 7. physicorum com-

D men. 31. AD primum dicendum,quòd,si aliquis vellet euitare, posset, & diceret, quòd,si ephemera non posit esse à generatione, tamen poterit esse aliqua alia ægritudo nunc.Sed,quia aduersarius male probat,igitur dicamus, quòd ephemera potest connasci nobis: & præsupposito, quòd ephemera sit quædam mensura caloris talis supra calorem naturalem nobis inhærentem præter illum, qui non excludit nostrum calorem, sed componi vel coniungi posit, Tunc arguitur, quia duobus agentibus non subordinatis circa aliquam materiam, producentibus suos effectus diuersos,non se excludentibus,nec in actionibus se impedientibus,ab illis agentibus pro quacunque mensura emporis,imo instanti vnum agens potest inducere suum effectum,pro eodem aliud potest: hæc propositio patet cuilibet: sed sperma viri intendit ad generationem fœtus, & calor Solis ad tantam mensuram caloris, quæ cum erit in spiritu viuentis, erit ephemera, & à nullo possunt concurrere in agendo, vt,cum vtero prægnantis occurret solum calor aliqualiter excessiuus,vel nimiam vim portaret:igitur simul poterit animari,& ephemerari. Amplius autem in instanti generationis tantus calor potest induci in vaporibus, qui sunt materia spiritus,& post instans generationis sit tantus calor in spiritu,inducta anima erit ephemera nulla acquisitione facta in forma extranea caloris,sed variato subiecto,sicut materia fœtus ante animationem,in qua deficit manus,non animata,& est reducta ad aīam,in fetu dicitur ægritudo in materia manus. Contra,ſm hoc posset probari,q̃ omnis ægritudo posset connasci, verbi gratia,ethica, apostema cordis,solutio continuitatis in corde,& similia,quia agens illas ægritudines ad generationem posset concurrere,& eorum effectus se se cōpatiun-

tur in eodem subiecto. Dicendum est igitur, q; ægritudines, quæ in inductione prohibent principia generatiua, à generatione non simul conducuntur cum aīa: tales sunt verbi gratia, quæ redderent principia gñonis minus arida & inextensibilia, q̄ ad generationem requiratur, vt dixit Gal. in libro de spermate. Non est autem de talibus ægritudinibus certa scientia, scilicet quæ sint in numero, vel in specie, vel quantitate, siue determinato vigore, sed sunt iudicabiles cum æstimatione. Et, quia multæ ægritudines possunt connasci, ideo credo multos esse modos mortis fœtuum in vtero, qui postea mortui abortiuntur: quos si anatomizaremus, videremus quandoq; mirabilia multa de dispositionibus membrorum extrinsecorum male dispositorum, cum quibus non fuit posibilis vita fœtus, nisi valde paruo tempore, vt declarabitur. Iam ergo patet, quòd paruo tempore ephemera, vel alius morbus potest connasci. Et, cum dicitur, si ephemera duraret per totam vitam, quia est habitus. Dico, quòd hic est petitio principij. Dico igitur, quòd aliqua connata non sunt habitus, sed dispositiones de facili remouibiles, verbi gratia nasci sine dentibus, & sine pilis, & similia: & hoc dixit ipsemet Plusq̄commen. in capi. de sano nunc. E

Sed tu dices, contra, quia subiecto non repugnat, quòd stet cum ephemera, nec ephemeræ, quòd stet cum subiecto: ergo poterit semper stare. Dico, quòd, licet subiecto de se non repugnet, tamen plura possunt esse alia, ex quibus repugnat, verbi gratia modus inhærendi, qui inest tali spiritui, quòd eis remotis per nouum cibum cessabit ille calor. In hoc sunt multi modi dicendi, vel cessandi, quia esse sine manu non habet repugnantiam nec ex parte subiecti, nec ex parte formæ, quæ est fixa huiusmodi inhærentiæ: ideo semper erit sine manu. Ad secundam instantiam, cum dicitur, nulla ægritudo est talis forma naturalis, quia omnis est forma dicta secundum relationē. nego illam. Ad probationem dico, quòd ægritudo est forma absoluta (in quæstione hoc declarauimus) licet relationem includat vel annectat: & funda hanc propositionem, Sanitas in complexione vel in quantitate huius Petri est aut complexio, vel quantitas intrinsece terminata, annectens ad hunc Petrum, siue ad animā Petri, siue ad operationes Petri, quia natura debite sumit operationes eius. Non enim complexio & sanitas talis mensuræ, & numerus quinarius digitorum manus est debitum instrumentum animæ pro operationibus, quia relatio est annexa, nam relatio non est principium agendi, nec formale instrumētum: vnde dixit Auic. 2 de anima, cōmen. 43, quòd proportiones non agunt, sed relatio siue proportio huius qualitatis, & numeri, & aliarum naturarum est signum talis formæ absolutæ de capitulo qualitatis, quæ forma est sanitas, qua fit actio debita in instrumento: & ideo est verius dicere, quòd est complexio, & compositio est respectiua. Tunc arguitur. Huiusmodi Petri sani est talis mensuræ forma, & est forma absoluta prior ex natura rei ipso respectu: ergo sibi opponitur ægritudo, quia est forma alicuius mensurę, quę ideo est, quia talis forma habet producere talē effectū, &, quocunq; tempore inducatur, producet illum. In his omnibus recurre ad veram quæstionis decisionem, & ad nostram expositionem de corporibus, vbi declaratur, quomodo aliquid est vni sanitas, & alteri ægritudo, non obstante, quòd sanitas sit forma absoluta, & ægritudo etiam: ad præsens tamen sufficit nobis, quòd aliqua ægritudo sit forma absoluta ab homine. Potest dici forma absoluta, sumendo absolutam formam non solum positiuam, sed priuatiuam formæ absolutę. F

Tertia ratio principalis. Homo natus sine oculo est æger, & homo natus sine manu est æger, sed non est æger nunc, ergo simpliciter, ergo sanus nunc. Sed hoc est falsum: probatur, quia omnis sanitas nunc, dicit aliquam temperantiam: sed omni temperantiæ opponitur aliqua distemperantia, vt primo de acci. & morbo, & est de propositionibus notis p se: ergo priuationi oculi opponitur aliquid, quod est ægritudo. Quarto, si aliquis acquirat oculum, erit æger nunc: quod videtur inopinabile. Conati sunt quidā soluere istam rationem, Primo quòd natus cæcus, & natus claudus non sit æger nunc, sed neutrum simpliciter in secundo significato, si reliqua membra habeant sana: &, si habeant distemperata multa alia, dicentur semper ægra. Aliter, quando illi permutantur à dispositione eorum, & vadunt ad malam sanitatē, & dicuntur reduci ad melius: & has duas solutiones intellexit Plusq̄cōmen. in capitulo de ægro corpore. Aliter posset dici, quòd habere manum à generatione priuatiua dicit sanitatem in brachio, & illi potest aduenire distemperamentum. Ad primum dicendum, quòd, si est neutrum secūdi significati, & hoc quia in manu est ægrum simpliciter, ergo sanum nunc: ergo stat argumētum. Sed forte dices, quòd in illa manu, siue brachio, siue capite, quando nascitur sine oculo, est æger nunc, & tamen totum est neutrū. Ex hoc habetur propositum, si quis considerat, nam requiritur ægritudo nunc, in parte, tamen impedit operationem totius, & constituit totum corpus ægrū, vt ille confitetur. Amplius, sicut à generatione potest fieri ægritudo nunc in parte, ita in pluribus partibus, siue in toto. Ad secundum dicendum, quòd, qui sic respondet, sine dubio petit principium. Accipio enim natum sine oculo, vel sine manu, & comparo eum ad sanum simpliciter, & quæro, si hoc corpus est ægrum simpliciter in illa parte vel in toto, quia de hoc non curo, manifestum est, quòd aliquo lapsu deficit à simpliciter sano: sed deficit in numero vel in quantitate, & in nullo alio, ponendo, quòd reliquæ partes circunstantes vel adiacentes oculo sint sanæ simpliciter, & totum brachium &c. Si ergo hæc ægritudo est in numero, ipsa erit aliqua sanitas, quia ab eadem dispositione aliquis dicitur sanus nunc, à qua dicitur simpliciter æger, vt dicit Plusq̄comment. dantibus eis solutionem dupliciter. Tunc arguitur. Hæc dispositio numeri, quæ est priuatio oculi, vel priuatio manus, quæ respectu sani simpliciter, est respectu huius sani nūc, igitur sibi opponitur ægritudo aliqua nunc, in eadē materia: sed nihil opponitur sibi readditio oculi, vel manus: erit infirmus nunc, quod videtur abominabile dictum. Ad tertium dicendum, q; brachium, cum quo non est manus à generatione, & partes circunstantes oculi, in quibus non est oculus, non habent infirmitatem, fm q; sunt dispositę per suas cōplōnes faciēdas &c. imo pone, q; hoc brachiū in se sit sicut brachiū hoīs sani simplr: sed dicunt ęgra brachia & partes illæ, q̄ dicunt fouea priuati oculi ex hoc, q; disponunt priuatiōe oculi & priuatiōe manus: &, qa disposita sic sunt ęgra simplr, ergo sic disposita sunt sana nūc: & tūc stat argumētū. Quarta rō pricipalis. Et psupponemus cum eis, q; terminus distinctus sanitatis ab ægritudine sit læsio sensibilis operationum. Est igitur ægritudo nunc, G H

sensibiliter

A ſenſibiliter lædens operationes:hęc autem ſenſibilis læſio operationum, vt in toto oſtendatur ægritudo, eſt lęſio ſenſibilis operationum conuerſationis & occupationis circa neceſſaria neceſsitatibus humanis, vt dixit Plusquam commenta. capitulo de ægro nunc, approbans in hoc Hali: & de his occupationibus ſunt labores circa artes.

His præmiſsis arguitur ſic. Nullum potens exercere artem, nec occupari potens circa occupationes aliquas humanas eſt ſenſibiliter læſus, & per conſequens æger nunc: ſed, ſi aliquis natus ſine oculis, ſine pedibus, ſine manibus eſt huiuſmodi: ergo ſenſibiliter læſus, & ſic æger nunc. Soluitur ſic. Iſte non eſt ſenſibiliter læſus, quia nõ ſentit ſe habuiſſe alias operationes perfectas & bonas, quarum priuatione vel impedimento percipiat ſe læſum ſenſibiliter: & ideo debet intelligi, quòd ęgritudo nunc lędit ſenſibiliter operationes, ſcilicet prius conſuetas. Ad hoc dicendum, quòd, quãdo dicitur, ægritudo nunc, lædit ſenſibiliter operationes, Vel intelligis ſenſibiliter ſenſu ſiue iudicio communi hominum conſiderantium, quod forſan ſic debet intelligi, quando dicimus generaliter, Petrus ægrotat vel Martinus: & tunc eſt manifeſtum, quòd omnes homines confirmarent eorum iudicio illum hominẽ eſſe impeditum in operationibus: Vel intelligitur hoc iudicio patientis ægritudinem. Poteſt autem patiens iudicare operationes eſſe ſenſibiliter læſas vel iudicio ſenſus tactus, quia ſenſibiliter impreſsiones moleſtas impeditas ab ægritudine habet: & hoc non accidit in ægritudinibus, in quibus non eſt ſenſatio rei imprimentis, ſicut in ethica: Vel homo iudicabit iudicio intrinſecarũ virtutũ, quibus rememorat̃ ſe prius potuiſſe libere exercere, & in omnibus exercitijs in arte ſua, & nunc eſt impotens, & non propter ſenſibilitatem: & etiam non ſufficit. Ponatur enim,
B quòd aliquis puer ſit natus optime ſanus ſecundum ſigna poſsibilia omnia, & ſtatim per cauſam primitiuam perdat manus & oculos ante, q̃ eos aperuerit, & ante, q̃ manus exercuerit, tunc iſte eſt æger nunc, & habet operationes ſenſibiliter læſas, & tũc non conſuetas, quia nullas conſueuit prius. Falſum ergo eſt dicere, ꝙ habere operationes ſenſibiliter læſas ſit ſentire ſe non poſſe operationes, quas potuit prius. Quandoq; igitur eſt verum, vt in hominibus iam expertis in exercitijs & laboribus: & quandoq; non eſt iudicium ad hoc, quia nullam prius exercuit operationem: tunc ad iudicandum eius operationes ſenſibiliter læſas eſſe, oportet ſtare ad hoc, quòd quia cõmunitas hominum hoc cõprehendit, vt manifeſtum eſt ad ſenſum, ſicut arguitur, non poſſet probari hoc eſſe album, & hoc in homine, qui prius nullam fecerit operationem circa mundanas operationes: & talis eſt natus ſine manibus & ſine pedibus, & iam eſt prouectæ ętatis. Ex his formetur quinta ratio principalis, licet poſsit poni ſimul cum quarta ſic. Homo comprehendens ſe iudicio vero taliter diſpoſitum, quòd nullum humanum exercitium poteſt exercere circa artes & occupationes humanas, quod tamen faciũt cõmuniter ſani homines, talis, dico, homo eſt ſenſibiliter in operationibus impeditus ſiue læſus, & per conſequens æger nunc: ſed natus ſine manibus vel ſine pedibus eſt huiuſmodi: ergo eſt æger nunc. Sed tu dices, iſte comprehendit ſe facere illud, quod alter ſibi ſimilis poſſet facere. Contra, ſic eſt de habente ethicam. In declinatione autem harum duarũ rationum, ſcilicet quartæ & quin-
C tæ require quæſtionem noſtram, quæ quærit, quo ſenſu intelligatur ſentiri actio ſenſibiliter læſa: eſt enim in hoc dubitatio pulchra. Sexta ratio. Ablatio actionum eſt terminus cognoſcitiuus ægritudinis nunc, vt docet Gal. infra: ſed hic poteſt eſſe à generatione. Sed aliquis dicet, ꝙ poteſt eſſe ablatio actionũ prius exiſtentium. Contra per inſtantiam de nato, qui nunq̃ exercuit operationem aliquam extrinſecam. Iterum dices, ꝙ ablatio actionis prius poſsibilis exiſtere eſt per ęgritudinem nunc. Contra. Operationem bonam poſſe prius exiſtere, quàm actionis ablationem, poteſt dupliciter intelligi, vno modo prius natura, & hoc eſt poſſe eodem inſtanti occurrere: vel prius tempore, & etiam poteſt aduenire, & frequentius accidit: non tamen eſt neceſſarium ad hoc, quòd ægritudo auferens actionem ſit dicenda ęgritudo nunc, ſiue ſimpliciter lædens, quòd prius præceſſerit tempore poteſtas operandi. Et hoc probatur formando ſimul cum hoc: & erit Septima ratio ad principale. Si ad eſſe ægritudinem requiritur, quòd tempore aduenerit poſteriori, quam priori præceſſerit ſanitas, aut hoc erit, quia forma ægritudinalis erit peior ex hoc: aut ſanitas præcedens, quam impedit, eſſet melior: ſed non primum, quia forma ægritudinis connaſcens in gradu poteſt eſſe peior, ſicut naſcens ſine manu, quàm manu tempore matricis: non ſecundum, quia cum perfectiori ſanitate poteſt connaſci morbus, vt ſi in homine ſano multum, naſcatur verruca, nihilominus eius perfectior eſt ſanitas cuiuſdam, cui à tẽpore poteſt connaſci. Sed tu dices contra dicta in quarta ratione, à qua dependet ſeptima, Dixiſti enim, quòd pro eodem inſtanti poteſt concurrere actionis ablatio, & poſt ſe agere: ſed hoc videt̃ falſum, quia actionis ablatio, de qua eſt ſermo, eſt ab ægritudine connata: ergo eſt non
D poſſe agere. Dicendum, quòd non eſt inconueniens diuerſis conſiderationibus. Natus enim cæcus pro eodem inſtanti, pro quo ſit animatus, ſit ab intrinſeco potens videre, quia ab intrinſeco potens eſſe ſanus potentia remota quaſi, ſed pro eadem proxima potentia ex impedimento ſit impotens videre. Octaua ratio verius. In foramine auris eſt ægritudo in numero, rei præter naturam, ſed poteſt connaſci: pone enim, quòd, quando formabatur foramen auris, intus intraſſet aliqua materia de multa materia humida cerebri: & pone, quòd eodem inſtanti animetur fœtus, & materia illa etiam per putredinem animetur: vel etiam, ſi prius animetur, vermis poteſt intrare: ergo à natiuitate iſtius vermis erit. Et conſidera, quòd Plusq̃commentatori graue fuit in tertio tractatu negare, quòd vermes connaſci non eſſet præter naturam, conſequentes corpus ægrum nunc. Et, ſi diceretur, quòd vermis ille eſt connaturalis, ſequitur, vt prius, quòd, ſi extrahatur, erit ægritudo quædam. Nona ratio. Diſpoſitio, qua homo ante ſenectutem moritur eſt ægritudo nunc, vt Plusq̃commen. ipſa veritate coactus affirmat in capitulo de ægro, cum dixit, Omnia corpora orientium moriuntur ægritudine nunc, ſi moriuntur propter ipſam: & dicit hoc ad differentiam ſenilis mortis: ſed aliquis moritur ægritudine connata: ergo ipſa eſt ægritudo nunc. Probatur minor. Poſito, quòd aliquod cor generetur cum ſpiritu ita calido naturaliter, quòd pectus & pulmo per ſuam dilatationem non poſſent ſufficienter euentare, nec etiam arteriæ, imo in quadam diaſtole remaneat exceſſiuus in quantitate maiori, & iſte ex duobus accenditur: & certum eſt, quòd factis duabus diaſtolis arteriarum, ille erit mortuus in vtero. Item pone, quòd ille viuat extra vterum, ſed compoſitio ſit talis, quòd poſt omnem

diastolen remaneat tanta malitia incendij in corde, quòd ad paucas diastoles erit mortuus: & totum hoc est de facto potestate. Et sic quærent intelligentes mirabiles modos mortis, qui fiunt in pueris natis, & contrarium in prouectis, qui sunt ineuitabiles & incomprehensibiles, qui eueniunt propter improportiones membrorum ad principalia, quibus seruiunt: ex quibus improportionibus secundum gradus earum accidit cito vel tarde congregari malitias complexionales, vel humorales, vel alias, ex quibus sequitur mors cito in prima ætate, vel alia, præueniens mortem naturalem: ex quibus accidere videtur quosdam pueros vsque ad certos annos robustos & sanissimos tandem cito infirmari sine causa, & mortuos esse: & hoc asserit Auerr. sexto coll. capi. primo. Nec magis mirandum est de huiusmodi dictis, quàm quòd homo debeat mirari de fœtu nato sine foramine ani, & absq; foramine nasi, ex quo cito moritur, si non posit fieri via: licet audiuerim de quodam, qui viuebat sine ano, & quacunq; die egerebat per os. Et accidit hoc non solum propter improportionem membrorũ, sed etiam qualitatũ in suis latitudinibus: quod etiã asserit Auic. in libris de causis lon. ꝙ sunt distincta corpora. Sed probatur sub ratione, qua ægrum simpliciter, opponitur prima diuisione sano simpliciter, quia consimiliter oportet illud condiuidi, & similiter illud dicitur simpliciter. Contra tertiam & quartam conclusionem arguo, ꝙ sit dare plura ægra simpliciter ẜm illa principia. Nam vnum corpus simpliciter ægrum diuiditur, inquãtum est aptũ permanere tale in tota vita: aliud, quod est aptum cadere in aliam ęgritudinem tota vita, vel pro maiori parte vitę, & hoc diuiditur in semper & vt multum: sed illa corpora sunt diuisa vel diuersa, cum ibi sint diuersæ considerationes eorum. Probo autem ex hac consideratione constitui diuersa corpora ægra simpliciter, nam respectus, quo aliquis dicitur æger simpliciter, & sanus nunc, vnde ponuntur corpora distincta, non est maioris diuersitatis, quàm respectus, quo eadem dispositio consideratur vt apta perdurare tota vita, & vt apta cadere in ægritudines tota vita, vel maiori parte vitæ. Amplius, neutrum nunc tertij significati est corpus ab alijs distinctum, ꝙ per hoc, ꝙ illud corpus simul consideratur, dicitur neutrum, scilicet cum consideratur in hyeme solum, vel in æstate solum: sed cõsideratio, quæ cadit super egritudinem simpliciter, est maioris vel non minoris diuersitatis, illa. s. consideratione, qua corpus ægrum simpliciter, vt habet dispositionem ab optima defectibilem, quæ sibi inest vt habitus, est semp aptum perdurare, & considerare illud corpus: & per illam dispositionem est paratum cadere in ægritudinẽ nunc. E F

Sed tu dices, illa ægritudo simpliciter nõ est apta perdurare tota vita. Amplius, si sic, nõ diuiditur ex hoc in ægritudinem semper, & vt multum. Respondeas, ꝙ Plusq̃com. hoc sæpe dixit, ꝙ, quia illa dispositio, quæ ægritudo simpliciter, est habitus à generatione, ideo est apta perdurare. Et clare dixit in ca. de neutro primi significati, ꝙ nõ est inconueniens idem posse connasci vt habitus vno respectu, & vt dispositio alio respectu: via Plusq̃cõ. cum respiciuntur, varia sunt. Ad secundum dicendum, non curo, siue diuidatur, siue non, dũmodo ponam tibi vnum aliud corpus simpliciter ægrum: imo ex hoc fortificatur ratio, nam duo corpora diuidit, quorum vnũ indiuisum remanet, & aliud diuiditur: diuisum non est, sicut totum ad diuisa, sed corpus ęgrũ simpliciter, à parte, qua est aptũ ægrotare, est diuisum in semper, & vt multum, & hoc diuiditur. His habitis ad assentiendũ difficile esse sustinere opinionem Plusq̃cõ. dico ad quintum, ꝙ corpora illa simpliciter, & nunc, sunt talia ab aptitudine, quę sequitur naturam ipsorum, vt infra declarabitur: &, sicut sanum simpliciter dicitur à sanitate, ita ægrum simpliciter, dicitur ab ægrotatiuitate recte illi opposita: & quòd hæ aptitudines insunt talibus corporibus ex natura talium formarũ, quæ dicuntur simpliciter. Ad aliud, quod in contrarium dicitur, quòd illa corpora diuidũtur, secundum quòd illæ formæ sunt in eis aptæ perdurare, vel non perdurare, Quæritur, vtrum, quando dicimus, corpus semper ægrũ est aptum semper ægrotare, ly semper debeat coniungi cum ly aptum, vel cum ly ægrotare: & eadem quæstio fit de quocũq; corpore tali semper. Solutio Plusq̃com. est, quòd ly semper debet componi cum ly aptum, & non cum ly ægrotare. Ratio, quia corpus ægrum multum per hoc non differt ab ægro semper: & ægrum multũ, semper est aptum ægrotare, cum sua dispositio sit vt habitus, quo differt à sano simpliciter: vt arguatur sic, Aptitudo sequitur dispositionem, i. formam: sed talis forma semper inest: ergo aptitudo. Formo ergo hanc propositionem primo, ægrum semper, semper est aptum ægrotare semper. Quãuis autem Plusq̃com. dicta saluari possint, tamen arguitur, quòd differentia erit intelligentibus, & verius, vt opponitur: & probo primo, quòd corpus ægrum multũ non est aptum ægrotare multum, i. multoties, & arguo sic, Corpus ægrum multum, est aptum resistere aliquibus causis, quibus non potest resistere ægrum semper: & (vt sequar Plusq̃com.) non determino me ad hanc, vel ad aliã, vel ad hoc tempus, vel ad aliud, sed quòd causa alicuius vigoris facit ægrotare corpus semper ægrum, quæ non facit ægrotare corpus ægrum multum: ergo ægrum multum, quandocunq; illi causæ occurrent, non est aptũ ęgrotare ab illis, & tamen pro tunc est aptum ab illis causis pati. Secundo sic, Corpus hoc est multoties aptum ęgrotare. Probatur, quia hoc corpus non est aptum aptitudine vltimata, qualiter est in semper ægro, sed aptitudine remissa facit eum ad quendam effectum: ergo non semper aptum. Sed tu dicis, saltem semper est aptum aptitudine remissa. Dicendum, quòd dicere, hoc est semper aptum secundum quid, imo secundum inquit semper ineptũ. G H

Dicamus ergo, quòd corpus ægrum semper est aptum ad ægrotandum, sed ægrum multum ad optime sanum posset dici semper aptum ægrotare, tamen, si comparetur ægro semper, est ineptum ægrotare: & ideo potest dici, respectu illius semper est ineptum, sed, quia aptitudo est amplior ineptitudine, debet dici remisse aptum. Cum ergo volumus formare propositiones veras, quæ sunt causæ propositionum, quibus vtimur, Dicemus, ꝙ ægrum semper est aptissimum ægrotare. Habeat ergo vltimã ægritudinẽ ægri semp, & impotentiã ad resistendum causis ęgris, notificamus ꝑ hoc, ꝙ hoc est semper vel continuo esse aptũ vel succũbere: & hoc est, quia illę sunt semp siue cõtinuo paratę occurrere, siue possibiliter occurrere, nã paucę vigilię vel somni excessus, vel cibi, vel alterius, facit illũ ęgrotare, & ita ĩ tota vita sunt paratissima occurrere. Sed aptitudinẽ remissam ęgri multũ, notificare debemus per esse aptum frequẽter, & nõ per esse aptũ semp: & hoc, qa causę ægrę, cũ sint aliquali͛r vigorosiores, pluri tẽpore vitę sunt aptę occurrere, & non semper paratę occurrere, sicut aptę erant causę facientes ægrotare ægrum semper.

debet

A debet ergo dici ægrum semper,aptum ægrotare,& corpus ægrum multum,multoties aptum ægrotare:& p hoc nihil aliud volumus,nisi illius semper ægri aptitudinem vltimatam ad ægrotandum,posibilem coniungi latitudini sanitatis,& illius multũ ægri aptitudinẽ remissam respectu eius,quod est semper ęgrũ.Et,si vis dicere,semper ægrum est semper aptum ægrotare semper,potes dicere hoc,& tanges in hoc sempiternam aptitudinem causarum ęgrotatiuarum ad causandum.Et simili modo in multum egro,vt dicatur ęgrum multum est multum aptũ ęgrotare multoties,quia causæ eius ægrotatiuæ sunt,quæ in maiori parte possunt occurrere,& non ægrotatiuæ causæ, ad quas est ineptus in pauciori tempore,semper intelligẽdo, ꝙ non determino me ad tempus paucum & multum determinate:& tunc erit neutrum tertij significati. Hæc ergo dicta melius sunt cum fundamentis eius, & sunt conformia dicendis à nobis. T V N C ad rationem,cum dicitur, si ly semper componeretur cum ly aptum,tunc nõ differret in hoc ægrum multũ ab ægro semper,Nego consequentiã. Ad probationem,cum dicitur,ægrum multum semper est aptum,Dicendum,quòd,si comparetur ægro,respectu cuius dicitur ægrum multum, non est semper aptum:imo,cum sit remisse aptum respectu illius,sequitur ex hoc, ꝙ sit frequenter siue multoties aptum.

Et,cum dicitur,aptitudo sequitur dispositionem, Dico,quòd verum est:& ideo, sicut dispositio illa ægri multũ non sic est mala,sicut ægritudo semper,sic aptitudo eius non est sic intensa,& vocatur aptum multoties. Et considera,quòd esse aptum,& esse non aptum,nihil ponit diuersum ex parte ægri multum,sed solum respectu causarũ, respectu quarum multoties est aptus,quia multoties est paratus occurrere.Exemplum,Si visus meus esset acutissi-
B mus,vt omnia visibilia occurrentia posset videre,dicam,ego sum semper aptus ad videndum:sic aliquis visus parũ infra illum,vnde quędam visibilia effugiat, & non posit illa videre,vnde respectu illorum dicitur ille impotens, dicemus,ille multoties siue frequenter videt,& non est semper aptus,& tamen visus est semper vnus.

An Galenus sufficienter corpora enumerarit,concessis omnibus eius principijs,iuxta Plusq;cõmentatoris expositionem. *Quæstio. XXIX.*

QVæritur hic vltimo,vtrum concesis omnibus principijs Gal.secundũ expositiones Plusq̃cõ.Gal.sufficienter enumerauerit corpora. Videt quòd non, quia sanitas de secundo modo qualitatis in medio iuuentutis est aliqua sanitas,& fuit aliquod corpus,sed non est simpliciter,quia non est apta perdurare semper,vel vt multum:non vt nunc,quia defecta erit:ergo &c. In contrarium est Gal.cui debemus credere in hac scientia, & Auer.2 cęli. Dico primo,quòd sunt aliqua corpora,quæ Gal.non posuit prĩo inter sana simpliciter,& nunc, & sunt corpora media. Solutio.dices,quòd sunt corpora neutra. Contra,imo sunt nunc sana, nec vnquã de tali neutro fuit aliqua discordia,vt diximus. Item,sicut sanũ simpliciter diuidis in duo corpora, semper, & multũ, quod corpus sanum multũ illi semper valde appropinquat,ita sanum nunc,diuiditur in duo, vnum in extremo, aliud illi prope, quod vocabo sanum nunc,vel sanum plusquam nunc.Exemplum de albedine,quia, sicut vnum
C extremũ diuiditur in albisimũ vltime,& albisimum parũ ab illo deficiens,ita aliud extremum diuiditur in albũ debilisimũ,& in album non ita debile.Ratio,omnis forma naturalis diuisibilis in duo extrema,si in vnum extremum sit debile,& in aliud extremum puta albũ,forte &c. sed sanitas est quædã forma naturalis diuisibilis in extremo optime sano,ergo in alio extremo. Secundo dico,ꝙ conueniẽter nominatio illorũ corporum erit dicere sanum simpliciter,& sanum ſm quid,quia ly simpliciter, recte opponitur secundũ quid,oppositione generali siue rationali:& secundũ quid diuiditur in nunc, & nunc nunc. Tertio dico, quòd illa corpora sunt ponenda,quia habent de extremo,quia corpora nunc neutra nunc sunt tertij significati,vel sunt neutra simpliciter secundi significati,vt distinguuntur ab ægris simpliciter. Contra quã positionem sunt factæ instantiæ.Probo,quòd illa corpora non debeant distingui,quia ambo regent regimine conseruatiuo. Secundo tunc erat dare calidũ in 5 gradibus:accipio vnam formã caloris,& diuido ipsam in duo extrema,& mediũ vnum,& de quocunq; extremo facio duo,& ecce quinq;. Item,qua ratione ponemus quinq; corpora,eadem ratione infinita. Quarto Gal.posuit illa corpora,quia ægrum simpliciter,est sanũ nunc:sed ægrum simpliciter est diuisum in semper,& multum:ergo sic diuiditur sanũ nunc in duo sana nunc. A D primũ dicendum,quòd,licet sit vnus cõmunis habitus vtriusq;, tamen appropriati differunt,sicut neutrũ simpliciter apud eos indiget conseruari,quibus indigent alia sana nunc, & tamen conseruatio & præseruatio eius in speciali differunt ab eorũ conseruatione & præseruatione. Ad se-
D cundum dicendum,quod calidum,quòd transmutatur,habet quatuor gradus distinctos à medicis: secundũ autẽ quòd forma diuisibilis est,potest habere à medicis plures. Ad tertium dico,quòd non proceditur in infinitum, quia diuisio formæ ad partes eiusdẽ proportionis est infinita, sed ad partes sensibiles determinatæ quãtitatis est finita. Ad quartũ dicemus,ꝙ ratio arguit pro nobis.Corpus sanũ nunc,differt ab ęgro simplr:ergo sanum nunc, quod correspondet ęgro simplr,differt à sano nũc,quod correspondet ęgro multũ:ergo,sicut duo ægra simplr,ita duo sana nunc. A D cõtraria diceremus,ꝙ, si Gal.deficit,non est mirandũ, quia impoſe est eandem incipere & finire,vt secũdo de virtutibus natutalibus dicit:& nõ est dubium,ꝙ sciuit illa,& reliquit nobis. Ad rationẽ,licet sint ꝓ parte nostra,possumus dicere,ꝙ licet illud corpus habens illam sanitatẽ est aliud ab istis. Vel est dicendũ,ꝙ illa est pars simpliciter. Contra,cum homo est in illo puncto,plus differt à se ipso decrepito,quã differat à quodam sanguineo sano iuuene:& tunc sanguineus poterit dici sanus nũc,& nõ sanus simpliciter,licet plus appropinquet sanitati sani simpliciter.Dicendum,ꝙ in recta compositione debet fieri comparatio totius sanitatis simplr in omni ætate ad totam sanitatem nunc in omni ætate. A D C L A R I O R E M autem huiusmodi notitiã ponemus modum nostrum,quo aliter & facile intelligatur sciẽtia de corporibus.Præmitto autem 6 propositiones. Hic aũt modus conuenit cum dictis Plusq̃cõ.in ijs,quæ dicuntur de corporibus sanis:de egris autem & neutris non conuenit cum eis.Hic autem modus non solum est meus,sed etiam intellexit eum Hali,ab omnibus derisus. Propositiones antem decorant istam scientiam, quæ de se est crassa, & sine quibusdam ex illis potest tradi hęc scientia: sed est certior, cum præmittuntur propositiones. Prima propositio est. Sanitas est quædam forma naturalis,

qua operatione debite fiunt, ſiue bene, Dicitur autem naturalis ſiue philoſophica ad differentiam artificialis: & tunc hęc diffinitio non comprehendit omnem ſanitatem: &,ſi comprehenderet ſanitatem arte inductiua, erit, quia ſanitas per artem præſupponit aliquam partem ſanitatis naturalis,vt declarauimus in quæſtione de ſanitate. E

Alio modo dicitur naturalis,i.debite proportionata ſiue temperata,quomodo dicit Gal͛.primo de acci. & morbo,ꝙ naturale eſt temperatum,& temperatum naturale: & ſic ſumitur,cũ dicit͛ ſanitas eſt forma naturalis. Quòd autem ab ea fiant debite operationes, apparet primo de accidenti, & primo de regimine ſani.quia ex hoc dicitur corpus ſanum.Si ergo ſanitas eſt quædam talis forma, ergo ægritudo eſt quædam forma naturalis,i.phyſica, vel forma naturalis,i.indebita,qua operationes male fiunt. In hac autem propoſitione cadet dubitatio,vtrum ſanitas talis poſſet induci per artem,de qua diſputauimus in titulo. Secunda propoſitio. Sanitas & ægritudo habent idem ſubiectum cõmune,cui ſucceſsiue inſunt. Ratio,quia,vt apparet ex diffinitionibus, ſunt contrariæ formæ, ſiue priuationes oppoſitę:cõtraria autem circa idem ſubiectum verſantur,vt 11 therapeuticę,12 ca. Eſſet autem, dubitatio,vtrum ægritudo & ſanitas opponantur cõtrarie vel priuatiue,& breuiter, vt ſanitas & ægritudo ſunt in ratione illa,quæ eſt æqualiter ſiue proportio,& inæqualitas,ſiue improportio,opponũtur priuatiue: ratione vero formarum,quia ſunt quantitates,vel qualitates,& numeri,& aliæ formæ, opponuntur contrarie,large ſumendo cõtrarium,quia ſanitas,quæ eſt quædam caliditas,& ægritudo,quæ eſt etiam caliditas,non vere contrariantur,nec quantitas qualitati,ſed quandoq; dicuntur contraria,quia vnum non eſt aliud,quàm vnum eſt bonum pro operationibus,aliud non. Tertia propoſitio. Subiectum vnum eſt,quod eſt ſubiectũ ſanitatis & ægritudinis. Ratio, quia viuens eſt,quod modo bene agit,& quod alterum modo male agit:igitur ipſum eſt,circa quod verſatur ſanitas & ægritudo, & ideo inter paſsiones viuentis ponitur ſanitas & ægritudo, vt patet ab Ariſt. primo de ſomno & vigilia,& de cauſis breuit.& longit.vitæ. Sed dubitatur, cum videamus inanimata bene vel male agere,vt theriaca bona,& boni lapides,quare non dicamus illa ſanare ægra. Dicendum,ꝙ iſta eſt quæſtio de impoſitione nominis:hoc enim nomen ſanum,eſt impoſitum bonæ diſpoſitioni viuentium generabilium & corruptibilium, & proprie animalium, nam videtur importare hoc nomen bonam diſpoſitionem in multa harmonia & organizatione exiſtentem:animalia autem ſunt magis aremata,& proprie homo, & non ſanitas proprie animalibus debetur ſed proprie homini, & per oppoſitum ægritudo. Ex hoc inferas,ꝙ habitus ſanitatis & ægritudinis eſt ęqualis habitui viui. Eſſet autem hic dubitatio,an ſubiectum viuum,quod eſt ſubiectum ſanitatis & ægritudinis,ſit compoſitum cum illis accidentibus,vt complexione & alijs,ita,quòd complexio & quantitas,quæ ſequuntur animatum, ſint naturæ vt indifferentes ad ſanitatem & ægritudinem: & eſt quæſtio ſubtilis,de qua diximus in quæſtione noſtra,an ſanitas acquiratur p artem. Quarta propoſitio,quòd ſanitas eſt quędam forma accidentalis,inhærens viuo,qua fiunt operationes bonæ & ratione cauſæ inſtrumentalis,non principalis agentis. Ratio,quia eſt forma,qua omnes principaliter operationes fiunt.Ergo ſanitas habet ſe vt inſtrumentum,quo fiunt bonæ operationes.Imaginamur ergo hominem in ratione,qua viuum,& ſibi applicabimus ſanitatis formam,& tunc poterit bene operari:applicabimus autem ſibi formam ægritudinis,& male operabitur. Exẽplum de carpentario,cui applicetur bona dolabra.Eſt ergo ſanitas & ægritudo ad animam viuentis,ſicut dolabra bona vel mala ad ſcientiam carpentarij in anima magiſtri:ita ægritudine fient male opationes. Vel ſic diceretur,quòd ægritudine naturę fiunt operationes male,& impeditur æger in operatione. Et tenuimus in quæſtione prædicta, quòd verius eſt dicere,ꝙ ægritudo impedit operationes,q̃ dicere,quòd ęgritudine fiunt operationes impedite:differunt enim hi ſermones. Oſtendimus autem fuiſſe de mente Gal͛.hoc,primo de accidenti & mor.tu autem,quod volueris,teneas. Quinta propoſitio. Hęc forma,quæ eſt ſanitas,habet ſuam latitudinem,intrinſecis terminis terminatam,excluſiuam latitudinis ægritudinis. Propoſitio hæc probatur, primo quantum ad primam partem,quæ dicit,ſanitas eſt forma habens latitudinem,apparet primo de acci.& morbo, & primo de regimi.ſanitatis. Ratio,quia videmus diuerſos gradus ſiue modos ſanitatis, ergo ipſa latitudinem habet. Secundo probatur quantum ad ſecundam partem,ſ. quòd ſanitas eſt terminata,ſcilicet terminis intrinſecis,& per conſequens excluſiua latitudinis ægritudinis.Ratio, anima,quæ eſt principale agens, eſt determinatum,i.determinatæ naturæ in entibus mundi,&,ſi haberet latitudinem, haberet terminos intrinſecos illius latitudinis. Amplius,omne inſtrumentum principalis agentis ſubagens,vel coagens, vel cum quo fit actio, dicit aliquam rem abſolutam, & non purum reſpectum ad principale agens,quia reſpectus non ſunt,quibus actiones fiant,vt ſecundo de anima cõmen.143.Exemplum eſt in omnibus inſtrumentis:dolabra enim eſt quoddam inſtrumentum ſe ipſo terminatum ſuis terminis, & non terminis extrinſecis ſolum,qui eſt anima vel manus dolabrantis:ſed ſanitas eſt agens inſtrumentale:ergo dicet quandam formam terminatam in ſe,& non ſimul reſpectu animæ. Amplius,omnis forma naturalis habet entitatem ſe ipſa terminatam,qua eſt ita hæc,quòd non eſt alia forma:ſed ſanitas eſt forma talis,ſaltim aliqua,quę à natura fit:ergo habet ſuos terminos,quibus ipſa in ſua latitudine terminatur. Ex hoc infertur, ergo ægritudo habet ſuam latitudinẽ proprijs terminis terminatam.Ratio,quia,ſi latitudo contrarij vnius habet ſuos terminos intrinſecos,& latitudo alterius habet ſimiliter ſuos:exẽplum de latitudine albi & nigri. Sed contra dicta,ſunt difficultates,& inſtantiæ fortes,Primo ſi ſanitas dicit quandã formam abſolutam ſuis terminis,fundãtem tñ aliquem reſpectum,quęro, in quo prędicamento ſit. Solutio 3 coll͛. Auer.dicit,ꝙ eſt in pluribus prædicamentis.Quære in hoc quæſtionẽ noſtram,An ſanitas ſit forma abſoluta. Secũda difficultas,ſi iſtę duę formę,ſanitas & ęgritudo ſunt oppoſitę,ergo non ſe cõpatiunt͛ in eodẽ ſubiecto:ſed hoc eſt falſum,nã actu ęger habet aliquã ſanitatẽ (probat͛ dupliciter,primo, q̃a infirmus nõ põt ſanari niſi per aliquã ſanitatem,vt 7 meta.cõmẽ.23,& 29:ſecũdo,ęgrotãs facit opera vitę)ergo habet aliquã diſpoſitionẽ. Dicẽdũ dupliciter,Primo ꝙ,licet ęgritudo & ſanitas ſint formę cõtrarie oppoſitę,& terminatę ĩ ſuis naturis,& excludãt ſe ĩ hoc,ꝙ vna nõ eſt alia,& ꝙ vna nõ eſt bona ꝓ opationibus,& alia eſt mala, tñ in ſubiecto poſſunt ſe cõpati hoc mõ,q̃a nunq̃ eſt aliqua ęgritudo,q̃ abijciat ex toto oẽm ſanitatẽ,imo,quouſq;

ſtat

A ſtat vita, ſtat aliqua ſanitas:& fuit iſta opinio Conſil.differentia 71. Secundo modo poteſt dici,ꝙ ægritudo actu circa eandem naturam excludit omnem ſanitatē in actu,vt ſanitatem calidıtatis totalem excludit ægritudo frigiditatis,vel caliditatē. Dico, quod ex toto excludit in ratione formali & actuali,tñ cum actuali ægritudine eſt ſanitas in potentia.Quid aũt ſit illa potentia,nõ eſt noſtrę intentionis hic diſcutere,cũ declaratum ſit in quæſtione noſtra de ſanitate.an fiat ab arte. Ad cõtraria dicendum,ad primum,ꝙ ars ſanitatis,quæ facit curā ægritudinis,& vt ſanitas poſsit fieri ab arte,eſt illa ſanitas in potentia,quæ(vt alias dixi)nõ eſt oĩo in potentia,ſed quaſi quoddā mediũ inter actum & potentiā. Auer.aũt voluit,ꝙ illa ſanitas ſit in corde , vt patet 4 celi. Tertia difficultas & fortis eſt,quia,ſi ſanitas dicit vnam formā terminatam intrinſece , & abſolutam,tunc,vbi poneretur hæc ſanitas,faceret ſubiectum ſanũ,ſicut albedo facit ſubiectũ albũ:ſed hoc eſt falſum,quia,quod vni eſt ſanitas,alij eſt ægritudo,vt Auic.3 cañ.primo ca.de ſignis ſumptis ex conuenientia & diuerſitate. Amplius,1.primi cap.de cõplexionibus vult,ꝙ.ſi cõplexio Indi pmutet̃ ad cõcluſionem Sclaui, infirmaret̃,aut moreretur. Amplius,vnũquodq; indiuiduum habet cõplexionem,quā alteri aſſociari eſt ĩpoſſe,vt ibidem dicitur: hoc apparet in cibis & medicinis,quod enim vni eſt ſanum,alteri inſanũ. In hoc enim eſt duplex ſolutio,vna pro rudibus,quam non probo,ſufficit tñ non volẽtibus ſubtiliare:& eſt aplice.ſanitatis,ſicut forma lata,& habeat plures gradus , quorũ quilibet eſt aliqua ſanitas bona pro aliqua operatione bona , tñ quilibet gradus eſt bonus pro aliqua operatione bona, debente fieri

B ab hoc ſubiecto,Verbi gratia, albedo habet plures manſiones,& quælibet ſit bona pro aliqua operatione dealbationis ſiue diſgregationis viſus:& non cuilibet ſubiecto pro operationibus ſuis eſt bona quælibet manſio albedinis,hac enim ſubiectum indiget,vt aſſequatur perfecte ſuam operationē,diſgregare poſſe in tali & tanta menſura, quod nõn põt fieri cum tali gradu albedinis,ſed cũ tali.Omnes ergo manſiones ſanitatis ſanitates ſunt,diſtributę per oẽs homines ſanos,non tñ oẽs poſſunt eſſe ſanitates vni.Illud enim,in quo hæc ſolutio habet aliquā efficaciā, eſt,quia ſubiectũ vnũ non determinat ſe ad aliquas operatiões bonas niſi mediante ſanitate. Cum ergo accipitur ſubiectũ vnũ indeterminatũ ad oẽm gradũ bene agendũ vel male agendũ,quęcũq; māſio ſanitatis eũ debet facere ſanũ:& hoc eſt verũ. Do ergo ſolutionē aliā,& dico,ꝙ,quęcũq; ſanitas,ſ.cuiuſcũq; naturę,& cuiuſcũq; manſionis de manſionibus ſanitatis cõueniat ſubiecto,& fiat illi forma in eſſe quieto,illa ſanitas eſt illi ſanitas,illius nũc, & illius manſionis:& hoc dico pro ſe,vel quantũ eſt de ſe:accidit autme, ꝙ non ſit ſanũ,vel accidẽtaliter eſt.Ratio eſt,quia per ꝑpoſitiones p̃miſſas ſanitas in qualibet ſui manſione ſiue gradu eſt quędam forma terminata, ſicut tota latitudo ſua eſt terminata , ad hoc,ꝙ ſit bonũ inſtrumentũ pro operationibus: ergo vbicũq; ponet̃,nam cũ illa poterit bene operari,quãtum eſt de ſe.Ergo,quod vni eſt ſanitas per ſe,eſt cuilibet alteri ſanitas,ſicut,quod eſt vni album,omni ſubiecto eſt albũ,ſi p̃ciſe ponis illud in ſubiecto.Exemplũ oẽs bonæ dolabræ,quę ſunt determinatę

C latitudinis,ſi cõparentur ad artem totā dolabrandi,ſunt ſicut ſanitas quædam: &, quācũq; vnam dolabram bonā ponis in manu dolabrantis magiſtri , ipſa erit bona & ſana pro aliqua operatione bona,quæ eſt de ſumma bonarum,licet non ſit pro oĩ bona operatione totius artis carpentarię,quia nõ poſſet cum quacũq; facere vegetem. Sic ergo dicemus,ꝙ,ſi accipiatur homo temperatus,ſanus ſimpliciter,& expolietur tota ſua ſanitate complexionali & compoſitionali,& accipiatur nunc ſanitas debilis hominis nunc ſani cum tota complexionali ſanitate & compoſitionali,& applicetur illi,qui fuit ſimpliciter ſanus,nõ eſt dubium,quia etiam eſt ſanus,& non æger,licet ſit alia ſanitate ſanus. Amplius,ſubiectum inquãtum vnum,licet principaliter & eſſentialiter ſit in potentia ad ſanitatē, vt 4 celi cõ. 31,tamen quodam modo ad vtrũq; ſe habet, inquãtum vtrũq; põt recipere. Ergo indifferenter ſe habet ad omnem manſionem ſanitatis,licet principalius inclinetur viuus homo , vt viuus,ad perfectiorem ſanitatē, ſicut ad nobilius. Ergo quacũq; ſanitate in viuo poſita viuus dicetur ſanus. Teneo ergo,licet videatur extraneũ, ꝙ quęcunq; ſanitas cuiuſcũq; complexionis vel compoſitionis omni homini,ſi ponis eam in eo in quieto eſſe,eſt illi ſanitas.Quãuis tamen hoc ſit verum,quantũ eſt de ſe,accidit aut ſa.& cum hoc poſsibile eſt aliqñ inueniri cõtrarium:vnde accidentaliter non eſt verũ : & hoc eſt accidẽtale de accidentalibus frequẽtius inuentis,q̃ illud,quod eſt per ſe verum,vel per ſui naturam. Inueſtigatur autem hoc accidentaliter quatuor vijs,primo ex parte modi inducendi ſanitatem,& remouendi ſanitatem,nam nõ eſt ſimul illa expoliatio & inductio,ſed fiunt per cauſas alterantes,verbi gratia calefacientes,quando vis ſanitatem cholericam inducere in phlegmatico : & per infrigidantes

D cauſas,quando vis econtra. Illę autem cauſæ,ſi ſubito occurrant,inducunt nocumentum , & non ſanitatem,& hoc voluit Pluſq̃cõ.cap̃.de ſano,& primo ca.de neutro. Si enim corpus Indi ſubito mutetur ad corpus Sclaui,infirmabitur,ſed,ſi paulatim,non. Aegrotatiuum autem,& ſanum nunc,licet ſint idem corpus,differunt tñ quibuſdam reſpectibus ſiue conſiderationibus:quare diffiniendo ſanum nunc,ponit copulā,ſed diffiniendo ægrotatiuũ, ponit nunc diſiunctiuam. SED quæritur , quare poſuit à generatione , & ſupra non. Dicendum,ꝙ ad ſanum nunc,vt ſanitas eſt perfectiua operationum,requiritur in omni,vera ſanitas,ſed ad ſanitatem nunc,vt ægrotatiuũ, ſufficit lapſus in vna natura. Ad tertium dicendum,quod id dixit,quia ſanitati frequentius accidunt hæ diſpoſitiones , quibus homines ſunt labiles,vel mobiles eſſe à generatione:vel dixit hoc,vt denotaret fixam aptitudinē ad lapſum,quod ſignificatur per hoc vocabulum à generatione,quamuis à generatione non ſit,ideſt ab vtero. AEGRVM VERO VT NVNC. Hic incipit determinare de corporibus ægris , & primo de ægro nunc. Conſiderandum eſt ergo,ꝙ,ſicut per ſanum nunc,intelligit ſanitatem mobilem,ita per ægrum nunc,intelligit ęgritudinem mobilem,i.curabilem,& ideo nunc ægrum pro eo tempore,ſed cito paratum ad liberationem. Conſiderandum eſt etiam,ꝙ,ſicut Gal.notificauit hic ſanum nunc,& ægrotatiuum,ita,ſi voluiſſet,potuiſſet notificare ægrum nunc,vt ægrum nunc,& vt ſanatiuum,i.aptum ſanari:dedit autem hoc nobis intelligere. Tertio conſiderandum eſt, quare incepit ab ægro nunc. Dicendum,ꝙ ſibi placuit,vel ſecundum Hali,quia eſt melius corpus ægrorum. Quarto dubitabitur , an ægrum nunc , quod dicitur ſanatiuum , poſsit alio nomine nominari ſanum ſimpliciter. Dicemus , quòd , ſicut ly ſimpliciter , non dicit optimitatem ſanitatis , ſic nec quando dicitur

tur ſanum nunc, & eſt ægrum ſimpliciter, vt ly ſimpliciter, nõn dicit poſsibilitatem ægritudinis. Sed, ſicut corpus E
deficiens ab optima, habens debilem ſanitatem, ſubtili conſideratione poteſt dici ęgrum, & ideo ſimpliciter poteſt
vocari non tantum ægrum ſimpliciter, i. peſsime, Ita corpus, quod habet ægritudinem debilem, cito remouibilẽ,
cum comparatur ad peſsimas ægritudines, poteſt ſecundum veritatem dici ſanum: & hoc per ſanitatem ſublaten
tem, quæ ſtatim erit in actu. Sumpta ergo veritate iudicij à comparatione ſanitatis latentis cum ægritudine nunc,
ad ægrum, poteſt dici ſimpliciter ſanum: & ſecundum hoc ægrum nunc, ſi ſit ſimpliciter ſanum nunc, dicitur ab
eadem diſpoſitione, niſi etiam velles dicere, quòd ægritudo debilis, & agitabilis, ſtatim curabilis poſsit tenere no-
men ſanitatis ſimpliciter, i. in rei veritate, de quo nõ curamus, vti velis nominare ſanum à termino ad quem, ſicut
ægrotatiuum ęgrum ad terminum ad quem. DVBITATVR, quare non dixit in ægro nunc, quòd habet ægri
tudinem, non tamen peſsimam, ſicut in ſano nunc, dixit, quòd habet ſanitatem, non tamen optimam. Dicen-
dum, quòd ſic potuiſſet dicere, ſed, ſi aliquid prohibuit, hoc fuit, quia omnis ſanitas nunc, deficit ab optima
in gradu bonitatis & perdurationis, ſed non omnis ægritudo nunc, deficit ab ægritudine ſimpliciter in gradu
malitiæ intenſiuæ, vt ſupra apparuit. Patet ergo, quòd iam ceſſant omnes quæſtiones, & primo quis ſit
peior lapſus, an ægri nunc, an peſsime ægri. Notum eſt enim, quòd peſsime ægri, ideſt ſimpliciter ægri peior
eſt lapſus, quàm ægri nunc, habet enim totam rationem ægri nunc, & ægri ſimpliciter: & ſic ceſſant alia:
Vide Hali, quid de hoc intelligat. ET SEMPER QVIDEM ęgrum, quaſi multum. Non curauit ponere diffi
nitionem ægri ſimpliciter, quod eſt peſsime ægrum, quàuis poſuerit diffinitionem ſani ſimpliciter: & hoc, quia F
ſibi placuit, vt daret intelligi, quòd ægrum ſimpliciter nihil aliud eſt, q̃ ægrum ſemper, & ægrum multum ex ge-
neratione dixit hoc nunc, nominando fixionem huius prauæ diſpoſitionis: vel dixit, quòd corpora nunc ſemper
ægra in omni ætate plurima ſunt à generatione. Conſiderandum eſt autem, quòd ægritudines tota vita perdu-
rantes poſſunt eſſe malæ complexiones, malæ conſiſtentiæ, malitiæ principalium vel mobilium, & ideo Gal. mul
tiplicauit verba. Conſiderandum eſt etiam, ꝙ ægrum multum pluri tempore vitæ eſt ægrum, vel aptum eſſe
ægrum, & aliqua pauca parte vitę eſſe ſanum, vel neutrum. Crederet aliquis, quòd corpus ęgrum multum eſſet
neutrum tertij ſignificati. Reſpondet Gal. Nondum vero. ideſt non tamen dicitur ex hoc neutrum, vt ſupra di-
ximus. Vel quia illud corpus multum ægrum deficit in peſsimitate ab ægro ſemper. Crederet etiam aliquis, ꝙ
erit in medio inter ægrum vt nunc, infimum in gradu malitiæ, & ægrum ſemper. Sunt ergo inter multum ægrũ,
& nunc ægrum, multa corpora ægra, quæ etiam cõmuni nomine poſſunt dici ægrum nunc, pluſquã nunc: & ſic
dicebatur de corporibus ſanis. Poſt omnia dicta oportet ponere quaſdam regulas, ſiue poſitas iam reſumere ad
caſſandum inſtantias friuolas. Prima ideo eſt, ꝙ illud corpus diuerſimode conſideratum poteſt dici diuerſa corpo-
ra vel multa. Secunda eſt, ꝙ nunc in ſano non dicit naturam ſanitatis, quæ eſt apta remoueri & labi, tamen con
tingens eſt tota vita perdurare hominem ſanum nunc, & non infirmari: & ita nunc in ægritudine non dicit men-
ſuram determinatam, ſed aptitudinem curabilitatis. Et ideo, ſiquis haberet verrucam in manu curabilem, & tota G
vita non curaretur, quia nollet eam ſibi præcidi, nihilominus diceretur æger nunc. Tertia eſt, ꝙ, ſicut formalis
ratio ſimpliciter ſani eſt optimitas ſanitatis, quæ eſt apta perdurare tota vita, vel maiori parte, non tamẽ ab hoc di-
citur ægrum ſemper, ſed aptitudine, vt dicam ab omni tpe, impoſsibilitate curationis. QVONIAM AVTEM
neutrum. Poſtquã poſuimus, quid intelligamus per ægra & ſana corpora ſecundum ſententiam Gal. & noſtram
expoſitionem, declaremus modo, quid intelligamus per neutrum. Et dico, ꝙ medicus cognoſcit, ꝙ ſecundum rei
veritatem non eſt dare neutrum, cum medicus non contradicat philoſophię naturali, cum inde accipiat plurima
ſua principia: ſed medicus dicit per quandam apparitionem ſenſualem, datur neutrum. Apparuit autem medico
tripliciter hoc neutrũ. Vidit enim quaſdam ægritudines ita paruas, ꝙ non manifeſte hominem impediebãt à ſuis
operationibus, & tunc poſuit hic neutrum primi ſignificati: & hoc eſt verum neutrum, ſcilicet verum apud medi-
cum, & diuiditur in neutrũ decidentiæ, & neutrum conualeſcentiæ: quem nunc diuiſit, ſicut eſt febre proſtratus
iacens, & æger alia ægritudine à febre: & his neutris aſsimilantur ſenes & pueri, quòd non ſint naturæ neutræ, ſed
ſimilantur neutris, & ſunt ſicut neutra conualeſcentiæ & decidentiæ. Secundo vidit medicus aliquem aliquo tẽ
pore ſimul eſſe ſanum & ægrum ſecundum diuerſas partes, vel ſecundum diuerſas naturas, &, cum conſiderauit
hoc, dixit illud corpus eſſe neutrum, ſiue vtrũq; imperfecte, ſecundi ſignificati. Cum autem tertio vidit quen- H
dam hominem tota hyeme ſanum, & æſtate infirmum, & collegit intellectu hoc ſimul, dixit hoc eſſe neutrũ tertij
ſignificati. Quid ergo diuerſum pono à Plusq̃com. hic? ſcilicet ꝙ ſecundum nullum ſignificatum neutri, neutrum
ponitur in latitudine ſanitatis, imo extra latitudinem ſanitatis & ægritudinis, ſcilicet neutrũ primi ſignificati, vel
apprehendit vtrũq;, ſcilicet ſanitatem, vt neutrum ſecundi & tertij ſignificati. Ipſe autem aliquod neutrum ponit
ſanum propter quædam dicta Gal. infra, quę tunc exponentur. Primo ergo declarat neutrum primi ſignificati, &
dicit, quòd eſt neutrum ſaniſsimũ, i. ſuæ ſanitatis & ægritudinis, in quam cadit, vel in qua conualeſcit. SED du-
bitatur, quomodo poterit dari in tali neutro conualeſcentiæ & tali neutro decidentiæ, nunc & ſimpliciter. Nam
omne neutrum conualeſcentiæ ſiue decidentiæ debet dici neutrum nunc, quia parum aptum perdurare, quia cito
erit ſanus, qui conualeſcit: vel cito infirmus, qui decidit: & tamen Gal. dicit, quòd neutrum ſimpliciter eſt tale à ge
neratione. Hæc inſtantia fecit, ꝙ Plusq̃com. poſuit neutrum primi ſignificati in numero ſanorum, & poſuit illud
neutrum inter ſanum ſimpliciter, & ſanum nunc: hoc tamen non placuit nobis, vt ſupra diximus. Dico ergo,
quòd duplici via poſſumus neutro primi ſignificati imponere neutrum ſimpliciter. Primo nanq; diximus ſupra,
quòd quis à generatione poterat eſſe æger nunc, & æger peſsime, etiam ſanus nunc, vel ſanus ſimpliciter: ita à ge-
neratione aliquis poteſt ſibi contrahere vnam ægritudinem debilem, quæ, ſi alicui ex tempore eueniſſet, non
impediſſet eum à conſuetis operationibus impedimento ſenſibili, & ideo dicitur neutralitas, licet ſecundum
rei veritatem ſit ægritudo. Imaginemur ergo eam ab vtero, & perdurabilem tota vel maiori parte vitæ, ſicut

A diximus, & dicetur neutrum simpliciter primi significati: & dicetur semper, quia apta à generatione semper inesse: & dicetur multum, quia pluri tempore apta inesse, secundum quòd supra diximus de ægro multum à generatione: & hoc voluit dicere, MVTATIONES quasdam accipiens. s. per quas non supererit neutrum, si pluri tẽpore vitę. Vel mutationes & c. s. à neutro semper: & hoc neutrum non est neutrum decidentię nec conualescentię, sed similatur neutro decidentiæ, quia multum paratur ad lapsum: non tamen volo, ꝙ ex hoc dicatur neutrum, sed ab ipsa neutra dispositione. Et, quemadmodum à generatione potest dici ipsum neutrum simpliciter, ita posset à generatione inueniri vna parua ægritudo statim curabilis, quæ dicetur neutralitas nunc, & similaretur neutro cõualescentiæ. Secunda via est, ꝙ in neutro decidentiæ & conualescentiæ posit dari neutrum simpliciter, & nũc: verbi gratia in neutro decidentiæ, & etiam conualescentiæ aliquis sanus cadit in febrem in tempore medio, vocatur neutrum primi significati. Accipio ergo totam illam dispositionem neutram toto tempore neutralitatis extẽsam: & accipio eam, quæ est in medio, æqualiter distans à primo instanti febris, & ab vltimo instanti sanitatis, non curando modo, si illa instantia dantur. Dico, ꝙ neutrum in illo vere scilicet æqualiter distans, est neutrum simpliciter: sed neutrum, quod appropinquat primo instanti febris, & illud, quod appropinquat vltimo instanti sanitatis, dicuntur neutrum nunc. Hoc declaratur per similitudinem ad sanitatem: nam sanitas dicitur simpliciter, quia vera & optima sanitas, & perdurabilis non actu, sed aptitudine: & dicitur quia mobilis. Ita dicemus, ꝙ neutralitati, quæ est in medio vere, inest ratio medij, & simpliciter vere est neutrum, & nõ ſm quid neutrum. Dico, ꝙ naturę

B virtute apud medicum, & similiter illa neutralitas, cum sit æquidistans ab extremis, est apta perdurare, licet de facto perduret ita, ꝙ, si illa neutralitas esset vna forma, & poneretur in re extra, plus esset apta perdurare, q̃ sua extrema. Neutrum. n. non coniũctum sanitati, vel fini sanitatis sibi derelictę, cessante motu communi ægrũ est, aptum cadere in febrem quolibet mouente extrinsecus occurrente: & cum hoc non sunt vere media: sed neutrum, quod est in medio omnino æquidistãter his, si sibi dimittatur, i. poneretur, quòd erit vna forma naturalis extra, erit apta perdurare. Hoc ergo neutrum valde parum perdurat, quia solum in transitu ad ægritudinem à sanitate, & tamen est magis aptum perdurare ex hoc, ꝙ est magis medium. Sed contra, medium facilius trãsmutatur ad extrema, q̃ vnum extremum ad aliud: & hoc est verum: sed nihil est contra nos, volumus enim, ꝙ media neutralitatis eo ipso, quo ab extremis plus distat, sit magis perdurationi apta, q̃; extrema comparata ad extremitates eis coniunctas.

Ex his ergo extrema neutralitatis decidentiæ dicuntur neutra nunc, medium autem dicitur neutrum simpliciter. Faciemus autem neutra multum, collateralia medio neutro, quod est vere medium, & non neutrum versus sanitatem est neutrum multum, vnum: & inter vere medium neutrum nunc versus febrem est aliud neutrum multum, ita tamen, ꝙ neutra collateralia sunt neutra semper, & ei plus appropinquant, q̃ neutro nunc: & hoc voluit cum dixit, Mutationes & c. Ex his infero fundatas considerationes. Y. qui vadit à sanitate ad febrem vel ęgritu

C dinẽ, transit per 5, et per vnum neutrũ semper: ſm vero secũdũ simpliciter secundi significati est illud, quod habet pessimam & fixam ægritudinem, & optimam & fixam sanitatem simul, siue in diuersis membris, siue in diuersis naturis. Dicitur ergo semper neutrum in secundo significato, quod habet sanitatem semper & ægritudinem semper: & vt multum, quod habet eas vt multum, sicut ex præmisis est habitum: verbi gratia habens diminutionem pedis, & sanissimus manu, est neutrum semper in secundo significato: & sic in alijs est ponere exẽplum: & ita neutrum nunc, est, quod habet hęc sana, scilicet sanitatem nunc, & hęc ægra, s. ægritudinem nunc. Secundum vero tertium primo dicimus, ꝙ, siue sumas ſm principia Plusq̃com. siue ſm nostra, eius formalis ratio consistit in actione temporis præsentis determinati & futuri: vel præsentis præteriti & p̃sentis, siue sumatur hoc actu, siue aptitudine ad tẽpora determinata. Secundo dico, ꝙ, licet sub nostris principijs pluribus modis posit declarari hoc neutrum tertij significati in suis modis, tamẽ facilior modus per neutrum semper dicitur, quod modo habet vel aptũ est habere sanitatẽ similẽ sanitati semper, modo ægritudinem similem ægritudini: non. n. potest modo nunc vnã; & modo aliam habere, quæ sint naturæ talis, quia vera sanitas est semper apta perdurare semper, non cum habet optimam ipsam, & non est aptum habere ægritudinem semper, nisi aptitudo diceretur improprie per potentias ad causas extraneas imprimentes. Dicemus ergo, ꝙ semper neutrum tertij significati est, quod modo habet vel aptum est habere sanitatem similem sanitati semper, & modo ægritudinem, sicut Petrus modo videtur robustissimus, modo incurrit accidentia suffocationis, & ita tota sua vita discurrit. Exemplum etiam Gal. de puero sano, &

D sene infirmo est bonum. Sed dicitur neutrum multum, quod modo habet ægritudinem multum: & dicitur neutrum nunc, quod modo habet sanitatẽ nunc, scilicet debilem, agitabilem, & modo ægritudinem nũc: & multi inueniuntur tales: & ideo non debet intelligi nunc indiuisibile (vt dicit Gal.) sed latum. Ex prædictis apparet, ꝙ corpora omnia sunt 16, vt dicit Hali primo commẽto, tractatu de signis, s. tria sana, & tria ęgra, 9 neutra, & vnum ægrotatiuum. Et vult Hali, ꝙ corpus simpliciter tale non sit nisi semper tale, vel multum tale. DE SIGNIS VERO. Hic dicit ista communia dicta, nisi propter instantiam, quæ fit, quomodo potest esse signum prognosticũ semper, cum dispositio futura non sit semper talis, Vbi diximus, ꝙ signum potest esse prognosticum semper, quia semper prognosticatur, verbi gratia bonũ, vt digestionis signa, quæ sunt semper bona. Potest etiã esse prognosticũ semper, quia sanitas semper: & de hoc intelligit Gal. sanitatem nunc, vnde dicitur prognosticum nunc: signa enim sana vel ægra dicũtur respectu sanitatis, quam significat: & sic diceretur semper, & multum, & nunc. Sanitas igitur semper prognosticata potuit post esse: &, si in tempore est futura, pro eo tẽpore, quo erit, esset apta perdurare semper: & ideo signum prognosticum eius dicitur semper tale. Ergo, si combinas, poterit dici signum semper prognosticum sani semper, & signum prognosticum sani nunc, & signum prognosticum semper sani nunc: & tu compone, vt placet, componẽdo semper, & nunc, cũ actu prognosticationis, vel cũ dispõne prognostica. EXISTENTIBVS ergo corporibus. Diuidendo ſm nostram doctrinam primo ponit signa demonstratiua, secũdo prognostica, ibi, Ægrotatiuorum sanandorum. secundo ponit finem, ibi, Ego. Prima in duas, primo signa sanorum, secũ-

do

do ægrorum,ibi,Quæcunq; vero in præsenti ægra. Signa autem neutrorum erunt in collecta,vbi dicetur prognostica futuræ ægritudinis. Prima in duas,primo reminiscitur corporum sanorum,vel fm illa diuersificat signa: secũdo exequitur,ibi,Cognitiones. Dubitatur,quare resumpsit diffinitionem corporum, & aliquam diuisioné. Thadeus credidit,ꝙ sit aliqua diffinitio,quam supra diffinit,fm ꝙ à generatione tale,quamuis erit nunc ægrum, hic,fm ꝙ sanum nunc. Alia solutio Hali,& melior,ꝙ fecit hoc ad recordandum corporum,quorum signa debet poni,vt semper sint in memoria. COGNITIONES.Primo præmittit numerum signorum, secundo exequitur,ibi,A substantia.Considerandum est,ꝙ hic sumitur diuisio famosa signorum,ꝙ quædam sunt à substantialiter inhærentibus,& sunt signa non solum sanorum,sed ægrorum,& neutrorum. Dubitatur, quia non videtur, ꝙ aliquod signum sit ab ijs,quæ insunt fm diffinitionem substantiæ,quia nulla sanitas est substantia,nec aliquod signum. Amplius,nulla substantia est sensibilis nisi per accidens. Dicendum,ꝙ signa vel sunt ab ijs,quæ sunt partes diffinitionis,vel ab ijs,quæ accidunt, vt bene dicit ibi Plusquamcommentator. Sunt autem partes diffinitionis eucraton & coequale: & illa signa dicuntur substantialia,idest essentialia: & ideo idem est signum, & signatum. Ea vero,quæ accidunt,sunt effectus seu operationes:&,quæ accidunt,sunt, quæ illis substantialibus signis & etiam effectibus coaccedũt,vt color pili,durities,mollities &c. Sed tu dices, quomodo erit operatio substantialis,quia sanitas dicitur ad operationem? Dicendum,quòd operari non est substantiale,sed posse operari, dicit, quòd est substantiale. VOLO &c. Accidens,dicit Plusq̃com.apud logicum sumitur quatuor modis,Primo,vt distinguitur contra substantiam:& de hoc debet intelligi in prædicamentis. Secundo sumitur, prout distinguitur contra substantiale:& est vnum de quinq; prędicabilibus,de quo Porphyrius determinat in Isagogicis. Tertio sumitur accidens,vt distinguitur contra per se:& tunc propria passio non est accidens, cum sit per se secundo modo dicendi per se,primo posteriorum. Quarto modo capitur accidens,quod opponitur ei,quod est, fm quòd ipsum: & dicitur accidens, quasi casuale vel fortuitum,vt musico currente coruscauit. Apud autem medicum accidens dicitur tripliciter,Primo,quicquid concomitatur sanitatem & ægritudinem, quod quidem hic diuiditur in effectum & causam:de quo Auic.primo cañ.fen prima, capitulo de subiectis medicinę. Secundo modo dicitur accidens,quicquid communiter secundum naturã accidit,vt tertio de acc.& morbo. Tertio pro omni eo,quod morbum sequitur,vt 14 therapeuticæ,12 cap.quorũ dignius est actio læsa. Ex his apparet nobis,quòd sanitas nullo horum modorum dicitur accidens. Secundo apparet,in quo differt accidens,& signum, primo secundum Auic. ibidem,quòd,vt accidit corpori,dicitur accidẽs,sed,vt medico occurrit,dicitur signum. Amplius Gal.inqt, quòd hæc differunt,sicut excedens & excessum:nam omne accidens hic est signum,non tamen omne signum est accidens. Quare signum in plus se habet:signum.n.à substantialiter inhærentibus est signum, & tamen non est accidens,sumendo accidens primo modo. Considerandum est autem,quòd hic laudatur Hali commento octauo, qui dicit,quòd signa sumpta à substantialiter inhærẽtibus sunt certa,i.necessariæ verificationis &c.signa sumpta ab operationibus sunt vera,licet quandoq; fallant,quia stomachus non bene digerit propter malitiam cibi. Casus enim decipient,quia à multis possunt variari,vt color, pili,durities, & mollities, sicut secundo de complex. ponit Gal. Considerandum est autem,quòd Plusq̃com. vult nos accedere ad signa illa, non quòd aliter consideret significare prædicta corpora,q̃ vel quia ingrediuntur dispositionem,secundum quòd talia, quia vel causant &c.& ita prosequitur Galenus, A SVBSTANTIA.Postposita aliorum diuisione, & etiam quibusdã in ea alijs, primo dicemus,quòd Gal.docet cognoscere corpora sana semper. Secundo sana multum,extendens suum sermonem ad quædam alia. Tertio sana nunc. Secunda ibi,Signa egri corporis simpliciter. Iam dixit primo in generali,s.totius, secundo in speciali,quia in determinatis:secunda ibi,Signa ægri simpliciter. Prima diuiditur in tria, primo ponit signa sanorum, secundo egrorum,tertio neutrorum,ibi,secunda:alia ibi, Alibi,ergo ibi vel cõtrarium eisdem:ibi tertia,optima vero. Prima in duas,primo ponit signa sani semper,secundo multum,& nunc, ibi secunda, Eorum vero. Secundum primam & secundã diuisionem,primo ponit signa à substantialiter inhęrẽtibus &c. Dy. Cõsiderandum est autem,quòd hic ponuntur signa temperati fm habitudinem totam,quia secundum omnem partem in toto,sed infra ponuntur signa temperati in parte. Secundo dubitatur, quia non videtur, ꝙ temperatus non possit cognosci. Hic dicimus communia dicta,ꝙ illa sunt dicibilia,& non operabilia:& quòd secundum veritatem oporteret,ꝙ manus occurreret manui,& pes pedi &c. Considerandum est etiã,quòd ista cadũt &c. SED EFFECTA.Considerandum,quòd perfectio,i.bonitas operationum consimilium est bonitas accidentium retẽtiuæ,digestiuę,expulsiuę,& nutritiuę,quę fiunt per consimilem naturã, licet & organicę requirãtur in quibusdã.

EORVM VERO.Hic coæqualitas nõ sumitur pro eo,quod in diffinitione ponebatur &c. Dubitatur,vtrũ in homine temperato sint operationes meliores. Quòd non,quia phlegmaticus & melancholicus melius appetit. Item de animalibus aquila melius videt. Tertio coll.canis melius odorat, siue audit:& habentia vmbilicum asperum delectabilius odorant rosas,vt problemate. Dicendum(vt communiter dicitur) ꝙ meliores dupliciter intelligitur,vel absolute,& sic in multis meliores:vel in ordine,& sic in temperato. EORVM vero.Hic ponit signa sani multum,primo hic:secundo declarat quoddam:tertio ex conuenientia sermonum dictorum procedit ad notitiam corporum ægrorum & neutrorum in generali.secunda ibi,Genera autem.tertia ibi, in eisdem, Considerandum est autem,ꝙ notificato hoc corpore derelinquit nota signa. Dubitatur, cum hoc corpus sit sanum multum,quare per distinctionem notificauit illud, vt per defectum à semper sano. Considerandum est, quòd secundum Hali per hoc etiam dat intelligere in generali notitiam sanorum nunc,com.14. GENERA autem. Probat, ꝙ corpus deficiens ab optima,deficit in complexione,vel in compositione,nam in illis deficit, in quibus illa est perfecta:sed illa est perfecta in complexione,& compositione:ergo & c.maiorem primo declarat, secundo minorem:secunda ibi,temperantia. Dubitatur,vtrum genera ægritudinum sint eadem ijs,quę perficiunt operationes. Quòd non,quia,quod perficit operationes,est sanitas:sed egritudo nõ est illa eadem. Dicendũ,ꝙ genera

ægritudinum

A ægritudinum siue lapsuum esse eadem sanitatibus, à qbus fit casus, potest dupliciter intelligi, vel formaliter, & hoc est impossibile, quia habitus non est priuatio: vel substantia, & hoc sic, quia vnum est subiectum sanitatis & ægritudinis, vt Arist. in de causis longi. & breuitatis vitæ, & in primo de somno & vigilia. Ratio, quia circa viuum fit transmutatio de sano in ægrum, & econtra. Vel numero, i. totidem, &, quot sunt genera sanitatum, vel species, tot sunt ægritudinum: & de hoc est quęstio.

An non verum sit, quot species sunt sanitatum, tot esse ægritudinum. *Quæstio. XXX.*

VTrum sit verũ. Quòd non, quia Gal. in de re. sanitatis, 2 cap. vult, ꝙ existente vna sanitate optima malę erũt plures. In contrarium est Gal. hic, cum ait, Non posset intelligi conuenientius. Amplius Auer. 3 coll. primo ca. & 2 celi com. 14, & 5 physic. com. 5. Dicendum, ꝙ esse genera vel species ægritudinum æqualia generibus vel speciebus sanitatum, potest intelligi dupliciter, vno modo materialiter, quantum ad naturas, in quibus fundantur, vel circa quas versantur, & sic sunt eadem numero. Ratio est Gal. Cuiuscunq; naturæ sanitas est tẽperamentum, eiusdem naturæ ægritudo est distemperamentum: sed sanitas est temperamẽtum trium naturarum distemperatarum, quarum temperies reperitur ad sanitatem, vt supra dicebatur in exemplo de domo. Amplius, Non omnis natura, circa quam est sanitas, circa eam est ægritudo, vt probat Auer. 3 coll. ca. de gradibus officialiũ membrorum, vbi dicit, ꝙ ægritudo non superuenit vnicuiq; speciei sanitatis, sicut apparet de situ partium oculi.

Dicendum ad primum, quòd ægritudo in vna natura per se tollit sanitatem in eadem natura, vt ęgritudo & ma B la complexio tollit bonam complexionem. Si ergo compositio sit sana, debet dici sanus in compositione. Quandoq; tamen ad hominem dici ægrum ẜm totum sufficit in vna natura ægritudo, vt multa mala complexio stante compositione sana lædit totius operationes, & totum dicitur ægrum, tamen non est per se ægrum in compositione. Ad secundam dicendum, ꝙ circa quamcũq; naturam est temperamentum &c. Ad Auer. dicendũ, quòd dixit illud, quod à natura siue defectu naturæ non accidit: sed à casu & percussione potest tunica oculi exire. Alio modo pôt intelligi, ꝙ sint æquales numero & sanitates & ægritudines formaliter, & sic nõ sibi æquales: exẽplũ in moralibus, largitati opponitur Auaritia & Prodigalitas. Ratio, ab vno temperamento exitur ad multa distemperamenta, vt patet: & sic intellexit Gal. 6 de re. sa. Ad Auic. dicendum, ꝙ loquitur primo modo: vel aliter, quòd imaginatur in sanitate temperamenta virtualia illis ægritudinibus opposita. Ex quibus apparent duo, primum quòd sanitas potest dici extremum, quia proportio habitus vel perfectio: et ęgritudo extremum, quia imperfectio vel improportio vel inæqualitas. Alio modo potest dici medium, à quo cadunt extrema & c. Secundo, quęcũq; sanitas potest dici species specialissima, idest vna, vt sanitas complexionis temperati in calido & frigido: & ægritudo sibi opposita, erit species subalterna, quia nomine ægritudinis complexionis illi opposite importãtur duę ęgritudines ẜm speciem, s. calida & frigida. Alia etiam consideratione sanitas potest dici subalterna, i. continens simul sanitatem trium naturarum, & sufficit vnam naturam distemperari, vt sit ægrum. Tertio apparet, quid plus distet, an sanitas complexionis ab ægritudine frigida & c. IN EISDEM. Hic consequentia sermonis in generali C vult ponere signa ægrorum, & primo præmittit, secundo declarat, tertio colligit ex dictis corpora neutra in latitudine sanitatis: secũda ibi, Terminus: tertia ibi, Sunt vero. Dicit primo, ꝙ vitium & c. Considerandum primo, ꝙ hoc est quasi dubij remotio, quia genera lapsuum multum sani posuerat in eisdem, in quibus semper sanum erat tẽperamentũ: vult ostendere hoc esse cõe omni lapsui cuiuscũq; corporis ægri, siue simpliciter, siue nunc sit ęgrũ.

TERMINVS. Quia totus sermo præcedens ab illa parte, Ægrum vero. vsq; huc, deberet esse continuus, & est secundum rei veritatem, ideo dicimus, Terminus, i. signũ, vel illud, quo distribuatur vtrisq; sani multum. Et ęgrorum. secundum singulũ significatum est similis læsio, s. ægrorum, non tamen sani multum: & tunc declarat, i. addit, Optima vero. pro quia & c. dicit. s. cum hoc ea sana multum, & ægra magis & minus. Simpliciter vero ęgra. i. ægrotatiua, quæ sunt sana nũc. Isti textus multas possunt habere alias expositiones, tamen tota sentẽtia est hęc.

Corpora sana multum deficiunt parum quidem, & ideo operationes eorum nõ sunt sensibiliter lęsę. Corpora ægra nunc & simpliciter, i. ægrotatiua, i. sana nunc, deficiunt multum, & habent operationes sensibiliter lęsas respectu optime sani, sed respectu sui non sunt læsę. Corpora vero ægra nunc, & simpliciter, ẜm nostrũ modum habent operationes lęsas respectu optime sani, & respectu suimet. Ex hoc cessant multę contradictiones, quę videntur esse in commentis Hali, & opinio eius, qui dicit sensibiliter occultum. Alia sententia, ꝙ differunt illa corpo D ra per magis & minus resistere: & hoc applicatur ad sana multum, & sana nunc, quia, licet deficiant ab optima, tamen, quia parum, ideo magis resistunt, & per consequens semper sanũ maxime resistit & c. sed ęgrum simpliciter, idest ægrotatiuum, facile vincitur. Considerandum est autem, quòd Plusq̃com. vult, quòd, quia læsio operationum sani multum est insensibilis respectu sani semper, ideo Gal. induxit signum ad cognoscendum multum sanum & semper sanum, quòd dato malo cibo melius se tuebitur semper sanus, q̃ multum sanus: sed hoc non videtur, quòd sit bene dictum respectu immediati sermonis, cui continuatur magis & minus lædi, nullum. n. horum competit sano semper. Amplius, sicut læsio operationum est insensibilis in sano multum, ita insensibilis est minor repugnantia ad ægras causas communiter occurrentes: nunc vero infert corpora neutra: & ideo alia talis solutio dicit. Sunt ergo. ẜm latitudinem sanitatis ibi, Et diuiditur. Considerãdum est, quòd illa litera tripliciter exponitur, primo & secundo secundum Plusq̃com. Primo, Horum vtrorũq;, quę dicuntur & c. i. sanorum semper, sanorum multum ex vna parte: ægrorum semper, & multum ex alia parte. Secundo modo exponitur, Quæ vero dicuntur neutra, primo vel secũdo modo. Tertio modo exponitur, Horum neutrũq; sanorũ & simpliciter nunc. & inter medium neutrum ĩ fine dictum, quod vocatur in latitudine medium totius latitudinis sanitatis, & totius latitudinis ægritudinis, & tamen medium est vere neutrum. Considerandum est, quòd hic Gal. lucratur vnum corpus neutrum, de quo supra non fecit mentionem, quod neutrum est in latitudine sanitatis. Sed tu diceres, quare non dixit similiter neutrum in latitudine ægritudinis? Dicẽdum, quòd dedit intelligi, & Hali intelligit hoc com.

com.10,licet obſcure loquatur:non innuit tria ſignificata neutra. Vel aliter,ꝙ ratio neutri plus cadit inter ſanum E ſimpliciter & ſanum nunc,quàm inter ægrum ſimpliciter & ægrum nũc, quia quoddam ægrũ ſimpliciter eſt valde ſimile cuidam ægro nunc.

Corpus temperatum magis'ne cauſis ægritudinis reſiſtat. *Quæſtio. XXXI.*

DVbitatur,vtrum corpus temperatum magis reſiſtat cauſis ęgritudinis. Videtur,quòd nõ,Primo,cholericus magis reſiſtit ægritudinis cauſis infrigidantibus. Secundo,denſus in poris magis reſiſtit ægritudinis cauſis extrinſecus imprimentibus,vt inquit Gal.in libro de optima habitudine:vnde dilatati in poris magis patiũtur ab aere peſtilentiali:quod poſſet ſigno probari, quia videmus mulieres plus ſentire in aqua frigida cum pedibus. In oppoſitum eſt Gal. Hic primo eſt opinio antiqua,ꝙ cauſis omnibus ægris magis reſiſtit corpus tẽperatum.Ratio,quia virtus eſt fortior. Conſueuit contradici,quia iſta virtus agit cum complexione:ſed calor eſt fortior & maior,q̃ calor temperati:ergo magis reſiſtit. Secundus modus dicendi eſt Dyni & Mũdini,ſ.quòd in ægritudine eſt magis aptum reſiſtere temperatum corpus,ſed quibuſdam corpus diſtemperatum, ſicut cholericus magis reſiſtit frigidis rebus,q̃ temperatis: & ſiccatus magis reſiſtit cauſis humectãtibus, vt Gal.in li.de optima habitudine. Tertius modus dicendi eſt,quòd omnibus cauſis ægritudinis,quę ſunt humorũ ſuperfluitates ex corruptione,quia corrumpit ab intra corpus ſanum ſimpliciter,magis eſt paratum reſiſtere:& ratio eſt,quia bonitas virtutum nutritiuarum maior eſt in eo,q̃ in diſtemperato: ſed cauſis ægris exterioribus quibuſdam poteſt magis reſiſtere cholericus, & quibuſdam magis phlegmaticus &c. Quartus modus dicendi eſt Cõciliato. problematum 5,problemate 20,vbi dicit,ꝙ corpus temperatum,ſi bene regatur in ſex rebus non naturalibus,non eſt paratum ægrotare proprie à cauſa intrinſeca,& hoc propter bonam expulſionem ſuperfluitatũ:ſed,ſi in ſex rebus non naturalibus non bene regatur,maxime eſt aptum ęgrotare. F Iſte ſermo inter omnes videtur mihi minus inconueniens,& ſufficiens,& ratione contra Gal.primo,quia cauſæ ægrę non ſunt aliud, niſi res non naturales indebite approximatę:ſi ergo iſte eſt tẽperatus,magis aptus ægrotare:ergo minus aptus reſiſtere ægris cauſis. Ampli⁹, ſic eſt de diſtemperatis corporibus,puta cholericorum & phlegmaticorum,quia,ſi bene ſe regunt, tota vita ſtant ſana. Ars.n.conſeruatiua ſanitatis hoc promittit vſq; ad ſanitatem etiam corpora ſana nunc,vt apparet in libro de re.ſa.quia etiam indiuidualibus diſpoſitionibus infirmãtur:etiam corpora tẽperata poſſunt illud pati, vt ait Gal. primo ca. His poſtpoſitis reduco me ad antiquam opinionem,ſ.ꝙ corpora optime ſana magis reſiſtunt omnibus cauſis ægris:& hoc ex ratione talis ſanitatis,non ex ratione indiuiduali, quia temperatus citius poſſet mori & ægrotare quodam diſtemperato etiam ſe male regẽte, vt ait Gal.primo ca.Probatur ad ſenſum primo. Videmus homines bene ſanos reſiſtere omnibus occurrentibus melius alijs.Probatur ratione, quia habent virtutes omnes fortiores. Sed ad declarationem,quid antiqui per hoc voluerint,Sciendum eſt hic, ꝙ per virtutem nõ intelligo animam,ſiue potẽtiã animæ,quam ego pono non diſtingui ab anima,ſed intelligo quandam proprietatem,quę G conſequitur ipſorum complexionem,& hanc dico eſſe potentem ad reſiſtendum contra omnia occurrẽtia magis quacunq; proprietate ſequente diſtemperatas complexiones. Iſtę autem proprietates,quę ſunt formę ſpecificę, non menſurantur in vigore ſm exceſſum qualitatum,nec etiam acquirunt magis,vt ponitur, frigidę complexionis,& tamen attrahit ſic à calore,vt quinto cõ. Similiter homo cholericę complexionis plus reſiſtit ventis calidis,q̃; homo frigidę complexionis,vt primo cañ.fen 2,ca.de ſignis cõplexionum. Corpora.n.cholerica, licet ſint calidiora corporibus temperatis,non tamen reſiſtunt magis cauſis infrigidantibus,vt aquę,vel opij, q̃ corpus tẽperatum,& hoc,quia gradus ſuę proprietatis non eſt ita perfectus. His habitis formetur ratio. Corpus magis reſiſtit,quod habet proportionem perfectiorem: ſed hoc corpus eſt huiuſmodi.Probo per experientiam & teſtimonium: experiẽtia Gal.Cum.n.illa ſit quędam forma ſpecifica,non eſt via ad probandum,niſi experimẽtum tolleret,vt non de ſimplici medicina:&,cum conſiderauerimus,iſta forma ſpecifica non eſt forma alia, q̃ illa complexio. Ratio prædicta eſt talis.Imaginatur nãq; Ariſt.problematum ſecundo,problemate 9, quòd corpus temperatum magis ægrotat quolibet corpore. Vbi quærit, propter quid commenſurata corpora,i.temperata corpora laborent multoties & permutentur,i.alterentur facile:& ſoluit:& lege ibi. Vigoratur hoc ratione. Sicut homo ſe habet ad alias ſpecies,ita ſe habet homo temperatus ad alios homines:ſed tota ſpecies humana eſt magis paſsionibus ſubiecta,vt ſenſus oſtendit,q̃; alię ſpecies:ergo homo temperatus plures patietur ægritudines alijs diſtemperatis. H Conciliator ſoluit,vt ſupra apparuit,ſ.ꝙ homo temperatus,ſi male regitur,eſt aptiſsimus pati. Nos autẽ, vt ſaluemus Ariſt.dicemus, ꝙ Conciliator non intellexit problemata, quia corpora commẽſurata Ariſtoteles intelligit corpora in ſua vita delicata,omnem immoderantiã caloris aut frigoris, cibi & potus effugientia,& per incommenſurata intelligit corpora,quę ad multas res & diuerſas ſe aſſuefaciunt. Priora.n.corpora frequenter ęgrotant,quia,ſi parum frigoris tangit pedem eorum,ſtatim lęduntur hoc,quia ſtatim nocumentum communicatur, eo ꝙ totum corpus vniformiter ſe habere ita conſuetum eſt,ꝙ corpus non tangit illud: &,quia illorum ægritudo venit à parua cauſa,& quaſi diſpergitur,ideò de facili curatur. Sed corpora diuerſis conſueta rebus, dicta incommenſurata,ſi occurrat magnum frigus pedibus,vel magnus calor capiti,non propterea læduntur,qa conſueta eis: & hoc eſt,quod vult Ari.cum dicit,Incommenſurabile autem ſicut magis dependẽs.ſ.ad omnia extranea,ex quo eſt expertum & aſſuetum,non conuertitur.i.non permutatur:&,ſi conuerteretur,non conuertitur ex hoc totum corpus,ſed partes,quas tetigit. Et ex hoc Ari.ſuadet,ꝙ ægritudo illa nõ ſic cito recedit. Aliter poſſemus dicere, præmittendo,ꝙ ſermo Ari.eſt de ægritudinibus,quę parti aduenientes,toti communicantur, vel ſunt aptæ communicari:& tunc dicemus,ꝙ corpora temperata ſunt magis inepta reparationi ægritudinum,q̃ alia corpora, ſed eis receptis ſunt magis apta, vt in totum diſpergantur vel extendantur. Ratio primi, quia fortiter reſiſtunt, & ideo nec apoſtemata in exterioribus, neq; in alijs partibus, neque vltra deletoſa vel huiuſmodi facile incurrunt. Ratio ſecundi eſt, quia ipſa ſunt vnita, & ſub vno ſpiritu omnia membra bene adinuicem communicata,& ideo ægritudines,

A ægritudines,quarum communitas eſt per viam ſenſatę impreſsionis,vt per dolorem,ſtatim toti communicabuntur:non autem erit verum de communitate per materias,quia illa magis reſiſtit corpori temperato.Et ideo corpora optime ſana,ſ.ſanitate,quæ eſt per intellectum, eleuata in hoc condolent in vna parte, quare totum condolet. Corpora autem,quæ ſunt de natura brutorum quandoq; habent corruptiones magnas in vno membro, & reliquum corpus non patitur. Ad rationem,ſicut ſe habet homo & c.Primo nego ſimilitudinem.Aliter concedo, &,cum dicitur,ꝙ homo ægrotat plus,& pluribus ægritudinibus,dico,ꝙ ex ſua natura intrinſeca non eſt,ſed ex diuerſitate multa regiminum. Ad primam,contraria patet ſolutio,quia cholericus minus temperato reſiſtit & c.

Ad ſecundam,licet homo denſiſsimus non permittat ratione complexionis intus penetrare, tamē temperatus ex ſui proportione minus permittit penetrare. ET DIVIDETVR.Ex dictis ponit latitudinem ſanitatis, ſecūdo dat ſigna illorum corporum,tertio infert habitudinem illorum ſignorum adinuicem,ibi ſecunda,Dolētia.ibi tertia,Signa ergo. Conſiderandum eſt,ꝙ per neutrum intelligit non neutrum cōualeſcentię vel decidentiæ,ſed illa corpora,quæ ſunt ſana non ſimpliciter,neq; nunc ſana:per ægrorum intelligit ſana nunc,quæ dicuntur ęgrotatiua. Ex hoc ceſſabit primo quæſtio de quatuor,vtrum ſit bona diuiſio contra dicentes, ꝙ ſanitas non diuiditur in ægritudinem. Dicendum,ꝙ ægritudo hic ſumitur pro ſanitate nunc,quę reſpectu optime ſani poteſt vocari ægritudo,quia multum reſpectu illius delinquit. Secundo quæſtio eſt iſta,quæ ſanitas eſt illa, cuius latitudo diuiditur. Reſponet Dynus,ſanitas dicitur latitudo tripliciter,vna latitudo,i.totalis ambitus:alia latitudo,i.latarū

B ſanitatum,quæ contra diſtinguuntur punctuali ſanitati:& credo,ꝙ hoc fuit vitium recolligentis,& ideo non proſequor. De tertio dicit,ꝙ illa latitudo ſanitatis eſt ſanitatis lapſę, deficientis ab optima.Mundinus dicit (quod plus mihi placet)ſ.quòd ſanitas,quæ hic diuiditur,eſt totus ambitus ſanitatis:hoc patet Primo per Gal.Totius ſanitatis.Secundo,quia,cum ſit ſupra accepta ſanitas pro omni corporis ſani ſanitate.ſ.ſimpliciter,neutra, & nunc. Tertio,quia ſimpliciter videtur hic & in primo de ac.& morbo:ſed ibi omne diuidit. Ad primum dicēdum,ꝙ ibi non ſunt vniuerſaliter ſumpti,nam optima ſanitas eſt terminus intrinſecus,ſed ægrum extrinſecus:& ideo non ſequitur,extrinſecus vnum,ergo & reliquum,Sicut ſi dicerem,omne,quod eſt à ſummo albo vſq; ad nigrum, participat ratione formali albedinis:hic excludo nigrum,non tamen propter hoc excludo ſupreme album. Tertia quæſtio eſt,vtrum ſemper ſanum,ſiue optime ſanum ſit comprehenſum in hac latitudine ſanitatis. Dicitur,quòd ſic,quia hic ponitur neutrum,quod eſt in medio ſani ſemper,ſiue ſimpliciter,& ſani nunc,dicti ęgrum ſimpliciter apud aliquos:ſed,qua ratione vnum extremum ponit,vt nunc ſanum,eadem ratione aliud vt ſemper ſiue ſimpliciter ſanum. In contrarium eſt Gal.infra,qui ponit ſanitatem illam pręter optimam ſanitatem : & Dynus pluries huic quæſito obuiauit,& finaliter vult,ꝙ iſta quæſtio quærat,vtrum optime ſanum ſit ſanum nunc. Reſpondet,quòd ſanum nūc poteſt dici eſſe,quod habet propriam ſanitatem,& ſic optime eſt ſanum. Alio modo pro eo, quod habet defectam ſanitatem,& hoc modo non,quia hic diuiditur ſanitas,vt defecta:ideo ſanitas optima nō eſt

C in hac latitudine. Nos dicemus,ꝙ quæſtio non quærit hoc,ſed quærit,an ſemper ſanum ſit in latitudine ſanitatis:ſemper.n.ſanum videtur habere ſanitatem optimam,quæ non eſt lata:quomodo ergo,quod nō eſt latum, poteſt ſtare in latitudine? Cum autem ſermones Plusq̄com.collecti fuerint,ſunt iſti,vt opinor, veri.Optima ſanitas eſt in latitudine ſanitatis,& tamen non eſt ſanitas lata.Exemplum,punctum eſt in latitudine linearum,& tamē non eſt linea,vel latum quid.Probat ſecundum ſecundę,ꝙ ſanitas ſemper non habet latitudinem, quia tunc in ea corpora compararentur:ſed non comparantur,quia tunc vnum in illa eſſet magis ſanum alio,& ſic minus ſanum non eſſet ſemper ſanum.Et intellige,ꝙ non ſunt ſemper comparabilia tota totis, quia per decurſum ætatum ſunt comparabilia.Probat primum, quia illud eſt in latitudine ſanitatis,quod eſt ſicut pūctum,à quo omnes ſanitates æque diſtant,quaſi extrema à puncto,ſed à corpore ſemper ſano:hoc eſt accipiatur ſemper ſanum in calido & frigido,quod eſt optime in his temperatum. Manifeſtum eſt,ꝙ in vltima diſtemperātia præter naturam conſiſtūt corpora ægra extra totam ſanitatem,ſed diſtemperātia naturalis vel eſt pauca,& ſic vtrūq; ſunt corpora ſana multum,quæ latitudinem habent,in qua ſunt inſeparabilia:& ſi ſint multa,quæ ſtent corpora nunc ſana,in medio vero ſunt neutra. Ad Gal.dicendum,quòd nō poſuit eum infra in latitudine ſanitatis factę,ſ.quia non eſt reperibilis,ſed cōiecturabilis,ita ꝙ ſigna ſupra poſita optimę ſanitatis reperiūtur in re extra. QVIBVS deinceps.Cōſiderandum eſt,ꝙ ſm noſtram expoſitionem omnia ægrotatiua corpora in actu infirma dicuntur, ſiue ægra nūc,

D ſiue ægra peſsime,quæ vere vocantur ægra ſimpliciter.Omnia ergo illa ſunt talia, quia omne corpus de illis qñq; poterit ægrotare febre vel vulnere,& dicetur actu ægrotans.

Cur non diuiſerit Gal.latitudinem ægritudinis,ſicut ſanitatis. *Quæſtio. XXXII.*

DVbitatur,quare non diuiſit ægritudinis latitudinem Gal.ſicut fecit ſanitatis. Omiſſa ſolutione Dyni, quia credo recollectorem male recollegiſſe,& hoc ideo eſt,quia ſanitas eſt ſecundum naturam, & ægritudo p̄ter naturam & c.Dicemus,ꝙ poteſt diuidi in peſsimam ægritudinem,& ægritudinem debilem, & mediam.Et dedit hoc intelligi, nec voluit vltra ſe extendere,quia pertinent illa ad libros de morbis.

DVBITATVR ſecundo,quia deinceps dicet,ꝙ ſunt corpora neutra decidentiæ & c.qñ illa ſana cadunt & c. Reſpondet Plusq̄com.ꝙ hic neutrum datur intelligi per ægrum nunc:in vtroq;.n.poteſt dici læſio ſenſibilis operationum,& per hoc diſtinguitur à ſanis,in quibus reſpectu propriarum ſanitatum non eſt ſenſibilis læſio : ſed in neutro & ęgro nunc reſpectu operationum ſuarum,qñ erant ſana,eſt læſio ſenſibilis:tamē in neutro eſt inferioris ſenſus,quia nominata ſenſibilis,ſicut in ęgro nunc ſm Hali illa neutra corpora poſſunt dici ſana,& poni in latitudine ſanitatis apparentis:vnde,dicit,ſunt in iudicio ſanorum.

Quid ſignificetur per operationes,quarum ſenſibilis læſio corpus ægrum eſſe oſtendit. *Quæſtio. XXXIII.*

DVbitatur,quid intelligamus per has operationes,quarum ſenſibilis læſio determinat ſiue demonſtrat corpus eſſe ægrum. Reſpondet Plusq̄com.hic,& ſupra ca.de ægro,quòd per has operationes intelligimus militare,

litare,venari,& artificiari ſm quālibet artem,& conuerſari, ex ſenſibili impedimēto quarum corpus dicitur ęgrū nunc. Hoc probatur coniungendo dicta ſua ſupra,& hic,& infra illo capitulo,Torſio vero in vētre.et Primo per Hali 123 commento,& 375 commento.Per Gal.primo de creticis 7 ca.qui quærēs de principio morbi,vult, quòd ſit, quando operōnes ſunt leſæ ſenſibiliter,ſ.cōuerſationis:& hoc videtur requiri,vt corpus totum ſit nūc ęgrum. Tertio rationibus oſtenditur,quæ ab eo ſumuntur.Prima,vel corpus dicetur ægrum impedimento conuerſationis & artificiationis,& ſic habetur propoſitum:vel alicuius partis impedimento,& hoc eſt falſum, quia quandoq; vna operatio vnius membri eſt ablata,& nec infirmus,nec medicus ſentit.Et,licet ipſe non ponat exempla,ſunt tamen iſta. Aliquis poteſt perdere odoratum in vna cornicula,& non percipiet ipſe per ſe.Item aliquis iam incurrit vnius oculi cataractam,& ſubito & diu ſtetit non impediens illi ſenſibilem operationem, lęſionem habet, & tamen ſm partem illam eſt ægrum:ergo debet intelligi ſenſibilis operatio totius,ſ.conuerſari,artificiari &c.Secunda,illarum operationum læſio ſenſibilis determinat ſeu diſtinguit corpora ægra nunc ab alijs,quarū læſio ęgrum non latet:ſed hæc læſio operationum,quibus conuerſatur &c. In ca.vero de ægro innuit hanc rationem, Corpus dicitur ægrum ſm aliquod membrum vel ſm totum minore læſione, q̄; ſit prohibitio vel deſtructio harum operationum,quæ ſunt membrorum actiones,& quæ non ſunt conuerſationes:ergo læſio ſenſibilis determinans corpus ægrum non debet intelligi læſio ſenſibilis operationum,ſed conuerſationum volūtariarum circa artes.Et huiuſmodi conſequentia nota eſt,quia ægritudo ſtat abſq; illa ſenſibili prohibitione operationum.Ergo illa non eſt ſignum.Antecedens probatur,licet ipſe non declaret,quia in ſtomacho alicuius poteſt eſſe dolor, vel in vētre, & per conſequens aliqua ægritudo,& tamen operatio ſtomachi vel ventris non erit prohibita vel ablata:ſtat ergo complexio ſuæ operationis.Siquis conſideret ſua dicta in hac propoſitione,nihil requiritur ad aliquid iudicandū de toto corpore,quod ſit ægrum vt nunc,niſi ſenſibilis læſio ad conſuetas operationes, quæ ſunt occupationes in exercitijs voluntarijs neceſsitati humanæ:& formatur iſta propoſitio ex dictis eius in ca.de ægro. Contra hanc concluſionem arguo primo ſic,vt ſupra.Nulla pręcedente operatione conſueta circa conuerſationes humanas aliquis poteſt eſſe nunc æger,vt puer in vtero, vel ſtatim cum naſcitur : ergo illud ſignum non eſt vniuerſale.Poſſet ſic cauillari,ꝙ ille non haberet ægritudinem totius.Contra,Quancunq; febrem pones in illo, quando erit ſartor, eandem nunc ponas. Secundo dices,Ille prohibetur ſurgere,aut manus mouere membrū, ſed ſtatim ſibi amputantur manus. Amplius illę ſunt operationes, quæ dicuntur conuerſationes ſiue artificiationes. Secunda ratio.Tunc aliquis febriens non erit æger in toto.Probatur, quia aliquis homo fortis habens actu febrem debilem non dimittit opera conſueta,vt eſt conſuetus,ſicut eſt ire ad eccleſiam, & nihil aliud facere conſuetus:& ideo Gal. voluit à decubitu ſumere principium febris, decubitus.n.dirimit opera conſueta alicuius, poſtq̄ febrijt.Poſſet cauillari dicendo,ꝙ febris & mala complexio calida cordis eſt ægritudo:vt vero totum corpus non prohibet à cōſueta conuerſatione,dicitur neutralitas nūc.Et poteſt confirmari per ſermonem Gal.infra de ſignis prognoſticis, vbi eandem diſpoſitionem dicit ægram & neutram ad diuerſa relatiue.Sed mihi videtur mirabile, ꝙ medicus aliquam febrem ponat neutralitatem. Amplius talis neutra febris eſt frequenter medico nota,& inde ſumit principium ſuæ ægritudinis:ergo in alijs neutris diſpoſitionibus inde incipiet ponere principium ægritudinis : quod non facimus,imo ab ipſa ægritudine ponimus principia ægritudinis, & non à neutralitate ægritudinis. Tertia ratio.Tunc aliquis erit æger in toto prius, q̄ ægritudinem habeat.Probatur.Homo debilis abſtinet ſe ab aſſuetis operationibus ex accidentibus quibuſdam præuenientibus febrem:ergo ante,q̄ ægrotet, habet ſenſibilem læſionem operationum. Solutio ſubtilis,ꝙ ille ægrotat tunc,ſed non ea ægritudine, qua ęgrotabit poſtea,ſ.febre. Dicemus etiam ſubtiliter,ꝙ,cum præcedens ratio, & illa, ſint acceptæ ex intentione Gal.primo de criticis,& Auic. 2 quar.tract.2,primo imaginandum eſt,ꝙ voluerit eſſe principium ægritudinis tunc,quando homo incipit abſtinere à conſuetis,vnde decumbit ſcilicet,nec eſt principium febris, nec principium alterius ægritudinis totius corporis,principium ſcilicet, quod eſt prima pars ægritudinis totius corporis:nam Gal.non proprie dubitaſſet inde incipere criticorum computationem,ſicut fecit in febre poſt partum:nam accidentia illa ante febrem,quibus homo debilis decumbit,ab eadem materia procedunt, à qua & febris futura. Ex his autem duabus rationibus formatur vna talis ratio.Illud non eſt ſignum ægritudinis,cuius oppoſitum ſtat cum ægritudine,& econtra:ſed cum exercitio conſuetarum operationum ſtat ægritudo,&,cum decumbit à dimiſsione cōſuetarum operationum,ſtat non ægritudo:ergo illud ſignum nō eſt certum ſiue neceſſarium ad ſignificandum totum corpus eſſe ægrū nunc. Iſtam tamen rationem tertiam non reputo fortem,quantum ad vnam ſui partem. Quarta ratio. Tunc ægritudo ſiue diſpoſitio vnius & eiuſdem gradus & impedimenti à tempore eueniens,vni erit ægritudo,& alteri nō ęgritudo:quod videtur inconueniens.Conſequentia tenet,quia,ſi amputetur pes ſutori,& curſori, vnus prohibetur à conſueta operatione,vt curſor:alter non,vt aſsiduus ſutor. Iſta inconuenientia, ad quæ deducit ſecunda & tertia ratio, diceret Plusq̄com.non eſſe inconuenientia,vt apparet infra illo cap.Tertio vero in ventre. Quinta ratio.Tunc idem homo ex ſuperflua tonſione vnguium erit æger,& ex pedū amputatione non erit æger:quod videtur abominabile,quia colligens perlas,qui eſt vnus artifex non paruus,dimittit conſuetam operationem nocumēto vnguis,non tamen pedis perditione.Et multa conſimilia argumenta poſſent induci,quæ per te conſidera, ſicut aliàs induximus argumentum,ꝙ habens cataractā in oculo non dicitur æger,ſed,ſi hac ſtante alteri oculo ſuperueniat clauſio palpebrę,dicitur æger,& tamen,ſi oculo chataractoſo ſuperueniat eruptio, non dicetur æger in hoc. Hoc tamen argumentum de oculo eſt ſolubile. Secundo procedemus per ea,quæ prędictam opinionem inueſtigabunt,quid intelligat per ægritudinem nunc totius.

HIC SCIENDVM EST, ꝙ apud volentes intelligere ſuam opinionem non poteſt intelligi ægritudo totius, niſi illa,quæ lædit operationem totius. Aut ergo primo intelligemus operationes totius,eas,quę ſuper toto & qualibet parte ſunt extenſæ,& illę non ſunt niſi operationes nutricationis,quibus totum & quęlibet pars ſe regit. Aut

ſecundo

A secundo intelligemus operationes totius, illas, quæ sunt in membris, & fere in pluribus partibus corporis, & proprie in habitu totius perfectiores operationes, quæ sunt in eis, in quas totum corpus sicut in perfectum finem est ordinatum, quomodo operatio cogitatiuę virtutis siue operatio intellectus est operatio intellectus. Aut tertio operatio totius potest dici illa, quæ fit virtutis, quæ est actus totius: & hoc modo visio potest dici actio totius proprie ſm nostram opinionem, quam tenemus, ꝙ anima sensitiua sit forma substantialis cuiuslibet partis corporis, & ꝙ totum corpus videt per oculum, & ambulat per pedem: & isto modo improprie dicitur operatio totius. Aut quarto dicetur operatio totius, quia membri principalis operatio: & sic dicetur operatio totius, quia totū ordinatur ad illam, & partes eius ſm illam ordinantur, sicut etiam operatio circa aliquam artem, quæcunq; sit, potest dici operatio totius. Nam omnes sunt operationes sensitiuæ & motiuæ totius, quæ sunt operationes principales in ratione finis: & sic omnia membra sensitiua & motiua determinantur ſm exigentiam operationis pro illa arte. Vnde dicemus, ꝙ pes carpentarij dolabrat: & pes sutoris suit, quia quiescit eorum pes quiete ordinata ad dolabrandum & suendum: & iste modus dicendi operationis totius, est, quem credo Plusq̄com. magis intelligere. Sed nec iste videtur mihi proprius modus apud medicum intelligendi operationes totius. Nam, cum sanitas sit dispositio naturalis, & ab intrinseco inhærens, vt ipse vult, inclinationes ad operationes perficiendas sunt ab intrinseco, & circa illarum perfectiones sanitas versatur, quæ sunt ambulare, & manibus capere, & sentire. Et ideo impedimentū operationum, quas perficit, vel debet perficere sanitas, est, quod significat ægritudinem: sed operationes circa hoc ne-

B gocium vel possunt esse solum ab extraneo, pauca volūtate vel coactione, vt in actibus seruitutis. Sed tu dices, omnis operatio motiua est ab extraneo, quia ab obiecto, vel voluntate. Dicendum, ꝙ mouere manum & pedem considerantur ab obiecto & voluntate: & sic in velle vel non velle non est ægritudo nec sanitas, cum sint libera. Alio modo, vt fiunt à calore nostro & dispositionibus intrinsecis, & vt sic, sunt, circa quas fit læsio vel perfectio, q̄bus significamus sanas manus vel etiam infirmas. Amplius, & si hic sit proprius modus dicendi circa omnes artes esse operationes totius, ostendetur tamen, ꝙ ex impedientibus vel benefientibus apud medicum non debemus dicere corpus sanum vel ægrum. Ex dictis inferunt sex propositiones ſm sex membra prædicta, Prima est. Operatio totius, quia cuiuslibet partis, est operatio nutritiuę. Secunda propositio. Operatio totius potest dici operō sensus tactus. Tertia propositio. Intellectus operatio siue cogitatiuę potest dici operatio totius. Quarta propositio. Operatio vna vnius partis potest dici operatio totius improprie, vt visio. Quinta propositio. Operatio cordis potest dici operatio totius. Sexta propositio. Operatio vna, quæ est vna artificiatio potest dici operatio totius proprie vel improprie. Tunc discurrendo ponantur istę conclusiones, Prima est. Lesio sensibilis operationum cōsuetę artis siue conuersationis non significat ęgritudinem totius primo modo, quę est ęgritudo nutritiuę virtutis, quia bene se habente nutritiua totius potest propter digiti puncturam vel propter verrucam in plāta pedis impediri, & tamen erit læsus in operationibus totius, & non dimittetur conuersatio nunc: sicut sartor habens principiū hydropisis cachectus suet, & conuersabitur, vt sensu notum est. Secunda conclusio est. Læsio sensibilis consuetæ

C artificiationis non ostendit ægrum corpus ægritudine lædente totius operationes, quæ est sensatio sensus tactus, nam in fluxu ventris sępisime carpentarius dimittet carpentariam, & tamen est boni tactus. Contra tertiā propositionem arguitur sic. Sensibile impedimentum exercendi artes stat cum bona operatione æstimatiuę siue cogitatiuę & intellectus: ergo illę non dicuntur ęgrę, vel illę non dicuntur læsę operationes. Et sic contra quartam propositionem, & contra quintam consimiliter potest argui. Contra sextam arguitur sic. Nullius operationis impedimento sensibili totum corpus debet dici ægrum nunc, cum quo sensibili impedimēto stat quādoq; omnium principalium & nobilium membrorum optima dispositio in complexione, & in omni natura, et totius etiam cōplexio & compositio stat sana: sed cum sensibili nocumento artificiandi hęc stant, vt apparet in sartore, qui impeditur, quia nimis totondit vnguem, aut quia pūctus est in digito. Sed tu dices, ego dicam, ꝙ cerebrum & cor & omnia membra sunt ægra, inquantum sunt in toto ordinato ad illam operationem. Ista videtur mirabilis ægritudo totius, cum optima principia optime se habeant. Amp̄. sicut diximus, ista determinatio cordis ad hanc operationem est extranea & accidentalis. His habitis dicamus, ꝙ sensibilis læsio operationum significās corpus ęgrū nunc, est sensibilis læsio illarum operationum, quas corpus sanum perficit: corpus autem sanum perficit operationes perfectas totius & partis ſm modos prædictos: ergo sensibilis læsio operationum totius, vt verbi gratia primo

D modo læsio nutritiuę in toto, significat ægritudinem appropriatam nutritiuę totius, siue per se, siue per communitatem hepatis. Et hoc modo ex cachexia & hydropisi arguimus ægritudinem totius, lædentem sensibiliter operationes circa nutrimentum. Et sic authores nostri procedunt ad cognoscendum, vt apparet in libro de substantia virtutum naturalium. Et ex stupore in toto, quia est sensibiliter læsa actio sensus tactus, arguimus ægritudinem totius appropriatam. Eodem modo, cum discurramus partes ex læsione sensibili operationis visiuę, arguimus oculum ægrum nunc per se, vel per communitatem. Et sic de singulis partibus & operationibus nostri corporis, sensibilis operationum læsio est signum ægritudinis, vt dicit Gal. Ex quibus concludimus, ꝙ sensibilis læsio alicuius partis est signum ægritudinis nunc alicuius partis.

Virtutis aut membri alicuius, sensibiliter læsæ operationes aliquam ne ægritudinem necessario arguant. *Quæstio. XXXIIII.*

DVbitatur, cum operationes, quibus artificiamur, sint operatiōes alicuius virtutis & alicuius membri: ergo, quando circa has operationes fit impedimentum sensibile, necessario aliquam egritudinem arguit vel ostēdit. Considerandum est, ꝙ non posse exercere artem consuetam significat absolute & indistincte, ꝙ corpus est ægrum nunc: & significat, ꝙ sit in toto, vel ꝙ sit in parte ægrum nunc, sed post hoc iudicium, ſm quod cognoscitur, ꝙ ægritudo, qua iste non potest artificiari, est in vna parte, verbi gratia punctura digiti sutoris: vel in toto, vt febris. In hoc ergo primo iudicio, quo dicimus, iste carpentarius nō potest suam artem facere, ergo ægrotat,

communiter

communiter se habet medicus respectu vulgi:nec aliquis eorum dicit totum,vel partem,sed q̃ ægrotat. Sed cõtra hoc est ratio,quæ potest formari ex illa ratione superius facta contra rationem Plusq̃com. Nam aliquis debilis ex dispositione antecedẽte febrem,s.ante, quàm febriat,decumbet,& nõ poterit cõsueta agere,& tñ non est eger. E

Solutio, dico,q̃ non est æger ægritudine totius(& hoc sufficit cõtra Plusq̃com.)sed dicam,q̃ est æger ægritudine partis. Dispositio.n.ante febrem potest esse ægritudo respectu virtutis motiuæ pedum vel manuum: vel respectu capitis,vnde dolet:vel stomachi,vnde non appetit:& tamen neutra illarum læsionum est à febre, nec ab ægritudine totius,quæ sit ægritudo ante,q̃ febriat,& à qua posśimus numerare creticos dies. Considerandũ est etiã, q̃,sicut lesio artificiandi est iudicij signum,quia non iudicat egritudinem nec in parte determinate,q̃ sit sensibilis læsio operationum totius,vt mala nutricatio in hydropisi, ita læsio sensibilis operationũ partis est signum distinctum & scientiale siue artificiale,quia significat hoc totius ægritudinem,& hoc ægritudinem partis. Et ideo de hac sensibili lesione debemus intelligere,cum dixit,Sensibilibus lesionibus operationum determinatam. Considerandum est tertio,q̃,licet non sit hec propositio vera,Omnis,qui non potest exercitari in sua arte, habet aliquam ægritudinem totius vel partis. tamen conuersa non est vera, Omnis.s.habens aliquam ægritudinem actu in toto vel in parte non potest artificiari,vt in exemplis dictis patet,Sartor cum amputatione pedis,& cachexia: etiã quia non dum aliquis aliquam artem consueuerit,vt infans modo natus. Sunt ergo conclusiones,in quibus stat veritas quæstionis,istę quatuor,Prima. Sẽsibilis læsio operationum totius,vt mala nutricatio hydropica,est signũ egritudinis totius:& sensibilis lęsio operationum,vel operationis partis,vt cecitas est signum ęgritudinis partis. Et ecõ F uerso,si ægritudo est in toto,lędit sensibiliter operationes totius:&,si ægritudo est in parte,lędit sensibiliter operationes partis. Ratio est,quia ille est effectus ægritudinis,s.lesio sensibilis operationnm,sicut oppositum est sanitatis effectus. Contra,febris est ægritudo totius,& quandoq; inest, & non lędit sensibiliter operationes totius,s. nutricationis actum. Dicendum,q̃ febris est propria pasśio cordis, & ideo sensibiliter lædit operationes cordis,s. pulsationis,& sic operationes totius virtualiter,quia cor est virtualiter. Contra,calor, qui est in membris, vt in subiecto,est formaliter ægritudo,quia distemperamentum:ergo lędit operationem membrorum. Quæ ergo sunt illę lesę operationes circa nutrimentum,quibus calor cordis stat vt princeps, quas medicus arguit læsas ex sensato signo,significante cor ægrum. Vel arguitur,q̃ per operationes intelligimus quãdoq; nõ virtutis actum solum, sed large operationes sumuntur pro quibuscunq; operationibus:vnde calefacere manum tangẽtis medici mala calefactione potest improprie dici mala operatio. Contra,hoc non sufficit,quia quandoq; calor febris apparet ad tactum tepidi sibi. Solutio, primo, q̃ omnis calor febris tactui medici apparet inconueniens, licet non omnis sit in gradu,imo quandoq; remissus:vel q̃ sufficit ægritudinem totius habere vnum signum sensibile,sicut febris habens pulsum sensibiliter mutatum,quicũq; sit pulsus cordis,& in quacũq; arteria. Secunda conclusio est, q̃ signum sumptum à sensibili læsione operationum est signum artificiale in libris traditum:vnde Gal. statim in generali intendit primo de accidẽti & morbo,cum dixit, Actionem suam facere nequeunte,vel impedite facere, infirmus appellatur ſm illud membrum. Ergo vult, q̃, qui manu non potest capere,sit infirmus in manu:& ſm hoc carpentarius non potens actu dolabrare manu,dicetur infirmus in manu,non in toto. Tertia conclusio est. Sẽsibile impedimentum conuersandi vel artificiandi significat,q̃ in corpore talis artificis est aliqua ægritudo:nõ tamen significat eam esse partis vel totius,quia ægritudine totius potest impedire,& etiam ægritudine partis, quia in homine consueto artificiari posśumus arguere,quòd est ęger,si illam nõ potest exercere. Ideo Gal. hoc signum assumpsit hic,& infra de signis prognosticis. Quarta conclusio est hec,quòd signum,quod est sensibile impedimentum artificiandi,est commune medico & vulgo:intantum tamẽ differt medicus à vulgo, inquantum sciret se distinguere,simul autem se ægrotare. G

Dubitatur secundo circa principalem conclusionem:nam dictum est, q̃ sensibilis læsio operationis vel operationum partis distinguitur,& ostendit partem esse ægram,vel significat,& sic de toto. Cũ ergo, quod est sensibile,aliquo sensu comprehendatur,quero,quo sensu sint illa signa sensibilia, an sensu medici, vel infirmi, & an visu,an odoratu,vel quo sensu. Hic præmittimus primo hoc fundamentum, q̃ impedimentum sensibile operationum,quo dicimus corpus esse actu ægrum, non debet intelligi respectu corporis optime vel semper sani,quia quilibet præter sanum multum,respectu illius habet sensibiles,i. manifeste defectas operationes,s. tã corpora sana nunc,q̃ illa, quæ vocantur neutra, quę sunt in latitudine sanitatis. Et de hac sensibilitate loquitur Gal. cum dicit,q̃ est vtriusq; discretiuus:& est sensibilis læsio operationis. Subdit postea, quòd corpora deficientia ab optima,s. parum sana,& multum,sunt aliquod modicum & insensibiliter læsa respectu optime sani. Omniũ ergo corporum deficiẽtium à semper sano,præter sanorum multum,operationes sunt sensibiliter,i. manifeste, defectæ siue lęsę respectu semper sani,& solius sani multum sunt sensibiliter operationes defectę. Debet igitur intelligi siue impedimentum sensibile,siue nocumentum,siue læsio,siue defectio respectu eius, respectu cuius sunt hę operationes,operantur ad eas,quas ille prius habuit vel habere debuit,sunt sensibiliter læsę vel defectę,& positę extra latitudinem sanarum operationum. His habitis dico primo,quòd operationes esse lęsas sensibiliter, est eas manifeste esse læsas ita,quòd sensus hoc comprehendat. Secundo,illa autem comprehensio aliquando fit fortiter, quia video,quòd claudicat,ergo infirmus pede. Aliquando est comprehẽsio eius in sua causa,neq; expectamus iudicare de operatione male comprehensa,sicut cum video priuatum oculis, aut habentem pedem amputatum. Et quãdoq; in suo effectu,sicut in operationibus nutritiuę,quę in se nõ sunt sensibiles,sed in operationibus,vt in vrina, & in similibus. Ita etiam sensibilitas defectarum operationum quandoq; fit sensu medici & non sensu infirmi, nisi quia medicus sibi narrat, vel alius. Exemplum primi aliquis syncopizans vel apoplexiãs apoplexia minori,qui adhuc viuit. Aliud exemplum,infanti in vtero paulatim oculi exiccantur sic,quòd nunq̃ videbit:ille est æger actu,& nunq̃ tamen erit sibi notum vel sensibile se non videre,nisi cum sibi notificabitur, & tñ erit sensibile H

suæ

A ſuæ æſtimationi, vel notum ſuo intellectui. Si enim nihil diceretur, omnes homines crederet eſſe tales, qualis ipſe
eſt, & non perpenderet ſe aliquo eſſe priuatum. Nec proprie poteſt dici, ꝙ ſua priuatio ſit comprehenſa ſua virtu-
te viſiua, cum careat organo viſus. Aliud exemplum, ꝙ ſit aliquis, cuius ars ſit ſedere ad banchum, & pauca age-
re: ſuperueniat ſibi ethica in prima ſpecie, quæ poteſt eſſe inferioris gradus caloris quadam ephemera, vnde leuis
eſt calor & ſenſu imperceptus: iſte ſtabit ad ſuam artem, & non ſtatim erit ſibi notum ipſum habere ethicam: me-
dicus tamen conſiderabit pulſum, &, quia quædam ephemera præceſsit, iudicabit eum ægrum. Exemplum ſe-
cundi, ſi aliquis habeat ſibilum auris, vel imagines, medicus de hoc nihil comprehendit, niſi infirmus ſibi narret:
& tunc hæc actio eſt læſa ſenſibili æſtimatione medici comprehendentis à relatione infirmi: & in hoc decipitur
medicus, inquantum infirmus ipſi non verũ dicit, & hoc vel quia fingit, vel quia alienatus imaginatur in ſe, quod
non eſt. Tertio dico, ꝙ ſenſus, quibus comprehendit medicus operationes ſenſibiliter læſas, ſunt ſenſus particu-
lares quinq;, & ſenſus intrinſeci, & quandoq; cũ vno, & quandoq; in pluribus, ſiue percipiatur actio læſa in ſe, ſiue
in cauſa, ſiue in effectu, vel quocũq; ſigno. Medicus enim videt claudicantem, & cataractam in oculo, & vrinam
ĩ modũ loturæ carnis: audit rugitus & ſonitus aquæ motæ in hydropico: odorat fœtida vel alia geſta extra ſe omit-
timus: cognoſcit trementia membra ſupercalefacta, vel infrigidata, vel conſimilia: quandoq; autem ſenſu interio-
ri comprehendit motus vel ſigna narrante diſpoſitionem infirmo, ſicut in habente ſibilum auris. Conſimili
modo quãdoq; læſæ operationes ſunt ſenſibiles ſenſibus ægrotantis, ſicut imagines viſui, ſibilus auditui, fœtor na-
B rium, amaritudo oris, dolor tactus, & læſiones operationum intrinſecarum virtutum. Tunc conſidera, ꝙ illarum
comprehenſio fit ab infirmo, inquantum recitatur medico, quia comprehendit ſe comprehendere ſic per virtu-
tes intrinſecas: ſenſu enim cõmuni quis iudicat ſe videre, i. iudicat de actiõe ſenſus particularis. Apparet ergo,
ꝙ ſenſibilis læſio operationum ſignificat corpus eſſe ægrum, ſiue operatio ſit in toto extenſa, ſiue ſit partium de-
terminatarum: & ꝙ iſta comprehenſio fit ſenſu medici vel infirmi, & ab infirmo fit medico nota. Diximus autẽ,
ꝙ hæc ſigna inueniuntur ſcripta in libris medicorum: & hoc generaliter primo, ſicut fen ſecunda primi cañ. illo
capitulo, Accidentia & ſignificationes. & in libro de accidenti & morbo, & in libro de interioribus, & in libro
techni, & in multis locis. Inuenies etiam iſta ſpecialiter in capitulis cuiuſcunq; ægritudinis cum cauſam conſide-
rabis Haliabatem primo theoricæ, & Raſim ſecundo Almanſoris in capitulis, in quibus diſpoſitionem tremendi
ſenſus, vbi conantur ſcire eius ſanitatem & ægritudinem: & ideo ſingulariter perquirunt de omni membro. Expe
ritur etiam eum currere, & manibus texere, loqui, & conſimilia agere, & generaliter per malas & bonas operatio-
nes comprehenſas à medico ex interrogatione ſerui, & etiam domini, vbi oportet, & inſpectione vrinæ & caloris
iudicat illum ſanum, vel ægrum, vel neutrum. Sed contra prædicta eſt fortis imaginatio ſeu ratio. Senſibilis læ-
ſio operationum eſt, per quam iudicamus hominem ægrum, ſecundum Plusq̃cõmentatorem & cõmunem ſentẽ
C tiam debet intelligi reſpectu eius, quod prius fuerat, cõparando. ſ. iſtum hoĩem ſibi ipſi prius, nõ cõparando ſano
ſimpl'r vel optime, quia quilibet dicetur actu æger, cum reſpectu illius quilibet ſic ſentitur læſus ſiue defectus. Ex
hoc arguitur, Optime ſanus põt fieri paulatim nunc ſanus: ſed ille reſpectu ſui habet ſenſibilem operationũ læſio-
nem, verbi gratia ipſemet comprehendit ſe fieri defecti viſus, & auditus, & intellectus reſpectu eius, quod prius
fuerat. Medicus cõprehendit ẽt motiones mẽbrorum, q̃bus accidit eſſe artificem, & non bene operatur, vt prius,
imo ſenſibiliter deficit. Et hæc inſtantia eſt contra Plusq̃cõmentatorẽ, ſicut contra me. Secunda inſtantia eſt de
ſene decrepito, in quo eſt ſenſibilis lęſio operationum quarũcunq; neceſſariarũ, vel vtilium ad vitam cõparatione
ad ſe ipſum. Ad has duas inſtãtias rñdet Plusq̃cõmentator, ſicut innuit Gal'. tractatu tertio, ꝙ illæ diſpoſitiones,
quia fiunt paulatim, dicunt' & ſunt ſanitates, quia ſunt cõnaturales factæ, vnde infiunt, i, intus fiunt, & ideo ſiccitas
ſenis eſt ſanitas, quia infit, i. intus fit & cõnaturalis. Hęc ſolutio nõ quietat intellectũ. Nam ſiccitas ſenilis, ſi ve-
niat vni iuueni propter aliquam cauſam accidentalem, & ita oẽs partes ſubiecti occupet, ſicut in ſene, non video,
quare nõ dicatur ſibi ſanitas. Dicemus, ꝙ iſta ſanitas fit ab extraneo, ſed ſenilis fit ab intrinſeco. Solutio. nõ vi-
deo, quare nõ ſit ſanitas vtriq;, quãtum eſt de natura ſua, dũmodo forma qualitatiua ſit vna & eodem modo inſit
ſubiecto. Amplius ſanitas nũc, ad quam peruenit optime ſanus, erit ægritudo, quia facta eſt à principio extraneo.
Tertia ratio, quare ſolutio dicta nõ quietat intellectũ, quia, ſi iuueni adueniat defectus viſus, quẽ habet decrepi
D tus, & eodẽ modo diſponat' oculus eius propter aliquam cauſam, dicetur ęger nunc: ſenex facit operationes, ſm ꝙ
debentur ſeni. Contra ethicus facit operationes, ſm ꝙ debẽtur ethico. Item à diſpoſitione intrinſeca habens ru
ptam venam in pectore facit operationes ſpuendi, ſm ꝙ ſibi debetur. Quarta ſolutio eſt, quæ cecidit de mente
antiquorum multorũ, quam dat Gal'. vt poteſt intelligi ex libro de regi. ſanitatis primo, ſecũdo, & tertio. Et eſt, ꝙ
ſenex proprie decrepitus eſt actu æger: & ſic dicemus, ꝙ homo tẽperatus factus ſanus nũc, eſt homo æger actu: &
in hoc negabitur authoritas Plusq̃cõmen. Et ratio illius eſt, quia ille, qui fuit tẽperatus, habet operationes ſenſibi-
liter defectuoſas reſpectu ſui ipſius prius. Sed tu dices, aliquis ab vtero habẽs illam ſanitatẽ nunc, dicetur ſanus:
quare ergo ille dicetur æger, cum ſit vna forma? Solutio cõis ſm cõmunem viam, quia ille ſic natus nullam prius
habuit bonam operationem, ſed qui fuit paratus prius, habuit bonas. Tamen ſm noſtrã opinionem ſupra opor-
tet ponere, ꝙ natus cum ſanitate defecta ex natura principiorum non impeditorum dicitur ſanus nũc, quia nunq̃
aliam debuit habere. Sed hæc fuiſſet extra impedimenta circa principia, quia debuiſſet habere optimã ſanitatem,
ſed ex impedimento circa gñationem habuit illam debilẽ ſanitatem, dicetur actu æger, & non differt, niſi quia ille
natus cũ ea, ante, quã haberet optimã, quam debebat habere nõ impeditis principijs: hoc tñ non eſt cognoſcibile
niſi medici exiſtimatione, ſicut ſunt talia multa in medicina: ſed ille nũc optime factus ſanus habuit in tpe. Et ſm
hanc viam probatur, ꝙ ſenex eſt actu æger: nã, qui habet oẽs operatiões ſenſibiliter læſas reſpectu ſui ipſius prius,
non potens aliquam artem exercere etiam de conſuetis ſibi prius, videtur actu eſſe æger: ſed aliquis ſenex decrepi-

tus eſt huiuſmodi,vt euidenter apparet,quia decrepiti morituri morte naturali deueniunt ad hoc,ꝙ fere nihil poſ E
ſunt agere. Amplius,ephemera in iuuene eſt ægritudo:quare igitur ſenectus non dicetur ægritudo? Amplius,con
uenientius videtur ægritudo,mortem immediari ægritudini,quàm ſanitati,nam ſanitas dicitur in poſſe bene ope
rari. Dices ad primam rationem, ꝙ,licet operationes ſenis ſint ſenſibiliter læſæ, ſunt tamen ei propriꝫ,ſcilicet
quales conueniunt ſeni. Etiam hic defectus eſt à principio intrinſeco. Solutio ita,cęcus facit operationes cæco de-
bitas:& eſſe à principio non tollit malitiam diſpoſitionis,ſicut aliquis ex naturali proportione principiorum po-
teſt aggregare naturam extraneam,ex qua morietur vel ſtatim infirmabitur ante ſenectutem. Ad ſecundam di
ces,ꝙ ephemera ſtat cum iuuentute,ſed ſenectus non ſtat cum iuuentute. Solutio ſic,ephemera non ſtat cum ſani
tate,quam abijcit. Sed quomodo ſaluabimus Gal. ſexto de regi. ſanita. qui dicit,ꝙ eſſe extra ægritudinem exi-
ſtit ſenibus? Dicendum primo,ꝙ,quæ dicta ſunt de opinione antiquorum, non concordant ſecum: vel dicen-
dum,ꝙ ſenectus eſt ægritudo naturalis, & ideo vocatur ſanitas,cum tamen ſecundum rei veritatem ſit ægritudo
nunc,ſiue actu. Tertia ſolutio noſtra pmittit has ꝓpoſitiones fundatas ſup quęſtione noſtra de ſanitate,Prima,
ꝙ ſanitas eſt forma naturalis,qua anima organice põt exercere ſuas oꝑationes. Secunda,ꝙ iſta forma eſt diuerſo-
rum graduũ in perfectiõe:& ideo diuerſi gradus in perfectione ſunt in actionibus. Tertia,ꝙ ægritudo non eſt for
ma naturalis,qua anima agat operationes aliquas,nec in aliquo gradu,ſed eſt forma,ſiue res,ſiue quicquid ſit,quo
impeditur actio. Differt autem multum,eſſe principium actionis,& eſſe principium impediens actionem. Impe-
diens autem actionem nihil facit actionis,ſed ſolum impedit: & hoc dicitur ægritudo ſecundum ſubtilem mentẽ F
Gal. 3 de accid. & morbo primo capitulo. Contra,quia debuiſſes dicere,ꝙ ſanitas eſt diſpoſitio,qua fiunt debi-
tæ ſiue conuenientes actiones. Item quid intelligis per hoc,quòd dicis ſanitas eſt diſpoſitio,ſiue forma naturalis?
Dicendum (vt dixit in hoc Gal. primo de regimine ſanitatis ſecundo capi.) ſtatim,cum dicitur,eſt diſpoſitio,qua
actiones fiunt,intelligitur,ꝙ ſit naturalis diſpoſitio:huius ratio eſt,quia ſtatim,cum hæc forma eſt talis,ꝙ cum ea
ſit actio,ſequitur,ꝙ eſt inſtrumentum animæ,ergo naturalis,quia da oppoſitum,non erit inſtrumentum. Ergo ſe
quitur,ſanitas eſt diſpoſitio,cum qua animæ operationes fiunt: ergo debite fiunt nullo alio occurrente. Sequitur
etiam,ſanitas eſt diſpoſitio ſecundum naturam, quæ eſt inſtrumentum animæ: ergo ea debite fiunt operationes,
non tamen ſequitur,hæc eſt diſpoſitio ſecundum naturam,non tamen actionis principium,vt Gal. primo de regi
ne ſanitatis. Soluitur ergo ad primum,quia eo ipſo,quòd actionem facit,intelligitur, quòd debite facit,ſiue po
teſt facere. Ad ſecundum dicendum, quòd ſanitatem eſſe naturale quid eſt eſſe principium inſtrumentale ani-
mæ ad operationes: & ideo, ſi non ponitur naturale in diffinitione animæ, non minus eſt conueniens diffinitio.
Lege textum Gal. in prædictis locis,quia ſic vult,licet anxioſum fuerit ſibi exprimere, quia non niſi multis inter-
poſitis. Ex iſtis infertur,Primo,quòd omnis diſpoſitio,cum qua anima facit operationem organice, quantum
cunq; operatio ſit infimi gradus,vocatur ſanitas:& omnis diſpoſitio impediens operationes,quantumcunq; actio G
impedita ſit valida & perfecti gradus,eſt ægritudo. Secundo,quòd omnis actu æger habet operationes aliquo mo
do perfectiores:& aliquis actu ſanus operationes valde imperfectas. Exemplum,iuuenis habens ephemeram aut
imaginationem eſt perfectioris operationis decrepito,vel quodam alio,de quo diceremus,quòd eſſet ſanus nunc:
tamen operatio decrepiti dicitur perfecta,quia in tali gradu perfectionis non cõiuncta alicui rei nocenti,vel actio
ne impediti,ſed anima ſua cum tali inſtrumento non eſt apta facere alium gradum perfectioris operationis. Sed
iuuenis habens ephemeram,quia cum ſua actiõe habet extraneum impediens,ex hoc dicitur æger,& ex hoc actio
ſua debet dici non perfecta,quia non pura ſiue non ſeparata à re non impediente. Exemplum illorum,quod volo
modo concedere,erit falſum:& probo, quia ſit albedo ſanitas,& nigredo ægritudo,& ſic miſcibilis & minima al-
bedo & imperfectiſsima,ſed non miſta nigro,& ſic maior aliqua,tamen coniuncta nigro,habens minimam albe-
dinem puram,dicitur ſanus,habens albedinem in gradu primam vel vltra, tamen, quia coniuncta nigro,dicitur
æger. Dices ergo,ꝙ ſenex eſt ſanus,quia,licet habeat operationes defectas ſecũdum prius,tamen nõ habet hoc per
aliquam diſpoſitionem impeditiuam actionis,ſed per ſuam diſpoſitionem,quæ eſt animę inſtrumentum,quo vel
qua fit operatio illa,quæ eſt in tali gradu perfectionis. Et ſic dicẽdum eſt de ſano nũc,quia prius erat ſanus ſimplr.
Ex quibus apparet bene etiam dictum à Gal. ꝙ nõ debemus iudicare ægra corpora ex defectu operationũ,qa
omnis homo erit æger,quia defectus reſpectu ſani ſemper:& erit incurrere dogma ſempiternæ paſſionis. H

Quo pacto poſſit Medicus diſtinguere maximum operationis lapſum,morti affinem,qui tamen ſit à ſana diſpoſitione,puta ſe nili,& lapſum minorem,qui ſit ab ægritudine,puta iuuenis ephemera laborantis. Quæſtio. XXXV.

DVbitatur,ſi defectus maximus operationis coniungibilis morti,vt ſenilis,eſt à diſpoſitione ſana, & aliquis
minor eſt cum ægritudine,vt iuuenis habentis ephemeram, quõ medicus poſsit iſta diſtinguere ita,ꝙ poſ-
ſit dicere,iſta operatio defecta,non eſt defecta ęgritudine,ſed ex natura ſanitatis talis,eſt in tali gradu perfectionis:
& iſta alia operatio eſt defecta, quia aliquid impedit, quod vocatur lædens operationem vel actionem,& dicitur
ægritudo. Dicendum,ꝙ Gal. innuit in quibuſdam hoc eſſe ſenſibile,ſ.ꝙ ille habeat operationes impeditas ali-
quo impediente,vt eſt in magnis lapſibus,vt doloribus fortibus,ablatis actiõibus,& huiuſmodi. Et nos dicemus,
ꝙ nullum vnum ſignum poteſt dari ad diſtinguendum hoc:nec impedimentum operationis, vt ſupra probaui-
mus:nec etiam illud,quod nos diximus,ſ. nocumẽtum,ſiue impedimentum ſecũdum vnumquodq; membrum,
Nam,licet per nocumẽta ſenſibilia operationum ego cognoſcam habere iſtam diſpoſitionem in oculo,qua male
videt,tamen neſcio ex hoc,ſi eſt,quia ſit gradus talis perfectionis,& ſit ſanitas,vel ſit aliquid,quod actionem impe
diat,& ſit ęgritudo. Et,quãuis ita ſit,tamen,quod diximus,eſt verũ vt in pluribus,ſ.ꝙ defectus actionũ ſm partes,
vel ſm totum,ſunt à re impediente partes,quarum impedimentum accidit toti,vt manus amputatio,febris,& hu
iuſmodi. In quibuſdam aũt eſt occultum,vt vtatur medicus ratione:& tunc dicemus,ꝙ defectus ſenis cõiter videt

A iudicio plurium,ꝙ non sit ægritudo,sed talis gradus sanitatis, nec apparet vnde hoc sit,quasi cõmuniter opinatũ: & sic est,sicut de propositionibus multis & diffinitionibus concessis,& tñ causa ignorat. Et,si qua causa nobis apparet,est ista,qa nõ videtur conueniens,ꝙ species humana in maiori parte corporis habeat impedientem rem secum coniunctam:sed hoc erit,si impedimentum senis erit propter rem extraneam, & non erit, quia in tali gradu perfectionis: sed iudicaretur, quòd puer sic erit impeditus. Hic sunt multa dubia,quæ alijs omitto:& concludo,quòd sensibile impedimentum operationum totius vel partium indicat ægritudinem totius vel partis, & hic dico impedimentum impropriе dictum,quod est gradus imperfectior de gradibus imperfectionis. Quomodo autem hoc impediens possit esse pura priuatio,& quomodo forma positiua, vide in quæstione nostra de sanitate.

Ex his soluuntur rationes, quæ arguunt senem ægrum: & soluuntur rationes Plusq̃commentatoris, quibus probat,quòd ab impedimento conuersationis debet corpus dici ægrum. Ad Gal.dicendum, ꝙ ipse fecit principium ægritudinis à principio febris,& ad hoc conatur quam potest sciri. Ad Gal. & Hali dicendum,quòd illud signum est frequẽter verum,scilicet quod supra diximus,sed signum nostrum adhuc est certius & artificialius.

Ad rationem primam est dicendum,quòd illud nocumentum est sensibile,quando vtitur oculo vno,etiam est sensibile quandoq; medico. Ad secundam dicendum,quòd,licet non lateat,tamen quilibet æger habet illud signum,vt puer nunc natus. Ad tertiam est dicendum,ꝙ secundum istam operationem est ægritudo, secundum quam sit nocumentum in subiecto:& ideo dolens in stomacho est æger in natura,quæ est perficiens sensationem.

B Quælibet ergo ęgritudo facit notabilem siue determinatum gradum impedimenti actionis,nõ tamen ille gradus est sensui comprehensibilis,vt supra diximus. Vltimo scias, quòd illustres Arabum Auic.& Auer.videntes illam confusionem dixerunt impositionem nominum magis confundentium,& fuerunt contenti dicere,ꝙ dispositio,qua bene quis agit,est sanitas:&,qua quis in actione impeditur,est ægritudo:& tu nomina impone,quomodo vis. Et postea fuerunt contenti, ꝙ ille sit defectuose agens,quomodocunq; nominetur,qui est sic calidus,vel frigidus,vel apostematus &c.& hæc dispositio sic curatur,& hæc sic conseruat,& hęc est incurabilis:& sic cessat ab eis ambiguitas. DOLENTIA ERGO. Declarat,quid intelligat per sensibilem læsionẽ operationum. Considerandum est,ꝙ quatuor nominibus vocat læsiones sensibiles operationum,primum dolens:secundum motiones,i.operationes delinquens,i.corruptis,vt corruptio cibi in stomacho,vel corruptio visiuę actionis: tertium est ablatio actionis: quartum est multa diminutio actionis. Ex quibus istis significamus iam ægrum. Sed,si actio sit parum diminuta,difficile est illam cognóscere:& ideo illud corpus dicitur neutrum,verbi gratia decidentiæ. Et hoc est,quod dicit secundum hoc genus læsionis,scilicet ambiguæ: & dicitur hoc secundũ nomen, & non ꝓprie.

Tertio diceret quis,paruus dolor significat neutrum simpliciter,& parum currupta actio. Solutio. Saltim in illa parte est ægritudo,& est sensibilis læsio. Ad secundum,vt plus est,ꝙ actiones corruptæ sint sensibiles,& ideo sunt signa actualis ægritudinis. Quarto considerandum est,ꝙ ista nocumenta intelliguntur secundum prius,

C non respectu optime sani,& respectu sui consueti vel apti consuescere. Expositionem Plusq̃commen.in hac parte vide. Quinto considerandum est,ꝙ virtutis actio est mutatio,licet impropriе. Vide Plusq̃cõmenta.in omnibus his. Quãuis hoc dictum posset referri ad illud,quod dixit de optima cõplexione,siue sanitate,& deficiente: clarius refertur & leuius ad illud, quod nunc dixit, ꝙ secundum magnos lapsus facile discernuntur &c. Quare dicit hos lapsus magnos? ego voco,quo ad sensum,non magnos quidem secundum veritatem, quia nullum corpus erit sanum,quia quodlibet habet magnũ lapsum ab optimo: similiter & nullũ corpus optime sanum esset. ETIAM omnibus his.s.læsionibus operationum,siue corruptio,siue ablatio,siue diminutio iudicantur. Dubitatur cõtra,de his sunt lapsus neutri, & tamen ille lapsus est insensibilis. Dicendum,quòd respectu sui ipsius est insensibilis respectu lapsuum corporum sanorum nunc, in quibus licet sit lapsus ab optimo, tamen respectu sani non est lapsus,sed est sanitas.

DVBITATVR, non secundum ipsam rerum naturam.cõtra,ergo iudicium est falsum,quia aliter, q̃ sit in re. Hoc correlarium inuoluit aliquos. Dicit Dynus,quòd non debet intelligi secundum naturam,quia contra naturam rei,sed non sic:sed ipse non subtiliter inuestigauit. Thadeus vult, ꝙ res habẽt modum essendi diuersum,ideo à diuersis diuersimode considerantur,sicut linea mathematica & naturalis &c. Aliter dicamus, quod credo hos

D viros intellexisse,primo quòd medicus cognoscit omnia corpora esse defecta ab optima sanitate punctuali, sicut cognoscit physicus,& sicut est in re,& sicut etiam Gal.hic affirmat primo de regi.sani. Secundo dico,ꝙ vtitur alijs nominibus,quia non esse defectum vocat ægritudinem iam. Sed,sicut nomen imponit defectibus sensibilibus respectu propriæ sanitatis,ita alios defectus,cũ quibus hoĩes possunt exercere suas operationes,vocat sanitates.

DVBITATVR, vtrum sit periculum ita reperiri dogma idest doctrinam,quæ docet nos esse in sempiterna passione. Videtur quòd non,quia non est periculum habere(vt inquit Gal.)talem doctrinam,tertio tractatu,& Auicen.secundę cañ.fen secunda,qui dicunt,quòd corpus humanum continue irascitur vel transmutatur. Dicendũ, ꝙ non est periculum habere scientiam, ꝙ homo est in continua passione & resolutione, sed est periculum omnia corpora sic passionata vocare ægra & propriе ægra iam,quia tunc medicina esset de ægris solum.

Medicinæ speculatio an sensum transcendat. *Quæstio. XXXVI.*

DVbitatur, vtrum medicinalis speculatio transcendat sensum. Videtur, ꝙ sic,secundo de simplici medicina secundo capitulo. Prima solutio. medicinalis speculatio transcendit sensum, s.quo ad signa,quia signa sunt sensibilia. Item intelligit Auer.& hic vellet stari, quia propositio fuit sua. Secunda solutio aliorum. medicinalis speculatio &c.idest medicus,in quibus potest,iudicat paruissimum. Contra,ita facit metaphysica. Tertia.medicinalis speculatio principium recipit à sensu. Contra, omnis doctrina est talis. Quarta, quam recitat Plusquamcommentator. medicinalis speculatio non transcendit sensum, quia suæ demonstrationes sunt quia.

Plusq̃ Cõ.

 Contra,

Contra,quandoq; demonſtrat propter quid primo de accid. & morbo,& primo de creticis. Quinta. medicinalis ſpeculatio non tranſcendit ſenſum,quia,ſi omnia,quæ conſiderat,ſint dupliciter conſiderata, via experimenti, & via rationis,medicus plus affirmat ſuas concluſiones via experimenti,q̃ via rationis,ſicut apparet de concluſionibus medicinarum, & de principatu hepatis &c. SIGNA ergo. Conſidera ergo primo,quòd iſti termini ſunt diuerſi,quia vnus eſt ſanitas,alius eſt ægritudo : & ideo vnus intrinſecus,& alter extraneus. Secundo conſidera, per optimam ſanitatē intelligi vel indiuiſibilē in puncto iuuentutis,vel ſanitatem ſemper currētem tota vita &c. E

DVBITATVR, quare non poſuit extrema ſanitatis ſemper, & ſanitatis nunc. Dicendum, ꝙ tunc non oſtendiſſet niſi naturam neutri ſanitatis. Volens ergo oſtendere naturam ſani multum, & ſani nunc,& neutri ſani,ponit illa extrema. Quare non poſuit aliud extremum ægrum ſemper? Dicendum,neſcio iam comprehendi & ægrū ſemper ſecundum noſtram nominationem.

DVBITATVR, quia neutra ſanitas nō æque diſtat ab extremis, nam inter neutrum & ſemper eſt ſanum multum:ſed inter ægrum iam,& neutrum,eſt ſanum nunc. Solutio. neutrū nunc decidentiæ reducitur ad ęgrum iam.

Quæſtio eſt,quomodo optima ſanitas,cum ſit medium & extremum. Solutio. diuerſimode poteſt dici mediū & extremum,quia,vt dicit perfectum, cui opponitur imperfectum,eſt extremum : ſed,vt dicit naturam mediam in calido & frigido,verbi gratia tepidum,dicitur medium. OPTIME ergo. Litera poteſt ſic exponi. Ergo,quāuis corpora ſana poſsint diuidi in magis & minus, & ſic in infinitum,& quamuis poſsint ſeparari in tres latitudines,tamen nos dicimus ſigna optimæ compoſitionis, & corporum deficientium, quòd, quot ſunt corporum diſpoſitiones in gradu,tot ſunt ſignorum,& ideo multiplica,quantum vis. Alia expoſitio eſt Hali,& Plusq̃com. quòd hic optime ſanum excludit à latitudine ſanitatis optimę cōpoſitionis &c. DEFICIENTIVM vero genera. Quia deficiētia,licet poſsint diuidi in magis & minus,tamen nos ſeparamus in tres latitudines. Et tunc Hali dubitat. non excludit optime ſanum,quia ponit ipſum diminutum. Reſpondet,quòd non reperitur,vel eſt ſenſui occultum. Et nos dicimus,vt ſupra dixit Plusq̃cō. ꝙ ſanum ſemper,eſt in latitudine ſanitatis,& non eſt ſanitas. F

DVBITATVR, quare concluſit ſigna ſanitatis ſolum, cum ſupra dixerit de ſignis ægrorum & neutrorum. Solutio. qa principaliter illud intendebat,ex conſequentia enim ſermonis deuenit ad ęgra corpora,& neutra &c. SIGNVM ergo corporis. Superius determinauit de ſignis ſani ſemper, & multum ſani,& cum hoc neutri,hic determinat de ſignis nunc ſani,quod vocat ægrum ſimpliciter,i. ægrotatiuum. Primo præmittit &c. ſecundo exequitur. ſecunda ibi, Quatuor. Conſiderandum eſt eſſe duas latitudines, i. ſani ſimpliciter, & neutri, quod eſt quoddam ſanum. Contra,quia iam ſunt nota ſupra. Item illa corpora. ſ. ſani ſimpliciter,ſunt vt habitus:ſed habitus eſt notior priuatione,vt ſecundo de complexionibus. Dicendum,quòd ſupra fuerunt nomina nota in generali,ex iſta ſcientia innoteſcūt ſpecialius,hoc dicit primo,quia quandoq; ponit ſignum temperatę partis. Secundo,quia ex defectu,licet poſtea comprehendat perfectum ſecundum vnūquodq; membrum. Ad ſecundum dicendum,ꝙ priuatio quādoq; notior eſt,quo ad nos,primo phyſicorum, 37 commen. Conſiderandum eſt,quòd ex lingua arabica apparet,ꝙ corpora ſana nunc,habent tria nomina,vel quatuor,ſ. ſanū nunc,ægrotatiuū, & ægrum abſolute,& in hoc concordat cum græca lingua,non tamen intelligitur abſolute, & ſimpliciter peſsimum ſecundum noſtram doctrinam. Tertio, quare ſub hoc nomine extraheretur,non ſub nomine nunc ſani? Dicendum, ꝙ exequitur de eo, vt deficit multum ab optime ſano: & vt ſic, eſt aptum ægrotare: quare &c.

Expliciunt ſubtiliſſime quæſtiones & expoſitiones Gentilis de Fulgineo ſuper primo libro Microtechni Galeni. Et non in toto ſcripſit, quia in alijs dixit ſe conuenire cum Plusquācōmentatore.

NICOLAI LEONICENI DE TRIBVS DOCTRINIS ordinatis ſecundum Galeni ſententiam præclara quæſtio.

Quæſtionem eſſe difficillimam, et in primis de Reſolutiua & Compoſitiua doctrina admodum diuerſam fuiſſe ſententiam: cum, quæ in hac re facere intendat, proponit. CAP. I.

INter cæteras quæſtiones quæ agitari ſolent in artis paruæ Galeni expoſitione, illa quæ eſt de tribus doctrinis ordinatis, quas Galenus in eius libri procemio ſtatim nominat, difficillima habetᷣ, Sed præcipue de duabus, altera quę reſolutiua, altera quæ compoſitiua nominatur. Nam de tertia quæ diffinitiua dicitur non aduerti latinos Galeni expoſitores eſſe admodũ differentes. In duabus vero, quas diximus, ita inuicem aduerſantur, vt alij aſſerãt doctrinam reſolutiuam eſſe demonſtrationẽ quam obrem, ſiue propter quid, cõpoſitiuam vero demonſtrationẽ vt ſit, ſiue quia ſit (Liceat. n. mihi aliqñ cõmunioris intelligentię gratia, neotericorum cõſuetudinem in loquẽdo imitari) Alij cõtraria diſſerãt reſolutiuã doctrinã ex poſterioribus ad prio
B ra ꝓcedere, cõpoſitiuã vero vice verſa, ex prioribus poſteriora demonſtrare, Primæ aſſertionis author, & princeps fuit Turiſanus cognomẽto Plusq̃cõmẽtator. Secũdę Petrus apponẽſis dictus Conciliator. Quocirca factum eſt, vt in tanta hoĩum magnæ æuo noſtro authoritatis diſcordia nondum ſatis Galeni de hiſce doctrinis exploratus ſit intellectus, quem nos volentes hoc opere declarare, neceſſarium habemus, prius Quid antiqui philoſophi de doctrinis principalibus ſenſerint, quot, & quales exiſtãt, explicare. Demum ꝙ aliter hi de quatuor modis doctrinarum, aliter Galenus de tribus doctrinarum ordinibus, locuti fuerint, rem nondũ à recentioribus Galeni expoſitoribus aĩaduerſam, veritatis amatoribus, manifeſtare.

Quid ſcripſerit Hammonius de quatuor doctrinis. CAP. II.

HAmmonius philoſophus apud græcos grauiſsimus in his quæ præfatur ad libri Porphyrij de quinq; vocibus expoſitionem, ita de quatuor doctrinis ſcribit, Quatuor ſunt modi doctrinales, diuiſiuus, diffinitiuus, demonſtratiuus, & reſolutiuus. Dicuntur autem doctrinales, quia vnuſquiſq; aliquid docẽs vtitur eorum aliquo, veluti ſi oſtenſurus ſim ꝙ animal eſt genus, vtor diuiſiuo, & dico, Quoniam dicimus genus eſſe quod diuiditur in multas ſpecies, hominem. ſ. capram, & bouem, igitur animal eſt genus. Si autem hominis naturam oſtẽdere volo, vtor diffinitiuo. Ita. n. dico, Homo eſt animal rationale, intellectus & diſciplinæ capax. Si autem velim oſtendere propter quid homo eſt animal, vtor demonſtratiuo, atq; ita ratiocinor, Homo eſt rationalis, omne rationale eſt
C animal, omnis igitur homo eſt animal. Si autem velim oſtendere hominem eſſe compoſitum, vtor reſolutiuo, & dico, Homo cõponitur ex anima & corpore, corpus quoddam totum eſt, omnis totalitas ex aliquibus partibus conſtat, corpus igitur immediate componitur ex partibus organicis. Organicæ autem partes ſunt caput, pedes, & reliqua, qm̃ vnuſquiſq; iſtis vtens inſtrumẽtis operatur. Singulæ vero ex his organicis partibus compoſitæ ſunt ex venis, arterijs, muſculis, carnibus, & oſsibus, quæ oẽs ſunt partes ſimilares compoſitæ & ipſę ex ſanguine, pituita,
Quatuor methodi dialectices. flaua bile, & nigra. Hi vero quatuor humores ex quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, conſiſtunt. Idẽ Hammonius in cõmentarijs in priores reſolutorios Ariſtotelis, ita ſcribit, Quatuor ſunt methodi dialectices, quæ ſunt quædam facultates, & veluti germina eiſdem, diuiſiua, diffinitiua, demonſtratiua, & reſolutiua, & tribus methodis prioribus opponitur reſolutiua. Percurramus aũt ſingulas, vt quemadmodũ eis opponitur perdiſcamus. Diuiſiua quidem vnum in multa diuidit. Diffinitiua aũt plura, quę vni rei inſunt, colligens in vnum, eãdẽ rem ab alijs ſeparat, atq; diſtinguit. Demonſtratiua vero aliud alij ineſſe demonſtrat. Reſolutiua vero à cõpoſitis ad ſimplicia regreditur. Et reſolutiuam quidẽ opponi diuiſiuæ nemo dubitãt, hæc. n. vnum in multa partitur, reſolutiua autẽ multa in vnum cogit. Opponitur autẽ & diffinitiuæ, hæc. n. ex pluribus quæ alicui inſunt, veluti ex genere, & differentijs, vnam compoſitam perficit diffinitionem, reſolutiua vero compoſitum in ſimplicia reſoluit, conſiderat. n. & genus, & differentias, ex q̃bus eſt cõſtitutũ. Opponitur aũt, & demonſtratiuę, hæc. n. aliud alij coniungit,
D veluti aĩæ ineſſe ĩmortalitatem cõpoſito ſyllogiſmo ſyllogiſtice oſtendit reſolutiua aũt eundẽ diſiungit. Vt autem ſummatim dicatᷣ, diuiſiua quidẽ genera ſecat in ſpẽs, reſolutiua vero ſpẽs in genera colligit. Rurſus diffinitiua ex partibus totũ aliquod conſtituit, reſolutiua aũt à toto ad partes tranſcendit, ex quibus cõponitur totũ. Rurſus demõſtratiua ex cauſis cauſata demonſtrat, reſolutiua aũt à cauſatis ad cãm aſcendit. Oĩbus igitᷣ opponitᷣ reſolutiua.

Hammonij verba refert, quibus quæritur, cur primi duo libri, in quibus Ariſt. agit de ſyllogiſmo ſimpliciter, Reſolutiui priores, reliqui duo, Reſolutiui poſteriores inſcribantur. CAP. III.

QVeritᷣ aũt Hãmonius in eiſdẽ cõmẽtarijs cur duo primi libri, in q̃bus agit Ariſtoteles de ſyllogiſmo ſimplr̃, inſcripti ſint priores reſolutiui, Secundi aũt duo, in q̃bus tractat de ſyllogiſmo demonſtratiuo, reſolutorij poſteriores ſimplr̃ inſcribantᷣ. Atq; his q̃onibus ita ſatisfacit. Dicimus inquit ꝙ in ſyllogiſmis eſt cõpõ.
Quid reſolutio & cõpoſitio. Eſt aũt & reſolutio, queãdmodũ & apud grãmaticos eſt cõpoſitio, & reſolutio. Cõpoſitio q̃dẽ ſm̃ quã ex elemẽtis, vel ſyllabis noĩa cõponuntᷣ, ac verba. Reſolutio aũt ſm̃ quã ea quę cõpoſita ſunt reſoluuntᷣ in ſimplicia, ex q̃bus cõponuntᷣ, videlicet in ſyllabas, & elementa. Eſt aũt & apud phyſicos cõpoſitio, ac reſolutio. Cõpoſitio q̃dẽ qñ à ſimplicibus formis veniũt ad cõpoſitas, veluti à ꝑ ſe bono, ad id q̃d eſt in mẽte bonũ, ad id q̃d in aĩa, ad id q̃d in corporibus. Reſolutio aũt eſt qñ à formis, q̃ ſunt in ſenſibilibus, aſcẽdunt ad formas q̃ ſunt in intelligibilibus. Eſt & amatoria reſolutio, qua vtitᷣ Plato in ſympoſio, à pulchritudine, q̃ in ſenſibilibus reperitᷣ, ad intelligibilẽ pulchritudinẽ
Geometrica reſolõ. aſcendens. Eſt & geometrica reſolutio, vnde quęritᷣ q̃uo totus ſecũdus liber Euclidis reſoluitᷣ. Talẽ aũt reſolutionẽ

Geminus diffiniuit hoc modo. Resolutio est inuentio demonstrationis. A conclusione enim incipiunt qui resoluere dicũtur, ꝙ si inuenerint se opportune resoluisse, postmodum componẽtes quæ per resolutionem inuenerint, faciunt demonstrationẽ, quare recte Geminus diffiniuit, Resolutio est demonstrationis inuentio. Est aũt & apud astronomos cõpositio, & resolutio. Est & in syllogismis, & cõpositio quidem dicitur collectio propositionum, & ipsius syllogismi generatio, veluti si velim demonstrare ꝙ anima sit immortalis, colligo propositiones aliquas, ex quibus constituo syllogismum, hoc modo, Omne per se mobile est semper mobile, anima est per se mobilis, igitur semper mobilis. Item omne semper mobile est immortale, aĩa est semper mobilis, igitur est immortalis, hæc quidem cõpositio appellatur. Resolutio vero quando inuento syllogismo apud aliquem authorem, quærimus ad quam figuram reducatur, atq; ita ipsum in ꝓpositiones resoluimus ex quibus est cõstitutus, Veluti nuper dictum syllogismum apud Platonem inuentum si resoluere voluero, incipio à conclusione, & dico anima est immortalis, vnde hoc probatum est, ex eo videlicet ꝙ omne semper mobile est ĩmortale, & omne per se mobile est semper mobile, & ita resoluo syllogismum in ꝓpositiones, ex quibus est cõstitutus. Ipsas quoq; propositiones si resoluere voluero, resoluam in terminos, Omnis.n. propositio habet omnino subiectum, & prædicatum. Dicit autem in hisce libris & de resolutione, neq;.n. qui nouit quidem cõponere, nescit autem resoluere, hic methodi syllogistici scientiam tenebit. Ipse quidem Aristoteles præposito tractatu de generatione syllogismorum, hoc est de compositione eorundem, deinde de inuentione ꝓpositionum, qua.s. via ac ratione quispiam possit inuenire propositiones ex qbus componitur syllogismus, subiungit deinde & de resolutione, & dicit quomodo resoluere oporteat. Incipiens autem tractare de resolutiõe, dicit ꝙ est necessarium de resolutione dicere. Qui.n. nouit compositionem syllogismorum, & facultatem habet propositionum inuentiuam, & resoluendi scientiam habens hic propositum recte assequetur, hoc est scientiam habebit syllogistici methodi, tanq̃ non sufficiat solum scire cõpositionem, sed etiam resolutionem oportet cognoscere, quæ compositioni opponitur. Hæc.n. à simplicibus ad composita procedit, resolutiua vero econtra, à compositis ad simplicia. Inquit autem ipse incipiens à sermone de resolutione, Si.n. cõponere nouerimus, & facultatem inueniendi habuerimus, adhuc autem & resoluendi terminum habebit, quod erat à principio propositum. Tanq̃ non de sola compositione dicere proposuisset, sed etiam de resolutione syllogismi docere in duobus propositis libris, & in alijs duobus sequentibus omnes resolutorios appellauit. At obijceret aliquis si de cõpositione, & resolutione docet, quare nõ appellauit compositiuos, atq; inuentiuos, sed potius resolutorios, quæ nam hæc sortitio? Respondemus, ꝙ à parte magis artificiosa ac digniore nominauit. Qui.n. artificiose scit resoluere, nouit etiam componere, veluti Architectus qui resoluere nouit, & materias seruare incorruptas, omnino & componere nouit. Scit.n. quid primum, quid medium, & quid vltimum cõpositum sit, & ita resoluit. Quia igitur resolutiua dignior, atq; artificiosior existit, & plura complectens atq; perfectior, ob id quod diximus, cum, qui sciat resoluere, sciat & omnino componere, non contra, qui componere sciat, omnino & sciat resoluere, de resolutione resolutorios appellauit. Et breuitatis philosophus affectator satis habuit à perfectiori parte, non autem à duobus inscribere. Dico etiam & aliter, ꝙ syllogismis multi etiam alij ante Aristotelem vsi sunt, sicut Plato, & pleriq; alij, & ipsi præterea vulgares homines in agendo, ac disputando syllogismis vtuntur. Nemo tamẽ ante Aristotelem artem syllogisticam tradidit, neq; tres figuras adinuenit, ad quas omnes syllogismi reducuntur. Gloriatur igitur Aristoteles, & merito gloriatur in trium figurarum inuentione, atq; ex cogitatione, ꝙ tres sunt figuræ, & neq; plures, neq; pauciores, ad quas omnes syllogismi reducuntur, omnisq; fides siue inductiua, siue qualiscũq; fuerit, ad aliquam istarum trium figurarum reducitur. Quia igitur qui resolutiõe vtitur, omnem syllogismum, fidemq; omnem ad aliquam vnam harũ trium figurarum resoluit, ideo hosce libros resolutorios vocauit. Sed quoniam, vt dictum est, rectus ordo & consentaneus expostulat, vt primum quę cõmuniter insunt omni syllogismo doceamus, deinde quæ proprie huic, vel illi, Idcirco hosce duos primos libros in qbus docet de syllogismo simplr, priores resolutorios vocauit. Alios autem duos in quibus nõ de syllogismo simplr, sed demonstratiuo pertractat, posteriores resolutorios appellauit, & hæc quidem quantum ad inscriptionem attinent.

E

F

Quid resolutio, qd cõpositio.

Obiectio.

Solutio.

G

Ioannis Grammatici verba refert, quibus ille explicat, cur posteriores duo resolutorij libri, Posteriores dicantur. CAP. IIII.

IN eandem pariter sententiam scribit Ioannes grãmaticus in cõmentarijs priorum resolutiuorum, vbi causam inscriptionis inquirit, ita scribens, Causam autem inscriptionis quærere oportet, cur nam resolutorij, & non de syllogismis inscribuntur, nam resolutio pluribus modis dicitur. Est.n. resolutio totius in partes, & compositorum in simplicia, qua vtuntur geometræ, & corporum naturalium in elementa quatuor, & etiam reductio syllogismorum in proprias figuras. Alioquin autem cum resolutionis nomen multipliciter dicatur, licet & secundum hoc dicere resolutionem esse regressionem quandam ad id quod prius est, & causa cõpositionis existit. Vnde quærendi datur occasio, cur, cum syllogismus compositio sit, & plurium propositionum collectio, non autem resolutio, libros, in quibus de syllogismis pertractat, resolutorios vocauit. Oportuit enim potius cõpositorios inscribere. Vt igitur simul & inscriptionis causam, & totius voluminis diuisionẽ explicemus, ita dicimus, Diuiditur hoc volumẽ in tria capita. Docet aũt nos in primo qdem cõpositionẽ syllogismorũ, in secũdo vero quo pacto nobis ꝓpositionum copia suggeratur, in tertio aũt agit de syllogismorũ resolutione. Ex tertio igitur capite, vt quod cæteris digni tate præstaret (omnis siquidem syllogismus ex resolutiõe cognoscitur in qua figura ponatur) hosce libros censuit inscribendos. Alioquin qui resolutionem nouit, pariter & compositionem nouit. Quæ enim dissoluit, hæc eadem haud magna cum difficultate componit, at vero contra se res habet. Nam & vulgares homines sciunt quidem cõponere, veluti nomina, & verba, & orationem constituere, atq; proferre, veluti Socrates ambulat, ipsam autem resoluere nesciunt, & docere quid nam eorum sit verbum, quid nomen. Idcirco autem priores dicuntur, quoniam de syllogismo simpliciter, qui materiei proportione respondet, cum nullam formã habeat, hoc in loco ptractatur.

H

Resolutio multiplr.

Nõ oẽs qui sciũt cõponere, sciunt ẽt resoluer.

A Et quoniam genus suas species antecedit, est autem vniuersaliter syllogismus genus & demonstratiuorum, & reliquarum specierum, non absq; ratione libros in quibus de eorum genere pertractat, priores, in quibus vero de speciebus, posteriores resolutorios inscripsit. Hæc autem Ioannis grammatici ratio causam tantum aperit, ob quam hi duo postremi libri, in quibus de syllogismo agitur demonstratiuo, qui est species syllogismi simpliciter, posteriores dicantur.

Eiusdem Ioannis Gram. verba citantur, quibus is causam assignat, cur duo posteriores resolutorij libri, Resolutorij appellentur: & multiplicem resolutionis modum ponit. CAP. V.

CVr autem resolutorij, sicuti & duo antecedentes, hoc in loco non explicat, sed in cōmentarijs in secundum librum posteriorum, quorum alteri, latini verbum ex verbo, vt videtur, ex græca lingua translati, prolixi tamen, & prioribus in primum librum de demonstratione cōmentarijs eiusdem Ioannis grammatici expositionum, ac dubitationum copia respondentes, alteri vero græci habentur, multo latinis breuiores, adeo vt veluti quoddam eorum compendium esse videantur, causam assignans cur duo libri sequentes in quibus agitur de demonstratione, resolutorij inscribantur, ita scribit. Quoniam autem & hoc antiqui expositores prætermiserunt, causam veram assignare ob quam demonstrandi ratio resolutoria sit appellata, hanc quoq; afferre est necessariū. Quam enim expositores in prioribus resolutorijs inscriptionis causam attulerunt, illis quidem conuenienter assignari videmus: his vero quibus demonstrandi scientia traditur, minime. Neque enim demonstrandi scientia
B imperfectior est ea, quæ singulos syllogismos docet in proprias figuras reducere, adeo vt ex illa nuncupationem traxisse videatur, si quidem omnia quę de syllogismis tractantur, ad demonstrationem, tanq̄ ad finem referuntur, quod etiam Aristoteles ipse in primo priorum resolutiuorum exordio testatur, cum ita scribit, Primum dicere oportet, circa quid, & de quo consideratur, quia circa demonstrationem, & de scientia demonstratiua &c. Quid igitur de resolutorij vocabulo dicemus? videtur quidem impositum ad significādum progressum, ab ijs, quę ex principijs ortum habent, ad ipsa principia, quod & ipsum resolutionis nomen ostendit. Est enim resolutio effectuum posteriorum in priora, ac superiora, ex quibus constant, videturq; per translationem sumptum ab ijs, qui post peregrinationem, ad proprios lares reuertuntur, Nam qui à patria recedunt, ac deinde regrediuntur, resoluere dicuntur. Sicut autem, & diffinitio, & diuisio, & demonstratio multipliciter dicitur, ita & resolutio. Est enim resolutio transitus à compositis ad simplicia, ex quibus tanq̄ ex proprijs principijs, idest elementis, sunt constituta. Est & syllogismorum resolutio in figuras, veluti in principia quædam, ac regulas artificiosas, & scientiam parientes. Est & alia eorundem syllogismorum resolutio in principia, hoc est in propositiones, ac terminos, ex quibus primis fuere constructi. Dicitur etiā resolutio ad vniuersalia à particularibus ascensus, vt à singularibus ad species specialissimas, & ab his ad suprema genera, quod resolutionis genus Aristoteles, vt quæ magis sit diffinitionis inuentioni accommodata, diuisioni præponit. Dicitur & resolutio, cum notum aliquid in principia, & causas ex quibus & ꝙ sit, & ꝙ noscatur, habet, resoluimus, iuxta quod resolutionis significatum scientia demonstrandi resolutoria ap-
C pellatur. Quod enim Luna interiectu terræ deficiat, ex posterioribus ad priora ascendētes agnoscimus, ac postmodum inuenta causa, demonstrationem componimus. Nam Lunam quidem deficere, sensu comprehendimus, huius deinde causam intellectus inueniens, de eadem scientiam instituit, hoc pacto, Luna quidem deficit, quod deficit, aliquod habet quod obijcitur. Hic ab effectibus ad causas progressus resolutio appellatur, post quem sequitur demonstratio descendens à causis ad effectus, hoc modo, Lunæ aliquid obijcitur, cuicunq; obijcitur deficit, luna igitur deficit. Item terra mouetur, cum autem mouetur, ventus in penitioribus eius cauernis includitur, igitur terra ventum habet introclusum, hæc quidem resolutio dicitur. Postmodū fit demonstratio hoc pacto, Ventus in terræ cauernis includitur, vento aūt introcluso terra tremit, igitur est tremor terrę. Aut igitur hanc ob causam demonstrandi scientia resolutoria appellatur, aut q̄m medius terminus in demonstratione vim obtinet omnem. Hęc aūt est rei diffinitio quæ ex resolutione inuenitur, vt ipse Aristoteles sentit: atq; ideo ars demonstrandi resolutio dicitur, vt quæ sine resolutione cōstare non possit. Potest aūt quis & illud affirmare, priores quidem libros dici resolutorios ob causam prius assignatam, q̄m nulla est in ipsis contēplatio perfectior ea, per quā syllogismi in ꝓprias figuras resoluuntur, ac primus liber posteriorum qui antecedit hunc ob causam superius expositam, q̄m.s. demonstrationis principia per resolutionem inueniuntur. Propositus autem liber.s. ex duobus poste-
D rioribus, secundus ideo resolutorius inscribitur, quoniā in ipso de medio demonstrationis, quod est ipsa diffinitio rei, tractatur. Hæc aūt per ascensum à cōtinentibus ad contenta inuenitur, qui modus quidam resolutionis existit, vt ipse Aristoteles in sequentibus indicabit, atq; hoc pacto singulis libris, suæ inscriptionis causa erit assignata. Fortassis autem ex hac eadem inscriptione monstratur nō placere Aristoteli modum illum inuestigandi diffinitionē per diuisionem, quem Platonici maxime probabant. In alijs autem cōmentarijs græcis, qui ēt ad Io. grāmaticum referuntur authorem, in eandem fere sententiam ista scribuntur, quę causam exponunt, cur primus liber, atq, secundus posteriores ęque, ac duo priores resolutorij inscribuntur. Quoniam medius terminus in demonstratione est diffinitio, ex accidenti ēt de diffinitione in hoc libro cōsideratur. Nam ꝓprius de diffinitiōe differendi locus est in septimo eius voluminis libro, quod post naturalia inscribitur. Hic autem nō tanq̄ de diffinitione, sed de causa potius, & medio, doctrinā insinuat. Cum vero & demonstratio resolutio dicatur, pars aūt demonstrationis est ista tractatio, vt quę de medio eiusdē edoceat, idcirco & ipsa resolutoria vocat. Primus aūt liber demonstratiuæ scientię resolutorius inscribitur, nō eadem rōne qua duo antecedētes. Illi.n. à potiori artis syllogisticæ parte, talē sortiti sunt inscriptionem. Nā prior, atq; prestantior est ille tractatus, in quo docetur qūo singuli syllogismi in ꝓprias figuras resoluuntur, siquidem syllogismum in ꝓpositiones resoluimus, has in terminos, & mediū assumimus, atq; hinc syllogismi figura reperit. Quod si illa oīa propter demonstrationē quęrunt, vt ipse Aristoteles in principio trium figurarū inquit, ꝙ videlicet consideratio de demonstratione existit, finis autem dignitate præcellit ea quæ

Rō vocabuli resolutio.

Ars demōstrandi cur resolutiua.

ad finem sunt,omnibus quæ ante ipsam sunt,dignior erit demonstratio. At quoniam species quędam demonstrationis est demonstratiua scientia, idcirco resolutoria appellatur,nam eius principia à nobis per resolutionem inueniuntur,cum ijs,quę nobis priora sunt,ad ea,quæ natura antecedunt,videlicet ad causas ipsas ascendimus. Primum enim percipimus sensu lunam deficere: intellectus deinde causam rimatur,& inuenit,ita.n.ratiocinatur. Quod deficit,ei aliquid obijcitur.hæc resolutio ad causas ex effectibus progreditur.Deinde demonstratio descendit à causis ad effectus, hoc modo. Lunæ aliquid obijcitur, cui aliquid obijcitur deficit,luna igitur deficit.Rursus etiam terram concuti videmus, vnde ita dicimus. Terra concutitur, cum terra concutitur ventus in eius cauernis includitur. Hæc quidem resolutio est, deinde sequitur demonstratio. In terræ cauernis includitur, vento intercluso fit terræ tremor, in terra igitur tremor fit. Vel igitur ex hac causa inscriptioni occasio data est, vel quoniam in demonstratione medius terminus summam obtinet vim. Hoc autem est diffinitio rei. Ipsa vero diffinitio per resolutionem inuenitur.Cum.n.hominem conspicimus,in illa resoluimus ex quibus ipsum natura constituit, videlicet animal, rationale, mortale, intelligentiæ ac disciplinæ capax, atque ita hæc omnia assumentes hominis diffinitionem componimus.Dicitur etiã resolutio à particularibus,ac singularibus ad vniuersalia,donec ad ipsum generalissimum pertingamus,ascensus. Est etiam resolutio à re aliqua nota,ad principia causasq;,ex quibus res ipsa constat,atq; innotescit,regressus,iuxta quod resolutionis significatum, etiam demonstratio dicitur resolutio. Est etiam resolutio ex effectibus,ac posterioribus ad principia,causasq;,ex quibus effectus consistunt,recursus. Sumptum est resolutionis vocabulum per translationem ab ijs qui post peregrinationem in patriam reuertuntur,nam ad proprios lares ab externis regionibus reditus resolutio vocatur. Dicitur etiam resolutio à compositis ad simplicia,ex quibus componitur,transitus.Est autem & syllogismorum in figuras resolutio, si quidem eosdem in propositiones, & terminos resoluimus. Hæc quoq; ex cõmentarijs Ioannis grammatici in secundum librum resolutiuorum posteriorum,vel potius ex eorundem cõpendio,sumpta sunt.

E

Diffõ p resolutionem inuenitur.

F

Eiusdem Ioannis Gram. verba adducit,quibus ille de quatuor agit doctrinis,quot,qualesq;, & cur tot numero existant. CAP. VI.

SEd & idẽ Ioannes grãmaticus in magnis cõmentarijs dictorũ librorũ Aristotelis non minus q̃ ceteri græci expositores,de quatuor doctrinis,quales nã sint,& cur tot numero existãt,tàm docte,q̃ copiose ẽt conscripsit,cũ inquit. Quatuor sunt genera methodi quibus oĩs doctrina,ac disciplina artificiosa perficit̃. Diffinitiua.s.ac demonstratiua,diuisiua,ac resolutiua. Haud iure superuacuũ videretur,cũ de demonstratiõe,ac diffinitiõe sermo habeat̃, de quatuor pariter doctrinarum modis explanare, & quid sint,& propter quid sint, & quod nam singulorum sit opus,ac quo pacto adinuicem se habeant. Sunt.n. viæ quædam, ac rationes intellectuales, cum quibus humana mens proprias inquisitiones appræhendit. Ad hunc.n.inuentę sunt finem,vt earum adminiculo, ea quæ sunt occulta atque recondita,intellectus inueniat. Est autem diffinitiuæ quidem opus, propriam rei propositæ substantiam ostendere. Demonstratiuæ vero per se accidentia per medias causas proprijs inesse subiectis demonstrare. Diuisiuæ autem,genera specierum,siue subalternarum, siue specialissimarum assumere,atq; eadem specificis differentijs diuidere,nihil prætereundo intermedium. Resolutiuæ vero,ex indiuiduis, ac singularibus,ascendere ad specialissima,atq; à specialissimis ad subalterna,simpliciterq; à postremis ad priora,& prędicata.Cum.n.plurima sint resolutionis, ac diuisionis significata,hæ solæ,quæ dictæ sunt,propriam habent appellationem,vt quæ ad diffinitionem,ac demonstrationem conducant,quas etiam ambas Aristoteles ipse in hoc libro proposito ad diffinitionum accipit inuentionem, Vtranq; quidem ad idem conferre asserens, resolutiuam vero diuisioni præponens. Hæc quidem sunt quatuor doctrinarum sua singulis opera deputata. Reliquum esset quo pacto se inuicem habeant exponere.Est.n.dubitatione dignum,nunquid principales existant,& an diffinitiuam, ac demonstratiuam reliquæ duæ,veluti causæ constituant,siquidem per eas diffinitiones inueniri videmus:vel non ita se res habet,sed hæ potius,tanq̃ ministræ illis subijciuntur, eisdem quodammodo subseruientes,ac rationi scientia comite,illam quæ rebus aduenit,ab illis specificationem præparantes. Si enim tanq̃ illarum causæ hasce præcederent, ipsæ per se ipsas perfectionem,& nõ relationem ad illas haberent. At nunc intueri licet ipsas ad illas respicere, ac non aliter q̃ arte secandi,& qua metalla effodiuntur,fabris lignarijs,atq; aurificibus,habilem illis materiam perficere,siquidem genera sunt diffinitionum materiæ,quæ cum sint indeterminata,assumens diuisio differentij distinguit,atq; idonea ad diffinitionum formationem operatur. Demum ita elaborata genera suscipiens,& conuenientem eis ordinem,ac compositionem adiungens,diffinitiones instituit, eodem modo resolutiua ab indiuiduis ad specialissima ascendit,atq; ab his ad superiora genera,ac semper subiectis cõmunia perquirit,quę demum inuenta diffinitiuæ suppeditat,quæ deinde ipsa diffinitiua suscipiens, ac conuenienti ordine iungens,ex his quidem quæ sunt cõmunia singularibus,specierum,conficit diffinitiones,ac rursus ex his quæ sunt cõmunia speciebus,generum construit diffinitiones. Quare si quis diuisiuæ,ac resolutiuę eum auferat vsum,quem diffinitionibus præstant,atq; ab illarum respectu seiungat,imperfecte,& nihil,aut parum aliquid vtilitatis afferre videbitur. Hæc igitur ita se habent. At diffinitiua ipsa est per se ipsam perfecta, & rerum explicat substantias,ipsaq; demonstratiuam constituit cum illi medium subministret & causam,sine qua demonstrationem fieri est impossibile,omnem siquidem vim ab illa demonstratio nanciscitur. Post hanc vero est demonstratiua statuenda. Reliquæ harum ministræ,ac famulæ existunt,sed principaliter quidem diffinitiuæ,per hanc autem mediam,etiam demonstratiuæ. Non absq; ratione autem diffinitiua demonstratiuæ præponitur. Illa si quidem rerũ substantias explicat,hæc rebus ipsis assequentia demonstrat. Sicuti autem se habet substãtia ad illa quæ ipsam cõsequuntur,ita diffinitiua ad demonstratiuam. Neq; vero superuacaneum videtur de numero earum aliquid dicere. Cur nam cõmunes doctrinarũ, ac disciplinarũ viæ,ac rationes sint tantummodo quatuor,neq; maiori numero,neq; minori comprehendantur. Vel igitur substantiarum certam quęrimus habere scientiam,aut eorum quæ easdem substãtias consequũtur. Ad substantiarum

G

quatuor doctrinarũ officia.

Quo pacto se inuicem habeant.

H

Cur tãtum quatuor.

A rũm cognitionem vtimur diffinitiua. Ex his autem, quæ quod quid eſt manifeſtant, in conſequentium venientes notionem, ad eorum probationem vtimur demonſtratiua. Quia vero diffinitiuæ neceſſaria eſt materia, eandem diuiſio, ac reſolutio ſuppeditant. Nam cum diffinitiones ſint vel ſpecialiſsimarum, vel ſubalternarum, aut à ſuperioribus, aut ab inferioribus, iſtas inquirimus, & cum à prioribus rimari placuerit, vtimur diuiſione, ſicut cum à poſterioribus, reſolutione, adeo ꝙ principales quidem ſcientiæ ſunt, diffinitiua, ac demonſtratiua, ad has autem diriguntur, diuiſiua, & reſolutiua.

Ioannis Damaſceni verba affert, quibus ille quatuor eſſe doctrinas affirmat, & triplicem eſſe reſolutiuam. CAP. VII

IOannes quoq; damaſcenus, in libro in quo de arte, quæ logica dicitur, tractans de eiſdem quatuor doctrinis, ita ſcribit. Sciendũ eſt ꝙ quatuor ſunt dialecticæ. i. logicæ methodi, Diuiſiua quæ genus in ſpecies per differẽtias ſecat. Diffinitiua quæ ex genere, & differentijs, quibus vſa eſt diuiſiua, propoſitę rei diffinitionem conſtituit. Reſolutiua quæ id quod magis compoſitum exiſtit in ſimpliciora reſoluit, hoc eſt corpus in humores, hos in quatuor elementa, hęc autem in materiam, & formam. Demonſtratiua autem eſt quæ per medium aliquod rem propoſitã demoſtrat, veluti propoſitum eſt mihi demonſtrare ꝙ anima eſt immortalis, per hoc medium, Quod ſemper mouetur eſt immortale, anima ſemper mouetur, igitur anima eſt immortalis. Illud quoq; noſſe oportet ſyllogiſmos

B ad demonſtrationem pertinere. Neq; nos lateat reſolutiuam eſſe triplicem. Eſt. n. reſolutio naturalis, cuius paulo ſupra exemplum attulimus. Eſt & reſolutio logica, quando propoſitum ſyllogiſmum in propriam figuram reſoluimus. Eſt etiam mathematica reſolutio, quando accipimus id quod quæritur tanq̃ conceſſum, atq; ab eodem ꝓgredimur, donec ad aliquid omnium opinione confeſſum perueniamus, ex quo poſtmodum propoſitum adſtruitur, veluti ſi in quæſtionem ducatur, nunquid anima ſit immortalis, hoc ipſum quod quæritur accipio tanquam conceſſum, atq; ita ratiocinor, Quãdo quidem anima eſt immortalis, ſunt pro malis, & bonis actionibus præmia repenſa, ſi ſunt pro bonis, & malis actionibus præmia repenſa, eſt quod iudicat, & iudicatur, ſi eſt quod iudicat, & iudicatur, eſt quod prouidet. Ex prouidentia tandem in prouidentiam deuenimus, quam omnes concedunt, mox per compoſitionem dico, Quando quidem eſt prouidentia, atq; iudicium, præmia rependuntur, ſi præmia rependuntur, eſt aliquod quod iudicatur, ſi eſt aliquod quod iudicatur, anima eſt immortalis.

Resolutiua triplex.

Alexandrum citat, vbi multiplicem eſſe reſolutionem oſtendit, dum docet, quare Ariſt. libri reſolutorij dicantur. CAP. VIII.

ALexandex ẽt in cõmentarijs priorum reſolutiuorum Ariſtotelis aſsignans & ipſe cauſam eorundem librorum inſcriptonis, multiplex reſolutionis ſignificatũ his verbis oſtendit. Ideo autẽ reſolutorij dicuntur, qm̃ compoſiti cuiuſq;, ad ea, ex quibus cõpoſitio facta eſt, reditus, reſolutio vocatur. Nam econtra ſe habet reſolutio, q̃ compoſitio. Si quidem compoſitio à principijs via eſt ad ea quæ ex principijs oriuntur, reſolutio autem reditus à fine ad principia. Nam & geometrę reſoluere dicuntur, quoniam à concluſione principiũ facientes, ordine quo-

C dam per ea, quę ad concluſionis demonſtrationem aſſumuntur, ad principia propoſitæ quæſtionis aſcendunt. Sed & qui compoſita corpora in ſimplicia reducit, reſoluere dicitur, & qui ſimplicium vnumquodq; in ea ex quibus eorum eſſentia eſt conſtituta. ſ. in materiam, & formam. Sed & qui orationem in partes diuidit, & eaſdem partes in ſyllabas, & has in elementa, hic quoq; reſoluere dicitur. Proprie autem reſolutio appellatur, cum ſyllogiſmi cõpoſiti in ſimplices reſoluuntur, ſed & ſimplices in propoſitiones ex quibus conſtant, ſed & ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos reductio, reſolutio quædam exiſtit, iuxta quod maxime reſolutionis ſignificatũ hi libri reſolutorij inſcribuntur. Nam in fine primi libri quandam viam, ac rationem Ariſtoteles tradit, per quam hoc cõmode facere valeamus: nec minus quo pacto ſimplices ſyllogiſmos in propoſitiones, ex quibus conſtant, reſoluamus idem Ariſtoteles docet. Eundem quoq; authorem inuenimus aliquãdo dicere, quomodo ſyllogiſmi compoſiti ex ſimplicibus fiant, ac quo pacto ad eoſdem reducantur. In quibus igitur libris de ſyllogiſmorum reſolutione pertractat, hos reſolutorios priores, in quibus autem de demonſtrationibus, hos quidem reſolutorios & ipſos, ſed poſteriores inſcripſit.

Alcinous quoque Platonicus citatur, vbi ille de quatuor doctrinis meminit, & diuiſionis modos plures & reſolutionis enumerat. CAP. IX.

ALcinous quoq; philoſophus Platonicus in libello, in quo placita Platonis exponit, de quatuor doctrinis, ex

D eiuſdẽ Platonis ſentẽtia, facit mentionẽ. Cuius dicta nõ grauabor apponere, vt vnuſquiſq; facile intelligat, vtriuſq; ſectę, & Platonicæ, & Ariſtotelicæ familiares philoſophos, non longe diuerſa, de quatuor doctrinis, & multiplici reſolutionis ſignificato, ſed eadem propemodum litteris tradidiſſe. Sunt autem hæc Alcinoi in eodem libro verba. Maxime vero proprium, atq; intimum dialectices eſſe arbitratur, vniuſcuiuſq; rei ſubſtantiam inſpicere, deinde accidentia. Contemplatur autem quid vnaquæq; res ſit, vel ex ſuperioribus, per diuiſionem, ac diffinitionem, aut ex inferioribus, per reſolutionem. Accidentia autem quæ ſubſtantijs inſunt, vel ex contentis, per inductionem, vel continentibus, per ſyllogiſmum, adeo vt rationabiliter hæ ſint dialectices partes, vna diuiſiua, altera diffinitiua, altera reſolutiua, ac præterea inductiua, ac ſyllogiſtica, ſiue collectiua. Diuiſio igitur, alia eſt partitio generis in ſpecies, alia eſt totius in partes, veluti cum animam diuidimus in rationalem, atque paſsibilem, ac rurſus paſsibilem, in iraſcibilem, ac concupiſcibilem. Alia eſt partitio vocis in plura ſignificata, vt quãdo vnum, & idem nomen plura ſignificat, alia eſt accidentium in ſubiecta, vt cum dicimus, Bonorum, alia animam, alia corpus exornant, alia ſunt quæ externa appellantur. Eſt & ſubiectorum in accidentia diuiſio, vt cum dicimus, Hominum, alij boni, alij mali, alij medij. Oportet igitur in primis vti partitione generis in ſpecies, vt vniuſcuiuſq; rei eſſentiam cognoſcamus, hoc autem ſine diffinitione fieri non poteſt. Diffinitio autem ex diuiſione ortum habet, hoc modo, rei quæ diffinienda ſit, genus diſcere oportet, veluti quia genus hominis eſt animal, deinde ipſum genus per

Diuiſionũ modi.

proximas

proximas ſecare differentias vſq; ad ſpecies deſcēdendo, veluti per rationale, & irrationale, & mortale, & īmortale, ita ꝙ ſi proxime differentiæ cum genere coniungantur, ex ipſis, hominis diffinitio conſtituitur. Reſolutionis autē ſpecies tres ſunt, Vna eſt aſcēſus à ſenſibilibus ad intelligibilia prima, alia eſt à demōſtratis, & ſub demonſtratis ad indemonſtrabiles, & īmediatas ꝓpoſitiones regreſſus, alia eſt à ſuppoſitione aſcēdens ad principia quæ ſuppoſitione non egent. Et prima habet talē naturā, veluti ſi à bono corporis tranſeamus ad aīæ bonum, ab hoc aūt ad bonū quod in legibus eſt, deinde ad infinitum pelagus bonitatis, vt hoc modo indagantes ipſum per ſe bonum reperiamus. Secunda reſolutionis ſpecies talis exiſtit. Supponere oportet id quod quæritur, ac contemplari, quæ nam ſint illa priora, atq; à poſterioribus ad priora aſcendendo, demonſtrare, donec peruentum ſit ad primum, atq; confeſſum, à quo rurſus incipiendo ad rem quæſitam per compoſitionis modum deſcendamus, veluti ſi quæramus, Nunquid anima ſit immortalis, hoc ipſum ſupponens, quęro an ſemper mobilis, deinde hoc demonſtrato, iterum quæro, an id quod ſemper mobile, ſit per ſe mobile, quo demonſtrato, rurſus quæro, an per ſe mobile principium motus exiſtat, deinde ſi principium, an ingenitum, quod veluti pro confeſſo habetur, cum quod ingenitum eſt, etiam incorruptibile ſit. Sumpto igitur ab hoc, quod ex ſe patet, initio, talis demonſtratio componitur, Principiū ingenitum eſt, & incorruptibile, principium motus eſt id quod per ſe mouetur, anima autem eſt per ſe mobilis, igitur ingenita, incorruptibilis, atq; immortalis eſt anima. Quæ autem per ſuppoſitionem reſolutio ſit, talis eſt. Qui aliquid inquirit, id eſſe ſupponit, deinde quid ſequatur ad ipſum ſuppoſitum, inſpicit, ac poſtmodum ſi ſit de ſuppoſitione ratio afferēda, aliam faciens ſuppoſitionem, inquirit, an id quod prius ſupponebatur ad aliam ſequitur ſuppoſitionem ea nunꝗ inquiſitione ceſſante, donec ad aliquod principium perueniamus, quod ſuppoſitione non egeat. De inductione autem, & ſyllogiſmis, quibus, & quemadmodum, & alijs dialectices partibus vſus eſt Plato, plura ſubiungit Alcinous quæ prolixitatis euitandæ gratia prętermitto.

E — Reſolutionis ſpecies tres.

F

Quid Proclus Platonici dogmatis ſectator de quatuor dialectices facultatibus ſcripſerit. CAP. X.

NEc minus Proclus philoſophus eximius qui pręcipue Platonis dogmata excoluit, in primi libri elemētorū Euclidis expoſitionis ꝑfatione, ita de quatuor dialectices facultatibus ſcribit. Sic dialectica philoſophiæ puriſsima pars ſuper diſciplinas ꝓxime extenditur, omnemq; illarum cōtinet inuolutionē, atq; earundem doctrinis varias ex ipſa tribuit facultates, quæ perfectiuæ ſunt, iudicatiuæ, atq; intellectuales, reſolutiuam dico, diuiſiuam, diffinitiuam, ac demonſtratiuam, quibus adiunctæ, atq; perfectæ hæ diſciplinæ, quæ à græcis mathematicæ vocantur, non nulla quidem per reſolutionem inueniuntur, non nulla per compoſitionem, & alia quidem per diffinitionem, alia per modum diuiſionis ponunt, non nulla autem quęſita per demonſtrationes abſoluunt, haſce facultates ſuis adaptantes ſubiectis, ſingulisq; ad mediorum vtentes contemplationem. Quo fit vt in eiſdem diſciplinis, reſolutiones, diffinitiones, diuiſiones, atq; demoſtrationes, ſint propriæ, ac ſecundum modum diſciplinarum cognitioni congruentem reuoluantur. Recte igitur dialectica ſpecies diſciplinarum appellatur.

In quo conueniant, quos ſupra citauit, authores, in quo item latini expoſitores Galeni, & in quo ancipites, & veram eſſe demonſtrationem, cum à priorib. reſolutione inuentis ad poſteriora cōponendo proceditur. CAP. XI.

G

HAec ſunt quæ græci authores, non minus Platonicæ, quàm Ariſtotelicæ ſectæ familiares, de quatuor doctrinarum modis, & varijs reſolutionum ſignificatis, concordi fere ſententia ſcripſere. Illud autem in eorum ſcriptis diligens lector animaduertet, omnes eos, quos commemorauimus authores reſolutiuam doctrinam, demonſtratiuæ, ac reliquis duabus, tanquam ab illis diuerſam oppoſuiſſe. Latini autem expoſitores Galeni in hoc omnes conueniunt, quòd doctrina reſolutiua, de qua Galenus loquitur in procemio artis paruæ, ſit doctrina demonſtratiua. Sed vtrum hæc vtatur eo demonſtrationis genere, quæ demonſtratio propter quid, an altero quæ demonſtratio quia à Neotericis nominatur, vt circa initia operis diximus, adhuc ſub iudice lis eſt. Et ſi vero non nulla quæ ſupra ex veterum philoſophorum ſententia ſunt à nobis expoſita, de eo reſolutionis modo, quo à compoſitis ad ſimpliciora, aut à poſterioribus ad priora, ſiue ab effectibus ad cauſas accedimus, probare videatur illorum opinionem, quia aiunt doctrinam reſolutiuam eſſe demonſtrationem, quæ à recentioribus philoſophis demonſtratio quia nuncupatur, Si quis tamen eorundem veterum philoſophorum, non modo ſcripta, ſed etiam intimos ſenſus diligenter, ſubtiliterq; ſcrutetur, inueniet id omnes fere innuere, non eſſe veram demonſtrationem, niſi cum à prioribus quæ per reſolutionem inuenta ſunt, ad poſteriora componendo, procedimus, adeo vt vera comprobetur Gemini ſententia, reſolutionem nihil aliud eſſe, niſi demonſtrationis inuentionem, cui etiā ſententiæ adſtipulatur verba Themiſtij in paraphraſi primi libri poſteriorum reſolutoriorum Ariſtotelis ita ſcribentis. Demoſtratio vero ſemper priora quę ſecundum naturam ſint priora deſiderat, ꝙ ſi ex prioribus ſecundum nos demonſtratio aliqua nectitur, vt demonſtratio appellari poſsit, non tamen ſimpliciter, ſed ſecundum nos demonſtratio dicitur. Idem pariter Simplicius adſtruit, in expoſitione primi libri Ariſtotelis de phyſica auſcultatione. Vbi quærit qualis ſit cognitio quæ habetur de rebus naturalibus, ab his qui harum principia, & cauſas ex compoſitis, & iam confuſis inuenerunt. Manifeſtum enim eſſe inquit, ꝙ coniecturalis eſt huiuſmodi cognitio principiorum, & non demonſtratiua. Vnde concludit Simplicius Platonem recte phyſiologiam ideſt rerum naturaliū ſcientiam eſſe quandam icotologiam, ideſt coniecturalem locutionem, putaſſe, cui etiam opinioni inquit Ariſtotelem conſentire, qui illam quæ eſt proprie demonſtratio, vult fieri ex immediatis, & principijs per ſe creditis, & ex ijs, quæ proprie ſunt cauſæ, & natura priores.

H — Geminus Themiſtiꝰ in poſte.

Simplicius

Reſolutionem, qua mathematici frequentiſſime vtuntur, non niſi principia, ex quib. ſit demonſtratio, indagare, & ipſos omne doctrinæ genus vſurpare contra Pluſquā cōm. & Conciliatorem. CAP. XII.

NEq; illud reſolutionis genus quo mathematici frequentiſsime vtuntur, ad aliud tendit, niſi ad principiorum ex quibus demonſtratio componitur, inuentionem. Quare ijdem mathematici reſolutionem, ac cōpoſitionem hoc modo diffiniunt. Reſolutio eſt aſſumptio quæſiti tanquā confeſsi per conſequentia progrediens ad verū

A ad verum aliquod atq; confeſſum. Compoſitio eſt aſſumptio confeſsi,per conſequentia procedens ad quæſiti cõprehenſionem. Sunt autem mathematicorum libri, & præcipue tertius decimus liber elementorum Euclidis ex editione Theonis,& reſolutionum & compoſitionum pleni. Idcirco Hali in expoſitione artis paruæ Galeni,q̃uis non explicet qualis ſit doctrina reſolutiua qua vtuntur mathematici,ait tamen hanc ipſam doctrinam eſſe mathematicis notam,quo quidem Hali teſtimonio fruſtra Plusq̃cõmentator ſuã de doctrina reſolutiua opinionem tentauit aſſeuerare. Si.n.vt teſtatur Hali,mathematici vtuntur reſolutione, ſiue doctrina reſolutiua, non autem eſt apud eos vſitata demonſtratio quia, ſed potius propter quid, hinc ſe colligere arbitratur idem Plusq̃cõmentator, doctrinam reſolutiuam eſſe demonſtrationem propter quid. Nos autem ex ijs,quæ ſupra expoſuimus,ſatis cõſtare arbitramur mathematicos,& diuiſionibus,& diffinitiõibus,& demonſtrationibus,& reſolutiõibus vti,nihilq; aliud apud ipſos eſſe reſolutionem,niſi demonſtratiõis propter quid inuentionem, non ipſam demonſtrationem propter quid. Vnum aũt mathematicę reſolutionis exemplum,nõ grauarer apponere,niſi ſcribendi fugerem prolixitatem in re pręſertim,quam vnuſquiſq;,qui mathematicorum diſciplinas vel mediocriter deguſtarit,poſsit ex eorundem mathematicorum libris perdiſcere. Vnde nõ poſſum nõ parum admirari Conciliatorem,qui habitus eſt ætate ſua,vt noſtra quoq; habetur,in mathematicis ſcientijs,vſq; ad necromantiæ ſuſpicionẽ,excellentiſsimus,

Euclidis xiij libri. Hali. Aduerſus Pluſq;cõ. Aduerſus Cõciliat.

B auſum contra Hali ſententiam,differentia octaua pronunciare,mathematicos nõ noſſe doctrinam reſolutiuam, vel ſi eam ſciunt,non tñ vti ea. Quare ait Halin ſuos ſectatores in ignorãtię barathrum detruſiſſe. Atqui Proclus, & Euclidis expoſitor,& omnium græcorum iudicio mathematicus excellentiſsimus,teſtatur mathematicos,non minus reſolutiua, q̃ reliquis alijs tribus dialectices facultatibus vti,quẽadmodum eiſdem authoris verba quæ ſupra de quatuor doctrinis recitauimus apertiſsime oſtendunt,ac quemadmodum etiam ſine aliquo Procli teſtimonio,mathematicorum libri pleni reſolutionum,ac compoſitionum,vt diximus, manifeſtãt. Quocirca Hali vere potuit affirmare,mathematicos & noſſe & vti doctrina reſolutiua,ſi modo eã potius eſſe demonſtrationis inuentiuam,q̃ demonſtratiuam,vt nos ex veterum philoſophorum authoritate probauimus,intellexerit. Alioquin Cõciliatorem non temere contra ipſum inuehi,in proceſſu huius noſtræ diſputationis concedemus. Qui tamen Conciliator & ipſe viſus eſt ignoraſſe,& quid ſit reſolutio mathematica,& cur priores ac poſteriores libri Ariſtotelis, reſolutorij nominati, talem ſortiti ſint appellationem, quæ omnia nos in præcedentibus, ex ſententia veterum philoſophorum abunde docuimus.

Procl⁹ mathematic⁹.

Præter reſolutionum iam dictos modos,alium adhuc eſſe,qui à propoſito fine ſumit initium: quid de illo dicat Ariſtoteles: & Auerroem acrius incuſat. CAP. XIII.

SEd vt tandem ad principale noſtri inſtituti propoſitum reuertamur, ad oſtendendum ſcilicet quæ fuerit Galeni de tribus doctrinis ordinatis, & de illa præſertim quam dicit in proœmio artis paruæ, ex notione finis C inchoare, & fieri ſecundum reſolutionem, ſententia, Illud neceſſarium habemus adijcere,quòd præter ſupra tactos reſolutionum modos, eſt quidam alius,qui, vt teſtatur Ariſtoteles libro tertio moralium, eſt reſolutioni mathematicæ ſimilis, quem Galenus præcipue methodum reſolutionis nominat, quidam ex neotericis ſyllogiſmum practicum vocant. Fit autem hoc modo. Proponitur finis,quem aſſequi intendimus, deinde inquiruntur illa per quę eundem finem poſſumus attingere,nunq̃ ceſſante inquiſitione,donec ad aliquod vltimum peruenerimus,quod ſit actionis principium. De tali reſolutione ſimili illi quam diximus,mathematicam appellari Ariſtoteles libro allegato loquitur in hunc modũ. Nec ſane de finibus conſultamus,ſed de his quę ſunt ad finẽ. Medicus enim non conſultat,an ſanum faciat,nec orator an perſuadeat,neq; gubernator reipu. an bene inſtituat ciuitatem,neq; aliorum quiſquam de fine deliberat,ſed poſito fine,quemadmodum ad illud perueniatur conſiderat,& ſi per multa fieri poſſe conſtat,per quod illorum facillime & optime fiat,perquirunt, ſi vero per vnum,quẽadmodum per vnum fiat,& id rurſus per quod,donec perueniant ad primam cauſam,quod in inuentione vltimum eſt. Qui enim conſultat, videtur quærere,ac reſoluere prædicto modo,quaſi diagramma. Eiuſdem reſolutionis,quæ à fine propoſito ſumit initium, habetur exemplum etiam apud Ariſtotelem libro ſeptimo primæ philoſophiæ, quam metaphyſica,ideſt poſtnaturalia nominant,vbi ſcribuntur hæc verba. Fit autem ſanũ,ita cogitante.ſ.medico. Quoniam ſanitas eſt tale quid,neceſſe eſt ſi ſanum futurum ſit,vt hoc adſit,ſ.æqualitas,& ſi hoc,caliditas,& ita ſemper ratiocinatur,donec reduxerit ad hoc quod ipſe efficere poteſt. Hoc in loco Ariſtoteles vult oſtendere qũo

Meta. 7.

D fiat ſanitas,non quomodo facta ſit,vt male exponit Auerrois cõmentator,qui dedit Conciliatori errandi occaſionem,vt paulo infra oſtendemus. Oſtendit inquã Ariſtoteles quomodo ſanitas à medico reſtituatur, ſi quem contingat ægrotare,ita.ſ.eodem medico ratiocinante. Si ſanitas eſt æqualitas calidorum,& frigidorum, oportet factã in his inæqualitatem ad æqualitatem peruenire, ita ꝙ alterum non ſuperexcedat alterum, ſed modice ſe habeat. Si vero debeat eſſe ęqualitas,oportet vt adſit caliditas. Supponatur.n.frigiditatem ſuperabundare. At ſi caliditatẽ adeſſe conuenit,opus eſt frictione. Incipit ergo medicus à frictione,quam facere poteſt,quæ quidem frictio vltima eſt ſecundum intentionem ad ſanitatem, & æqualitatem,& caliditatem collata. Primum.n.medicus mente concipit ſanitatem,deinde æqualitatem,deinde caliditatem,vltimo loco frictionem,quæ tamen in opere primas partes habet. Primum.n.frictio caliditatem,caliditas æqualitatem,æqualitas ſanitatem,& hoc eſt illud quod dicitur,ꝙ principium operationis eſt finis cognitionis,& principium cognitionis eſt finis operationis. Quę poſtrema verba cõmuniter dicta vſurpat etiam Cõmentator in huius loci expoſitione cõmento vigeſimo tertio, ſed præter hæc verba reliqua expoſitio falſa eſt,& ſenſum Ariſtotelis omnino deprauat. Neq;.n.ꝓponit ſanitatem quã medicus facere intendat, ſed iam factam ſupponit,neq; æqualitatem nominat quam adeſſe oporteat,ſi ſanitas futura ſit,ſed fluxum naturæ,qui ſi fuit,oportuit affuiſſe caliditatem,& ſi caliditas affuit,oportuit bibiſſe pharmacũ, ſeu laxatiuum,vt vtar vocabulo,quo Auerrois,cum tamen Ariſtoteles in ſuo exemplo nõ de fluxu,ſed de æqualitate qualitatum,nõ de pharmaco,ſed de frictione loquatur,quæ faciens caliditatem, facit etiam æqualitatem, & conſequenter

Auer.

ſequenter ſanitatem. Laxatiuum autem tàm frigiditatem, q̃ etiam caliditatem poſſe facere, ſi non per ſe, ſaltem ex accidenti, nemo medicus neſcit, ex frictione, de qua loquitur Ariſtoteles, fieri caliditatẽ tàm à vulgo, q̃ etiam à medicis ſcitur. Non eſt autem admirandum, ſi Auerrois expoſitio corrupta eſt, cum etiam trãslatio, quã ipſe exponit ſit deprauata, quod vnuſquiſq; poterit animaduertere, qui translationem arabicam grecę contulerit, quæ licet & ipſa barbara ſit, multo tamen fidelior eſt altera, quam Auerrois ſequutus, & ipſe grauiter errauit, & philoſophos noſtræ ætatis (de illis loquor qui non ei minorẽ, q̃ Ariſtoteli adhibent fidem) tetra inſcitiæ caligine obtenebrauit, mille.n. ſunt huiuſmodi loca, ne dicam decẽ millia apud Ariſtotelem male è gręca in arabicam linguã translata, & conſequenter perperam à Cõmẽtatore declarata. Sed de hoc ipſo loco libri ſeptimi, de prima philoſophia non ſatis recte à Cõmentatore expoſito, etiam inferius loquemur, vbi de Conciliatore ſuam ex Auerrois expoſitione opinionem de doctrina reſolutiua confirmante, verba faciemus. Iam ad id vnde digreſsi fuimus reuertamur. E

Quid dicat Simplicius de Reſolutione, ab accepto fine quæ fit, ſub ædificatiuæ artis exemplo, apte ambas conferens. CAP. XIIII.

DE tali etiam reſolutione, quæ à fine concepto ſumit initium, facit mẽtionem Simplicius in expoſitione libri ſecundi Ariſtotelis de naturali auſcultatione, vbi Ariſtoteles conatur oſtẽdere quo pacto eodem fere modo in mathematicis, & in his quæ à natura fiunt inueniatur neceſsitas. Verba autem Simplicij locum illum exponentis hæc ſunt. Habet autem conſecutio ſimilitudinem, ſi quis finem tanq̃ natura primum cõſiderauerit, quoniam & propter hunc & materia eſt. Hoc autem & ipſe Ariſtoteles cõfirmat ex artibus. Quiſpiam enim ſtatim ab initio concipiens vſum domus, atq; vtilitatem, & prius figuram animo fingens, ſic apponit materiam, eſt enim finis notio principium ſpeculationis ſed non actionis. Duplex enim principium, alterum ſpeculationis, alterum actionis, & notio quidem finis eſt ſpeculationis principium. Quia egemus defenſione, ideo & tectum facere oportet, igitur & parietes, & fundamenta, finis vero ſpeculationis eſt principium actionis. Idem Simplicius in expoſitione libri prędicamentorum Ariſtotelis volens oſtendere, quam præſtet vtilitatem hic liber cum ad totius philoſophię, tum ad artis logicæ introductionem, declarat obiter, ſecundum quam methodum fuerint omnes partes ſyllogiſmum demonſtratiuum conſtituentes ab Ariſtotele inuentæ ſecundum methodum.ſ. reſolutiuam, & eodem vtitur exẽplo artis ædificatiuæ, in hunc modum ſcribens, Vtilis autem horum doctrina ad totius philoſophicæ, & logicæ tractationis introductionem. Liquet enim ꝙ ſimpliciora ad elementationem ſunt vtilia, propter quod & geometer à ſimplicioribus inchoans, primum de triangulis, deinceps de quadrangulis docet, & tunc de quinquãgulis, & de alijs, qui ordine ſequuntur, multangulis. Et qui numerorum ſtudium habent, quid par, quid impar, atq; ita qd pariter par, & quid pariter impar. Quòd autem ad logicam tractationem vtilis ſit ſimplicium vocum principium, hinc manifeſtum. Contemplatio, & actio aduerſum iter tenent. Etenim contẽplatio à fine incipiens, via incedit ad principium. Actio aũt à principio ad finem progreditur, veluti in domo. Nam ipſius cõtemplatio vſum protinus concipit propter quem eſt domus, ꝙ propter tegumentum, quod à ventis, imbribus, atque æſtu defendit: & quo modo hoc fieri poſsit conſiderans inuenit, ꝙ ſine parietibus tegumentum nequit ſubſiſtere, parietes autẽ ſine fundamentis firmari non poſſunt, ſed neq; hæc poſsibile eſt vt iaciantur, niſi prius terra fodiatur, & hic deſinit, vnde actio incipiens primum fodit terram, deinde fundamenta iacit, & his ſuperadſtruit parietes, vltimo tectum ſuper imponit. Hic igitur etiam mihi ſimile obſerua. Sicut.n. indigemus domo quæ nos tueatur ab ea, quam venti, & imbres, & æſtus facit corruptionẽ, ita & egemus demonſtratione, quæ prohibeat illam quæ vere fit à falſo in contemplatione, & à malo in actione corruptionẽ. Sicuti.n. in contẽplatione opponitur vero falſum, ſic & in actiua philoſophia malum opponitur bono, & aliquo egemus inſtrumẽto, quo ipſa ſeparet, atq; diſtinguat, ne falſis pro veris, & malis pro bonis incidamus. Hoc autem inſtrumentum eſt demonſtratio, quod eſt examen vniuſcuiuſq; rei, neq; permittit nos debili forte, vel veri, vel boni ſimilitudine decipi, ſed omnia aperit, & explorat. Sicuti igitur domum qualiter fiat conſiderantes, in terræ foſsionẽ deſinimus, ſic & demonſtrationis generationem contẽplantes, quoniam demonſtratio aliquid alicui ineſſe dicit, & aliquid non ineſſe alicui, non ſimpliciter, ſed & cauſam apponens ob quam inſit, vel non inſit, manifeſtum eſt ꝙ non eſt ſimplex oratio, ſed plurium collectio, & eius quod ineſt, & cui ineſt, & cauſæ, induas ad minimum propoſitiones, collectę. Nam qui demonſtrat animam eſſe ĩmortalem, per medium hoc, per ſe mobile, ita dicit, Anima eſt per ſe mobilis, per ſe mobile eſt ĩmortale, & ita ſubinfert concluſionem, ꝙ anima eſt ĩmortalis. Syllogiſmus igitur demonſtratiuus eſt demonſtratio. Sed quomodo diſceremus ſyllogiſmum demonſtratiuum, niſi prius diſcamus ſyllogiſmum ſimpliciter? Neq;.n. ſcribere hanc, vel illam formam poterimus, niſi antea ſimpliciter ſcribere didicerimus. Syllogiſmum aũt ſimpliciter quomodo contingit diſcere, niſi ea ex quibus conſtat, prædiſcamus? Hæc autem ſunt propoſitiones? Verum & hæ ex nominibus ſunt, & verbis, his quidem ſubiectis, his vero prædicatis, quare & horum cognitio eſt neceſſaria, & neq; vſq; ad has reſolutio terminatur. Nam & has ipſas antecedit ſimplicium vocum contemplatio, ſecundũ quam omnia ſunt nomina, quoniam prima impoſitio tanq̃ nominum exiſtit. Cum.n. neceſſarium haberent homines res inuicem ſibi ſignificare, quia à cõmuni diſtabant intellectione, huic quidem nomen corpus impoſuerunt, huic vero dextrum, & alteri facere, vel pati, nõdum facta differentia, ſecundum quam hæc quidem ſubijciũtur, hęc vero prædicant, & hæc quidem conſignificant tempus, hæc vero non. Accedit igitur vocum ſimplicium contemplatio, & ab his incipiendum volenti facere demonſtrationem. Conuenienter igitur à prædicamentis inchoamus, quoniam per ipſa ad orationem ſignificatiuam, & ad res ſignificatas introducimur, à ſimplicioribus ad compoſitiora. Nam poſt ſimplices voces, quid nomen, quid verbum addiſcimus, deinde quid affirmatio, quid negatio, & quæ ſint harum differentiæ, quæ in libro de interpretatione docentur, deinde quid terminus, quid propoſitio, quid ſyllogiſmus, & quæ ſyllogiſmorum ſpecies, & quot in vnaquaq; figura, & quot in ſingulis figuris modi fiant, quæ diſcimus in prioribus reſolutorijs, & ita ad demonſtratiuã venimus tractationẽ, quam poſteriora reſolutoria inſcripſit Ariſtoteles.

F — Finis notio

G

H

Recte

A Recte igitur à libro prædicamentorũ,& logicæ tractationis,& totius philosophiæ initium facimus, & ex his quæ dicta sunt habemus ordinem libri propositi lectionis.

Vsu methodi Resolutiuæ à Galeno quoque declarari: tum errare Conciliatorem, ubi Gal. citat, & Auerroem: Auerroi vero in ordine Resolutiuæ contradicit, id, à quo illa incipit, finem esse mente conceptum, eumq́ dupliciter considerari, authoritatibus asserens. CAP. XV.

Sed & Gal. ipse, de cuius opinione differimus, vsum methodi Resolutiuę lib. xi. artis curatiuæ, tali exemplo declarat. His igitur qui febrem sanare conantur, necessarium est putredinem amouere, quare duæ fiũt intentiones, altera à febre, altera à putredine, vt quod quidem febris factum iam est, curetur, quod vero iam fit, prohibeatur. Sed rursus aliæ duæ intentiones suboriuntur, & iam factam putredinem auferre, & eam quæ iam fit prohibere. Hæc autem quæ iam fit, causam habet carentiam transpirationis, nam nihil prohibet ita nominare clarioris doctrinæ gratia. Quare & ab hac, duæ aliæ rursus erũt indicationes, & quod iam retentum est, euacuantibus, & quod futurum est, vt retineatur, prohibentibus. Prohibebitur autem sanantibus nobis obstructionem, cuius & ipsius id quod iam factum est sanare oportet, quod vero futurum, prohibere. Sanabitur autem id quod factum ab aperientibus, prohibetur vero futurum, si humorum influxum qui obstructionem faciunt coerceamus. Quod igitur vltimum inuentum est secundum methodum resolutiuam, hoc primum facere oportet in curatione. Hoc est verum exemplum doctrinæ resolutiuæ libro vndecimo capite decimo à Galeno positum, & non illud quod scribit Conciliator, differentia octaua, ex eiusdem libri capite primo & secundo sumptum, dum suam probare nititur opinionem, q̄ videlicet doctrina resolutiua sit demonstratio quia, & non propter quid, qui etiam Conciliator eiusdẽ probationis gratia, citat Auerroim, locum illum Aristotelis, supra à nobis adductum in exemplum methodi resolutiuæ, ex libro septimo de prima philosophia, exponentem, his verbis. Et cum iste infirmus est, modo sanus, necesse est vt fluxus naturę fuerit, & si fluxus naturæ fuerit, necesse est calorem fuisse, & si calor est, necesse est potasse laxatiuum, & hoc intendebat cum dixit, & si hoc est iam fuit calor, & secundum hunc modum dicemus vnum post aliud. i. & sic dicemus vnum post aliud, secundum dissolutionem. s. incipiendo à posteriori, & perueniendo ad primum principium in cognitione. Deinde dicit, & motus qui ex hoc est actio &c. i. motus qui incipit ab vltimo in dissolutione, & est cõpositio, dicitur actio procedens ad sanitatem, ita q̄ accidat, q̄ sanitas quæ est extra animã, sit à sanitate quę est in aïa, & intendebat q̄ esse sanitatis quæ est in aïa, est in compositione ad esse sanitatis, quę est extra animam, & hoc est illud quod dicitur, q̄ principium operationis est finis cognitionis, & principium cognitionis est finis operationis. Hæc quidem Auerrois, qui in aliquibus verbis plurimam ostendit resolutionis à notione finis inchoantis cum resolutione mathematica, similitudinem. Quem. n. motum Aristoteles, atq; Simplicius vocãt actionem, vel factionem, Cõmentator nominat compositionem, quasi actio in agibilibus compositioni, in mathemathicis, & simpliciter in omnibus speculabilibus proportione respondeat. Verum in multis ab Aristotele dissidet, & sibi ipsi non consentit, nam postremum dictum, quod est commune dictum, & maxime Galeni libro. xi. artis curatiuę, quem antea allegauimus, q̄ videlicet finis cognitionis, est principium actionis, secundum methodũ resolutiuam, sicuti principium cognitionis est finis operationis, hoc inq̄ omnium, & præcipue Galeni dictum verissimum existit, cui tamen repugnant verba priora Cõmentatoris dicentis, q̄ in dissolutione vnum post aliud dicitur, incipiendo à posteriori, & perueniendo ad primum principium in cognitione. Neq;. n. in methodo resolutiua, quam Auerrois dissolutionẽ nominat, incipimus à posteriori, neq; ab eo peruenimus ad principium cognitionis, imo contra, incipimus à principio cognitionis, quod est notio finis secundum Simplicium, donec perueniamus ad vltimum cognitionis, quod est principium actionis. Primus autem progressus vocatur ab Aristotele cogitatio, siue vt habetur in græca translatione, intelligentia. Secundum autem factio, ab Auerroi autem, vt diximus, cõpositio. Quare ex hoc loco Aristotelis libri septimi de prima philosophia, male meo iudicio apud Arabes interpretato, & peius etiam ab Auerroi cõmentatore exposito, contrarium elicitur ei quod vult habere pro sua opinione adstruenda Conciliator. Illud. n. à quo incipit doctrina resolutiua, quod secundũ Galenum est notio finis, siue principium cognitionis, nihil aliud est nisi finis mente conceptus, vt declarat Simplicius in verbis supra à nobis adductis ex expositione libri secundi Aristotelis de physica Auscultatione, exemplo artis ædificatiuæ. Ipse vero Aristoteles loco statim antea allato ex libro septimo de prima philosophia duobus exemplis, altero artis medicinalis, cuius finis est sanitas, altero artis ædificatiuæ, cuius finis est domus, siue eius vtilitas, vt Simplicius in allegata expositione declarat, quem finem vult idem Simplicius posse considerari, tanq̄ natura priorem his quæ sunt propter ipsum, si eodem modo, omnino & in mathematicis, & in his quæ à natura fiunt, debeat necessitas inueniri. Quam necessitatis similitudinem videtur Aristoteles in suis verbis quæ exponit Simplicius insinuare, quam etiã Simplicij expositionem confirmat Aristoteles libro secundo de partibus animalium, vbi secundum translationẽ Theodori, scribit hæc verba. Sed cum contra in generatione, atq; essentia agatur. Quæ. n. posteriora sunt generatione, hæc natura priora sunt, & quod primum est natura, id vltimum est generatione. Non. n. ædes laterum, aut lapidum gratia sunt, sed hæc gratia ædium petuntur. In eãdem sententiam scribit etiam Simplicius, in expositione eorum quæ pōstprædicamenta nominãtur, exponens quot modis dicatur prius, atq; posterius secundũ peripateticorum opinionem, atq; illum quoq; inter alios adducit quo aliquid dicitur esse conceptu prius, sicuti finis. Sunt autem hæc eiusdem Simplicij verba. Illud autem quod est conceptu prius, est sicuti finis, quoniam præintelligimus finem, sicuti tegumentum ante parietes, & fundamenta, & effosionem. Hoc igitur sub illa ponetur quæ sunt priora tempore. Ipsius vero subsistere posterius est tempore, substantia autem prius. Prima vero secundum substantiam quæ sunt perfectiora. Quod prioris significatum non videtur mihi prętermisisse Aristoteles, vt Iamblicus inquit, sed in quarto modo comprehendisse in quo honorabilius, & optimum, primum dicebatur. Ex his Simplicij verbis apparet finem dupliciter considerari, vel quatenus in mente est, & sic notio finis, siue conceptus, finis

Margin notes: Cõtra Conciliatorem. — B — C — Cogitatio. — D — Aristotele. — Simplicius — Prius. — Iamblicus

E

finis nominatur,& hoc modo acceptus prior eſt tempore ijs quæ propter finem eſſe dicuntur,vel quatenus extra animam ſubſiſtit,& ſic poſterior eſt tempore,ſed prior dignitate,ac perfectione,atq; ēt natura,vt verba Ariſtotelis manifeſtant,quæ quartum modum prioris in ijs, quæ poſtprædicamenta vocantur,exponunt. Sunt autem hæc, Adhuc vero melius,& honoratius,prius eſſe natura videtur. Hanc ēt duplicem finis conſiderationem tangit Auicenna ſexto libro eius operis,quod metaphyſica inſcribitur,inquiens, Cauſa finalis nō eſt cauſa inuenta extra,ſed inuenta in intentione agentis. Quam Auicennæ ſententiam confirmat Alexander in expoſitione quinti libri de prima philoſophia,ſtatim circa initia eiuſdem libri,vbi Ariſtoteles quot modis principium dicatur exponit. Sunt autem verba Alexandri hęc,Principium vocat.ſ. Ariſtoteles, finis & propoſiti cognitionem. Hoc.n.in agibilibus primum principium,& cauſa,vt agibile fiat. Quare quod ſcribit Conciliator ſupra allata differentia, ex Boetij in topicis authoritate, ꝙ finis,& effectus,idem ſunt,& vterq; poſterior, De fine quidem qui extra animam ſubſiſtit, & in idem coit cum effectu,illis concedemus ꝙ ſit poſterior ſecundum tempus,licet non ſecundum eſſentiam,vel naturam. De fine autem mente concepto, qui notio finis,ſiue conceptus finis appellatur,qui eſt principium ſpeculationis,vt ait Simplicius,ſiue cognitionis,vt Auerrois loquitur,minime aſſentiemur. Hic.n.illa etiam,quę ad finem extra animam ſubſiſtentem quæruntur, ne dum finem ipſum quem aſſequi intēdimus,tempore,ꝓculdubio antecedit,vel hoc ipſum Auerrois expoſitione confirmante,quæ dicit ex intentione Ariſtotelis ſanitatem quæ eſt in anima,eſſe in compoſitione ad eſſe ſanitatem quæ eſt extra animam.

Auicenna.

Alexāder.

F

Hic vero modus prioritatis,ſecundū tempus primus eſt,atq; præcipuus,iuxta Ariſtotelem, in eo tractatu quem diximus poſtprædicamenta nominari. Ex his omnibus volumus eſſe concluſum,non poſſe Conciliatorem ex eo ꝙ Galenus ſcribit in proœmio artis paruę, doctrinam reſolutiuam fieri ex notiōe finis,non poſſe inq̄ ſuam aſſeuerare opinionem,ꝙ Doctrina reſolutiua ſit demonſtratio quia,cum ex eiuſdem Galeni verbis contrarium potius colligatur, eandem.ſ.doctrinam ex priori, non autem ex poſteriori procedere. Neq; tamen Plusq̄cōmentator,qui aduerſam Conciliatori tenet opinionem, quicquā ex tali concluſione lucratur, imo ex multis quæ ſupra à nobis dicta ſunt de notione finis ex authoritate Simplicij,liquere poteſt quantum idem Plusq̄cōmentator à vera Galeni ſententia deuiauerit,nam ſm Plusq̄commentatoris expoſitionem,notio finis ſequitur reſolutionem. Secundum autem Simplicium,atq; Galenum,vt etiā magis,ac magis poſtea declarabimus,notio finis antecedit reſolutionem.

Doctrina reſolu.

Notio finis,& Doctrina quo pacto arctius in proœmio artis paruæ Galeni capienda: quo item pacto Gal. velit quamuis ſcientiam aut artem ex proprij finis notione conſtitui. CAP. XVI.

SEd anteq̄ vtriuſq; opinionis,tàm.ſ.Plusq̄cōmentatoris,q̄ etiam Conciliatoris falſitatem oſtēdamus, prius eſt à nobis vera Galeni ſententia aperienda,nam ex recto,vt dici ſolet,obliquum magis apparet. Nos quidem hactenus de conceptu,ſiue notione finis generalius fuimus locuti.

G

Notio finis

Si vero velimus ad opinionem Galeni de doctrina à notione finis inchoante explicandam, propius accedere,Notio finis in ea oratione Galeni,quæ ſtatim proponitur in proœmio artis paruę in his verbis,Tres ſunt omnes doctrinæ quæ ordini inhærent,prima quæ fit ex notione finis ſecundum reſolutionem, hoc inq̄,quod notio finis dicitur,arctius eſt accipiendum.

Sententia Galeni.

Nam Galenus de doctrinis loquēs per Notionem finis, nō quemlibet finem notum intelligit,quem vnuſquiſq; ſibi animo proponit, & aſſequi intendit,ſed ſolum ſpecialem finem alicuius artis vel ſciētię,quā doctor intendit conſtituere,atq; obiter conſtituendo docere. Per doctrinam autem à notione finis incipientem, & factam ſecundum reſolutionem,non methodum aliquam,ſiue doctrinalem modum, ex illis quatuor apud veteres celebratis, de quibus nos ab initio latiſsime ſcripſimus,idem Galenus videtur accipere,ſed quandam aliam ſui generis doctrinam,quæ ab ordine potius,quem in docendo ſeruat,q̄ à modo docēdi,vel diuiſiuo,vel reſolutiuo,vel diffinitiuo,vel demonſtratiuo, ſuā recipit denominationem. Neq;.n.ideo reſolutiua dicitur,quia vel reſoluere doceat,vel reſolutionibus frequenter vtatur,ſed quia ſequitur ordinem reſolutionis à notione finis inchoantis,vt poſtea plenius ſumus oſtenſuri. Nam prius illud oportet declarare,qūo Galenus velit vnāquāq; ſcientiam,vel artem propriam habere ex ſui finis notione,conſtitutionem. Hinc.n. & vnà aperietur ſenſus illorum verborum, quæ in antiqua translatione ſcribuntur, in hunc modum, Nemo tamen ante nos ſcripſit eam quæ ex notione finis incipit, ex qua omnes artes conſiſtunt, ſecundum rationem. Quæ verba male intellecta magnam dedere duarum opinionum contrariarum aſſertoribus inuicem altercandi occaſionem,vtriſq; ſtudentibus hoc omnes artes conſtituendi munus, doctrinæ adſcribere demonſtratiuæ,ſed alteris demonſtrationi propter quid,alteris demonſtrationi quia à iunioribus philoſophis vocitatæ.

H

Galenus.

Galenus in libro cui titulus eſt. Nunquid ſalubre pertineat ad artem medicinalem, vel gymnaſticam, ſiue athleticam,volens oſtendere qūo vnaquæq; ars à ſuo fine propriam habeat conſtitutionem,ſcribit hæc verba,Manifeſtum igitur,ꝙ neq; ex materijs oportet artes iudicare. Neq; enim ſi quis alias quidem cōmunes materias,& vt quiſpiam diceret, ſecundum accidens,alias proprias,& proximas vnicuiq; arti ſupponens,quatenus quidem naturale eſt corpus noſtrum,diceret eſſe ſciētiæ naturalis materiam. Quatenus vero ſanabile medicinalis. Quatenus vero optimo habitu præditum,gymnaſticæ. Neq; ſic aliquis ex alio,q̄ ex fine artes diſtingueret. Dicere.n.hoc aliquod corpus eſſe ſanabile,eſt eius qui finem cognoſcat. Neq; vero ſi quis ex theorematibus artes diſtinguat,ac ſeparet,aliunde potentia incipit,q̄ ex fine. Propria.n.vniuſcuiuſq; artis theoremata ſunt quæ quiſpiam cognoſcēs, iuuatur ad finem. Nam & in grammatica, & in arte fabrili, & in muſica,& quauis aliarum, quæcunq; vel ipſum finē manifeſte,vel id ipſum quod melius,vel citius afferre poſſunt,propria ſunt artis. Quæcunq; vero nihil iuuāt ad finis factionem,hæc propria non ſunt. Vndequaq; igitur ratio iubet ad finem venire, & per hunc artes iudicare,propter hunc.n.& per actiones vniuerſales,& per propria theoremata,atq; principia,ſi quidem & hæc ipſa variantur ſecundum fines artium. Sanitas.n.finis eſt,ipſa vero in calidis,frigidis,humidis,ac ſiccis,in his vero & materiæ principium,& ſpeculationis principium circa horum notitiam. Sed non eodem modo,medico,& naturali. Hoc ipſum vero ꝙ non eodem modo à fine ſcientiarum cognitum fuit ac diiudicatum, & conuenienter ſemper

A ratio adinuenit finem, regulam, atq; iudicium omnium quæ tractantur in artibus, nam vniuscuiusq; artis constitutio, hinc sumpsit initium. Neq;.n. quispiam artem medicinalem constituere properasset, si prius sanitatem non desiderasset, neq; artem ædificandi domum, nisi domum appetisset, neq; textoriam, nisi vestem concupisset, sed & quæ omnes artes inuenit, hinc sumpsit initium. Ostensum autem est alibi, quomodo quispiam fine præsupposito artem eius secundum methodum.i. viam quãdam, atq; ordinatum progressum, adinueniret. Et primum oportet in illo libro exercitari qui vult ad vnguem ea quæ hic scribimus intelligentia cõprehendere, nam manifeste discet ꝙ ambæ medicinæ partes, salubris.s.& curatiua sub eandem cadunt contemplationem. Hæc Galeni verba aperte declarant qd sit notio finis apud ipsum.s. finis artis alicuius mente conceptus, ac desideratus, & quomodo sumpto à notione finis initio, omnes artes ẜm methodum.i. viam quandam, atq; ordinatum progressum, constituuntur. Nam fine artis semel constituto, atq; proposito, inueniuntur principia, ac theoremata eiusdem artis per relationẽ ad finem. Vt.n. Galenus inquit, finis est regula, & examen omnium quæ in quauis arte, aut scientia traduntur. Illa enim principia, atq; theoremata artis esse dicuntur, quæ ad finem eius artis, vel facilius, vel citius assequendũ vtilia sunt. Alioquin si nullum præstarent ad finem artis vsum, nec theoremata quidem, vt ait Galenus, in libro qui de optima doctrina inscribitur, dicerentur. Ex eisdem etiam Galeni verbis nobis aperitur sensus illorum verborum, quæ in prooemio artis paruæ, secundum antiquam translationem græcam, ita scribuntur. Nemo tamen ante nos scripsit illam.s. doctrinam quę ex notione finis incipit, ex qua omnes artes consistunt secundum rationem. In qua translatione nulla ambiguitas esse potest, si leges grammaticæ sequũtur quæ volunt verbum relatiuum referre illud quod statim antecedit, nulla inq̃ dubitatio esse potest quin relatiuum qua, referat notionem finis quæ proximior est, & non doctrinam, vt cõmuniter omnes medici iuniores referri putarunt. Vnde semetipsos in inextricabiles difficultates iniecerunt, quærentes quæ sit illa doctrina, ex qua omnes artes constituantur.

Quid sit notio finis.

Theoremata artis.

Galenus.

B

Ait se non cogi assignare, quæ sit Doctrina artes oẽs constituens, cum non intendat Gal. Doctrinam, quæ incipit à notione finis, oẽs artes cõstituere, sed à notione finis à qua Resolutiua incipit, oẽs cõsistere: & Hali male sensisse Doctrinam ex notione finis esse demonstrationem quia, huic vero oppositam, i. compositiuam, propter quid. CAP. XVII.

NOs autem, & si fateamur omnes artes à suo fine propriam habere constitutionem, hoc ipsum non vno in loco, sed pluribus Galeno testificante, nam & in libro qui inscribitur de Constitutione artis medicinalis, clarissima voce pronunciat ex veterum philosophorum sententia, vnicuique arti fieri à suo fine constitutionem, & primo libro artis curatiuæ etiam ex propria asseuerat, omnes artes quæ secundũ aliquam methodum.i. viam atq; ordinatum progressum constituuntur, notione finis suæ constitutionis habere principium, Licet inquã nos hoc crebrum Galeni dictum verissimum esse concedamus, non tamen cogimur assignare quæ nam sit illa doctrina ex tribus in prooemio artis paruæ à Galeno numeratis, cuius hoc munus existat, omnes artes constituendi, cum non dicat Galenus inibi doctrinam ex notione finis incipientem, omnes artes constituere, sed solum à notione finis, à qua doctrina incipit quæ fit secundum resolutionem, omnes artes consistere, siue propriam habere constitutionẽ, quasi voluerit isti doctrinæ, vel ex hoc ipso quandam dignitatem corrogare, ꝙ inde sumat initium, vnde omnes artes, atq; scientiæ suam habeant constitutionem: & si ipsa aliquã artem, nõ solum doceat, sed etiam inueniat, atq; constituat, ꝙ hoc habeat ex eo, vnde sumit initium, idem Galenus nobis studuerit insinuare, Aut forte Galenus cũ primum dixisset se alibi.i. in libro de constitutione artis medicinalis scripsisse doctrinã quæ incipit à notione finis per verba sequentia, à qua.s. notione finis omnes artes consistunt, nobis intenderit declarare, non solum artẽ medicinalem, sed omnes alias propriam habere ex suorum finium notione constitutionem. Plurimum autẽ interesse censeo, an dicatur ex doctrina à notione finis inchoante, an ex ipsa notione finis, omnes artes cõstitui. Nam de notione finis nulla potest esse cõtrouersia, si verba Galeni quę ex libro cui titulus est, Nunquid salubre ad artem attineat medicinalem vel gymnasticam, paulo supra allegauimus, sane intelligantur. Sed nunquid illa doctrina quæ incipit à notione finis, & fit secundum resolutionem, possit omnes artes, atq; scientias constituere, atq; eodem ordine quo ab ipsa constituuntur, edocere, & quo nomine hæc ipsa doctrina fuerit à veteribus insignita, Hæc est illa quæstio quę Iuniores medicos, atq; philosophos miserabiliter perturbauit, & quæ inter eos magnam discordiam, & quoddam veluti ciuile bellum suscitauit. Frustra tamẽ ab ipsis susceptum, quãdo quidem Galenus, vt diximus, sicuti alijs in locis q̃ plurimis, ita & in prooemio artis paruæ, non ex doctrina aliqua ordinata quę resolutiua vocetur, sed tantum ex finis notione dixit omnes artes cõsistere, siue propriam habere constitutionem. Sed nihil refert inquiet aliquis, siue Galenus dixerit ex notione finis omnes artes constitui, siue ex methodo aliqua quæ semper à notione finis sumit initium. Qualis est illa quæ ab eodem Galeno libro vndecimo artis curatiuæ, methodus resolutiua nominatur, secundum quam illud quod est primum in opere, est vltimum in inuentione. Video.n. aliquos ex his Galeni verbis maxime motos, credere Hali in sua artis paruæ expositione afferenti, hanc esse illam methodum, quam etiam Galenus innuit in prooemio artis paruæ, cum ait. Primam fieri doctrinam ex notione finis ẜm resolutionem, quam pariter doctrinam putat Hali esse demonstrationem quia, sicut alteram huic oppositam, quę fit secundum compositionem inuẽtorum per resolutionem, esse demonstrationem propter quid, atq; ideo ait idẽ Hali, idcirco voluisse Galenum de ijs duabus doctrinis, atq; vnà de diffinitiua facere in prooemio artis paruę mentionem, vt nos ad discendam artem dialecticæ inuitaret. Sed qualis erit ista exhortatio? quandoquidem (si vera sit expositio Hali) tres idem Galenus nobis totius dialectices.i. artis logicæ, substulit partes, & vnam tantum, scilicet demonstratiuam nominauit, nam diffinitina de qua ipse loquitur, diuersa est ab ea quę alijs tribus artis logicę partibus à priscis philosophis annumeratur. In nullo igitur numero Galenus habuit neq; veram diffinitiuam, neque diuisiuam, neq; illam quæ proprie dicitur resolutiuam, quæ opponitur diuisiuæ, quas duas.s. diuisiuam, ac resolutiuam Plato voluit esse duas pręcipuas dialecticæ partes, quarum altera docet vnum in multa partiri, altera vnum in multa colligere, Quas etiam duas Plato sentit, & in dialogo qui dicitur Phędrus, & in altero etiam qui Philebus noĩatur,

C

qõ celebris

D

Contra Hali.

Plato in Phedro & Philebo.

nominatur,ad artium constitutionem esse maxime necessarias. Tacuit ergo Galenus ſm Hali expositionem,non solum Platonis,cuius alioquin magnum se vbiq; imitatorem ostēdit,resolutiuam,sed illam etiam qua mathematici vtuntur,quæ ob id resolutio mathematica nominatur, de qua nos supra inter alias resolutionum species fecimus mētionem. Si vero Hali existimat,vt sanè videtur existimare in sua expositione, hanc mathematicam resolutionem esse demonstrationem quia,magno est in errore, & iure ob hunc à Conciliatore reprehenditur,ꝙ multos in barathrum ignorantiæ detruserit,nisi ꝙ & ipse Cōciliator in idem incidit barathrum,in altera parte assentiens, Hali ꝙ doctrina resolutiua,de qua Galenus loquitur in prooemio artis paruæ,sit demonstratio quia. Hanc.n.opinionem,partim satis antea falsam ostendimus,partim magis sumus in sequentibus destructuri. E

Nec demonstrationem quia,nec propter quid,nec aliam quamuis doctrinam posse eam esse, vt inde omnes artes secundum rationem dicantur consistere,sed tantum notionem finis,quamuis enim artem vel scientiam à proprio fine habere constitutionem. CAP. XVIII.

QVicquid autem sit doctrina resolutiua, de qua recentiores medici inter se tantopere digladiarunt, siue demonstratio quia, siue propter quid, siue sui generis doctrina,qua vnum post aliud quæritur,quam est vbi Galenus methodum resolutiuam nominat, harum nulla seorsum potest omnes artes constituere,atq; docere,vnde merito dicatur doctrina ex qua omnes artes consistant secundum rationem. Quod autem hæc verba vere dici possint de notione finis satis est antea ex varijs Galeni locis declaratum, quibus etiam illa consonant quę à recentioribus philosophis conceduntur, à fine principali scientiæ,& præcipue practicæ sumi principia eiusdem scientiæ,sed idem finis est primum scientiæ subiectū,de quo loquitur Aristoteles quarto libro primæ philosophię his verbis. Vbiq; primi proprie est scientia ex quo alia dependent, & propter quod dicuntur, hoc græci authores Scopon appellant,quasi metam,vel signum dicere velint. Translatum.n.est nomen à sagittarijs. Nam sicuti hi signum habent ante oculos ad quod intendunt sagittas,ita doctor artis,vel sciētiæ ad finem aliquem respicit,& eius gratia illa scribit quæcunq; scribit. Quamlibet artem vel scientiam suam capere à proprio fine constitutionem,& ab alijs distinctionem,vt Galenus sentit,verissimum existit,nō solum in scientijs practicis, sed etiam speculatiuis, quoniam & hæ per suos fines specificātur,vt declaratur ex verbis Aristotelis libro primo primæ philosophiæ,vbi volens ostendere quid sit sapientia,ait eam esse veritatis contemplatricem, quem locum exponens Alexander,in hunc modum scribit. Cum vsus fuisset veritatis nomine in philosophia,nunc ꝙ rationabiliter ita vocatur, ostendit. Quod enim philosophiæ nomine intelligat speculatiuam, per ea quæ subinfert,declarat,inquiens. Speculatiuæ enim finis est veritas,& adhuc magis istius illa pars quæ de primis principijs agit,& causis quæ omnino à sensu sunt separatæ,& sua natura entia,quam sapientiam nominat. Quod autem prius dixerat,hoc modo probat. Cum finis philosophiæ speculatiuæ sit veritas,à fine autem proposito vnaquæq; methodus specificetur,& essentiam habeat,conuenienter à veritate ipsa nominatur. Hæc enim ipsius est finis,hæc quidem Alexander. Si quis vero obijciat aliquas esse scientias speculatiuas,veluti mathematicas quæ fine careant,huic quoq; obiectioni occurrit Alexander in alia expositione libri de prima philosophia de eisdē mathematicis faciens mentionem,atq; ita scribens, Adhuc autem non omne bonum sua natura agibile est,cum sit aliud bonū agibile,aliud speculabile,& nō agibile quod est in methematicis,nam circa ea veritas bonum existens ipsis est finis. Ex quibus verbis Alexandri idem potest colligi quod ēt habetur ex libro Galeni supra allegato cui titulus est,Nunqd salubre attineat ad artē medicinalem,vel gymnasticam. differentias specificas,p quas scientiæ inuicē distinguuntur,à fine accipi,quo fit vt de eadem re ēt variç scientiæ considerent,sed diuerso modo, ꝓpter suorum finiū diuersitatem. Vt.n.inquit Aristoteles libro primo moralium,faber qdem,ac geometer differēter rectum ꝑquirunt,alter quātum ad opus vtile est,alter quid sit,& quale,contēplator.n.veritatis. Si ergo vnaquęq; scientia à fine ꝓprio suam habet essentiam,quod vult Aristoteles,ſm Alexandri expositionem, conuenienter,vt Galenus sentit,à fine noto siue subiecto ſm formalem eius rōnem quæ à fine sumitur,secundum ipsum consideraro illa sumuntur quę faciunt ad eiusdē artis constitutionem,& hæc ipsa p quēdam modum resolutionis inueniunt, sicuti ēt per resolutionem,quam quidam recentiores syllogismum practicū vocant,fine semel constituto,illa perquirimus quæ ad eūdem finem assequendum sunt necessaria,non tñ propterea concedimus id,quod in sua expositione Hali videtur concedere,doctrinā resolutiuam, de qua Galenus in ꝓœmio artis paruæ primū facit mentionē,esse methodum quæ alibi à Galeno methodus resolutiua,à neotericis aūt aliqñ syllogismus practicus noīatur. Nā licet hac methodo vtatur ad inueniēda illa quę artem constituūt,vtit nihilominus & alijs.s.& diuisiua,& diffinitiua,& demonstratiua,tā quæ ex prioribus, q̃ quæ ex posterioribus demonstrat,quēadmodum discere licet legentibus librum de constitutione artis medicinalis,in quo Galenus scripsit doctrinam ex notione finis inchoantem & factam ſm resolutionem,quam ob id resolutiuā noīat. Quod ēt animaduertit nō minor pene philosophus,q̃ medicus, Vgo Senēsis,q vt de se ipso fatetur,in expositione ꝓœmij artis paruæ,duas q̃ suo tpe erant celebratæ,sicuti & nostro quoq; sunt,secutus est de doctrina resolutiua & cōpositiua opiniōes,mox cū ad eius manus peruenisset liber Galeni de cōstitutione artis medicinalis, in quo Galenus doctrinā facit resolutiuā,easdē opiniones pro falsis,& minime Galeni sententiæ congruentibus repudiauit. Sed licet Vgo fateatur diuisiones,resolutiones,diffinitiones,& oīs generis demonstrationes, ad eā admitti doctrinā, q̃ resolutiua noīat, nō tñ cur magis resolutiua noīet,q̃ vel diuisiua,vel demonstratiua,& q differat,quí ue cōueniat cū alijs duabus.s.cū cōpositiua,diffinitiua,satis explicauit,q̃ oīa in pñsentiarū declarare aggredimur.

> F — Aristoteles qrto meth. Scopos.
> Aristo. pri. metha. — Alexã. pri. metha.
> Obiectio. G
> Aristo. pri. moraliũ.
> H
> Vgo senensis.

Quid sentiat ipse de Resolutiua doctrina:tum vero tres doctrinas a Gal.in procemio artis propositas docendi modis non differre,sed potius ordine. CAP. XIX.

NOs doctrinam resolutiuam,nō à docendi modo, vt Iuniores medici sunt opinati, sed ab ordine potius quē in docendo seruat,sortitam hanc appellationē existimamus,q̃q̃ Galenus,non resolutiuam dicat,sed factam secundum resolutionem. Vnde illam medici Iuniores resolutiuam appellarunt. Sicuti enim doctrina diffinitiua

apud

A apud Galenum dicitur,vt testatur etiam Plusq̃cōmentator, non quia diffinire doceat,vel quia ipsam diffinitionẽ concludat,seu quia semper diffiniendo procedat,Ita doctrina prima resolutiua ideo vocatur, non quia doceat resoluere,vel quia resolutionibus frequenter vtatur,sed quia in docendo sciētiam aliquam,seruat ordinem illorum, quæ per resolutionem à notione finis incipientem inueniuntur,quem quidem ordinem seruatum à Galeno videmus in libro de cōstitutione artis medicinalis,cuius libri doctrinam dicimus esse resolutiuam.Primum enim quæ sit finis notio declaratur,sanitas scilicet,deinde quæritur per viam resolutionis quæ sint ad faciendam, vel conseruandam sanitatem,necessaria,& primum occurrit ꝙ cognitio corporum sanorum,& ægrorum habenda est. Hęc igitur quomodo habeatur,primo loco docetur.Quia vero corpora sana egent conseruatione,ægra autem curatio ne, sed maior necessitas vrget ad corpus ægrum pristinæ sanitati restituendum, q̃ ad sanum conseruandum,Ideo methodus curatiua,quæ est vna ex principalibus partibus artis medicinalis, omnibus alijs in docendo præponitur.Sed quia hæc pars medicinæ curatiua non potest exerceri sine altera parte eiusdem artis,quæ pars diagnostica græco vocabulo nominatur,quia per ipsas singulos morbos præsertim intrinsecos,atq; latentes docemur cognoscere,ideo post curatiuam,diagnostica secūdo traditur loco.Quia etiam pars altera artis medicinalis quæ prognostica à græcis nominatur,non mediocrem præstat ad curandas ægritudines vtilitatem, idcirco & ista post diagnosticam suo loco docetur. Atq; ita omnes aliæ eiusdem artis medicinalis partes,vel principales vel principalium cō B stitutiuæ, quo ordine per resolutionem inueniuntur, eodem etiam in libro,quem diximus de constitutione artis medicinalis inscripto,à Galeno traduntur.Pars vero sanitatis conseruatrix, cum sibi adiacentibus ob id vltimo lo co docetur,ne interim ordo partium quæ ad partem curatiuam recte exequendam perquiruntur,interrumpatur. Sed nihilominus,& ipsa methodus sanitatis conseruatrix,sicuti & omnes aliæ,per relationem ad finem inuenitur, atq; docetur,nam quæcunq; in eo libro scribūtur,principiū habent seu cām gratia cuius,quam græci Scopon appellāt,sanitatem. Ad harum aūt oīum partium artis medicinalis perfectam doctrinam tradendam,omnia afferuntur instrumenta opportuna,& diuisiones scilicet,& diffinitiones,& demonstrationes,tàm ex prioribus,q̃ ex posterioribus quicquam probantes, sicuti materia subiecta vel harum vel illarum est capax demonstrationum, quæ etiam instrumenta ad easdem partes artis medicinalis edocendas,sub alio tamen ordine in doctrina diffinitiua adhibentur. Neq; enim tres doctrinæ, de quibus statim in proœmio artis paruæ Galenus facit mentionem, modis docendi differunt,sicuti Iuniores medici intellexerunt,sed ordine potius. Nam per doctrinam quę actio est doctoris in discipulum,possumus tàm ordinem eorum quæ docentur,q̃ modum ipsum doctrinalem intelligere. Sed ꝙ Galenus in his verbis proœmij allati, Tres sunt omnes doctrinæ,ordines potius,q̃ modos doctrinarum nobis insinuauerit,declarant alia verba quæ statim subiunguntur,scilicet,Ordinem habentes,vel quæ ordini inhærent,secundum nostram translationem. Quòd si Galenus illum habuisset intellectum quem ex verbis eius medici Iunio C res exceperunt,authore Hali,ac Plusq̃cōmentatore,qui in hac expositione sequitur Hali,ꝙ videlicet doctrina ordinaria sit illa per quam extrahitur quæsitum,vel per quam res esse certificatur(talibus enim ipsi vtuntur vocabulis)tunc Galenus ad doctrinas quas innuebat,non illa verba,ordinem habentes,addidisset, sed potius hæc,scire facientes,q̃q̃ & hæc forte frustra fuissent adiecta,cum sit nulla doctrina quæ scire non faciat,qualiscūq; sit illa scientia,siue certissima,siue minus certa,& quodammodo coniecturalis.

Contra iuniores.

Qui per Doctrinam ordinariam Modum doctrinæ volunt,in eam cadere dubitationem,cur Gal. Doctrinas dixerit ordinatas,cum nulla sit inordinata: duplicem solutionem à Plusquamcom. afferri,quam damnat,& per suam expositionem facillimum esse inquit solutionem afferre. CAP. XX.

QVare qui per doctrinam ordinariam modum doctrinæ intelligunt,ex quo extrahitur quæsitum,huic significatui,tàm grçca lingua,in qua Galenus scripsit,q̃ etiam nostra repugnante,in eandem & ipsi cadunt dubitationem,cur Galenus doctrinas dixerit ordinatas,vel ordinarias(sic enim ipsi loquuntur.) Cum nulla sit exordinata,vel inordinata.i.quæ non certificet aliquo modo quæsitum. Huius aūt dubitationis Plusq̃commentator duplicem affert solutionem,scribens in hūc modum.Cum autem Galenus dixit,Tres sunt doctrinæ ordinariæ, supponere videtur aliquas esse inordinarias, aut fortasse dixit tres sunt doctrinæ ordinariæ ad similitudinem eius, quòd dicitur,spondiles dorsi, non enim hoc dicitur quia alibi sint spondiles quàm in dorso, sed modus hic loquendi potius innuit quòd dorso sunt propriè. Similiter ibi fortasse non dicitur, ꝙ tres sint doctri- D næ ordinariæ.i.alię quædam sint inordinarię,sed quia doctrinis proprium est ordinem habere.In hac prima solutione Plusq̃cōmentator non videtur meminisse Galenum fuisse medicum,atq; philosophum,non aliquem è numero poetarum,quos decent figuratæ locutiones,vt cum dicūt sidera cœli,cum tamen sidera nullibi sint præterq̃ in cœlo. Nam per eandem figuram quæ Pleonasmos nominatur,putat Galenum,vel alterum medicum minime barbarum aliquando dicere spondiles dorsi, cum tamen in nulla alia parte corporis præterq̃ in dorso spondili.i. vertebræ quas ipsę spondiles corrupto vocabulo nominat,sint. Simili errore vel aliquanto maiore paulo post in eodem proœmio artis paruæ Plusq̃cōmentator ait,Galenum verba illa de suis libris,quibus expedit vti ad tres doctrinas,per figuram hypallagen protulisse, vt sit sensus,ad quos expedit vti tribus doctrinis. Ex qua expositione Plusq̃cōmen. licet nobis coniectari ipsum quidem forte fuisse vel medicum, vel philosophum egregium,paruam tamen habuisse bonarum literarum eruditionem, vt qui nescierit figuram Hypallagen à grammaticis dictam, neq; oratoribus,nedum medicis,atq; philosophis licitam,sed solis poetis esse concessam,qui cogente metri necessitate,quandoq; dicunt dare classibus austros.i.dare classes austris.Sed obsecro illos qui barbaram,vel medicinā, vel philosophiam profitentur,ne tantam credant affuisse Gal. viro in sua lingua disertissimo loquendi imperitiā, ꝙ ordinarium pro scientifico dixerit, & ꝙ in suis sermonibus, quos de medicina scripsit,adeo frequenter figuris vtatur,quibus etiam oratores, tàm græci, quàm latini cauent,cum præsertim possimus eosdem Galeni sermones sine vlla figura conuenienter exponere. Nam sphondilos dorsi, sicubi Gal. dicit, non per figuram pleonasmum

dicit, se ad ostendendam differẽtiam inter hos,& septem sphondilos colli,& alios quinq; qui ad lumbos attinent. E
Sunt enim omnes sphondili.i.vertebræ numero viginti quatuor, septem colli, duodecim dorsi, quod aliquando Gal.noton.i.dorsum, aliqñ metaphrenon .i.post præcordia, nominat,& reliquæ quinq; ad lumbos, vt diximus attinentes. Quomodo autem intelligantur illa alia verba proœmij, quibus expedit vti ad tres doctrinas, recte vt iacent sine obliqua figuratione, in sequentibus declarabimus. Alteram affert supradictæ dubitationis solutionem Plusq̃comment.his verbis, Aut re vera supponendo aliquas inordinarias, vocat omne id, quo quoquo modo aliquid certificatur esse doctrinam, vt topicam inductionem,& exemplum,& diuisionem,& descriptionem, in quibus sine dubio non attenditur ordo, cum certificent rem per ea quæ sunt extranea à re ipsa nec sunt verissimæ doctrinæ quia non extrahitur per ipsas quæsitum ex necessitate. Hæc solutio illam quam antea notaui barbariem præ se fert, quia vult per ordinarium intelligi id quod rem per propria,& non extranea certificat. Excludit etiam doctrinam diuisiuam à numero doctrinarum verarum, quo nihil potest esse Gal. qui Platonicus fuit, contrarium magis. Sed de hoc postea latius disseremus, cũ illorum opiniones qui falsis falsa sunt coacti defendere, refellemus. Excludit etiam topicam inductionem,& exemplum, quas Aristoteles in principio librorum posteriorum resolutoriorum pro veris doctrinis computat. Alioquin non ex his quoq;, sicuti ex scientijs mathematicis traheretur argumentum, ꝙ omnis doctrina,& disciplina intellectiua, ex præcedenti fiat cognitione. Neq; enim ad rationem veræ, vel verissimæ doctrinæ exigitur, vt omnia ex necessitate probet. Alioquin neq; grammatica, neq; scientia F
moralis, imo neq; medicinalis essent veræ doctrinæ, quoniam grammatica non rationibus, sed solis constat authoritatibus, moralis autem, Aristotele teste in libro primo moralium, circa iusta,& honesta versatur, quę tantam varietatem habent, vt lege duntaxat, non autem natura constare videantur. Qui etiam Aristoteles in eodem libro postea concedit in materia morali nullam esse certitudinem, sicuti neq; in sanis, adeo ꝙ secundum ipsum, neque philosophia moralis, neq; scientia medicinalis, quæ tractat de sanis, non habent omnino necessarias conclusiones, siue in vniuersum, siue particulatim, vt etiam Aristoteles apertissime ostẽdit verba illa subiungens, Cumq; hoc habeat vniuersum genus, multo magis in singulis esse est existimandum. Galenus quoq; in diffinitione quæ dicit, medicina est scientia, scientiæ nomen communius inquit audiri oportere, innuens per hæc verba medicinam non esse certe,& exquisitæ veritatis scientiam, lato tamen vocabulo scientiam nominari. Secunda ergo solutio Plusq̃commentatoris, in dubitatione antea tacta, non modo Platoni,& Aristoteli, verum ipsi quoq; Galeno repugnat, de cuius opinione disputatur. Secundum vero nostram expositionem, qui per tres doctrinas ordinem habentes, intelligimus tres ordines doctrinarum, facillimum est eandem soluere dubitationem. Idcirco enim dicimus Gal. doctrinæ vocabulo adiecisse, ordinatæ, siue ordinem habentes, quoniam sunt aliquæ etiam exordinatæ, siue carentes ordine vniuersali, qualis est doctrina aphoristica,& quales multas alias possumus imaginari, quæ licet suas conclusiones, ex necessitate demonstrent, non tamen eundem ordinem seruant in vna aliqua tota scientia tradenda. Quem duplicem ordinem scilicet vniuersalem, seu generalem,& particularem etiam notauit Iacobus in quinto G
notabili suæ quæstionis de tribus doctrinis ordinarijs. Verum ipse aliter ordinem,& doctrinã ordinariam capit. Est enim doctrina proprie ordinaria, secundum ipsum, quæ inter suas partes generalem, essentialemq; continet ordinem, atq; ideo doctrina diffinitiua secundum ipsum, est doctrina ordinaria, quia inter diffinitionem,& diffinitum est ordo huiusmodi essentialis, ac generalis. Similiter doctrina resolutiua, ac compositiua, ideo sunt doctrinæ ordinariæ, quia inter causam,& effectum, vel econtra, est ordo dictus. Verum hic modus diffiniendi doctrinam ordinariam, videri facit doctrinam diffinitiuam esse magis ordinariam, atq; perfectiorem, doctrina resolutiua, cũ essentialior sit ordo inter diffinitionem,& diffinitum, q̃ inter effectum,& causam, quod (scilicet doctrinam diffinitiuam esse resolutiua digniorem) neq; Gal. vult neq; ipse Iacobus opinatur. Tres ergo doctrinæ ordinatæ apud Gal. non modis docendi differunt, sed ordine potius, neq; ordine tali, qualem Iacobus, Conciliator,& Plusquamcomment. existimarunt, sed qualem nos ex Galeni sententia supra declarauimus,& magis etiam in processu nostræ disputationis ostendemus.

Probat tres Doctrinas ordinatas non esse docendi modos: tum illos esse tantum tres, et quib. seorsum usus sit Gal. Arguitur vero Plusquamcom. quod sentiat tradentem per capita artem Medicinæ esse non posse Resolutiuam doct. quodq́ male audeat Aristotelem & Gal. trahere in errorem. CAP. XXI.

QVod autem tres doctrinæ ordinatæ non sint docendi modi, tali argumento colligitur. Doctrinę ordinarię siue ordines doctrinarum secundum Gal. sunt tantum tres, modi autem doctrinales iuxta antiquos philosophos sunt plures, q̃ tres, ad minimum quatuor, ergo modi doctrinales non sunt doctrinæ ordinatæ, de quibus Gal. loquitur. Ordines autem, sub quibus vnaquæq; scientia doceri potest, esse tantummodo tres ita ꝓbatur, Scientia quę docetur, aut eodem ordine docetur, quo inuenitur,& primum in mente constituitur,& hic ordo docendi vocatur resolutorius, vel ordine conuerso,& hic ordo vocatur compositorius, Vt si quis volens docere artem constituendæ domus, primum doceret qua forma,& qua materia tectum sit construendum, secundo loco quomodo parietes sint erigendi, tertio loco, vt sint iacienda fundamenta, vltimo loco qualiter terra excauanda, hic ordinem docendi seruaret resolutorium, qui à notione finis incipit. Tegumentum enim & defensaculum à frigoribus,& imbribus, est finis quem sibi proponit qui domum vult construere. Si vero cõtrarium seruaret ordinem,& primum doceret quomodo terra effodienda, secundo loco vt iacienda fundamenta, tertio quomodo parietes attollendi, vltimo loco qua forma,& qua materia tectum sit fabricandum, talis ordo diceretur compositorius, qui ordo congruit ordini quo fit domus, sicut primus resolutorius est idem cum ordine quo ratio faciendæ domus inuenitur. Si quis vero diffiniat scientiam, quam intendit docere,& in docendo sequatur ordinem partium diffinitionis, hic doctrinam facit diffinitiuam quam se facturum promittit Gal. in proœmio artis paruæ. Quare recte dixit Plusq̃commentator huius doctrinæ ordinem pendere ex ordine partium diffinitionis, sed cur non di-

A xit etiam doctrinam resolutiuam pendere ex ordine resolutionis,& compositiuam ex ordine compositionis eorũ quæ per resolutionem fuissent inuenta,vt par ratio seruaretur in tribus doctrinis suarum denominationum? Duorum quidem ordinum doctrinarum,primi scilicet & tertij habemus exempla apud Gal. manifesta,resolutiui quidem in libro de cõstitutione artis medicinalis,diffinitiui autem in arte parua. In his enim duobus libris seorsum, sub duobus etiam ordinibus separatim totam Gal. docuit artem medicinalem , summatim tamen , & per capita tantum,veluti & ipse Gal.in multis horum librorum locis profitetur , remittens nos ad alios libros in quibus earundem rerum doctrina traditur copiosior. Quanquam talem summariam.s.& per capita tantum compendiosam totam artem docentem medicinalem,non posse esse doctrinam illam quę resolutiua vocatur, putet Plusquãcommen. multa super hoc contra Halin disputans , quoniam nesciuit idem Plusquãcommen. ordinem à modo ita in doctrina resolutiua,sicuti in diffinitiua distinguere. Videtur enim putasse doctrinæ nomen tàm apud.Gal.q̃ apud Aristo.æquiuoce dici,sed quis putauerit tàm accuratæ viros eruditionis suos voluisse libros statim à propositione ambigua,in qua nomen poneretur æquiuocum exordiri?Aristo.quidem vbi vult docere scientiam demonstrationis, in qua fugiendas esse omnino ęquiuocatiões censet Auer. cõmentator,Gal.vero vbi docere intendit p modum compendij totam artem medicinalem,in qua tanto plus fugiendæ sunt ambiguę orationes,quanto in ea maiori periculo,q̃ in quacunq̃ alia arte peccatur. Hunc autem errorem adscribi à Pluquãcõmen. Aristo.in doctri

B næ vocabulo,etiam supra monstrauimus,vbi idem Plusquãcommen.syllogismum,inductionem,& exemplum à numero eximit doctrinarum verarum,quas tamen Aristo.veras putat esse doctrinas,per eas probans omnem doctrinam , & disciplinam intellectiuam ex præcedenti fieri cognitione. Quòd si doctrinas non veras sumeret in exemplum,futilis esset,& vana probatio,& nequaquam tanto digna philosopho. Quòd autem in eundem rursus errorem trahat Gal.Plusquãcommen.patet ex eo ꝙ vult doctrinæ nomen de tribus doctrinis æquiuoce dici,quoniam,cum de diffinitiua dicitur,ordinem tantum docendi totam scientiam , vel capitum totius scientiæ numerationem videatur significare,cum de alijs duabus,modos demonstrandi vel ex prioribus,vt in resolutiua,vel ex posterioribus,vt in compositiua.Hęc enim sunt verba Plusquãcomen.rationem afferentis ob quã Aristo.nullam de genere doctrinæ diffinitiuæ , de qua Gal.loquitur in proœmio artis paruæ , fecerit mentionem. Et de hoc genere doctrinę Aristo.nequaq̃ mentionem fecisse videtur , eo ꝙ hoc genus doctrinæ non videtur aliquod ignotum per notum declarare,sicuti ex conclusione,vnde nec eo vtimur ad particularia quæsita scientiæ declaranda, sicuti alijs duobus,sed vtimur eo ad tradendum scientiam totam sub vno ordine simul,imo ad numeranda capitula scientiæ generalia,vt habeatur per id aliqua memoria sciẽtię totius,nam habitis capitibus vniuersalibus,facilem habet homo progressum ad particularia capitula , facilemq; memoriam eorundem , & propter hoc subtiliter inspiciendo põt dici,ꝙ vtimur eo ad memorandũ,& non ad docẽdũ,vel discẽdũ,ex quo nec rationabiliter sibi visum est esse genus doctrinæ.In his verbis Plusq̃cõ.manifestum se facit,ꝙ putet doctrinam diffinitiuam , quã Gal.facit in arte

C parua,pro quadã ordinatione potius & capitũ accipi numeratione , q̃ pro mõ doctrinali,imo neq; esse genus doctrinæ, siquidẽ rationabiliter inquit Arist.illud silentio prętermisisse.Nos vero ita Plusquãcõmen.coarguemus. Si rationabiliter Aristo.doctrinam diffinitiuam,de qua Gal.loquitur,ipse reticuit,vt quæ doctrina non sit,irrationabiliter illam Gal.alijs duabus doctrinis annumerat. Sed rationabiliter illam Gal. habet in numero doctrinarũ, ergo irrationabiliter fuit ab Arist.prætermissa.Non'ne ad has angustias redigitur Plusquãcõmen.vt ipsi sit necessarium,vel principem philosophorum,vel regem medicorum coarguere irrationabilitatis?

Arguit Plusquãcõ.

Sua se expositione laqueos aliorum euitare.Vbi sit Vsus Arist. Resolutiuo ordine & Compositiuo ex Simplicij testimonio:tum quib.ordo Vterque inuicem conueniat. CAP. XXII.

NOs vero hos laqueos facile euitamus,qui volumus doctrinam resolutiuam,compositiuam, & diffinitiuam æqualiter esse doctrinas,& qua doctrinæ sunt,nihil aut parum inuicem distare,sed quatenus altera resolutiua,altera compositiua,tertia vero diffinitiua nominatur,eatenus esse differentes,& sic non varios modos doctrinarum,sed ordines potius apud Gal.significare.Et ostendere possumus,vbi Aristo.vel in inueniendo,vel in docẽdo ijsdem tribus vtatur ordinibus,quos Gal.tres doctrinas ordinatas appellat.Aristo.quidem vsum fuisse ordine resolutiuo in arte logica inuenienda declarant verba Simplicij supra à nobis recitata , in quibus idem Simplicius vsum libri prædicamentorum,atq; ordinem ad alios libros Arist.de arte logica ęditos nititur declarare,nam & resolutionem nominatim exprimit inquiens,resolutionem ad Simplices voces terminari. Declarant autem & ordi-

D nem compositiuum verba sequentia quæ dicunt illum, qui vult facere demonstrationem , à simplicibus vocibus debere inchoare,quoniam à simplicioribus ad compositiora procedimus.Nam post simplices voces,quid nomẽ, & quid sit verbum addiscimus,deinde quid affirmatio,quid negatio,& quæ horum differentię,deinde quid terminus,quid propositio,quid syllogismus,& quæ syllogismorum species,& quot in singulis figuris , & sic in demonstrationem desinimus.Hunc autem ordinem contrarium esse resolutiuo,ipsa euidentia demonstrat,& Simplicius ipse per illa verba,etiam supra allegata,declarat,quæ dicunt speculationem,& actionem aduersum iter tenere,qm̃ speculatio à fine incipiens,via progreditur ad principium,actio autẽ à principio ad finem pergit , sicuti in domo. Hæc enim verba Simplicij nihil aliud innuunt, nisi resolutionem incipere à notione finis quæ est speculationis principium,& terminari ad principium actionis,quod est finis speculationis.Motus autem,qui hinc incipit ,tum actio,tum etiam compositio nominatur,vt etiam supra docuimus authoritate Aristotelis,& Auerrois cõmetatoris,lib.vij.de prima philosophia. Illud autem sciri oportet ordinem docendi resolutiuum maxime artibus,quæ factiuæ vocantur,congruere,quemadmodum in arte ædificatiua supra monstrauimus,quæ eodem ordine doceri potest,quo etiam inuenitur , quod non contingit in speculatiuis,quæ ordine quidem resolutorio inueniuntur,& ob hoc dicuntur & ipsæ suam habere à notione finis constitutionem , ordine autem compositiuo docentur,vt in geometria,arithmetica,& demum in logica, Simplicius loco supra allato declarat.

Diffinitiuo etiam ordine vſum Ariſtotelem: tum diffinitiuam doctrinam non eſſe ordinem merum, nec, quia non dicitur demonſtratiua, omni prorſus carere demonſtratione, coactosq; id fateri Pluſquãc. & Concil. quos arguit, ac diſputat, vbi eorum peccet opinio, oſtendens. E

CAP. XXIII.

RElıquum eſt,vt oſtendamus Ariſto.vſum fuiſſe in ſuis de philoſophia libris,ẽt ordine diffinitiuo, eodemq; docendi cauſa,quãuis videatur Pluſquãcõmen.doctrina diffinitiua ſolũ ad memoriã non autem ad diſcendum conferre,atq; ideo omnino fuiſſe ab Ariſt.prætermiſſa.Hic ipſe philoſophus lib.2.de naturali auſcultatione volens quid ſit natura declarare, hanc ita diffinit. Natura eſt principiũ motus,& quietis, & poſtea lib.iij. quid ſit motus oſtendit.Et quia motus nõ poteſt eſſe niſi in loco,& in tempore,ideo in quarto ſubiungit de vtroq; diligentem tractationem. Sic in Nicomachijs moralibus,cum in primo volumine eius libri fœlicitatem diffiniſſet,ꝙ eſt operatio ſecundum virtutem, mox in ſequentibus de humanis operationibus quæ fiunt ſecundum electionem, exactam doctrinam tradidit,quæ quatenus explanat partes diffinitionis,& ſecundum illarum procedit ordinem, poteſt diffinitiua nominari,licet non ſit ordo generalis in ea,ſub quo tota ſcientia doceatur,quia neq; eiuſdẽ ſcientiæ prius aſſumpta eſt diffinitio,ſed quarundam rerum tantũmodo,de quibus in ſcientia tractatur.Patet ergo hoc doctrinæ genus non omni ex parte latuiſſe Ariſto.alioquin eo varijs in locis non eſſet vſus.Liquet etiam doctrinã diffinitiuam non eſſe ordinem merum,alioquin male à Gal.doctrina diceretur,& fruſtra etiam Gal.ipſam ad totam artem medicinalem per modum compendij edocendam facilioris memoriæ gratia elegiſſet. Nam ꝙ Gal.in arte parua non ſolum memoriæ ſtudeat,ſed doctrinæ magis,illud poteſt eſſe argumento,ꝙ idem Gal.vbicũq; de hoc libro meminit,quem nos artem paruam vocamus,ipſe artem medicinalem appellat, quaſi in eo tota ſcientia medicinalis,ſub quodam tamen compendio doceatur. Neq; ob id ꝙ hæc eadẽ doctrina diffinitiua,& nõ demonſtratiua nominatur,putandum eſt ipſam carere omni genere demonſtrationum propter quam carentiã,nec proprie doctrina dici mereatur,ob quam etiam cauſam fuerit,vt Pluſquãcõ.exiſtimat,ab Ariſt.repudiata.Nam & demonſtrationem quia, & propter quid venire in vſum doctrinæ diffinitiuæ, coactus eſt ipſa veritate impellente, tandem fateri idem Pluſquãcõ. qui lib.tertio cõmentatione.lxvj. ſcribit hęc verba. Et eſt hic attentione dignum ꝙ doctrina huius libri dicitur diffinitiua per comparationem ad explanationem diffinitionis propoſitæ de medicina in principio libri, ad huius enim explanationem totus liber ordinatur. Sed nihilominus propter hoc etiam apud talem explanationem alicuius partium diffinitionis,accidit vti & reſolutiua,& compoſitiua. His enim duabus maxime vtimur ad particularia problemata ſcientię declaranda,ſicuti incipientes dicebamus,diffinitiua vero maxime ad totius ſcientię compendiationem. Hoc ipſum,quod dicit eſſe attentione dignum Pluſquãcõmen.ait per alia verba non eſſe negandum Conciliator,qui & ipſe differẽtia octaua,in hunc modum ſcribit, Sed neq; negandum eſt quin ſæpe in ſciẽtiam vna doctrinarum poſsit cadere in cauſa doctrinæ aliarum ordinariarum,& inordinariarum,ſicuti apparet per Gal.vtentem in techni doſtrina diffinitiua, & tamen vtitur improprie doctrina ordinaria,cum nititur probare hoc principium, Omnis cura fit per contrarium, inductione,ac ſyllogiſmo. Hæc quidem duo viri,præcipua inter alios qui de tribus doctrinis ſcripſere authoritate, qui mirum in modum noſtræ opinioni ſuffragantur, qui volumus tris doctrinas apud Gal.non modis docendi, ſed ordinibus eſſe differentes. Vnde mirandum eſt ipſos qui contrariam ſequuntur opinionem, & tres doctrinas, tres eſſe docendi modos arbitrantur,poſtmodum eoſdem modos reſolutiuæ,ac diffinitiuæ,promiſcue aſsignare.Atqui audire potuerunt Gal. in procemio Artis paruę ambas doctrinas manifeſte ſeparantem,his verbis,Sed hanc quidem.ſ.doctrinam reſolutiuam,alibi ſcripſimus, hic vero diffinitiuam faciemus.atq; inſuper alteram alteri methodo,& dignitate præferẽtem.Quod fieri non poſſet,ſi nihil aliud eſſent ipſe doctrinę,q̃ modi doctrinales,& tamen eiſdem modis doctrinalibus vterentur,tunc enim eadem doctrina ipſa ſe ipſam ſuperaret,& non alteram à ſe diuerſam.Sed accidit inquit Pluſquãcõmen.doctrinæ diffinitiuæ vti reſolutiua.Improprium etiam vſum eſſe ait Conciliator doctrinæ reſolutiuæ,in doctrina diffinitiua.Nam & ipſi viſi ſunt animaduertere obiectionem quæ fieri poteſt contra illam quam faciunt doctrinarum non parum differentium, confuſionem,cui obiectioni voluerunt per verba iam dicta ſatisfacere.Sed hæc nihil excuſant, quod enim accidit aut improprium eſt, in aliqua doctrina rariſsimum eſſe debet. Vſus autem demoſtrationis, tum quia, tum propter quid in doctrina diffinitiua,non ſolum in duobus locis quos notauere & Pluſquãcommentator, & Conciliator, ſed in pluribus alijs,ſi diligenter inſpiciatur, inuenietur,quos ego vitandę prolixitatis gratia in mediũ adducere ꝑtermitto. Cum ꝑſertim ipſe Gal.teſtet in procemio artis paruę ea quę ſcripturus eſt in eo libro,in quo proculdubio doctrinã facit diffinitiuam,eſſe quaſdam veluti concluſiones illorũ quæ in alijs ſuis libris latius demonſtrauit.Signanter aũt Gal.loquitur,neq;.n.dicit eſſe ſimpliciter concluſiones,ſed veluti cõcluſiões.Quod aũt eſt veluti tale,nõ eſt oĩo tale,ſi vero eſſent tantũmodo cõcluſiões, Pluſq̃cõ. & Conciliator,q quãtum ad hoc videntur eſſe cõcordes, forte aliqd dicerent dicẽtes doctrinam diffinitiuã nõ eſſe ꝓprie doctrinam, qa nihil in ea ſyllogiſtice, vel(vt eorũ vtar verbis) nihil ignotum ꝑ notum probaretur, & ideo non ad docendũ,ſeu diſcendũ,ſed tm̃ ad memoriã foret oportuna. Verũ ꝙ in doctrina diffinitiua aliqd reſolutiuę probeť,exempli gratia,nõ eſſe faciendã euacuationẽ partis ꝑ ſcarificationẽ,ſeu vt vtar verbo Pluſq̃cõ.per ſcalpellationem.Idem Pluſq̃cõ.cõmentatione.lxvj.antea à nobis allegata,cõcedit,ꝙ ẽt contraria cõtrarijs curentur ꝓbari à Gal.& ſyllogiſmo & inductione,in eadẽ doctrina Cociliator non inficiatur. Sed neq; ambo poſſunt negare,qn oſſa fracta nõ poſſe ꝓpter eorum duritiẽ in grandiori ætate conſolidari,ẽt inibi demonſtretur,vt taceam alia quæ ſimili modo ꝓbãtur,& breuitatis cauſa,vt nuper dixi à me prætereuntur.

Solo monachi nõ ſatiſfacit.

F G H

Adhuc contra Pluſquãcom. ait non eſſe proprium diffinitiuæ per capita tantum facere traditionem, ſed & Reſolutiuæ, tum quid ipſe ſentiat, & eoſdem eſſe in vtraque docendi modos.

CAP. XXIIII.

QVod vero inquit Pluſq̃com.eadem libri tertij cõmentatione.lxvj.nos maxime vti doctrina diffinitiua ad compendiationem(tali enim ipſe vtitur verbo)totius ſcientiæ, falſum eſſe ſupra monſtrauimus.Sed nunc

Nõ eē pro- priā diffini tiuç cõpen diationē.

quoq; repetimus non esse ꝓprium doctrinæ diffinitiuæ per capita tm̃, & quasdam veluti conclusiones,cõpendiosam facere traditionē, imo hoc est ipsi cũ resolutiua cõmune,vt patere põt legenti librũ Gal.de constitutione artis medicinalis,in quo Gal. fatetur se summas tm̃,& generales regulas pertractare,& sæpe lectorē remittit ad vberiorem earundem rerum,quę habentur in alijs libris suis,tractatione,quod ēt facit vt diximus in arte parua. Quare si A ꝓpter breuitatem demonstrationum,doctrina diffinitiua nõ est vera doctrina , nõ erit & resolutiua.Nos aũt putamus ambas esse doctrinas,ab alio aũt habere ꝙ doctrinæ sint,ab alio vero ꝙ altera resolutiua,altera diffinitiua dicatur. Nã à demonstrandi modis qui in vtraq; ijdem sunt,ambę doctrinę dicuntur,à vario autē ordine,qui in tota medicinali scientia docenda seruatur,hęc diffinitiua,illa resolutiua noĩatur. Eosdē esse in duabus doctrinis docēdi modos,tum ex pluribus alijs,vt dictum est discere licet , tum ex illo ipso principio cuius meminit Cõciliator differentia octaua,quod ęque per syllogismum,& inductionē in lib.de cõstitutione artis medicinalis à Gal. probatur, sicuti & in arte parua.Quin si loca contuleris nõ mõ rationes siles,sed eadē ꝓpe verba ppendes,& sicuti in vno lib. oẽs partes sciē medicinalis sub quodā cõpēdio docent,ita & in altero,ordine tm̃,vt sępe diximus,variato. Vnde nõ absq; rõne Gal. alterũ librũ inscripsit de cõstitutione artis medicinalis,alterũ de arte medicinali, qm̃ in hoc artem tm̃ docet medicinalē sub ordine diffinitiuo,in illo vero constituit,& cõstituēdo docet sub ordine resolutiuo.

Obijci posse in Arte parua fieri Diffinitiuam doctrinam, sed non in libro de Constit. artis Resolutiuam. Soluit autem,& Plusquãc.arguit.Tum etiam inquit male Galeni sensum de notione finis interpretatum. CAP. XXV.

B VErum ad hæc quispiam posset obijcere,certum qdem esse ꝙ in lib. qui ars medicinalis à Gal. à nobis aũt ars parua noĩatur,doctrina sit diffinitiua,sed nõ ita cõstare id,quod veluti ꝓ certo,atq; indubitato accipit Vgo Senensis in lib. de cõstitutione artis medicinalis doctrinā fieri resolutiuā. Age igit hoc ipsum nõ alterius, q̃ ipsius Gal. testimonio probemus,licet forte satis & antea ꝓbauerimus,cũ ordinē doctrinę resolutiuæ , qui in eodē lib. à Gal. seruatur,conati fuimus declarare.Nunc tñ idem ex proœmio artis paruę demonstremus,in quo scribunt hęc verba secundũ veterem trāslationem que in vsu habetur,quā potius,q̃ nostram,vbi nõ sit error,allegamus,ne videamur nostris ꝓbationibus quasdam veluti suppetias ex ꝓprijs verbis corrogare. Verba inquā antiquę translationis hæc sunt,Nullus tñ ante nos scripsit illam quæ ex notione finis incipit,ex quā oẽs artes consistunt secũdum rationem.Sed illam qdem alibi pertrāsiuimus.Hoc verbũ alibi exponit Plusq̃cõ.i.in varijs libris suis.Sed ꝙ Gal. per alibi,non varios libros suos intelligat de medicina editos,sed vnum tm̃ , qui de constitutione artis medicinalis inscribitur,ex ipso Gal. probatur,qui circa finem artis paruæ,vbi oĩum librorum suorum numerum ordinemq; recenset,de hoc ipso lib. facit mentionem , & de eo ait,se antea.s.in ꝓœmio dixisse,ita.n.scribit,Dictum qdem & antea est,ꝙ est vnus alius liber in quo de constitutione artis medicinalis tractauimus. Nusquā aũt Gal. in tota arte parua,inuenitur de illo lib. quicq̃ dixisse nisi in proœmio,in quo licet noĩatim nõ exprimat librũ de constitutione artis medicinalis,per alia tñ verba eum nobis dedit intelligendum,cũ dixit se doctrinam ex notione finis incipientem,alibi scripsisse.In eo.n.lib. quid sit notio finis nobis euidenter ostendit. Et qũo ex illo quispiam promo-
C tus possit artem medicinalem,secũdum quādā viam,& progressum constituere, secundum quem & aliæ artes ex suorum finium notione primum inueniuntur,ac constituuntur. Verba aũt Galeni illud quod diximus declarātis, hæc sunt,Quam igitur in priore libro didicisti methodum in huiusmodi artibus,tempus est transferre ad illā quā intendis cõstituere,idem & hic sermoni initium faciens , quod in oĩbus illis posuisti.s.notionem finis quā vnde adepti sumus iam tempus est explicare.Primum est facta cognitio de nobis , ꝙ sani,& de alijs pariter hominibus, secũdo post hanc ēt de ęgrotātibus,vnde & nos cępit desideriũ bene valendi,& cõstituēdi artē quę bonā valetudinē,seu sanitatē efficiat.Ex his Gal. verbis duo colligere possumus,& ꝙ liber de cõstitutione artis medicinalis sit ille,in quo Gal. testatur in ꝓœmio artis paruę se scripsisse doctrinā ex notione finis incipientē.s.ex sanitate in nobis cognita,& desiderata , & ꝙ nõ recte duarũ quę adhuc celebrant antistites opinionũ, Gal. sensum de notione finis interpretent,quorũ alter ꝑ notionē finis intelligit vltimā causam quę ꝑ resolutionē inuenit, alter effectũ quẽlibet q sua cā notior existat,cũ tñ Gal. queadmodũ ex hoc loco & multis alijs supra à nobis adductis cognosci põt,per notionē finis intelligat finē notũ eius scientię,vel artis,quā cõstituere intendimus,atq; obiter constituēdo docere, sicuti in arte medicinali finis est sanitas,cuius desiderio & amore qspiā pmotus artē medicinalē sanitatis conseruatricem,atq; effectricē cõstituit,& dũ eius cõstituendę tradit rõnem,simul eiusdem artis affert disciplinam.

Dubitari,cum dictum sit tres doctrinas ordinib. potius, q̃; modis,differre , quin hoc cohæreat dictis Gal. in proœmio artis. D *Soluit,ex mala translatione id fieri dicens. Tum vero,cur Resolutiua præstet Diffinitiuæ , ostendit:& vnde origo erroris Plusquãc.& Conciliatori fuerit.* CAP. XXVI.

QVia vero supra diximus tres doctrinas,de qbus in ꝓœmio artis paruę Gal. loquit,varijs differre ordinibus, potius q̃ modis, Altera dubitatio suborit,qa hoc non videt cohærere his quę à Gal. in ꝓœmio artis paruæ scribunt,vbi doctrinā resolutiuā cõparat diffinitiuę,nā in ea collatiõe videt ponere inter easdē doctrinas,nõn mõ q̃tum ad ordinē,sed ēt q̃tum ad modos, dñam Resolutiuā ingens,rõne qdē & dignitate pstare diffinitiuę, sicuti diffinitiuā & totius cõpēdio,& facilitate memorię,excedit resolutiuā. Nos vero hāc dubitationē volētes soluere,dicimus eā,sicuti plerasq; alias,ex mala trāslatiõe hře occasionē. Vbi.n. interpres dicit,rõne,græcus Gal. codex habet methodo,quod verbũ apud grecos significat viā,atq; ordinatũ ꝓgressum ad cognobile aliquod. In hoc aũt ordine ꝓcedēdi vult Gal. doctrinā diffinitiuā à resolutiua superari. Quare verba illa ꝓœmij recte interpretata magis nostrā confirmāt opinionē,q volumus tres doctrinas varijs ordinibus esse differentes, quorũ alter, & altero potest esse artificiosior,atq; ita facere doctrinā excellentiorē. Idcirco autē etiam dignitate dicitur doctrinam resolutinam esse diffinitiua superiorem , quia cum ex notione finis incipiat , & fiat secundum resolutionem, habet ex hoc,ꝙ non solum docere , sed etiam inuenire,ac primum constituere artem aliquam potest , siue scientiam, quorum alterum potest efficere diffinitiua scilicet docere tantũmodo. Cum vero laus debeatur inuentioni,

Vgo senensis.

Contra Mona.

& primæ conſtitutioni , quis dubitauerit doctrinam reſolutiuam anteire dignitate diffinitiuam? Sicuti vero reſo- E
lutiua habet ex principio ſuo.ſ.notione finis,& eo quẽ ſeruat ordine,ꝙ ſit ad inueniendas,& primum conſtituen-
das artes accommodata,ita diffinitiua ex ipſa diffinitione ſcientiæ quam docet,& ordine partium eiuſdem diffini-
tionis quem in docendo ſequitur,hoc plus habet ſupra reſolutiuam,ꝙ facit ſcientiam vel artem perdiſcendam fa-
cilius totam ſub quodam veluti cõpendio comprehendi,& eſſe etiam ſecundum partem memoriæ commendabi-
liorẽ. Nam vt inquit Gal. bene memoriæ mandantur ſufficienter oĩa ex diffinitionis diſſolutiõe,ob id,ꝙ optima
diffinitio,quam ſubſtantialem quidam terminum vocant, totius artis capita in ſe contineat. Non eſt autem pro-
pter hæc verba Gal. exiſtimandum id,quod putat Plusq̃cõmen.doctrinam reſolutiuam nõ poſſe & ipſam totam
artem medicinalem per capita,& generales ſummas in vno volumine tradere, ſicuti diffinitiuam. Hoc enim fieri
etiam in doctrina reſolutiua ſiue ordinem ſeruante reſolutiuum probat, vt ante diximus,liber de conſtitutione
artis medicinalis,in quo eadem doctrina,vt etiam paulo ſupra probauimus,continetur. Nihil autem aliud voluit
Gal.per verba ſtatim antea adducta nobis inſinuare,niſi ꝙ ambæ quidem doctrinæ.ſ.& diffinitiua,& reſolutiua,
ſub quodam compendio totam artem medicinalem complectuntur, propter quod etiam ambæ ad memoriam
conferunt,in his tamen duobus.ſ.& in compendio totius ſcientiæ docendæ,& in memoria faciliori particulariũ,
doctrina diffinitiua primas partes habet, & nihil vetat reſolutiuam ſecundas obtinere. Sicuti, licet, reſolutiua &
methodo,& dignitate vincat diffinitiuam,non tamen ideo diffinitiua omnis eſt methodi exps, ac dignitatis, alio- F
quin id ſequeretur abſurdum,in quod etiam ſupra diximus incidere opinionem Plusq̃cõmen. duas doctrinas nõ
dici vniuoce doctrinas,atq; ita non eſſe inuicem comparabiles,quod eſt contra Gal.alteram alteri,vt apparet ma-
nifeſte,comparantem. Verum falſus intellectus primæ propoſitionis proœmij, Tres ſunt omnes doctrinæ ordinẽ
habentes,fecit tum Plusq̃commen.tum etiam Conciliatorẽ plurima dicere,quæ etiam ſunt à Gal.placitis aliena.
Plusq̃cõ.autem tanto maiorem habuit aberrandi occaſionem,quanto fungens officio expoſitoris,verba oĩa Gal.
in proœmio artis paruæ ſcripta cogebatur ſuæ de tribus doctrinis opinioni conſona demonſtrare.

Solui omnes obiectiones, ſi prima propoſitio Artis eum habeat ſenſum,quem illi tribuit, Solui.n.& id,quod quis obijciat ex Plusquãc.authoritate, Ordinem non facere doctrinã,ſed potius ſequi. Non eſſe autem à Gal. diſſonum,ordinem conferre ad doctrinam,ex eiuſdem Gal. verbis affirmat. CAP. XXVII.

QVòd ſi hæc ipſa propoſitio talem habeat ſenſum,qualem nos illi tribuimus,mille ſunt obiectiones quę nõ
facillime diluantur,nulli occurrunt nodi qui ſtatim non diſſoluantur. Nã & illud quod quiſpiam poſſet
obijcere ex authoritate Plusq̃commentatoris, cõmentatione prima libri primi artis paruæ,ordinem
non facere doctrinam,ſed magis conſequi,non habet difficilem diſſolutionem, poſſumus enim noſtræ innitẽtes
expoſitioni,ita dicere, Doctrinas quidem quibus vna tota aliqua ſcientia docetur non ſortiri ex vario docendi or-
dine(de tribus ordinibus nobis intelligentibus de quibus Gal.loquitur)non ſortiri inquam ex his,vel maiorem,
vel minorem certitudinem,ideo neq; ex his ipſis habere potiſsimnm ꝙ doctrinæ dicantur. Sed ꝙ hæc reſolutiua G
dicatur,hæc compoſitiua, illa diffinitiua nominetur,hoc ſingulæ ex ſuo ordine ſortiuntur. Qui tamen ordo dat
ipſi doctrinæ,non ſolum denominationis,ſed etiam rei quandam præcipuam proprietatem. Nam ex ordine reſo
lutiuo qui à fine artis initium ſumit,quod eſt principium ſpeculationis, habet doctrina reſolutiua,ꝙ ſit ad artem
inueniendam & conſtituendam idonea, ex ordine vero compoſitiuo, doctrina compoſitiua aptiſsima exiſtit ad
eandem artem inuentam,& ſummatim ſiue per capita traditam,poſtea magis ſecundum partem amplificãdam.
Ex ordine autem diffinitiuo, quem habet doctrina diffinitiua ex partibus diffinitionis, fit eadem doctrina ad
artem,cuius aſſumit diffinitionem,totam ſub compendio docendam, & faciliter memoriæ ſuggerendam cõmo-
diſsima. Quod ſi dixerimus ordinem etiam ad doctrinæ eſſentiã conferre aliquid,non erit hoc diſſonum à Galeni
dogmate,qui libro primo artis curatiuæ volens oſtendere inter medicos rationales, & illos qui ab experientia ſe
empiricos vocant,differẽtiam,ſcribit hæc verba, Quærere igitur cum methodo quicquam inuenire opponitur ei
quod fortuna & caſu fit. Eſt autem veluti via quadam,atq; ordine,ita ꝙ eſt aliquod primum in inquiſitione,& ſe-
cundum,& tertium,& quartum, & ita ſeriatim alia vniuerſa,donec quiſpiam perueniat ad id quod fuit ab initio
propoſitum. Qui igitur ſe ab experientia empiricos vocant,recte agentes confitentur,ꝙ neq; ad inuentionẽ,neq;
ad doctrinam,ipſi neceſſarius eſt ordo,quia inartificioſum quoddã,& expers rationis eſt,experientia & bona for-
tuna indigens. Qui vero rationem,atq; ordinẽ ſibi ducem fecere inuentionis,& viam vnam ad finem perducentẽ H
ſuppoſuerunt,his neceſſarium eſt à primo aliquo incipientibus confeſſo apud omnes homines,ſic tranſigere reli-
qua. Ex his verbis Gal. liquido apparet,ꝙ medicorum rationalium doctrina,non ſolum rationem, ſed etiam ordi
nem in ſe continet,& ꝙ in hoc differt à doctrina empiricorum,quæ neq; rationem habet,neq; ordinem. Liquet ẽt
ꝙ cũ methodo aliquid quærere,aliud eſt,q̃ via quadã atq; ordine ad inueniendũ ꝓcedere. Hęc aũt verba Gal. vnà
confirmant noſtram expoſitionem quã ſupra ſcripſimus,qũo.ſ.doctrina reſolutiua methodo vincat diffinitiuã.

Dubitari poſſe, Vbi nam Gal. vſus ſit ordine Compoſitiuo: cur item Diuiſiuum non adiecerit. Primam dubitationem cur ſtultam putet Pluſquãcõ. ac,quantum is erret,latius pandit. CAP. XXVIII.

HAc difficultate diſſoluta quæ ex verbis Plusq̃cõmentatoris volentis ordinem non facere doctrinam, ſed ma
gis ſequi,habuit occaſionem,iam & alias quæ in noſtram cadere poſſunt de tribus doctrinarum ordinibus
opinionem diluamus. Non temere.n.quiſpiam dubitauerit, ſi ſint tres doctrinarum ordines,vbi Gal. vſus fuerit
cõpoſitiuo,nam de reſolutiuo,& diffinitiuo ſatis ex ijs,quæ antea dicta ſunt puto eſſe manifeſtum, cur etiam Gal.
quartum non adiecerit.ſ.diuiſiuum. Hæ enim ſunt duæ ambiguitates,quæ ſi fuerint à nobis conuenienter diſſo-
lutæ,non parum noſtræ expoſitionis veritatem confirmabunt, & aliarum coarguent falſitatem. Nam,vt inquit
Ariſto.libro primo moralium, Vero quidem omnia conſonant,falſo autem cito diſſonat verum. Primam dubi-
tationem ſtultam putat Plusq̃cõmentator,qm̃ in ea hæreſi eſt,ꝙ non ſit poſsibile particulariter tradere totã artem

medicinalẽ

A medicinalẽ ſub vna aliqua ſpecierũ doctrinæ,& ꝙ vtimur tribus doctrinis ad illud. In quã ẽt opinionẽ ductus eſt idem Plusq̃com. ex malo intellectu illorum verborũ Gal. quæ in antiqua translatione ſcribunt, in hunc modum. Quæ vero ſecundum partem eſt tractatio vniuerſæ medicinalis ſpeculationis in multis alijs à nobis ſcripta eſt negocijs, quibus expedit vti ad tres doctrinas. Quæ poſtrema verba per figuram hypallagen exponens Plusq̃cõ. in hunc ſenſum. i. ad quæ negocia expedit vti tribus doctrinis conſequẽter affirmat, ꝙ poſsimus etiam in vno lib. vti tribus doctrinis. Sed duo dicta ex his vera ſunt, ſi per doctrinas, modos doctrinales intelligamus, & nõ ordines doctrinarum, de quibus Gal. intellexit in illa propoſitione, Tres ſunt omnes doctrinæ ordinem habentes. Impoſsibile enim eſt totam artem medicinalem, vel in vno lib. vel in multis ſub varijs doceri ordinibus. Ars enim tota medicinalis, ita in arte parua docetur ſub ordine diffinitiuo ſeorſum, ꝙ nõ admittit reſolutiuum, vel compoſitiuum. Sic etiam traditur in libro de conſtitutione artis medicinalis ſub ordine reſolutiuo, ꝙ reliqui duo ei non coniungũtur. Sic quoq; in multis alijs libris eadẽ ars vniuerſa, vberiore ſcribitur tractatione, vt poſtea magis liquebit, ſm ordinem compoſitiuum, ꝙ ipſi non competit ordo contrarius qui dicitur reſolutiuus, neq; etiam diffinitiuus, vt etiam in ſequentibus oſtendemus. Primum autem dictum Plusq̃cõmentatoris, ꝙ videlicet non ſit poſsibile ſecundum partem, ſiue particulariter tradere totam medicinam ſub vna aliqua ſpecierũ doctrinæ, etiam Gal. repugnat, qui non ſolum in compendio totius, ſed etiam in memoria particularium præfert doctrinam diffinitiuam doctrinæ reſolutiuæ, quæ comparatio vana foret, niſi ſub doctrinæ ordine diffinitiuæ tota ars medicinalis, etiam ſecundum partem, ſiue particulariter in arte parua traderetur, ſicuti fuit in multis alijs libris ſecundum partem, eadem ars tota conſcripta, quod verba Gal. ſupra à nobis allata manifeſtant. Alioquin etiam videtur impoſsibile totam artem medicinalem ſcribi in doctrina diffinitiua, & non ſecundum partem, cum totũ non ſit præter partes. Quod ſi per particularia Plusq̃cõmentator intelligat quędam ſpecialiora, ad quę doctrina diffinitiua non deſcendit, neq; talium tractatio particularium doctrinæ repugnat diffinitiuæ, neq; reſolutiuæ, ſicuti neq; cõpoſitiuæ. Quid enim vetuit Gal. vel in libro de conſtitutione artis medicinalis ſecundum ordinem reſolutiuum, vel in arte parua ſecundum ordinem diffinitiuum non breuiter, atq; conciſim, ſed late, ac copioſe vſq; ad ſpecialiſsima progredientem, totam ſcribere artem medicinalem? quod in multis alijs libris ſe feciſſe teſtatur, in quibus ſeruauit, vt poſtea declarabimus, ordinem compoſitiuum.

Aduerſus Pluſquã.

B

Quãuis Gal. ſecundum tres ordines latius tradere potuerit Medicinæ artẽ eius, tamen per duos tantum viſum eſſe tradere compendioſius: & multos conſcriptos ab illo in Med. libros ad hos docet licere transferre. Quædam interim dicit de vario ordine librorũ Galeni. Quo ſit vſus Auicenna. Et Galenũ à Gentile tuetur. CAP. XXIX.

SEd licet potuerit ſecundum triplicem ordinem vberem facere tractationem, libuit tamen ei ſecundum duos ordines tantum. ſ. diffinitiuum, ac reſolutiuum, compendioſam totius ſcientiæ medicinalis facere traditionẽ, vt de doctrina diffinitiua ipſe Gal. ſtatim in procœmio teſtatur, cum ait, ea quæ in hac doctrina dicuntur eſſe ſola capita, & veluti concluſiones quæ alibi latius fuere demonſtrata. De vtraq; autem tàm. ſ. reſolutiua, q̃ diffinitiua, circa finem operis, vbi inquit, ꝙ liber de conſtitutione artis medicinalis, & alter cui extremam manum adiecit. ſ. ars parua, in quo doctrinam tradit diffinitiuam, ſicuti in altero reſolutiuam, ſeorſum ſunt ab alijs, in quibus plenior doctrina explicatur. Expediebat autem, imo omnino fuerat neceſſarium, vt ſicuti in vno libro docuerat modum inueniendæ, ac primum conſtituendæ artis medicinalis ſecundum ordinem reſolutiuum, in altero vero eandem artem totam ordine ſcripſerat ad memoriam aptiore. ſ. diffinitiuo, ſic in multis alijs libris vniuerſam pariter totius ſcientię medicinalis contemplationem, latius atq; diffuſius complecteretur, quibus libris ad tres doctrinas, vti poſſemus. i. ad tres doctrinarum ordines. Quæ enim ſub duarum ordinibus doctrinarum ſunt abbreuiata, & quodam modo decurtata propter compendioſam & per capita tantũ eorum traditionem poſſumus ex alijs ſupplere libris ſecundum vberiorem, vt Gal. inquit, tractationem conſcriptis. Nam ad hunc finem quodam in loco artis paruæ Gal. inquit ſe de illis omnibus circa finem operis facturum mentionem, vt ſciret lector, vnde eſſent ſupplenda quæ in doctrina diffinitiua propter nimiam eius breuitatem deſiderarentur, qui ſane artis paruæ locus manifeſte demonſtrat verba illa procemij, Quibus expedit vti ad tres doctrinas, male fuiſſe à Pluſquacõmentatore per figuram hypallagen expoſita, quæ figura, vt diximus, tantum poetarum eſt propria, & à medicis, atq; philoſophis, quin etiam oratoribus euitanda. Vtimur enim libris in q̃bus elaborata eſt. i. plene, ac perfecte tradita ſeorſum ſecundum partem. i. per ſingulas partes totius ſcientiæ medicinalis contemplatio, ſicuti in libris qui therapeutica. i. curatiua inſcribuntur pars curatiua, in his, quibus de ſalubribus titulus eſt, pars ſanitatis cõſeruatrix, & in libris qui de membris paſsis apud græcos, apud nos de interioribus nominantur, pars illa quæ à græcis diagnoſtice. i. dignoſcitiua dicitur. Vtimur inquam his libris ad doctrinam diffinitiuam, vbi, quæ ſunt in iſta defecta, ſupplemus, atq; ampliamus, quod facere poſſumus non variato ordine doctrinæ diffinitiuæ, & hic eſt ſenſus illorum verborum quæ ſupra diximus male fuiſſe à Pluſquacõmentatore intellecta, adeo vt putauerit Gal. innuere nos vti tribus doctrinis ad dictos libros, & non libris ad tres doctrinas. Eundem autem vſum ijdem libri ſecundum vberiorem tractationem conſcripti præbent etiam ad doctrinam reſolutiuam, quæ & ipſa quoq; breuis eſt, atq; conciſa, vt quę ſit magis ad inueniendam, ac conſtituendam, q̃ ad docendam artem, accommodata. Quare Gal. ita in libro de conſtitutione artis medicinalis, ſicuti in arte parua, ad memoriam plerũq; reuocat loca illorum librorum, ſecundum vberiorem tractationem conſcriptorum, vnde poſsimus eiuſdem libri in quo doctrina habetur reſolutiua ſupplere breuitatem. Iam ergo liquet qualis ſit vſus librorum Gal. in q̃bus elaborata eſt ſecundum partem totius ſcientiæ medicinalis contemplatio, ad duas doctrinas. ſ. ad diffinitiuam, ac reſolutiuam. Promptior autem eſt horum ipſorum librorum vſus ad doctrinam compoſitiuã, ſi eo legantur ordine quo circa finem artis paruæ à Gal. diſponuntur. Talem. n. ordinẽ non eſſe diffinitiuum, oĩbus liquere poteſt, cum ex nulla medicinalis ſcientiæ diffinitione dependeat, ſed neq; reſolutiuus eſt, vt ſtatim probatur, relinquitur ergo ꝙ ſit compoſitiuus.

C

Verba procemij male exponũtur à mõacho.

D

Vbi doctrina cõpoſitiua Galenus vtatur.

Talem autem ordinem librorum, siue doctrinæ quæ in ipsis habetur, non esse resolutiuum, eo potest constare argumento, ꝙ incipit ab elementis, ẜm Hippocratem, ad quæ ea, quæ fit libro de constitutione artis medicinalis, resolutio terminatur, dum cognitio quæritur corporum sanorũ, & ægrorum, vt notio finis exigebat. Vltimus autẽ in eo ordine librorum Gal. quem dicimus esse compositiuum, est liber de arte curatiua, quæ prima docetur inter alias partes scientiæ medicinalis quæ per resolutionem inueniuntur, in eodem libro de constitutione artis medicinalis, in quo diximus seruari ordinem doctrinæ resolutiuæ. Libri vero medij inter primum de elemẽtis, & vltimũ de arte curatiua, liquido ostendunt ordinem doctrinæ compositiuæ. Nam à libro de elementis progressus fit ad libros de temperaturis, siue cõplexionibus, & ab his ad libros de potẽtijs naturalibus, atq; animalibus, atq; ad alios libros, qui in eo loco à Gal. connumerantur, donec ad illos perueniatur, qui continent illam scientiæ medicinalis partem, quę diagnostice noĩatur, de qua ẽt supra fecimus mentionem. Hæc aũt medicinæ pars in ordine doctrinę resolutiuæ secundo docetur loco post curatiuam, quare in ordine doctrinæ compositiuę debuit præcedere, in quo ordine ẽt libri partem prognosticam cõplectentes antecedunt, quæ tñ pars tertio docetur loco post curatiuam in ordine doctrinæ resolutiuæ. Deniq; oẽs Gal. libri qui circa finem artis paruæ eo ordine numerantur, quem nos dicimus esse compositiuum, ita sunt inuicem priores, atq; posteriores, sicuti scientię medicinalis partes, quę in illis cõprehenduntur, sunt duabus eiusdem scientiæ partibus, quæ finales appellantur, curatiuæ. s. atq; salubris, vel ꝓximiores, vel remotiores. Hunc ordinem doctrinę cõpositiuæ visus est voluisse seruare in suis libris, quos de medicina edidit Auicenna, licet eum aliquando interruperit, quia prius scripsit canones generales, de curatione morborum, q̃ de simplicibus medicamentis de quibus egit in secũdo libro, sicuti de cõpositis egit in vltimo. s. in quinto, quæ duæ tractationes secundum ordinem librorum Gal. cõpositiuum, libros de arte curatiua antecedunt. Adeo, vt Gentilis expositor Auicennæ, in multis in quibus animaduertit Auicennã à recto ordine compositiuo deuiare, nullam aliam scit afferre male continuantis ordinis rationem, nisi ꝙ ita Principi placuit. Dicit tñ Gentilis ẽt Gal. voluisse in libris de arte curatiua, libros de cõpositione pharmacorum, eisdem libris de arte curatiua esse posteriores. Atq Gal. in ordine illo, quo libros suos circa finẽ artis paruę connumerat, libros de cõpositione pharmacorũ, arti curatiuę præponit, quæ dubitatio fuit digna speculatione, apud Gentilem præsertim, qui ꝓpter suarũ quęstionum subtilitatem, est speculatoris cognomentum adeptus. Ne vero quispiam Gal. sibi ipsi in varijs locis de ordine horum librorum repugnasse suspicetur, breuiter dicemus, duplicem esse cõponendi pharmaca rationem, vnam q̃dem quæ stabilis est, atq; ĩmutabilis, sicuti de theriaca Andromachi tàm Gal. q̃ ẽt Auic. cõiter sentiunt, ꝙ non sit ab Andromachi instituto in numero ac pondere simplicium medicamentorum, ex quibus eadem Andromachi theriaca temperatur, discedendũ, quãuis Auicen. Gal. quodã modo per calũniam reprehendat, ꝙ sibi volens totius cõpositionis gloriam vsurpare, non nulla citra necessitatem de compositione Andromachi cõmutarit. Et hęc cõpositio, seu ratio cõponendi medicamenta immutabilis debet præcedere ordine libros de arte curatiua, quod videtur voluisse Gal. in librorum suorum circa finem artis paruæ cõnumeratione. Alia est cõpositio medicamentorum quæ fit pro medici arbitrio varias sumentis ab ægrotantium varijs dispositionibus, ac temporum diuersitatibus, indicationes. Et hæc rationabiliter sequitur libros de arte curatiua, vt in eisdem libris Gal. videtur insinuare. Sed hæc obiter dicta sint volentibus nobis soluere alteram dubitationem, qua dubitabatur, vbi Gal. doctrinã scripserit cõpositiuam, siue totam artem medicinalem sub ordine tradiderit compositiuo. Liquet. n. hoc ipsum fecisse in varijs libris eius, secundum pleniorem tractationem conscriptis. Quæ plenior tractatio doctrinę diffinitiuę, ac resolutiuæ supplet breuitatem, & similiter seruit doctrinę compositiuæ absq; hoc ꝙ trium ordo doctrinarum varietur, adeo ꝙ verissime Gal. ait, nos posse vti huiuscemodi libris ad tres doctrinas, hoc est, vt nos exponimus, ad tres ordines doctrinarum, siue tres docendi ordines, & nõ per figuram hypallagẽ, tribus doctrinis ad libros. Quia si per doctrinas modi doctrinales intelligerentur, pluribus ẽt q̃ tribus doctrinis ad eos vti possumus, vt sane Gal. vsus est. s. diuisiua, resolutiua, diffinitiua, & demonstratiua, & quibusdam alijs, vt satis supra fuit à nobis declaratũ.

E — F — Auicenna. — Gentilis. — Duplex medicamentorũ cõpõ. — G

Dubitationẽ aliã subortã soluit, cur Gal. ordine Compositiuo Medicinã breuius vno libro non cõplexus sit, inquiens futurum fuisse superfluũ. Tum quo pacto Resolutiua & Diff. se inuicẽ præstent: & iure Galenũ gloriari. CAP. XXX.

VErum ex nuper tacte dubitationis solutione, altera suboritur dubitatio, cur Gal. non æque totam artem medicinalem in vno libro eadem breuitate complexus fuerit sub ordine cõpositiuo, qua ipsum fuisse vsum vidimus in tradenda eadem arte sub duobus ordinibus. s. diffinitiuo, & resolutiuo. Ad quam dubitationem soluendam respondemus, potuisse quidem & sub ordine compositiuo idem Gal. facere, verum forte liber ille fuisset supuacuus. Nam quãtum ad docendum viam, atq; ordinem constituendæ artis medicinalis, eandemq; artẽ simul sub breuitate docendã, vnus liber sufficiebat, qui de constitutione artis medicinalis inscribitur, scriptus sub ordine resolutiuo, quãtum vero ad faciliorem totius artis memoriam, cõmodius etiam sub cõpendio traditæ, alter sat erat qui ars parua vocatur, ordinem continens diffinitiuum. Quis aũt fuisset vsus tertij libri eandem seruantis breuitatem in tota arte medicinali docenda sub ordine compositiuo? non facile est excogitare, qñ quidem ordinem talẽ sibi vberior tractatio eiusdem artis vendicabat, quam per plures transigi libros in omni arte, vel scientia perfecte tradenda sit necessarium, nam si verum fateri velimus, doctrina resolutiua est ꝓpter cõpositiuam. Primum. n. inuenire oportet scientiæ vel artis principia ac theoremata per resolutionem, deinde hæc breuiter tradita, postea cõponentes conuerso ordine latius explicare. Quare videmus Gal. doctrinam resolutiuam, non cõpositiuæ, sed diffinitiuæ tantum, in methodo, ac dignitate præferre. Si tñ quæratur à nobis, vtra duarum alteram dignitate p̃cedat, resolutiua ne, an compositiua (nam via eadem est secundum subiectum, licet differat secundum rationẽ) Dicemus resolutiuam vno quidem respectu, quatenus. s. artem primum inuenit, atque constituit esse digniorem, quatenus vero ea, quæ per resolutionem inuenit ad hunc ipsum finem inuenit, vt compositiua suo ordine digerat, atque componat, ac copiosius edoceat, hac consideratione dicimus cõpositiuam esse perfectiorem, ac præstantiorem,

H

sicuti

A ſicuti finis præſtantior eſt ijs,quæ ſunt propter finem. Gloriatur autẽ Gal.in procemio artis paruæ neminem ante ipſum doctrinam ſcripſiſſe à notione finis incipientem , quia plures ſcientiarum opifices illam quidẽ inuenerunt per ordinem reſolutiuum,ſed poſtea docuerunt ſub ordine compoſitiuo. Quorum vtrunq; feciſſe Ariſto.in inueniẽda, atq; docẽda tota arte logica,ſupra ex Simplicij authoritate monſtrauimus. Sic veteres medici,ſicuti Hero phili,& Eraſiſtrati ſectatores,& Atheneus,de quibus in ꝓœmio artis paruæ cõmeminit, vt forte inuenerint ſcientiam medicinalem per methodũ reſolutiuam,eandem tamen ſub ordine doctrinæ compoſitiuæ docuerunt. Vere igitur Gal.gloriatur ſe primum ex medicis,atq; philoſophis doctrinam ſcripſiſſe ſeruantem ordinem, qui à notione finis incipit,reſolutiuum.

Dubitationem alterã ſupra poſitam,cur Gal.reliquis ordinib. Diuiſiuũ non adiecerit, ſoluit,oſtendens reduci ad Reſolutiuũ. Tum meminit de Petri Leonis opinione: aliorum prꝛterea, quos Plusquãcom reprehendit, cuius ſoluit obiectionem, diuiſionem ſcilicet, à qua ſumitur ordo capitulorum,non eſſe doctrinam. CAP. XXXI.

SVpereſt altera dubitatio diluenda,Cur Gal.tribus doctrinarum ordinibus non adiecerit quartum.ſ.diuiſiuũ, hanc dubitationem ſoluentes dicimus,ordinem diuiſiuum reduci ad ordinem reſolutiuum.Eodem.n.fere ordine partes oẽs artem medicinalem conſtituentes per methodũ reſolutiuam,ſicuti per methodum diuiſionis inueniuntur,vt patere poteſt legenti librum Gal.de partibus artis medicatiuæ. Vnde in eodem lib. Gal.methodum diuiſionis,per quam docet partiri artem medicatiuam,vocat reſolutionem , & hæc quoq; in eo lib. initium ſumit à partibus fini propinquioribus,& terminatur ad eas quæ ſunt remotiores,& primæ in ordine compoſitiuo. Verba aũt Gal.in lib.allegato ſunt hęc.Dico igitur eſſe medicatiuæ quidem primas,& proprias,& maxime partes illas,ꝑ quas nobis aduenit finis artis. Aliæ vero ſunt his ſuperiores. Primæ quidem igitur , & proxime,tot ſunt numero, quot ſunt materiæ propinquiſsimæ eius, proprijſsima aũt materia medicatiuæ artis ſunt diſpoſitiones noſtri corporis,ſiue duæ ſint ſm genus,ſiue tres,ſiue plures, deinde paulo inferius Gal.ſubiungit. Aliæ quidem igitur ſunt primæ & propinquiores artis ſine qbus non ſunt hæ.Prima qdem igitur ſignatiua,cuius ſunt partes duæ,hæc quidem dignoſcitiua præſentium,hæc vero futurorũ pręcognitiua.Neq;.n.abſq; ꝙ dignoſcatur paſsio, curationem eius poſsibile eſt inuenire,neq; abſq; hoc ꝙ cognoſcatur terminus criſeos , poſsibile eſt curare conuenienter.Has aũt rurſus neceſſarium eſt pręcedere illam partem quæ eſt circa cognitionẽ oĩum partium aĩalis,quæ in anatome, ſiue diſſectione corporum inuenitur. Secundario vero ex ſuperabundanti illam quæ eſt de acribus , & tertio eam quæ de vtilitate earum eſt.Ipſas aũt rurſus has,eam quę de contẽplatione circa elementa corporis,& ſecundo eam quæ de virtutibus naturalibus,quæ inueniuntur ex diſſectione aĩalium,ad tot.n.principia reſoluitur pars ſignificatiua,quam pręcedere curatiuam,& ſalubrẽ penitus diximus. Hæc qdem Gal.in lib.quem diximus inſcripto de partibus artis medicatiuæ,in quo,& partes ſcientiæ medicinalis principales,& principalium conſtitutiuas eodem

C fere modo inueniri per methodũ diuiſionis,quo ẽt per viam reſolutionis inueniuntur , nobis inſinuat,cũ ait,Ad tot.n.principia reſoluitur pars illa,quæ & curatiuam,& ſalubrem antecedit.In lib. ẽt de conſtitutione artis medicinalis Gal.ait ſe non in eo propoſuiſſe tractatu ea,quæ ad artẽ pertinent medicinalem,oĩa tranſigere, ſed ſolũ ex qbus,& quot principijs, & per quas vias eadem ars conſtituatur edocere, quę oĩa inibi quo ordine per reſolutionem inueniuntur,eodem ẽt docent.In hoc.n.differt liber de conſtitutione artis medicinalis à lib.de partibus artis medicatiuæ,quoniam in hoc ſolum partes eiuſdem artis inueniuntur , in illo vero non ſolum inueniuntur , ſed ẽt docentur,licet,vt ſępe diximus,breuiter,atq; conciſim.Cum vero in eiſdem principijs,ſiue partibus conſtituentibus artem medicinalem inueniendis,idem fere ordo ſeruetur in lib.de conſtitutione artis medicinalis ꝑ methodũ reſolutionis,in libro vero de partibus artis medicatiuæ per methodũ diuiſionis,ob hanc(vt arbitror, cauſam Gal. tres tñ,& non quatuor docendi ordines enumerauit,vt qui diuiſiuum cõputet cum reſolutiuo, ſeu diuiſiuum reducat ad reſolutiuũ. Vnde & Petrus Leo,qui inter alios medicinę profeſſores maxima meruit ætate noſtra Patauij ſtipendia , doctrinã reſolutiuã eandem cum diuiſiua apud Gal.cenſeri putauit,& recte quidẽ,ſi per tres doctrinas docendi ordines intellexiſſet, ſed qa ꝑ tres doctrinas, & ipſe modos doctrinales accepit, in eaſdem cũ alijs incidit difficultates,& tanto magis,quanto à numero doctrinarũ excludere cogebatur demonſtratiuã, qm̃ reſolutiua eadem eſſet ſecundũ ipſum cum diuiſiua,vnde non potuit,neq; ipſe ſeruare numerũ doctrinarũ apud antiquos philoſophos,non ſolũ Ariſt.ſed ẽt Platonem,cuius ſectator haberi volebat,celebratarũ. Ordinem aũt diuiſiuum,ſeu

Petrus leo.

D doctrinam hunc ſeruantẽ ordinem,eſſe vnam ex tribus à Gal.enumeratis,viſi ſunt quidã ẽt ex recentioribus olfeciſſe,quos licet odorem veritatis ſentientes,reprehendit tñ Plusq̃cõ.his verbis.Credunt aũt aliqui ſicuti in eorum expoſitionibus reperitur,nõ imitari in hoc Halin,ꝙ ordinatio capitulorum in ſcientia,ſiue lib.vel reductio ipſorum,ſiue ipſarũ partium ſcientiæ ad vnã diuiſionẽ principalẽ,& generalem continet oẽs partes, ſicuti genus cõtinet oẽs ſpecies,& ꝙ vniuerſaliter ordinatio partium ſcientiæ ad totam ſcientiã ſit genus doctrinę, alterum.ſ.duorum,quod eſt falſum,qm̃ prima diuiſio generalis in ſcientia cũ ſubdiuiſionibus ab illa dependentibus nihil eſt,ꝓbans,ſed nititur ipſa tñ diuerſitati acceptionis ſubiecti,& ſpecierũ,& partium ſubiecti,cum diuerſitate ſuarũ paſſionum,& propterea non eſt dicenda doctrina,ſed illud,vnde dependet ordinatio capitulorũ,& librorum,& vniuerſaliter oĩum partium ſcientiæ.Propterea in hoc nulla diuerſitas eſt inter ſcientias. Omnis.n.ſcientia diuiditur diuiſione prima continente quaſi infinitas ſubdiuiſiones,quę oẽs ad illã reducũtur , ſicuti in medicina notũ eſt,& in naturali,& oẽs ſcientię ab illa incipiunt,& ſic ſequitur quòd vnicum tñ eſt genus doctrinæ,quod nihil eſt.Hęc verba Plusq̃cõ.tendunt ẽt aliquo modo contra opinionem noſtrã,qui putamus ordinem reſolutiuũ parum à diuiſiuo differre,& alterum reduci ad alterum,& tñ diuerſa ponimus genera doctrinarum,quia & diuerſos ordines, quos tñ Plusq̃cõ.vnum tñ eſſe opinatur in quacũq; ſcientia,vel arte.ſ.diuiſiuum.Nos tñ pręter hunc qui in idem coit cum reſolutiuo,vel ad ipſum reducitur,duos alios docendi ordines,luce clarius manifeſtauimus.ſ.compoſitiuum,diffinitiuũ. Neq; ipſe Plusquãc.ſi ſtare velit in his quæ de doctrina diffinitiua,& eius ordine determinauit

qui

qui ſumitur à partibus diffinitionis,& non ſubiecti ſcientiæ,vel artis,negare poſsit ordinem diffinitiuum differre ab ordine reſolutiuo,ſeu diuiſiuo,quem facit oībus ſcientijs eſſe cōmunem,cum aliud ſit, ſubiectum ſcientiē diuidere in partes & partes partium,aliud diffinitionem ſcientiæ,& alius ordo ex hac,alius ex illa diuiſione proueniat, vt liquere poteſt legenti duos libros,alterū,cui titulus eſt de partibus artis medicatiuę, alterum qui Ars parua nominatur. Quod aūt etiam obijcit Plusq̄cō.diuiſionem illam à qua ordo ſumitur capitulorū,nihil probare,& ideo non eſſe doctrinam,facile ſoluitur ex his quæ antea nos ſæpiſsime declarauimus,cū alia ratione tres doctrinas cōi vocabulo doctrinas noīari,alia hanc reſolutiuā,hanc cōpoſitiuam,hanc vero diffinitiuam diximus nuncupari,& paulo antea in hoc differre librum Gal.de partibus artis medicatiuæ,à libro de conſtitutione artis eiuſdem, ſignificauimus,qm̄ in hoc tota ars medicinalis docetur ſub ordine reſolutiuo,in illo aūt ſolæ partes totius artis per methodū diuiſiōis inueniunt̄,nō aūt ēt ſub eodē ordine diuiſiuo docent̄,ſicuti ī altero ſub reſolutiuo,quos tn̄ ambos ordines vnū eſſe,vel ſaltē alterū reduci ad alterum arbitramur,vt qui nō magno inter ſe diſcrimine diſtent. E

Non eſſe mirandum, ſi ordo compoſitiuus non prorſus Reſolutiuo opponitur,cum idem liber in eodem ordine diuerſa ratione eſſe poſſit altero prior & poſterior, ſed ſat eſſet ſi magna ex parte opponatur. Tum vero in trib.dictis ordinib.eoſdem eſſe doctrinæ modos,& in quam difficultatem Pluſquāc.trahatur. CAP. XXXII.

QVia vero ēt ſupra diximus ordinem compoſitiuum obuerſum eſſe ordini reſolutiuo,idq; manifeſtari ex ordine librorum quē ponit Gal.circa finem artis paruæ,quem credimus eſſe cōpoſitiuum,Illud quoq; lectorem admonendum duximus,ꝙ ſi non ad vnguem hi duo ordines ſua ſibi inuicē contrarietate reſpondent,nihil oporteat admirari,cum idē liber in eodē ordine poſsit varijs reſpectibus eē altero prior , atq; poſterior. Quod ēt ita eſſe declarat magna expoſitorum Ariſt.de eius librorum ordine,non ſolū in philoſophia,ſed ēt in logica,controuerſia. Sufficit autē in his de quibus diſſerimus,vt ordo cōpoſitiuus ordini reſolutiuo magna ex parte videatur oppoſitus. Sed & illud fieri poteſt,vt in diuerſis doctrinarū ordinibus eadem pars alicuius ſciētiæ vltimo loco doceatur,ſicuti pars illa quæ de ſalubribus titulum habet,tàm in lib.de cōſtitutiōne artis medicinalis in quo ordo ſeruatur reſolutiuus, q̄ in ordine librorū Gal.ſecundū vberiorē doctrinam ſcriptorum, qui eſt cōpoſitiuus, vt diximus,vltimum ſortitur locum. Quod ideo fit in ordine reſolutiuo,ne ordo partium quæ partem curatiuam cōſtituunt,doctrina partis ſalubris interpoſita dirimatur,in ordine aūt compoſitiuo,eadem ēt parte dilata,vt melius idem ordo cōpoſitiuus continuaretur. Sed ſatis eſt in his duobus ordinibus,ꝙ maxima ex parte diuerſificent̄, & ꝙ ſua ſequantur principia,alter notionem finis.i.principium ſpeculationis,alter actionis,ſiue cōpoſitionis principium,quod eſt vltimum , vt ſupra oſtenſum fuit,ſpeculationis. Quātumuis aūt tres ordines dicti ſint inter ſe diuerſi,& varia ſequantur principia,in oībus tn̄,quod ēt ſupra monſtrauimus,ſunt ijdem doctrinæ modi.ſ.tàm demonſtratio quæ ex prioribus,q̄ altera quæ ex poſtrioribus,aliquid probat. Alioquin non poſſemus vti eiſdē Gal. libris ad tres doctrinas,ſiue tres ordines doctrinarum , neq; poſſet tota ſcientia medicinalis ſub ſingulis ordinibus ſeorſum doceri. Quorum primum poſſe fieri,ipſe Gal. teſtatur in proœmio Artis paruę. Secundum vero oſtendūt libri duo,alter ſtatim dictus,alter qui de conſtitutione artis medicinalis inſcribitur,in quorū vtroq; ſeparatim eadem ars tota,breuiter tn̄,atq; conciſim,in altero ſub ordine diffinitiuo,in altero ſub ordine reſolutiuo docetur,vt ſæpius antea dictum fuit, nam eadem crebro repetere eſt nobis neceſſariū volentibus illa quæ à maxima viris authoritate ſunt pernegata,aſſeuerare. Hoc.n.eſt,qđ duobus authoribus de hiſce doctrinis contraria diſputantibus plurimum aduerſatur,neq;.n.poſſunt ſuis opinionibus inhærentes oſtendere,qūo Gal.totam docuerit artem medicinalem ſub ordine reſolutiuo,& compoſitiuo,ſicuti ſub ordine diffinitiuo,ſi quidem Plusq̄com.& ipſe fatetur non eſſe poſsibile in oībus quæſitis vti doctrina reſolutiua. Quare illi fateri eſt neceſſariū doctrinā reſolutiuā dici ordinariam in vno,aut pluribus ſcibilibus particularibus,& non in tota ſcientia,quæ docetur. F G

In eandem difficultatem trahi Conciliat. qui ait doctrinā Compoſ.eſſe demonſtrationem propter quid: ac male fortaſſe ab eo Cōmentatorem citari: & quid ſentiat ibi Cōmentator. Tum alium arguit Conc.errorem. CAP. XXXIII.

IN eandem etiam trahitur difficultatem Conciliator, qui vult doctrinam compoſitiuam eſſe demonſtrationem propter quid,cum neq; ſub huius doctrinæ ordine poſsit tota medicinalis ſcientia doceri, neq; etiam naturalis, in qua non raro cognitio cauſarū ex effectibus inueſtigatur. Vnde caueat idem. Cōciliator ne male alleget differētia octaua Commentatorem ſuper doctrina, quæ per antomaſiā dicitur ordinaria, quæ eſt doctrina compoſitiua ſecundum eundem Conciliatorem,& eſt,vt ait idem Cōmentator,incipere à cognitione cauſarum primarum rei cognoſcendæ perfecte,deinde intendere ad cognitionem cauſarū remotarum ſecundum ordinē, donec perueniatur ad cauſas propinquas. Innuit aūt per hæc verba Cōmentator ordinem quem ſeruat Ariſt.in tradenda ſcientia naturali,in qua ſicuti dixi non ſolum effectus per cauſas, ſed ēt cauſæ per effectus demonſtrātur,quēadmodum ēt in ſciētia medicinali ſub quocūq; doceatur ordine,ſiue diffinitiuo,ſiue reſolutiuo,ſiue compoſitiuo. Etſi.n.ordo cōpoſitiuus hoc habet præcipuum,ꝙ illa quę in eo priora ſunt,vim habeant principiorum ad illa,quę ſequuntur, tamen in hoc ordine vniuerſo,ſiue in libris hunc ſeruantibus ordinem multæ fiunt demonſtrationes ex poſterioribus,veluti in lib.de elementis ſm̄ Hippocratem, qui tamen primus eſt in ordine cōpoſitiuo,vt ſupra à nobis fuit declaratum. In hoc nāq; libro corpus humanum non eſſe ſimplex,ex eo probatur,ꝙ dolet,& ꝙ fit ex quatuor elementis conſtitutum,ex eo ꝙ quatuor humores illis proportionales in deiectionibus,ſeu ſponte,ſeu arte factis appareant,vt non parū mihi ſubeat de Conciliatore admirari,qui volens oſtendere vbi Gal. vſus fuerit doctrina cōpoſitiua,adducit in exemplum librum de elementis ſm̄ Hippocratem. In quo tamen libro Gal. plurimum vtitur doctrina reſolutiua,ſi per doctrinam reſolutiuam intelligamus,vt intelligit Conciliator, illam quæ ex effectibus cauſas,& ex poſterioribus priora demonſtrat. Illud autem verius de eodem lib.dici poſſit, ꝙ eſt primus in ordine compoſitiuo,cui non repugnat neque demonſtratio quia,neq; propter quid, ſicuti neq; duobus alijs ordinibus, quemadmodum à nobis in præcedentibus abunde fuit declaratum. H

Error Gōc.

A *Non posse duarum famosarum opinionum authores probabilem causam afferre, cur Gal.compendiose Medicinam traditurus, de Logices methodis in proœmio meminerit. Monstratq; prius, q; male sentiat Hali, tum vero q; male Plusquàc. & causam ipse veram assignat.* CAP. XXXIIII.

HAbent etiam & hoc duæ famosæ opiniones incõmodum, q̃ nõ possunt vel probabilem afferre causam, ob quam Gal. totam artem medicinalem sub quodam compendio traditurus, de artis logicę methodis voluerit prooemiari. Nam quod ait Hali fuisse id Gal. ꝓpositum statim nos ad studium dialecticę excitare, huius causæ assignatio pręter id q̃ incidit in repugnantiam, vt supra notauimus, etiã alteri subijcitur notę. Neq;.n. nulla ratio afferri potest cur Gal. in hoc procemio præcipue libri artis paruę tali genere exhortationis vti libuerit, vbi videlicet minime fuit necessariũ, qm̃ in eo lib. vt Gal. inquit, non plenę demonstrationes, sed eorũ, quę alibi latius fuere demonstrata, quædam veluti conclusiones tantũmodo contineantur. Adde q̃ hæc eadem exhortatio circa finem eiusdem libri superfluo repeteretur, vbi Gal. facta omnium librorum suorũ, quos secundum vberiorem doctrinã conscripsit, cõmemoratione, admonet nos, priusq̃ ad eorũdem librorum lectionem perueniamus, in libris de demõstratione debere exercitari, & recte admonet qm̃ in his illa latissime demonstrant quę in arte parua per modũ veluti conclusionum breuissime perstringũtur. Quàre illorũ quidem lib. nomine ea exhortatio fuit quodãmodo necessaria, sed lib. artis paruę gratia fere superuacua. Plusq̃cõ. vero pręter hanc, & aliã innuit eiusdem procemij rationem, statim.n. in principio expositionis scribit hæc verba, Traditurus medicinã.s. Gal. sub insueto genere docendi scientias, operi præmittit prooemium de diuisionibus doctrinarũ, vt eliciat quã intendit. Ego autẽ non puto doctrinam diffinitiuam esse insuetum docendi genus, cũ fuerit ex parte ẽt apud Aristotelem, vt nos antea ostendimus, vsitatum, quo ẽt, teste Gal. qdam Herophili sectatores, & Heraclides Erythręus vsi fuere. Quare incõsuetum docendi genus potuit dicere verius esse doctrinã resolutiuam, quã se solum scripsisse Gal. gloriatur. Ratio autem probabilior ob quam Gal. voluerit librum suum ab hac oratione exordiri, Tres sunt oẽs doctrinæ ordini inherẽtes, est ista, quia cum sint tres ordines generales qui seruari possunt in tota aliqua scientia docenda.s. resolutiuus, compositiuus, & diffinitiuus, voluit statim nobis notificare, quem ex his tribus in arte parua esset secuturus.s. diffinitiuum, propter totius scientiæ medicinalis compendiosam traditionem, & memoriam illorum, quæ sub illo ordine docerentur, faciliorem.

Alijs obnoxios Conciliatorem & Plusquàc. difficultatib. veluti cur methodum Diuisiuam Gal. omiserit, quam tamen ab eodem alijsq; summis viris magni fieri probat: cur item Diffinitiuam, qua tamen demonstratiuã antecellat: Quantũq; Galenum & Arist. infament, & sibi etiam repugnent. CAP. XXXV.

IN multis ẽt alias incidunt tàm Conciliator, q̃ ẽt Plusq̃cõ. difficultates, quas non possunt subterfugere, vel verisimili ratione dissoluere. Nam si per doctrinas ordinarias, docendi modos, seu methodos logicas, sicuti demonstrationem quia, & propter quid, Gal. intellexit, cur his non annumerauit diuisiuam? cur non ẽt diffinitiuam quæ docet artem diffiniendi?, de qua Aristoteles, ac Theophrastus apud græcos, Boetius, & alij apud latinos, tàm accurate scripsere? Si diuisiuam dixerint fuisse à Gal. à numero doctrinarũ quæ ordinariæ dicuntur exclusam, quoniam nihil probet, non animaduertent se Gale. sententiam volentes interpretari, ipsum sibi ipsi facere repugnantem, qui multis in locis idem munus cõstituendi oẽs artes ex opinione Platonis tribuit diuisiuę, quod tàm Cõciliator, q̃ ẽt Plusq̃cõ. dant resolutiuę, qualiscũq; ipsa sit, siue demonstratio quia, siue propter quid. Anceps sane locus, & nequaq̃ ab illis dissimulandus qui inter se de opinione Gal. super tribus doctrinis, tàm operosa disputatione contenderunt. Oportuit.n. ipsos cũ de Gal. opinione disceptarent, eundem Gal. non Aristoteli à quo non raro dissentit, sed magis Platoni cuius semper summus fuit imitator, ostendere consentientẽ, q̃q̃ neq; cum dicunt doctrinam diuisiuam nihil ꝓbare, atq; ideo non esse ordinariam, oĩo in hoc placent Aristoteli, q libro secundo resolutoriorũ posteriorum vult methodum diuisionis ꝓbare aliquid, sicuti & inductionem, licet neutra earũ syllogystice ꝓbet. Inductionem sane Arist. in primo statim initio libri primi posteriorum resolutoriorũ inter alias doctrinas intellectiuas numerat quæ ex antecedenti fiunt cognitione, vt ẽt antea diximus. Sed viam diuisionis esse certiorem via inductionis, censet Auerrois in expositione libri quinti Arist. de naturali auscultatione, cõmẽto. vij. vbi ait. Arist. postq̃ enumerauerat illa, per quæ determinantur species motus, ex inductione velle enumerare eadem secundum diuisionem quæ est via certior. Quare sequitur secũdum Cõmentatorem, q̃ si inductio doctrina aliqua sit, siue aliquid doceat, multo magis diuisionem, siue methodum diuisionis esse doctrinam, & debere alijs doctrinis, etiam secundum peripateticos annumerari. Galenus sane in libris suis frequenter vtitur methodo diuisionis, siue ad ꝓbandum aliquid, siue docẽdum, nam aperte ait in libro de differentijs morborum, cui titulus est apud neotericos, de accidenti, & morbo. per methodum diuisionis ostendi non esse plura morborum genera, q̃ illa quæ ipse inibi numerat, vel membris similaribus, vel dissimilaribus propria, solutionem vero continuitatis esse morbum vtrisq; cõmunem. In libro autem de febribus ad Glauconem, dicit errores medicorum, quacũq; hæresim profiteantur, maximam atq; præcipuam habere causam, vitium diuisionis. Plato vero hãc eandem methodum diuisionis adeo extollit, atq; admiratur, vt in dialogo, qui inscribitur Phędrus, dicat ex persona Socratis se hominis qui diuidendi artem recte pertractet, à tergo tanquam dei vestigia respicere. Equidem miror fuisse aliquos qui talem, qualem nos conamur refellere de methodo diuisionis opinionem tàm à Platonis dogmatibus abhorrentem, Gal. homini Platonico adscribere ausi sint. Sed fac ipsum fuisse, vt sane in multis fuit, Aristotelicum, non ne altero simili de doctrina diffinitiua implicantur errore? de illa loquor, de qua Aristo. præcepta accuratissime tradidit. Nam hanc quoq; volunt fuisse à Gal. exemptam de numero doctrinarum ordinariarum quæ tamen tanto dignior est doctrina demonstratiua, quanto cognitio principiorum certior est cognitione conclusionum, quanto etiam est illa doctrina præstantior quæ rei essentiam explicat, q̃ quæ accidentia substantiæ cuipiam inesse demonstrat. O quanta dignus foret G[illegible] reprehensione, si suam doctrinam diffinitiuam nihil probantem, atque ideo (vt videtur sentire plusq̃cõ.

Margin notes: Contra Hali — Cõtra plusquácõ. — B — C — Galenus. — D — Plato. — Diffinitiua demõstratiua dignior.

Plusquamcommentator) nihil docentem, sed tantum ad memoriam facientem, alijs duabus doctrinis ordinarijs annumeraſſet, alterum autem docentem diffinire, rem tantopere in omni philoſophiæ genere expetendam, pro doctrina inordinaria repudiaſſet. Qui quidem audent hanc adeo abſurdam Gal. tribuere opinionem, ꝙ videlicet doctrina, quæ docet diffinire, non ſit vera doctrina, non parum videntur ipſum Gal. infamare, non parum etiam Ariſto. detrahere exiſtimationi, q̃ circa artẽ diffiniendi tantum operę ſtudijq; conſumpſerit, & nihil aliud niſi doctrinam inordinariam peregerit, qui ſapientis officium eſſe iudicauit, poſſe diffinire. Quæ facultas ſi vana foret, nullus eſſet actus ſapientiæ, in quo vltimum finem hominis ille philoſophus collocauit, atq; ita ad incertum vita humana laboraret. Viderint autem, tàm Conciliator, q̃ etiã Plusq̃com. ne non modo veterum placita deſtruant, ſed etiam ſibi ipſis repugnantia ſcribant. Nam ſi doctrina diuiſiua non ſit vera doctrina, non erit neq; diffinitiua, & ſi diffinitiua non ſit, non erit neq; demonſtratiua, diffinitio ſiquidem principium eſt demonſtrationis, ad diffinitionem autem inueniendam diuiſio eſt neceſſaria. Quare ſi duæ primæ doctrinæ vacillabunt, lababit & tertia. Patet ergo ipſos neq; veteribus, neq; ſibi ipſis in ſuis ſcriptis conſentire.

Non poſſe etiam Gal. verba illorum cum opinionib. conuenire, & Pluſq. expoſitionem à græca litera ſemel atque iterum magno cum errore diſſentire. Male autem ab illo damnari hebetudinis antiquos Medicos, ſed multo peius Hippocratem & Gal. qui, vt illi, Doctrina vſus ſit, quæ ex poſteriorib. probat, & nullam cenſeat eſſe magis artificioſam methodum ad morbos cauſasq; noſcendas. CAP. XXXVI. F

NOn poſſunt etiam verba Gal. quæ in procœmio artis paruæ ſcripta inueniuntur, ſuis oſtendere opinionibus conſona. Nam prima expoſitio Plusq̃cõmẽ. verborum illorum Gal. Tres ſunt omnes doctrinæ ordinem habentes, prima ex notione finis quæ per reſolutionem fit. omnino eſt diſſona græcæ literaturæ, ſecundum quam illud relatiuum, quæ, non poteſt referre notionem finis, ſed doctrinam tantum, & vt etiam antea ex Simplicij, atq; ipſius Gal. authoritate fuit declaratum, notio finis non fit ex reſolutione, ſed antecedit reſolutionem. Ait Gal. in prooœmio dicto, neminem ante ipſum ſcripſiſſe doctrinam ex notione finis incipientem ex qua omnes artes conſiſtunt ſecundum rationem, vt habet antiqua translatio, quam exponit Plusq̃commen. Sed mirum quantum hic expoſitor à vero Gal. ſenſu deerret, dum conatur oſtẽdere primum Gal. in ſcientia medicinali tradenda vſum fuiſſe demonſtratiua doctrina, quæ ex prioribus probat, quam idem Plusq̃commentator putat eſſe reſolutiuam, ex qua Gal. dixerit omnes artes conſiſtere ſecundum rationem, neq; hic veram intelligens relationem illius verbi, quę, quod refert notionem finis, & non doctrinam, vt antea diximus. Cauſa, inquit Plusq̃commen. propter quam antiquorum nullus in medicina tradenda vſus fuerit iſta doctrina, quia in alijs non dubitamus philoſophos qui præceſſerunt Gal. ſicuti Ariſtotelem, & alios ipſa vſos fuiſſe, quia hæc doctrina valde difficilior eſt compoſitiua. Facilius enim eſt videre ꝙ homo habeat febrem, quia habet ea quæ conſueuerunt concomitari febrem, quæ ſunt, dolor capitis, ſitis, pulſus ſpiſsitudo, & intenſio caloris, vrinæ, & ſimilia, q̃ diſcernere propter quid habet febrem, quia habet putredinem calefacientem. Antiqui enim quaſi rudes, & primi ſcriptores de medicinalibus à ſenſibilibus inchoãtes, à poſterioribus venerunt in non ſenſibilia, & priora. Hæc omnia ad literam Plusq̃commen. quem nollem tàm male de antiquis medicis iudicaſſe, cum præſertim Gal. cuius comparatione eoſdem medicos veteres deprimit Plusq̃cõmẽ. ipſe inquam Gal. fateatur plures ex illis fuiſſe non ſolum in medica, ſed etiam in logica arte præclaros, veluti Herophilum, quem ob pręcipuam diſſerẽdi facultatem, dialecticum nominat, atq; Philotimum eius condiſcipulum, & amborum præceptorem Praxagoram, qui ab Aeſculapio originem duxit, & cum his, atq; ante hos Eraſiſtratum, Dioclim, Mneſitheum, Dieuchen, Philiſtionem, Pliſtonicum, & Hippocratem ipſum, quibus Gal. conqueritur in primo lib. artis curatiuæ auſum ſe præponere Theſſalum quendam, omnis methodi, & demõnſtrandi ſcientiæ ignarum. Atqui ſi libuit Plusq̃commen. omnes priſcæ ætatis medicos damnare hebetudinis, non debuit profecto intra eandem aleam etiam Hippocratem ponere, ex cuius Phyſiologia multa Platonem, plurima ẽt Ariſtotelẽ accepiſſe, pluribus in locis Gal. teſtificatur, qui ẽt in libro cui titulum fecit, ꝙ optimus medicus, ſit ẽt optimus philoſophus, hoc ipſum nullius alterius, ſed tm̃ Hippocratis ꝓbat argumẽto qui nõ ſolum medicam facultatẽ, ſed oẽs philoſophiæ partes fuerit adeptus. Cuius etiam imitatione alios medicos exhortatur ad artem logicam capeſſendam, tantum à vero abeſt id, quod ſcripſit Hali, & vulgus medicorum poſtea credidit, fuiſſe quidem Hippocratem medicum excellentem, ſed logicæ artis expertem, ſolaq; ingenij bonitate tantum, quantus habetur ab omnibus, medicum euaſiſſe. Quare ſi nihil aliud, hoc vnum ſaltem Gal. de Hippocrate teſtimonium probare poſsit, falſum eſſe Plusq̃commen. de antiqua medicina iudicium. Vnde & falſa eſſe expoſitio conuincitur, per quam innuit, primum Gal. ex medicis vſum fuiſſe doctrina reſolutiua, per hanc intelligens demonſtrationem propter quid, quam nulli antiquorum propter rationis ſubtilitatem potuerunt attingere. Sed quantum pertinet ad dignotionem febris, neq; ipſe Gal. arbitratur, aliã eſſe methodum magis artificioſam, per quam poſsimus morbos latentes & eorum cauſas perquirere, q̃ ex accidentibus quæ ſunt poſteriora. Sic enim & ipſe decernit in libro de conſtitutione artis medicinalis, vbi quemadmodum vera methodus huius partis totius ſcientiæ medicinalis inueniatur, oſtendit. Neque vero cum eandem methodum ad particulariora deducit, quod facit in libro qui apud Latinos de interioribus inſcriptus eſt, aliam ſequitur ad membrorum intrinſecas paſsiones inueniendas doctrinæ rationem. Quare ſi medici veteres, qui hac inceſſere via, rudes fuerunt iudice Plusq̃com. rudis etiam Gal. fuit qui eandem viam ſecutus eſt, & alios docuit.

Ex Concil. ſententia maioris adhuc ignorantiæ argui Antiquos, quod ſ. ex effectib. demonſtrare neſciuerint: & Iacobum Forliu. citat, illorum infamiam inertius veluti excuſantem. CAP. XXXVII.

SEd multo etiam maioris ignorantiæ arguuntur antiqui medicinæ interpretes, ex ſententia Conciliatoris, ſi neq; ex effectibus, quod ſit humanæ rationi facillimum, ſciuerint demonſtrare. Quis enim non videat hoc ſequi? ſi primus ex ipſis Gal. doctrinam ex notione finis. i. ex effectibus procedentem. (Sic. n. exponit Cõciliator)

in ſcia

A in scientia scripserit medicinali, ex qua d[...]a, vt idem censet Con[...]ator, omnes artes consistunt secundum rationem .i. doctrinę secundum quas facilius procedit humana ratio, & quales sunt in quibus seruatur processus qa. Nam sic etiam exponit verba Galeni Conciliator, vel Iacobus Forliuiensis pro Conciliatore. Quæ sane expositio videri facit antiquos medicos, non dico homines rudes, atq; hebetes, vt iudicat Plusq̃cõmen. sed plane asinos extitisse, qui illum etiam processum ignorauerint, qui sit humanam habenti rationem expeditior. Hãc tamen vetustatis infamiam tentauit Iacobus per alia verba quodammodo excusare, inquiens nullum medicum ante Gal. sciuisse effectus debitos & secundum ordinem in aliqua doctrina totali, in suas causas resoluere. Sed neq; Gal. sciuit hoc facere, vt manifestum se reddit in .xiij. artis curatiuæ, vbi agit de medicinis dolorum qui ex venenis proueniunt, quas dicit non ratione, sed sola experientia cognosci, & vbicunq; fatetur plurima esse quorum causæ sunt inexplicabiles, quoniam nõ à qualitate fiunt manifesta, sed à tota substantia, quam formam specificam vocant. Neq; etiã Gal. vsquam totius scientiæ medicinalis doctrinam ita ordinauit, vt semper vtatur demonstrationibus quia, & nõ aliquando propter quid.

Galenũ non tantum primum scripsisse Doctrinam ex notione finis incipientem, sed et postremum, neque obstare id, quod de se dicit Haliabas, quẽ incusat, dicitq́, ignorasse doctrinarũ modos ab Ordinib. separare. CAP. XXXVIII.

QVare, vt venerabilem antiquitatem tanta ignorantia, & simul Gal. inanis iactantiæ suspitione liberemus, illud dicamus, quo nihil sit credibilius, quod etiam antea diximus, Primum Gal. sub tali ordine, qualem nos

B declarauimus resolutiuo, totam artem medicinalem docuisse, cum nulla extent de medicina scripta quæ dictum ordinem in tota medicina tradenda seruent, adeo vt bono periculo possimus asseuerare, Gal. primũ non modo ex medicis, sed etiam philosophis, doctrinam scripsisse ex notione finis incipientem, & ordine factam resolutiuo. Quòd si etiam vltimũ fuisse dixerimus, non procul à vero deflexerimus. Neq; enim obstat id quod de se scribit Haliabas, ꝙ modum elegerit doctrinæ diuisiuum, nam, vt etiam antea sæpe declarauimus, aliud est modus doctrinæ, aliud ordo, neq; repugnat modus doctrinæ diuisiuus ordini doctrinę compositiuo. Et nihil insuper obstat esse quinq; modos doctrinarum, quot Haliabas enumerat, ordines vero tantummodo tres. Quamuis videatur neq; ipse Haliabas sciuisse doctrinarum modos ab ordinibus separare atq; distinguere, & ideo ansam dedisse posterioribus, tot, ac tãtarum de numero doctrinarum, altercationum. Ait enim idem Haliabas Gal. in arte parua vsum fuisse modo doctrinæ diffinitiuo, quod tñ falsum est, cum in eo lib. Gal. neq; doceat diffinire, neque semper diffiniendo procedat. Sicubi vero Gal. seruauit modum doctrinę diffinitiuæ, hoc fecit in lib. qui ad ipsum refertur authorem, sub titulo, Diffinitiones medicinales, in quo lib. omnium fere rerum, de quibus in medicina tractatur, solæ scribuntur diffinitiones.

Redit ad Plusq. qui, & si honestius, non minus tamen, q̃; Conciliator, barbare exponit Gal. vbi ait, Nemo tamen ante nos: & etiam, quæ sit Gal. sententia, repetit, ac per artes quid intelligat. Verba etiam, Quib. licet vti ad tres doctrinas. ait non licere eisdem suæ opinioni adaptare. CAP. XXXIX.

C SEd redeamus ad Plusquãcommen. qui & si cum minori dedecore veterum medicorum, non minus tamen & ipse barbare, q̃ Concil. atq; à vero Gal. sensu dissone exponit eadem verba Gal. quæ in veteri translatione ita scripta leguntur, Nemo tamen ante nos scripsit eam, quæ ex notione finis incipit, ex qua omnes artes consistunt secundum rationem .i. vt Plusquãcõmen. exponit, ex qua extrahitur quæsitum in omni arte per viam rationis .i. per causam. Cuius expositionis falsitatem ostendit liber Galeni de constitutione artis medicinalis & antea à nobis super hoc allegatus, in quo lib. Gal. per ea dem fere verba, eandem scribit sententiam ex veterum philosophorum authoritate, ꝙ videlicet vnicuiq; arti à notione finis sua fit constitutio, & per notionem finis, neq; causam remotam, neq; effectum postremum intelligit, sed finem artis mente cõceptum, vt supra declarauimus. Per artes etiam hoc ipso in loco Gal. intelligit, neq; solũ scientias speculatiuas in quibus est vsus demonstratione propter quid, vt intelligi vult Plusq̃commen. neq; solas actiuas, vel factiuas, quæ ex effectibus, & omnino ex posterioribus ratiocinantur, quemadmodũ opinatur Conci. sed vtrasq;, vt plurium artium exemplis manifestat, quorum aliæ finem habent opus, alię contemplationẽ. Adeo illi duo Gal. expositores, quanto ingeniosius studuerunt verba eiusdem Gal. antea dicta interpretari, tanto magis à vero illorũ sensu deuiarũt. Verba ẽt illa Gal. de suis libris, quibus licet vti ad tres doctrinas, neuter põt author suæ opinioni, stante verborum eorum serie, vt iacent, accõmodare. Quare coactus est Plusquãcõmẽ. non solum verba, sed etiam sensum, figura insueta frustra accersita peruertere.

D *Per Epilogum inquit omittere se alias rationes, sat enim fore, quæ dixit, si ea addantur, quib. vtraque se destruit opinio, quod est summum falsitatis argumentum, vnde etiam Scholæ in duas sectæ sunt partes. Quib. ni sint authoritatib. addictæ & tenebræ, & summæ ablatæ difficultates. Visum autem se plurib. inquit ob vetustatem opinionũ, cum tanta quæstio paucis prorsus clarescat: & solam esse sectatũ Veritatẽ.* CAP. XL.

LOngior fuerim, si velim etiam alias adducere rationes, vtranq; opinionem probantes longe à vera Gal. sententia deerrare. Possunt enim hæc, quæ iam à nobis sunt dicta sufficere, si etiam illa addentur quibus se mutuo vtraque opinio destruit, cum hoc ipsum sit maximum duarum opinionum falsitatis argumentum, ꝙ duo pari authoritate magistri, tantum in illis opinionibus sibi inuicem aduersantur, quantum duo contraria quæ simul quidem falsa esse possunt, simul vero veritatem continere non possunt. Vnde illud est consecutum, vt scindente se in duas partes turba Scholasticorum, quæstio de doctrina resolutiua non dum satis fuerit resoluta. Nos vero siqui futuri sunt qui nõ se adeo authoritatibus manciparunt, quin possint etiam fauere, atq; accedere veritati, speramus his multum caliginis, & multum ademisse tenebrarum. Quare si isti pridem à medicis qui in operibus artis exercitantur gratiam exegimus Tiro serpente indicato, quẽ illi ex Aegypto vsque quæritabant, cuius tamen foret magna in Italia abundantia, ita nunc à Iuuenibus medicinæ studia æmulantibus poscimus, dempto illis tàm longo dispendio de [...] doctrinis secundum Gal. opinionem disputandi. Hæc enim quæstio modo quo fuit hactenus

in publicis

in publicis literarum gymnasijs pertracta[illegible] [illegible]erplexas habet & ine[illegible] fac[illegible]biles dubitationes. Secundum autē opinionem nostram si ad doctrinarum ordinem transferatur, tàm facilem habet explicationem, vt me pœniteat in ea dissoluenda, tàm multa verba consumpsisse. Sed non facile fuit inueteratas opiniones illorum præsertim qui habentur ætate nostra, non solum in medicina, sed etiam in omni philosophia, admirabiles, ex animis hominum, qui vt assueti sunt, ita loquuntur, tentare abolere. Atque vtinam hic noster conatus, non modo temerarius, sed pene furiosus à pluribus non iudicetur. Sed sentiant alij quid velint, nos hæc omnia animo non ad ostentationem, sed solam veritatem spectante, scripsimus de tribus ordinibus doctrinarum, secundum veram (nisi nostra fallimur opinione) Gal. sententiam, quibus si forte plures inueniantur, nos tamē de illis disseruimus, quos Gal. precipue approbauit, sub quibus & ipse totam scripsit medicinalem scientiam, sed sub duobus compendiosam, sub tertio vero vberiorem faciens tractationem. Et hoc quidem breuissimo epilogo nostra omnis hæc disputatio quadam veluti coronide terminetur. E

REGISTRVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II. Omnes sunt quaterniones præter Y Ternionem.



D

VENETIIS APVD HAEREDES LVCAE ANTONII IVNTAE,